p. 18, 29 et[1]] ex *PH* = Φ^ac *et unus codex* Φ^r et ex *unus codex* Φ^r
p. 18, 29 propositis] propriis *PH* = Φ
p. 18, 29] quæstionibus] confessionibus *PH* = Φ
p. 19, 3 nostra] a nostra *PH* = Φ
p. 19, 5 pœna] pœnæ *PH* = Φ
p. 19, 11 Isauriensis] isauricæ *P* ∼ isauriæ Φ
p. 19, 19 cersoni *corrupte*] chersonessi *P* ∼ chersonissi Φ^ac
p. 20, 3 pontius *QL* potitus *O corrupte* pionius *H* epionius *P* ∼ pionius Φ
p. 20, 4 Hierocæsarius] hierocæsariæ *PH* = Φ

Num collectori *P* codex uersionis antiquæ an antiquæ correctæ præsto fuerit, dubium est; quæ p. 16, 33. 17, 14 extare uidentur uestigia uersionis Φ^r, nimis incerta et rara sunt quam ut Rustici editionem ei notam fuisse conici possit. denique p. 18, 30. 19, 1 *P* grauiter interpolatum esse propter rationes dogmaticas adnoto.

Transeo ad Collectionem Dionysianam auctam, quæ pendet quidem de Collectione codicis Vaticani, sed non raro et ex *P* et ex Φ correcta est:

p. 13, 3 primicerius] primicerius notariorum *H* = Φ^ac
p. 13, 15 eum esse [*scribendum uidetur* adesse] *QPL* aduenisse *O* esse uenturus *H* ∼ esset uenturus Φ
p. 13, 24 mandarunt *OP* mandauerunt *QL* (*est pluralis maiestatis*) mandauit *H* = Φ
p. 13, 28 ita] ita quoniam *H* = Φ
p. 14, 2 prædictam fidem *OQL* Φ^c fidem prædictam *P*] prædicatam fidem *H* = Φ^ar
p. 14, 2 parentibus] patribus *H* = Φ
p. 14, 3 damnationi] in damnatione *H* = Φ
p. 14, 6 synodi] synodali *H* = Φ
p. 14, 7 cum] adhuc cum *H* = Φ
p. 14, 8 catholica] catholica fide *H* = Φ
p. 14, 8 ipsum] eum *H* = Φ
p. 15, 15 certissimum] certissime *H* = Φ
p. 15, 19 concussionem] conuentionem *H* ∼ circumuentionem Φ
p. 15, 20 nunc *om.* *H* = Φ
p. 15, 21/22 ueritati nihil præponimus] nihil præponimus ueritati *H* = Φ
p. 15, 32 istis] his *H* = Φ^c
p. 16, 17 dic quorum patrum per] quorum patrum dic per *H* = Φ
p. 17, 7 mater — consubstantialis *O*, *Q* [*praeter* *Q*^x], *L corrupte* si mater — consubstantialis est *PQ*^x *ex coniectura* cum mater — consubstantialis sit *H* = Φ
p. 17, 28 post *OQL* post adunationem *P per coniecturam* post uero *H* ∼ post uero adunationem Φ

p. 18, 1 exsurgens] et exurgens *H* = Φ^{ac}
p. 18, 4 scæuæ] iniqua *H* = Φ
p. 18, 5/6 in humanitate est sanctitatis uestræ] in humanitatem scitatis uestræ consistit *H* ~ in uestræ tamen sanctitatis humanitate consistit Φ^{ac}
p. 18, 7 anathematizaret] et anathematizet *H* ~ et anathematizaret Φ^{a}
p. 18, 16 unam] unam naturam dixerunt *H* = Φ
p. 18, 30 ægrotare] egrotans *H* = Φ
p. 19, 3 esse] esse eum *H* = Φ
p. 19, 12 amasia ponti *OQL* eleneponti amasiæ *P* amansia hellesponti *H* ~ amasiæ hellesponti Φ^{c} amasiæ elono Φ^{a} amasiæ helenoponti Φ^{r}
post p. 19, 12 *add.* eulalius eps calcedone iudicans subscripsi *H* = Φ
p. 19, 20 Insularum] chion insule *H* = Φ^{c} chio insulæ Φ^{a}
p. 19, 21 Apolloniatis] apolloniades *H* ~ apolloniadæ Φ
p. 19, 23 eleti *QLP* electi *O corrupte* debelti *H* ~ deuelti *uel* debelti Φ^{cr} debelto Φ^{a}
p. 19, 24 corisæ *OQ corrupte* corises *uel* corienses *L non minus corrupte* choensis *H* = Φ
p. 20, 1 de tyromisso et de eudociæ et Iouinariæ] hermisso et eudociadæ et iobiæ *H* = Φ^{c}
p. 20, 7 montenis *corrupte*] mustinis *H* = Φ^{ac}
p. 20, 10 meum Basilium] basiliscum *H* = Φ
post p. 20, 16 *add.* andreas pbr̄ et archimandrita per pbrm̄ timotheum ss̄ *H* ~ Andreas presbyter et archimandrita suscripsi in depositione Eutychis per presbyterum Timotheum Φ
p. 20, 21 beati] beatæ memoriæ *H* = Φ^{ac}
post p. 20, 26 *add.* flauianus pbr̄ et archimandrita sc̄i hermilli ss̄ *H* ~ Flauianus presbyter et archimandrita monasterii sancti Hermilli suscripsi in depositione Eutychis Φ^{ac}
post p. 21, 7 *add.* marcellus exiguus pbr̄ et archimandrita ss̄ *H* ~ Marcellus— suscripsi in depositione Eutychis Φ^{ac}
in fine catalogi *add.* omnes quinquaginta tres subscripserunt *H* = Φ^{cr} *om.* Φ^{a}
ex concordantiis p. 15, 32. 19, 12. 20. 20, 1 et ultimo loco apparet *H* ex codice uersionis Φ^{c}, non Φ^{a} esse correctum.

Collectionem Nouariensem Constantinopoli ignotam mansisse uel inde manifestum est quod Flauiani epistula prior [3] cum reciperetur in epistularum collectionem quam is qui uersionem antiquam in eam quam Φ^{c} appellare soleo, commutauit, denuo translata est. quod in Collectionem Dionysianam auctam una lectio ex Φ^{c} transmigrauit [p. 22, 12 regis ueri *pro* ueri dei], inde explicandum quod etiam in hac epistula quamuis semel tantummodo auctor collectionis *H* eundem codicem uersionis Φ^{c} adhibuit atque in Gestis Constantinopolitanis. ceterum quæ collectiones uersionem epistulæ qualis in Collectione Nouariensi extat, exhibent Hispana [*S*], codicis Vaticani [*L*], Dionysiana aucta [*H*], non ipsam illam adhibuerunt, sed epistulæ editionem separatam, quæ facta erat, ut Flauiani epistula cum Leonis tomo legi posset, etsi papa non huic, sed alteri [4] epistulæ litteras illas celeberrimas rescripsit. apparatum siquis perlegerit, facile uidebit *H*, sicut solet, pendere de *L*, *SLH* artiore uinculo inter se cohærere, denique notabit *P* in hac quoque epistula interpolationem dogmaticam subisse [cf. p. 22, 17], quo uitio ne *S* quidem prorsus immunis est.

IIII DE LEONIS EPISTVLA AD FLAVIANVM

Epistulam uel tomum ad Flauianum ipsius Leonis iussu ex scrinio editam esse ut in Collectionem Nouariensem reciperetur, supra [p. VI] exposui neque dubito quin eiusdem auctoritate factum sit ut in formam libri magis quam epistulæ redigeretur; caret enim in Collectione Nouariensi inscriptionis formula siue longiore siue breuiore, omissa est clausula de legatis ad Flauianum conciliumque Ephesenum, desunt subscriptiones. postquam Ephesi non lecta est, iterum iterumque ab ipso Leone Constantinopolim et in prouincias Occidentis missa est [cf. uol. 4 ind. II p. 172], lecta est in synodo Constantinopolitana a. 450 [cf. supra p. VI] et in concilii Chalcedonensis actione prima de fide, quæ apud Græcos et in uersione antiqua tertia, in uersione correcta et editione Rustici altera numeratur. non igitur necesse erat ut ea ex Collectione Nouariensi in qua primum edita erat, peteretur; quod unum illius uestigium extat in codice *D* uersionis Φ^c^, subscriptio Tiburtii notarii [p. 33, 3], ad doctum aliquem hominem Occidentalem referendum est, qui in exemplar Collectionis Nouariensis inciderat.

Habent eam ex Leonis epistularum collectionibus antiquis Quesneliana [*Q*, cf. uol. 4 p. I], collectio codicis Vaticani [*L*, cf. ibid. p. IIII], Dionysiana aucta [*H*] cui præter tres codices l. c. p. V enumeratos in hac epistula adnumerandus est codex Casinensis 125 [*h*] s. XI, Hispana [*S*, cf. ibid. p. VI], Corbeiensis [*P*, cf. ibid. p. XIII. 155], Ratisbonensis [*E*, cf. ibid. p. XXV]. quoniam in concilii Chalcedonensis actione prima de fide lecta est, extat in Gestorum illorum uersione Φ^a Φ^c Φ^r. more solito Rusticus uersionis Φ^c exemplari quod cum codicibus præcipue Græcis contulit atque correxit, adnotationes adscripsit, quæ in codice *C* partim certe seruatæ sunt. inter eas una exhibet uariam lectionem codicis monasterii Acœmetarum Constantinopolitani [p. 29, 9], quem quoniam Græcum fuisse ex aliis Rustici adnotationibus constat, textum Latinum epistulæ exhibuisse non aliter quam e. g. allocutionis Marciani in actione sexta manifestum est. at non in actione tantum illa ipsius concilii extabat epistula, sed in collectiones quoque epistularum recepta est, quæ Græcæ gestorum Chalcedonensium editiones aut præmittebant aut in fine actionis de Dioscoro exhibebant. quam Græcorum consuetudinem secutus is qui primo uersionem antiquam correxit atque auxit [Φ^c], ex Græcis epistularum collectionibus, in quibus Latinarum præter uersiones Græcas Latinus quoque textus exhibebatur, et ipse epistularum collectionem confecit gestisque præmisit, quam Rusticus [Φ^r] ex eo desumpsit. cuius loco septimo [$\bar{z}$] collocauit tomum Leonis. sed quoniam duorum codicum qui in epistulis et actione prima extant uersionis Φ^c, Montepessulanus [*D*], quoniam exemplaris Φ^c, unde transscriptus est, initium perierat, priorem epistularum collectionis partem ex codice quodam Φ^r desumpsit, Rusticus autem, sicut ipse dicit, epistulam ad Flauianum omisit *eo quod in gestis sancti et uniuersalis concilii Chalcedonensis tertiae actionis inserta sit*, unus codex Casinensis 2 [M^c] uersionis Φ^c epistulam ad Flauianum septimo epistularum collectionis loco totam exhibet, etsi iterum in ipsis habet gestis [*M*]. denique ex Gestis Chalcedonensibus desumptus est epistulæ textus in concilii quinti collatione sexta [L V 535 = M VIIII 329], cuius testes sunt codex Parisinus 16832 [K^n] atque editio Surii [K^s].

Ex ingenti codicum sæculo XII antiquiorum multitudine digni sunt qui in apparatum pleni recipiantur, inprimis ii quos ad maiorem quandam et antiquam collectionem accedere uel ex lectionibus uel ex eis quæ continent, apparet. ad Quesnelianam pertinet codex Parisinus 1453 [*p*], cuius prima pars habet Hadrianam, altera alia manu scripta epistulam ad Flauianum. ad eandem stirpem rettulerim, quamuis haud paucæ lectiones etiam aliunde irrepserint, codices Vossianum 122 bibliothecæ academicæ Lugdunensis Batauorum [*X*, cf. t. I 5, 2 p. VI] et Montepessulanum 308 [*Z*, cf. t. IIII 2

p. xxviiii]. at memoria, ut ita dicam, Chalcedonensis præualet in codice Parisino 3848[b] [*T*, continet f. 45—51 testimonia quæ adnexa sunt Leonis epistulæ 104 (*J*), f. 51—58 epistulam ad Flauianum, f. 58—64 Cyrilli epistulas ad Nestorium et Iohannem Antiochenum ex actione altera uel tertia Gestorum Chalcedonensium desumptas] et codice Veronensi LIX [57] scripto fere a. 600, de quo præter Maassen p. 761 sq. cf. quæ exposui t. I 5, 2 p. II. XIII.

Quos præterea adhibui codices antiquitate uenerabiles et propter ea quæ præter Leonis epistulam continent, auctoritate florentes, ii omnes redeunt ad exempla illius singularia qualia inde ab initio plurima describebantur et circumferebantur. lectiones non exhibui nisi selectas; una enim illorum utilitas est ut demonstretur quam late uel tempore antiquo in uolgari ista traditione grassata sit corruptela et interpolatio. sufficit igitur simplex enumeratio:

Codex Berolinensis 79 [*b*] olim Virdunensis s. VIIII; cf. præter Valentini Rose catalogum I p. 149 sq. dissertationem Ottonis Guenther *Avellanastudien* quæ inserta est *Sitzungsber. d. Wien. Akad.* 134 V p. 28 sq. atque me ipsum in huius operis t. I 3 p. VIII.

Codex Berolinensis 84 [typothetæ culpa t. I 5, 2 p. X extat 87] olim Remensis s. VIII [*n*]; cf. præter Valentini Rose catalogum I p. 171 sq. C. H. Turner Eccles. Occid. monum. iuris t. II I p. VII et me ipsum in huius operis t. I 5, 2 p. X.

Codex Fuldensis Bonif. 2 s. VIII [*f*] continet Leonis epistulam ad Flauianum quam uir doctissimus Scherer olim illi bibliothecæ præfectus in meum usum contulit, et decretalem 108 Ball. ad Theodorum Foriiuliensem; de ceteris cf. Scherer, *die Codices Bonifatiani in der Landesbibliothek zu Fulda* in *Festgabe zum Bonifatius-Jubilaeum* 1905, *Fulda* 1905.

Codex Laudianus miscell. 580 bibliothecæ Bodleianæ Oxoniensis [*l*], cf. t. IIII 2 p. I sq. XIII.

Codex Ambrosianus D 106 inf. s. X, olim monasterii Mediolanensis ss. Petri et Pauli [*m*] continet epistulam ad Flauianum, Hilarii librum in Constantium *Tempus est loquendi*, capitula libri de processu spiritus sancti scripti a Theodulfo episcopo Aurelianensi iussu Caroli magni.

Codex Vaticanus Regin. 1997, olim Teatinus [*r*] s. VIIII continet inter Leonis decretales aliquas [cf. uol. 4 p. V] epistulam ad Flauianum; cf. præter Maassen p. 526 ff. Turner, Journ. of Theolog. Stud. 31, 13 sq.

Monachii mense Ianuario a. h. s. XXXII

E. Schwartz

CORRIGENDA

p. 2 *deleas t* = Codex Albigensis 2 s. VIIII
p. 13, 15 *pro* esse *legas* adesse; *in apparatu ante* eum esse *ponantur* eum adesse *scripsi*
p. 13, 28 *in apparatu ante* ita quoniam *H spatium ponatur*
p. 14, 16 *in apparatu notae ad* l. 16 *inter se coniungantur*
p. 15, 26. 16, 28. 29 *in apparatu deleas* Γ
p. 18 *in apparatu ante* unam dixerunt naturam *H addas* ***numerum*** 16

COLLECTIO NOVARIENSIS DE RE EVTYCHIS

O = Codex Nouariensis 30 s. X
P = Leonis epistularum Collectio Corbeiensis
  P^a = Codex Parisinus 12097 s. VI
  P^c = Codex Coloniensis 212 s. VI
  P^p = Codex Parisinus 1564 s. VIIII
S = Collectio Canonum Hispana
  S^d = Codex Escorialensis d i 2 s. X
  S^e = Codex Escorialensis e i 12 s. X
  S^f = Codex Escorialensis d i 1 s. X
  S^m = Codex Matritensis 1872 s. XI
  S^t = Codex Matritensis 10041 s. XI
L = Collectio canonum codicis Vaticani
  L^α = Codex Vaticanus 1342 s. VIIII
  L^β = Codex Barberinus 679 s. VIIII
  L^γ = Codex Laurentianus bibl. æd. 82 s. X
H = Collectio Dionysiana aucta
  H^d = Codex Vaticanus 5845 s. XI
  H^e = Codex Monacensis 14008 s. X
  H^g = Codex Vallicellianus A 5 s. X
h = Codex Casinensis 125 s. XI
Q = Collectio Quesneliana
  Q^a = Codex Atrebatensis 644
  Q^e = Codex Einsidlensis 191
  Q^t = Codex Parisinus 3848 ^{a}
  Q^w = Codex Vindobonensis 2141
  Q^x = Codex Vindobonensis 2147
p = Codex Parisinus 1453 s. X
X = Codex Vossianus 122 s. VIIII

Z = Codex Montepessulanus s. VIIII
t = Codex Albigensis 2 s. VIIII
Collectio epistularum ante gesta Chalcedonensia Φ^c
M^c = Codex Casinensis 2

Gesta Chalcedonensia
uersio antiqua [Φ^a]
  R = Codex Reginensis 1045
  B = Codex Barberinus 680
  N = Codex Parisinus 16832
uersio antiqua correcta [Φ^c]
  A = Codex Vaticanus 1322 s. VI
  D = Codex Montepessulanus 58
  M = Codex Casinensis 2
uersio antiqua a Rustico correcta [Φ^r]
  C = Codex Parisinus 11611
  Y = Codex Veronensis LVIII
T = Codex Parisinus 3848 ^{b} s. VIIII
U = Codex Veronensis LIX s. VI
K = Gesta Concilii quinti
  K^{*} = Codex Parisinus 16832
  K^s = editio Surii
E = Codex Monacensis 14540 s. VIII/VIIII
b = Codex Berolinensis 79
n = Codex Berolinensis 84
f = Codex Fuldensis Bonif. 2 s. VIIII
l = Codex Oxoniensis Laud. 580 s. VIIII
m = Codex Ambrosianus D 106 inf. s. X
r = Codex Vaticanus Reginensis 1997 s. VIIII

EXEMPLVM LIBELLI EVSEBII EPI DORYLITANI QVI DATVS EST [SYNODO] AB EODEM SYNODO CONSTANTINOPOLITANAE ET SCO FLAVIANO EPO CONTANTINOPL VBI EVTYCHES DAMNATVS EST

1 Domino sancto et beatissimo episcopo Flauiano et synodo Eusebius episcopus Dorylæorum. Optaueram non ita capi morbo aut ebrietate mentis suæ uel inconstantia laborare Eutychim presbyterum et abbatem, ut oblitus deum et tremendum tribunal dei saluatoris nostri Christi et iusti iudicii eius et retributionis, qui uenturus Act. 17, 31
est iudicare iusto iudicio mundum et reddere unicuique secundum opera sua, ut auderet Apoc. 22, 12
contra ipsum omnium nostrum saluatorem Christum blasphemam linguam mouere et patres nostros, qui numerantur inter sanctos et beatos, hæreticos nominare et nos, qui eorum æmulati sumus fidem. sed quoniam non desinit, os habens apertum et linguam semper infrenem, rennuere decreta catholicorum et detrahere sanctis patribus nostris et me hæreticum dicere, qui non solum numquam in suspicionem uenerim hæreticorum, uerum etiam pugnauerim semper contra hæreticos et qui fidem catholicam secundum meas uires semper defenderim et et perseuerauerim in fide sanctorum patrum trecentorum decem et octo episcoporum qui in Nicæna synodo congregati sunt, et omnibus his quæ in Ephesena synodo statuta sunt, semper * sensibus et tractatibus Cyrilli Alexandrini et Athanasii et maioris Gregorii et Gregorii et Gregorii et Attici et Procli sanctorum episcoporum, rogo et deprecor uestram sanctitatem ne rennuatis hanc supplicationem meam, sed iubeatis Eutychen presbyterum et abbatem adesse sancto concilio uestro, ut mihi respondeat de his quæ a me ei intenduntur, quia paratus sum conuincere eum fictum nomen habere catholici, penitus autem alienum esse a fide catholicorum. et obtestor uos per sanctam et inseparabilem trinitatem, quæ tuetur religiosos imperatores nostros, et per salutem eorum ut præmemoratum Eutychem adesse iubeatis ad sanctam synodum uestram et respondere ad ea quæ intenduntur, ut isto conuicto et illi qui ab ipso uitiati sunt, corrigantur et catholica fides etiam nunc uictrix inueniatur, sicut semper fuit quæ orbis terrarum fines amplectitur. his enim impetratis gratiam me debere profiteor sanctæ congregationi uestræ.

Et subscriptio: Eusebius episcopus Dorylitanus his libellis a me datis subscripsi

GESTA CONTRA EVTYCHEN PBRM

2 1 Inter cetera gestorum synodalium sancti Flauiani, quibus in Eutychen lata sententia est: Sanctus Flauianus archiepiscopus dixit: Dicant religiosi notarii si diaconus

---

1 = *Gesta Chalcedonensia 1*, *225. 230*
2 1 = *Gesta Chalcedonensia 1*, *365*
O

1 DORSLITANI *O* SYNODO *deleui* AB EODEM *scripsi* AD [D *erasa*] QVODĀ *O* 2 CONSTANTINOPOLITANO *O* 5 dorsleorum *O* 16 nicæa *O* 17 *lacunam significaui e. g. supplendo* semperque permanserim in 20 scorum *O*, *corr. O* 29 dorslitanus *O*

sancti deo amabilis episcopi Basilii, qui commemoratus est a religioso presbytero et defensore Iohanne, in præsenti est.

2 Notarii dixerunt: Præsens est iniunctus deo amabili episcopo Basilio, qui una cum uestra beatitudine præsidet.

3 Sanctus archiepiscopus dixit: Stet in medio.

4 Et posteaquam stetit, sanctus archiepiscopus dixit: Quid diceris?

5 Et dixit: Athanasius.

6 Sanctus archiepiscopus dixit: Quem gradum habes ecclesiasticum?

7 Athanasius dixit: Diaconus sum.

8 Sanctus archiepiscopus dixit: Cuius ciuitatis?

9 Athanasius diaconus dixit: Seleuciæ quæ est sub sancto episcopo ⟨Basilio⟩.

10 Sanctus archiepiscopus dixit: Dic quæ audisti præsentibus religiosis Iohanne presbytero et defensore et Andrea diacono a religioso presbytero et archimandrita Eutychin de fide.

11 Athanasius diaconus dixit: Hæc audiui quæ et deo amabilis presbyter et defensor Iohannis prosecutus est et religiosus diaconus Andreas.

12 Religiosus episcopus Eusebius dixit: Sufficiunt quæ relata sunt a religioso presbytero et defensore Iohanne et religioso diacono Andrea, et facta consensio ab Athanasio religioso diacono Seleuciæ sanctæ ecclesiæ declaratum [est] quam iniquus est hic sensus et contra expositionem sanctorum patrum conprobatur; sed tamen rogo uestram sanctitatem et iterum ipsum uocari. paratus enim sum conuincere eum multorum testimonio male sentientem et male docentem.

13 Sanctus archiepiscopus dixit: Contingat eum præsentem et cognoscentem proprium errorem gerere pænitudinem, quoniam dominus noster Iesus Christus [non] lætatur sani-
cf. Mt. 18, 12 tate pereuntium et circumiens ipse primus quærit ouem perditam. quapropter iterum missi Mamas et Theofilus religiosi presbyteri admoneant ipsum reddentes ei a nobis missam euocatoriam ut occurrat ad sanctam synodum scandalizatam non solum ex his qui dati sunt aduersus eum [euocatoriis] accusatoriis libellis a religioso episcopo Eusebio, sed et facta prosecutione aduersus eum male sentientem et perseuerantem a religioso presbytero et defensore Iohanne et Andrea et Athanasio religiosissimis diaconis, ut si ueniens euomerit priorem iniquitatem et recolet rectam fidem et expositionem sanctorum patrum, ueniam consequatur, quæ iustissime a nobis præstatur pænitentiam respicientibus.

14 Religiosus Eusebius episcopus dixit: Dignetur uestra sanctitas iubere legi et quod dictatum est a sancta synodo de eius euocatione, et hoc gestis inseratur.

15 Sanctus archiepiscopus dixit: Legatur et inseratur fidei gestorum.

16 Sancta et magna synodus quæ secundum dei gratiam congregata est in amabili Christo Constantinopolim Romæ religioso presbytero et archimandritæ Eutycheti,

---

2—16 = *Gesta Chalcedonensia* 1, 366—380

O

3 præsens] *superscr.* diaconus *O* quia *O*, *corr. O* 6 postequam *O* 11 anathanasius *O* Basilio *om. O* 13 diaconus *O*, *corr. O* 15 et¹ *om. O*, *corr. O* 18 diaconus *O*, *corr. O* andraeae *O*, *corr. O* 19 diaconus *O*, *corr. O* est *deleui* 21 ipsum] *superscr.* euticen *O* 23 archiepiscopus] *superscr.* flaū *O* 24 gererem *O*, *corr. O* non *deleui* 27 scandalizatus *O* 28 euocatoriis *deleui* 30 iohanne et defensore *O* 31 et euomens *O*, *corr. O* recolens *O*, *corr. O* expositione *O* 32 consequantur *O*, *corr. O* penitentia *O* 33 respicientibus *in* resipiscentibus *corr. O* 37 synodus *in* synodo *corr. O*

ut nunc secunda hac euocatione accersitus per Mamam et Theophilum religiosos presbyteros occurrat sine aliqua dilatione ad satisfaciendum sanctæ synodo, accusatus a sancto episcopo Eusebio quod alienum a religione et sentias et quibusdam conloquaris. adesto igitur in concilium nihil differens, ne declinans aspectum accusatoris incidas multis canonicis. neque enim probabilis est satisfactio dicentis decreuisse te non exire de monasterio, cum de talibus rebus accuseris.

17 Adhuc sedente sancta synodo et expectante Maman et Theophilum religiosos presbyteros, qui missi erant uocare Eutychetem religiosum presbyterum et archimandritam, et legentibus quæ ectheses sunt de fide sanctorum patrum, surgens in medium deo amabilis episcopus Eusebius dixit: Nihil intemeratum ei qui in deum peccauerit et aliena rectæ fidei sentienti temere omnia gerenti. cognoui enim quod Eutyches presbyter et archimandrita tomum misit per monasteria et ⟨ad⟩ seditionem concitat monachos. et quoniam hoc ipsum ad tuitionem ecclesiæ et sanctæ synodi congruit prouideri et manifestari quæ conatur et moliatur, rogo præsentem presbyterum martyrii septimi miliarii dicere, si ad ipsum transmiserit tomum et fecerit subscribi.

18 Sanctus archiepiscopus dixit: Hic in præsenti est, de quo hæc prosecutus es?

19 Notarii dixerunt: Hic est.

20 Sanctus archiepiscopus dixit: Stet in medium.

21 Et posteaquam stetit, sanctus archiepiscopus dixit: Quid diceris?

22 Qui dixit: Abramius; presbyter sum in Septimo sub uestra sanctitate.

23 Sanctus archiepiscopus dixit: Audisti quæ prosecutus est religiosissimus Eusebius episcopus?

24 Abramius presbyter dixit: Etiam, per uestigia uestra.

25 Sanctus archiepiscopus dixit: Dic quæ ista.

26 Abramius presbyter dixit: Manuhel presbyter et archimandrita misit me ad presbyterum Asterium dicere ei hæc quod Eutyches presbyter et archimandrita misit ei tomum de fide et persuadebat ei subscribere in ipso. et hæc mandauit, ut ad uestram sanctitatem referret religiosus presbyter Asterius.

27 Eusebius episcopus dixit: Quoniam non usque ad monasterium Manuhelis presbyteri hoc solummodo ausus est committere, rogo mitti et in alia monasteria et scire utrum et illuc tomum miserit ad subscribendum tamquam [in] conculcata fide necne.

28 Sanctus archiepiscopus dixit: Secundum petitionem deo amabilis episcopi Eusebii pergant ad monasteria in ciuitate quidem Petrus religiosus presbyter et Patricius religiosus diaconus, in transmarinis autem Syces Retorius presbyter et Eutropius diaconus, Calchedona autem Paulus et Iohannes presbyteri, ut discant ab ipsis si missus est eis tomus a presbytero et archimandrita Eutychin persuadente ipsos consentire et subscribere.

17—28 = *Gesta Chalcedonensia* 1, 380—394

O

1 et *O*, *corr.* *O* acersitus *O* arcersitus *O*[corr] 2 et occurrat *O*, *corr.* *O* accusatum *O*, *corr.* *O* 3 sententias *O* quibus iam *O* 4 consilium *O* 5 multis Γ in ultimis *O* 9 ectheses *scripsi* excite *O* 10 intemeratum *scripsi* intamminatum *O* ei Γ et *O* 11 sententem *O* gerentem *O* 12 tomum Γ quod *O* ad *addidi secundum* Γ 13 per monachos *O*[corr] synodo *O* 14 prouidere *O* 15 transierit thomus *O* 16 prosecuta est *O* 19 uocaris *superscr.* *O* 20 *post* Abramius *nonnulla aut omissa sunt aut exciderunt* 30 committere *scripsi* mittere *O* 31 ab *O* in *deleui* necne Γ nicenæ *O* 34 syches *O* 36 persuadentes *O*

29 Et his dictis a sancto archiepiscopo, Aetius diaconus et notarius dixit: Missi hodierno die a uestra sanctitate religiosissimi patres presbyteri Mamas et Theophilus ad religiosum presbyterum et archimandriten Eutychin adsunt.

30 Sanctus archiepiscopus dixit: Dicant religiosi presbyteri executores decretis sanctæ synodi quæ cognouerunt a religioso presbytero et archimandrite Eutychin et si paratus est uenire ad concilium sanctæ synodi.

31 Religiosus presbyter Mamas dixit: Venientes ad monasterium religiosi presbyteri et archimandritæ Eutychetis inuenimus monachos stantes ante ianuam et intrauimus cum ipsis in monasterium, dicentes: nuntiate nos; conuenire enim habemus archimandritam, missi a sancto archiepiscopo et a præsenti sancta synodo. et dicebant nobis quod domnus archimandrita ægrotat et uos uidere non potest; quid igitur uobis placet, quam ob causam missi estis, dicite nobis. nos autem non obtemperauimus eis dicere quod nos ad ipsum missi essemus et præ manu habemus scriptum ad ipsum mandatum sanctæ synodi. qui remeantes rursus exierunt ducentes una secum Eleusinium monachum et dixerunt quoniam archimandrita noster inualidus est; sed misit pro se cui uos mandata dicatis. sed nec sic maluimus ipsi dicere, sed asseruimus quod si suscipiat nos missos a sancto archiepiscopo et sancta synodo, dicite nobis. deinde uidentes eos ad inuicem se intuentes et perturbatos et murmurantes et dicentes quædam, cum non acciperemus responsum turbatis ipsis propter mandatum scriptum, diximus illis: quid est quod turbamini? nihil molestum est in scriptis nec celatum, sed dicimus uobis quid teneatur in scriptis; ammonuit eum sancta synodus bis hoc ipsum ut adsit et in his quæ accusatur a sancto et deo amabili Eusebio episcopo, respondeat et satisfaciat. qui intrantes nuntiauerunt nos et suscepit nos religiosus presbyter et archimandrita Eutychis et intrantes reddidimus missam chartam. fecit legi nobis præsentibus. posteaquam lecta est, dixit quod ego finem mihi posui monasterium meum non exire præter mortis necessitatem; scit enim et sancta synodus et deo amabilis episcopus quod et senex sum et inualidus. diximus nos: dignare uenire et in quibus accusatus es, apud sanctam synodum satisfacito. et dixit quod ego non exeo de monasterio ad iudicium perferendum; si autem uult deo amabilis archiepiscopus et sancta synodus quicquam agere, quod placet illis, agant. unum itaque deprecor, non cogere quemquam excedere de proposito; decretum est enim mihi non exire. sed ne iterum mittant, quod uolunt, et antequam me reuocent, agant. et rogauit nos hæc referre ad cognitionem domini. cogebat autem nos et chartam scriptam afferre, et noluimus suscipere dicentes: si quid uis, præsens per te ipsum doce. et nobis ista ad ipsum dicentibus oblata est charta et uoluit nobis relegere. nec sic obtemperauimus audire, sed suscepit ipse et suscripsit in ipsa charta et nos ualefacientes exiuimus, eo dicente se missurum ad sanctam synodum chartam cum mea subscriptione.

32 Sanctus archiepiscopus dixit: Dicat religiosus presbyter Theofilus quae cognouit, quando affuit apud religiosum presbyterum et archimandritam Eutychin una cum religioso presbytero Mama.

29—32 = *Gesta Chalcedonensia* 1, 395—398

O

1 archieps̅ *O*, *corr.* *O* 3 eutyches *O*, *corr.* *O* 4 in decretis *O*corr 5 synodus *O*, *corr.* *O* 8 archimandrites *O* 9 monasterio *O*, *corr.* *O* 12/13 οὐκ ἠνεσχόμεθα εἰπόντες *male intellecta* 14/15 eleusinum *O* 18 quædam *O* quod *O*corr 19 cum Γ falsum *O* 22/23 satisfiat *O*, *corr.* *O* 23/24 archimandrite uthicis *O* 37 mea] ea *O* 40 mamam *O*, *corr.* *O*

33 Religiosus Theofilus presbyter dixit: Veniens una cum deo amabili presbytero Mama illuc ubi est monasterium Eutychetis presbyteri et archimandritæ, hæc cognoui dicentem quod nisi sola mors non facit me egredi monasterium; hoc enim mihi decretum est et inpossibile est exire. et reliqua uniuersa quæ dicta sunt a religioso presbytero Eutychete, prosecutus est religiosus presbyter Mamas, quæ et ego ipse cognoui.

34 Eusebius episcopus dixit: Est hoc reorum ut dilationes faciant obiectis. neque enim rectum est hæc asserere, non licere egredi. sed rogo ut sanctio canonum et nunc euigilet [et] aduersus eum qui accusatus est, et iubete eum etiam inuitum adesse.

35 Sanctus archiepiscopus dixit: Audiens sancta synodus ea quæ nuntiata sunt a religioso presbytero Eutychin per religiosos presbyteros qui ad eum destinati sunt, placita pronuntiet.

36 Sancta synodus dixit: Legitimum est et tertium ammoneri a magna ista et sancta synodo religiosum presbyterum et monachum Eutychin ut adsit sanctæ huic synodo. quodsi hoc non fecerit, imputet sibi.

37 Sanctus archiepiscopus dixit: Religiosi presbyteri Memnon et Epiphanius et Germanus diaconus euntes ad religiosum presbyterum et archimandritam Eutychen tertiæ euocationis decretum missum a synodo sancta deferant ad ipsum ut adsit et respondeat obiectis.

Et continebat commonitorium missum ad ipsum hoc

38 Sancta et magna synodus quæ secundum gratiam dei congregata est Constantinopolim Romæ nouæ religioso presbytero et archimandritæ Eutycheti. Non ignoras quæ decreta sunt in canone de his qui dissimulant et non optemperant adesse ad satisfactionem, quando et tertia euocatio ad ipsos facta fuerit. si igitur perfores quæ ab ipsis iuste decreta sunt, et nunc tertiam euocationem facimus per religiosos presbyteros Memnonem et Epiphanium et religiosum diaconum Germanum: adesto futuri synodi matutinis horis quarta feria septimo decimo mensis Nouembris.

39 Et sequenti die quæ est sexta decima mensis Nouembris, die tertia, præsidente archiepiscopo et sancta synodo et disputante de diuino dogmate ipso archiepiscopo, Asclepiades diaconus et notarius nuntiauit dicens quosdam monachos de monasterio sancti presbyteri et archimandritæ Eutychetis ⟨et⟩ Abramius religiosus presbyter et archimandrita foris stant et rogant se intromitti.

40 Sanctus archiepiscopus dixit: Intromittantur.

41 Et ingressus est Abramius religiosus presbyter et archimandrita et Eleusinius et Constantinus diaconi monasterii Eutychetis presbyteri. Sanctus archiepiscopus dixit: Quid uexata est ad nos uestra religio?

42 Abramius presbyter dixit: Missi sumus.

43 Sanctus archiepiscopus dixit: Quis uos misit?

44 Abramius presbyter dixit: Archimandrites.

45 Sanctus archiepiscopus dixit: Quis archimandrita?

46 Abramius presbyter dixit: Eutyches.

33—46 = *Gesta Chalcedonensia* 1, 399—412

O

2 mamam *O*, *corr. O* 8 et *deleui* 9 archiepiscopus] *superscr.* flaū *O* 12 tertium *scripsi* ter eum *O* 17 ad *O* 23 et *uidetur deleta esse O* si *corruptum*, *postulatur* ne te perfores *scripsi secundum* Γ perferas *O* 25 futuri synodi *corrupta*, *coniciam* futuri diei 26 quarte *O* 28 et[1] *in* in *corr. O* 30 et *addidi* 37 qui *O*, *corr. O*

47 Sanctus archiepiscopus dixit: Quam ob causam?

48 Abramius presbyter dixit: Misit me inualidus. per orationes uestras, tota nocte ingemens non quieuit nec ego dormiui ingemescente illo; accersiuit me autem a uespera propter hoc, dixit autem mihi quædam dicere domino.

49 Sanctus archiepiscopus dixit: Et damus dilationem et non urguemus. domini
est autem præstare sanitatem, nostrum autem est opperiri eius incolumitatem. neque
Sap. Sal. 1, 13 enim delectatur deus perditione uiuorum nec sumus filii inhumanitatis, sed clementiæ
2 Cor. 8, 9 dei. si enim propter nos diues ille pauper effectus est, et nos sustinere debemus mediocritatem. secundum misericordiam enim dei et nos creati sumus.

50 Abramius presbyter dixit: Mihi, per uestigia uestra, et quædam alia mandauit, ut si fuero interrogatus, dicam.

51 Sanctus archiepiscopus dixit: Quomodo potest fieri ut alius pro alio respondeat accusato? sed potius differimus neque urguemus. sed ueniat huc: ad parentes ueniet, ad fratres, non ad ignorantes eum, et nunc in amicitia perseuerantes. multi enim audierunt et scandalizati sunt; accusator autem ipsius insistit: adsit ergo ad satisfactionem. si enim tunc Nestorio aduersus ueritatem nitente pro ueritate affuit, quanto magis nunc oportet eum pro ⟨ueritate et pro⟩ se adesse et satisfacere? homines sumus et multi magni uiri scandalizati sunt et errauerunt imperitia sua opinantes bene se credere. pudorem non infert pænitudo, sed opprobrium est perseuerare in peccato. sicut enim uermis consumit lignum, ex quo est, sic et peccatum consumit manens in peccatore. sed ueniat huc, et confitenti suum errorem et anathematizanti damus de præteritis ueniam. et de futuro propria fide nos certos faciat et sanctam synodum quod non aliter sentit quam quod sancti patres nostri senserunt, et præter hæc deinceps neque docet quemquam neque ad aliquos loquetur. nam et antequam eum scires, scio eum et antequam ille te sciret, sciit me.

52 [Et] Abramius presbyter dixit: Sic habet, per uestigia uestra.

53 Et posteaquam surrexit, sanctus archiepiscopus dixit: Scitis zelum accusatoris quod ei etiam flamma frigida uidetur propter zelum pietatis. et dominus scit quod persuasi et rogaui ut differret, sed institit, et quid habui facere? nunc cupio uestram dispersionem congregari; nam inimici est submergere, patris est autem congregare.

54 Sequenti die quæ est septimo decimo mensis Nouembris, rursus congregata sancta synodo in secretario episcopii, Aetius diaconus et notarius dixit: Qui missi sunt hesterno die, quæ est sexta decima supra scripti mensis, presbyteri Memnon et Epiphanius et Germanus diaconus ad tertiam euocationem Eutychetis, adsunt cupientes nuntiare quæ a supra dicto uiro audierunt qui fuerint ministri uestræ iussionis.

55 Sanctus archiepiscopus dixit: Dicat in primis Memnon presbyter quale responsum acceperit ab Eutychete, propter quem destinatus est a sancta synodo.

56 Memnon presbyter dixit: Secundum iussionem uestræ sanctitatis et sanctæ synodi euntes ad sanctum presbyterum Eutychin dedimus ei scriptum transmissum a uestra sanctitate. quo lecto dixit nobis misisse se Abramium presbyterum ad sanctum archiepiscopum et sanctam synodum, ut is pro me consentiat decretis sanctorum patrum quæ facta sunt in Nicæa et Ephesi et uniuersis decretis sanctæ memoriæ Cyrilli

47—56 = *Gesta Chalcedonensia I*, 413—422

O

3 a] ad *O* 7 uirorum *O* 13 accusatus *O*, *corr.* *O* 14 amicitiam *O* 16 sic *O* 17 ueritate et pro *addidi* 19 opproprium *O* 20 peccato *O*, *corr.* *O* 26 et *deleui* 27 scitis *scripsi* peius *O* 30 submergere] *postulatur* dispergere 32 externo *O* 38 synodus *O*, *corr.* *O* 41 his *O* 42 nicia *O*

57 Et adhuc isto dicente Eusebius presbyter dixit: Nunc uenit consentire? ego non de futuro accuso, sed de præterito. numquid si modo quidam ei expositiones quasdam tradiderint et dicant: nunc propter necessitatem consentire te oportet, ideo ego uictus sum?

58 Sanctus archiepiscopus dixit: Nullus tibi concedit discedere ab accusatione neque illi permittit non adesse et satisfacere de præteritis.

59 Eusebius episcopus dixit: Deprecor hanc uocem mihi præiudicium non facere. nam ego idoneos testes habeo quibus præsentibus hæc docuit et tractauit, et ammonitionem meam non semel, non bis habuit, sed sæpius ut rectum sapiat, nec sic obtemperauit. quod his qui in carcerem continentur, latronibus dicito non furari, et omnes consentiunt.

60 Sanctus archiepiscopus dixit: Nullum præiudicium tuæ accusationis erit, si et milies subscripserit traditionibus sanctorum patrum. sicut enim etiam prædictum est, oportet eum ante conuinci 〈de〉 obiectis et postea satisfactio subsequatur.

61 Et his dicentibus addidit presbyter Memnon et dixit: Dicebat autem: quoniam inualidus sum, ideo misi religiosum presbyterum Abramium. sed cum insisterem oportere eum adesse et uenire ad sanctam synodum et pro se responsum facere obiectis, dixit: expecto papam Abramium, si possit satisfacere domno et sanctæ synodo. dixi autem illi: nos hic quid expectabimus donec ille ueniat? dixit: rogo domnum archiepiscopum et sanctam synodum mihi dilationem præstari unius ebdomadis et sequenti, si uoluntas dei fuerit, adero et pro me satisfacio domno et sanctæ synodo.

62 Sanctus archiepiscopus dixit: Dicat et religiosus Epiphanius presbyter quid audiit a presbytero Eutychin.

63 Epiphanius presbyter dixit: Secundum iussionem uestræ sanctitatis affui ego et deo amabilis presbyter Memnon una cum religioso diacono Germano et reddidimus presbytero Eutycheti commonitorium sanctæ synodi. quo lecto ea dixit quæ prosecutus est Memnon presbyter.

64 Sanctus archiepiscopus dixit: Dicat religiosus diaconus Germanus quæ audiit.

65 Germanus diaconus 〈dixit〉: Secundum iussionem uestræ sanctitatis et sanctæ synodi affuimus ad Eutychen presbyterum et hæc eadem dixit nobis quæ religiosi presbyteri prosecuti sunt.

66 Eusebius episcopus dixit: Rogaui et nuper uestram sanctitatem de molitione quam conatur inferre et turbare monasteria, ut mitteretur ad monasteria, ut sciatur quod persuasum est omnibus subscribere tomum ab ipso transmissum. de hoc uestra religio iussit certos quosdam religiosos clericos pergere ad monasteria: iubete itaque eos adesse ut et ipsi prosequantur gestis quid audierint a monachis.

67 Sanctus archiepiscopus dixit: Dicant notarii, qui sunt missi ad monasteria quæ sunt in ciuitate.

68 Notarii dixerunt: Religiosi Petrus presbyter et Patricius diaconus, qui et adsunt.

69 Sanctus archiepiscopus dixit: Dicant quæ audierint a singulis monachis.

57—69 = *Gesta Chalcedonensia* 1, 423—435

O

1 presbyter] *postulatur* episcopus 3 tradiderunt *O* uicturus *O* 5 accusione *O* 6 permitti *O* 10 dictu *O* 13 scripserit *O* 14 de *addidi* 19 qui expectauimus *O* 20 dalationem *O* ebdomatis *O* 22 audit *O* 25 religiosus diaconus *O*, *corr.* *O* 26 synodus *O*, *corr.* *O* quæ] quod *O* 29 dixit *add.* *Amelli* 29/30 sc̄a synodus *O*, *corr.* *O* 33 sciat *O* 37 discant *O* 39 religiosus *O*

70 Petrus presbyter dixit: Secundum iussionem uestræ sanctitatis et sanctæ synodi affuimus in monasterio Martini presbyteri et archimandritæ. interrogauimus si tomum missum a sancto archimandrita Eutychin suscepit. et respondit missum quidem ad se sexta feria præterita, quæ est duodecima mensis Nouembris, per Constantium diaconum, rogans subscribi, et non obtemperauit, dicens non esse suum subscribere, sed episcoporum solum. et exiens dixit quod nisi mihi consenseritis modo, me deuorabit episcopus et postea uobis erit molestus. exinde exeuntes uenimus ad presbyterum et monachum Faustum.

71 Sanctus archiepiscopus dixit: Quid continebatur in tomo cui religiosus presbyter Martinus subscribere noluit?

72 Petrus presbyter dixit: Sicut asserebat, hæc continebat quæ in Epheso acta sunt.

73 Sanctus archiepiscopus dixit: Legisti et cognouisti an auditu [aut] solum percepisti?

74 Petrus presbyter dixit: Non legi, sed dicebat hæc quidem esse sanctæ memoriæ Cyrilli et qui in Epheso episcopi affuerunt, et subscriptum tomum; subscriptionem celabat. similiter et religiosus Faustus dicebat missum ad ipsum tomum per Constantium et Eleusinium, oportere eum subscribere. et exigebat continentiam tomi et dicebat ille trecentorum decem et octo patrum expositionem esse et eorum qui in Epheso congregati sunt episcoporum. et dicebam illis quod exemplaria eorum apud nos sunt: dato nobis conferre, ne qua addita sint. et noluerunt, sed recesserunt. nos enim filii sumus ecclesiæ et unum patrem post deum habemus archiepiscopum. et domnus Iob dixit: tomum quidem non misit ad nos, sed asserebat mandatum sibi esse tomum missurum [ad] archiepiscopum esse, sed noli subscribere. abiimus autem et ad Emmanuhelem et respondit ad se non esse missum. similiter et ad Abramium, et ipse dicebat ad se neque responsum neque tomum fuisse transmissum.

75 Sanctus archiepiscopus dixit: Dicat et Patricius diaconus quid audiit ab Eutychen.

76 Patricius diaconus dixit: Missus a uestra sanctitate et sancta synodo cum religioso Petro presbytero hæc eadem audiui quæ prosecutus est religiosus Petrus presbyter.

77 Eusebius episcopus dixit: Videt uestra sanctitas quæ audeat Eutyches et quemadmodum contra rectam fidem sapiat. hæc enim et religiosus presbyter et defensor Iohannes prosecutus est et qui una cum ipso missus est religiosus diaconus ⟨Andreas et religiosus diaconus⟩ Athanasius deiamabilis episcopi Basilii, qualia autem et tunc religiosi monachi per eos qui ad ipsos destinati sunt, religiosos clericos denuntiarunt uestræ sanctitati. qui locus ei derelictus est ad satisfactionem? quapropter rogo aduersus eum pronuntiari ea quæ in canone decreta sunt. nam is qui perturbationem conatur inferre et aliena sapit fidei, quomodo inter sacerdotes dei et inter archimandritas iustus est enumerari? uidetis etenim quemammodum peierauerit. nam qui dixit decreuisse se non exire et sepulturam sibi esse monasterium, is idem promittit adfore dilationem quærens et alia moliendo, ut possit declinare conuincentes et non perferre uindictam.

78 Sanctus archiepiscopus dixit: Sufficiunt quidem hæc quæ proposita sunt aduersus Eutychen presbyterum ad declarandum uobis quod aliena sapiat præter rectam fidem

---

70—78 = *Gesta Chalcedonensia I*, *436—444*

O

1 scā *O* synodus *O*, *corr. O* 3 archimandritæ *O*, *corr. O* 5 rogantem *O*corr 6 consenseris *O* 6/7 deuorauit *O*, *corr. O* 7 et inde *O* 11 hoc *O* 12 auditu *scripsi* audisti tu aut *O* 21 domnus *in* domnum *corr. O* 22 ad *deleui* nolui *O* 23 ad Emmanuhelem *scripsi*] eadem manulem *O* 27 petrus presbyter *O*, *corr. O* 30/31 Andreas — diaconus *addidi* 31 et] ex *O* 32 ad] ab *O* ipsos *in* ipso *corr. O* denuntiarent *O* 36 perierauerit *O* 38 non] nos *O*

et quod ecclesias perturbare festinet, ut hinc eum oporteat sentire canonum ultionem et alienari eum sacerdotii dignitate et præpositione monasterii. ad negotii autem firmitatem quæsitam ab eo dilationem concedimus, ut occurrens cominus conuincatur. quodsi secundum propositionem suam non affuerit Eutyches presbyter sequenti secunda feria, quæ est uicensima secunda mensis instantis Nouembris, alienabitur funditus et dignitate presbyterii ⟨et⟩ extraneus erit præpositione monasterii.

79 Die sabbati, quæ est uicesima mensis Nouembris, congregata sancta synodo in secretario episcopii, Eusebius episcopus dixit: In his quæ inscripsi presbyterum Eutychin, rogo uestram sanctitatem necessarios mihi ad eius accusationem iubere in uestra synodo adesse sequenti secunda feria, in qua se et ille promisit adfuturum. sunt enim qui quæruntur, Narsis presbyter et commanens ei, Maximus archimandrites amicus ipsius, [diaconus] Constantius diaconus a responso ipsius Eutychetis, Eleusinius diaconus eiusdem monasterii, quibus præsentibus facta cognitione ueritas indagetur.

80 Sanctus archiepiscopus dixit: Quæsiti ab Eusebio episcopo euocentur, ut occurrant statuto die.

81 Eusebius episcopus dixit: Audiui a quibusdam secunda euocatione facta a uestra sancta synodo, missis a uobis religiosissimis presbyteris Mama et Theophilo, audisse quædam ab Eutychete quæ in gestorum confectione non sunt prosecuti. quod si uerum est, et hoc contra ipsius sensum conprobatur extare. rogo igitur euocare Mamam et Theophilum presbyteros et cogantur dicere propositis diuinis scripturis quæ audierint ab Eutychen presbytero.

82 Sanctus archiepiscopus dixit: Dicant notarii si prædicti presbyteri hic sunt.

83 Notarii dixerunt: Religiosus quidem Theofilus presbyter hic est, Mamas presbyter hic non est.

84 Sanctus archiepiscopus dixit: Audisti quæ dicta sunt a uenerabili Eusebio episcopo; unde ante oculos habens timorem dei prosequere omnia cum ueritate quæ audisti a presbytero Eutychete, cum missus esses a nobis et a sancta synodo et euocares eum.

85 Theophilus presbyter dixit: Secundum præceptum uestræ sanctitatis ego et uir uenerabilis presbyter Mamas uenimus ad monasterium presbyteri Eutychetis et dedimus ei commonitorium euocationis eius a sancta synodo destinatum. et cœpit uelle disputare nobiscum, dicente autem ei presbytero Mama quoniam propter hoc non uenimus, ut disputemus cum sanctitate tua, sed euocare te ut occurras ad sanctam synodum, cœpit idem presbyter Eutyches dicere præsente presbytero Narse et archimandrita Maximo et aliis quibusdam monachis: in qua scriptura continentur duæ naturæ? deinde qui sanctorum patrum exposuit duas naturas deum uerbum habere? nobis ad hæc respondentibus ei: et tu ostende nobis ubi expositum est homousion uel quæ scriptura dicit hoc, respondit idem presbyter Eutyches: non est positum in scriptura, in expositione autem patrum expositum est. ad hæc Mamas presbyter respondens dixit: quemadmodum in scriptura positum non est, sed a patribus expositum est, ita et de duabus naturis idem ipsi sancti patres exposuerunt. dixi et ego ad hæc: perfectus est deus uerbum aut non? dixit idem presbyter: perfectus. dixi ego: perfectus homo in-

79—85 = *Gesta Chalcedonensia* 1, 445—451

O
4 qui si *O* 6 et *addidi* propositione *O* 7 synodus *O*, *corr.* *O* 9 necessario *O* 12 diaconus *deleui* 13 cognitio *O* 18 quæ] quod *O* 19 euocate *O* 20 et cogantur *om.* *O*, *corr.* *O* 29 uenerabili *O* 36 eis *O*

carnatus aut non? dixit idem presbyter: perfectus. dico: si igitur deus perfectus et homo perfectus duo perfecta unum perficiunt filium, quid nos prohibet dicere ex duabus naturis unum filium? ad hæc respondit archimandrites Eutyches: absit a me dicere ex duabus naturis Christum aut disputare de natura dei. si ergo uolunt me condemnare aut aliquid uelint facere aduersum me, concessione dei faciant; ego enim in fide quam accepi, in hac steti et perseuerare uolo. hæc sunt quæ ab eo audiui.

86 Sanctus archiepiscopus dixit: Dic nobis quapropter talia de fide audiens a religioso Eutychen presbytero præsens priori synodo tacuisti?

87 Theophilus presbyter dixit: Scit et uestra religio quod non propter hanc causam directi sumus, sed solum euocare prædictum presbyterum Eutychen. unde non interrogati superfluum duximus hæc dicere propter quæ non sumus missi.

88 Notarii dixerunt: Adest et presbyter Mamas, cuius mentionem fecit uenerabilis Eusebius episcopus.

89 Sanctus archiepiscopus dixit: Legantur uenerabili presbytero Mamæ quæ prosecutus est Theophilus presbyter.

90 Et posteaquam lecta est prosecutio Theophili, Mamas presbyter dixit: Si de homine quæstio perferretur, nomen clerici habens numquam mentirer; at cum fidei res agatur, numquam negabo nec mentiar; absit. quoniam directi nihil aliud in mandatis accepimus a sancta synodo nisi solum commonitorium dare et accipere responsum utrum ueniret an non, idcirco hoc in prima prosecutione, quæcumque uoluit ille loqui, prosequi superfluum duximus. sed quoniam interrogauit uir uenerabilis episcopus Eusebius et quæ dicta sunt, prosequi, hæc et prosequor quæ et presbyter Theophilus prosecutus est. etenim nobis tacentibus et nolentibus ei de nullo conloqui ille certabat dicens de dogmate qualiter sentiret. et leniter reprobauimus eum; dicebat enim quoniam deus uerbum incarnatum humanam naturam lapsam uenit erigere. et continuo reprehendens dixi: quam? iterum dixit ille: humanam naturam. dicebam ego: ostende mihi humanam naturam et a qua natura hæc ipsa erecta est. dicebat: ego ab scriptura non didici de duabus naturis. dixi ego: neque de homousion ex scripturis didicimus, sed sanctis patribus pie intellegentibus scripturas et fideliter exponentibus. sic etenim accepimus et de homousion et de duabus naturis esse Christum filium dei. dixit ad hæc: ego de natura deitatis non disputo nec dico duas esse naturas, absit. et hic sum, et si damnatus fuero, sepulcrum mihi erit monasterium, et si permittet me deus pati, libentissime patior; ego enim duas ⟨naturas⟩ non confiteor. propter causam uero quam prædixi, quoniam neque ad disputandum iuimus, sed tantummodo responsum dare et accipere, ideo hæc in prima prosecutione non diximus.

91 Sanctus archiepiscopus dixit: Manifesta sunt quæ ab utroque sancto presbytero exposita sunt, unde et hæc recipiantur fide gestorum.

92 Congregata rursus sancta et magna synodo, prolatis sanctis et tremendis euangeliis

86—92 = *Gesta Chalcedonensia I, 452—458*

O

1 perfectum *O* 2 duo] est *O* 5 uelim *O* 18 mandatis *in* mandati *corr. O* 27 ego] ergo *O* 28 duobus *O* 33 naturas *addidi* 37 fidei *O*

1 *Septimæ actionis hac uersione usa est uersio antiqua Gestorum Chalcedonensium*

O, *Q* [= *actwx*], *P* [= *acp*], *L* [= *λβγ*], *H* [= *deg*]

38 *inscr.* INCIPIT [incipiunt *H*] EXEMPLA GESTORVM VBI IN CONSTANTINOPOLITANA SYNODO A [a *om. Q*, *corr. Q*ˣ] SCO FLAVIANO EPO [epo *om. LH*] ET [*om. LγH*] CONFESSORE EVTYCHES HERETICVS AVDITVS ATQUE DAMNATVS EST *QLH* DEFINITIO [INCP DEFINITIO *P*ᶜ] SYNHODI ADVERSVM EVTYCEN *P om. O* prælatis *L*ˣ*H* prolatisque *Q*ˣ *corr.*

et præsidente sancto et uenerabili archiepiscopo nostro Flauiano, in secretario episcopii, statuto tempore, secunda feria quæ est x $\bar{K}$L Decembris,

d. 22. m. Nou. a. 448

Asterius presbyter et primicerius dixit: Aduenit statutus dies et uenerabilis Eusebius episcopus præ foribus stans petit se intromitti.

93 Flauianus episcopus dixit: Ingrediatur.

94 Cumque ingressus fuisset, Flauianus episcopus dixit: Euntes Philadelfus et Cyrillus diacones requirant presbyterum et archimandriten Eutychin circa episcopium si occurrit secundum promissionem suam, et uocent eum ad concilium.

95 Et paulo post redeuntes prædicti dixerunt quæsitum per uniuersam ecclesiam, sed non inuentum nec quemquam ipsius.

96 Flauianus episcopus dixit: Et rursus Crispinus et Diogenianus diacones euntes requirant eum circa ecclesiam et ubicumque eum esse didicerint, euocent eum.

97 Et cum abissent et reuersi essent, dixerunt ipsum quidem non repertum, sed cognouisse quod cum maxima multitudine militum et monachorum ac præfectianorum apparitorum eum esse.

98 Et cum ista dicerentur et expectaret sancta synodus, Iohannes uenerabilis presbyter et defensor dixit: Occurrit uenerabilis presbyter et archimandrites Eutyches cum magna multitudine militum et monachorum et praefectianorum apparitorum sublimissimæ potestatis præfect̄ prætorio nec aliter permittunt eum cognitioni intromitti, nisi eis promiserimus eum nos repræsentaturos. est pariter et Magnus silentiarius et ipse una cum eo præ foribus cupiens ingredi, utpote directus a religiosissimo imperatore nostro.

99 Flauianus episcopus dixit: Ingrediantur.

100 Cumque ingressi fuissent, Magnus silentiarius dixit: Per uestigia uestra, si iubetis suscipere responsum domini. certa quædam scripto mandarunt, quæ, si placet, relegantur.

101 Sancta synodus dixit: Lege quæ a religiosissimo nostro imperatore præcepta sunt, fili.

Et legit Magnus silentarius ita

93—101 = *Gesta Chalcedonensia* 1, 459—467

O, Q [= *aetwx*], P [= *acp*], L [= $\alpha\beta\gamma$], H [= *deg*]

1 præsedente P^{ac} præsente Q^{aetw} LH episcopi QPL 2 decimo Q^{t} $P^{ap}H$ *om.* L^{β} 3 austerius H^{d} primicerius notariorum H dixit *om.* L 4 pro P stant O stat O^{corr} L 5 flauius ep̄s O flauianus archiep̄s O^{corr} 6 cumque-fuisset *om.* P archiep̄s H *om.* P^{a} iterum dixit P, Q^{x} *corr.* eant QLH filadelfius QLH 7 diaconi OH et requirant QLH archemandriten Q^{aetw} P^{p} L^{α} archimandritem $L^{\gamma}H$ archimandritam O eutychen QPL eutychem H episcopion P occurrerit Q^{aetx} Q^{w} *corr.*, LH 9 paululum O prædicti *om.* P^{ap} quæsitum QLH quæsitum illum P, Q^{x} *corr.* quæsitum eutychen O 11 episcopus *om.* H rursum QP diocenianus O diaconi OH 12 uocent P, Q^{x} *corr.* 13 reppertum OQL^{α} 14 cognouissent H ac] sed P^{p} ad L et H 15 apparitoribus O eum esse QPL *corruptela antiquissima*, aduenisse O esse uenturus H 16 diceretur H Iohannes *om.* O 17 et¹ *om.* QLH, *corr.* Q^{x} et² *om.* OLH, *corr.* Q^{x} archemandrites Q^{aetw} P^{a}, *corr.* Q^{a} 19 præfert L^{α} præfer̄ $Q^{t}L^{\beta}$ præfer Q^{x} præferunt L^{γ} præfertur Q^{aew} prefectifect H^{d} prefectiretur H^{eg} præfecti Q^{a} *corr.*, præfectorum OP, Q^{x} *corr.* p̄terio O prætorii Q^{a} *corr.*, Q^{x} eum cognitioni] dignitatem P^{p} nisi cum QLH, cum *del.* Q^{x} eos QL, *corr.* Q^{ax} 20 permiserimus Q, *corr.* Q^{x} præsentaturos $Q^{x}L^{\alpha\gamma}H$ et est Q^{aetw} LH est etiam Q^{x} *corr.* una *om.* P 21 pro $QPL^{\beta\gamma}$ cupientes QL, *corr.* Q^{x} cupient P^{ap} directos $QP^{p}L^{\alpha\beta}$, *corr.* Q^{x} directi Q^{a} *corr.* nostro *om.* O 22 ingrediatur PH 23 cumque-fuissent *om.* OP 24 suscipere] δέξασθαι *pro* δέξασθε domini imperatoris QLH certe Q^{x} charta enim H scripto OL^{β} scriptum L^{α} scripta $QPL^{\gamma}H$ mandauerunt QL mandauerat Q^{x} *corr.* mandauit H placent O 24/25 relegantur uobis O relego QLH lego P 26 relege QLH nostro [nostroque Q dominoque L *om.* H] imperatore $OQLH$ imperatore nostro Q^{x} *corr.*, P 27 filio QL, *corr.* Q^{x} cum filio Q^{t} *corr.* 28 et legit] elegit OL^{β} ita quoniam H

102 Nos pacem cogitamus sanctarum ecclesiarum et catholicæ fidei et custodire uolumus rectam et deo inspirante prædicatam fidem a parentibus nostris qui in Nicæa congregati sunt CCCXVIII, et his qui Ephesi interfuerunt damnationi Nestorii. hoc ergo uolumus ne scandalum in prædicta catholica fide immittatur, et quoniam scimus magnificentissimum patricium Florentium esse fidelem et probatum in recta fide, uolumus ipsum interesse audientiæ synodi, quoniam sermo de fide est.

103 Cum hæc leguntur, Flauianus episcopus dixit: Domnum Florentium fidelem omnes scimus et probatum in catholica et uolumus ipsum interesse; discamus autem et ab Eutychen presbytero si uult et ipse illum interesse.

104 Eutyches presbyter et archimandrites dixit: Quod uult deus et sanctitas uestra, facite; ego me uobis commendo.

105 Flauianus episcopus dixit: Veniat et magnificentissimus patricius Florentius. dignare ergo, silentiari, illum uexare.

106 Magnus silentiarius dixit: Iubete et aliquem clericorum mecum mitti, ne fortasse dubitet quod uestra sanctitas miserit.

107 Flauianus episcopus dixit: Si iussisset piissimus imperator noster nos mittere, misissemus; quoniam igitur non iussit, ipse solus perge ad ipsius amplitudinem.

108 Et cum uenisset magnificentissimus patricius et ex consulibus Florentius, sancta synodus dixit: Stet in medio accusator et qui accusatur, et legantur ab initio quæ acta sunt inter uenerabilem episcopum Eusebium et uenerabilem presbyterum et archimandriten Eutychen, ut instructi ex his quæ gesta sunt, congruentem æquitati et sanctis canonibus terminum demus de his quæ olim mota sunt.

109 Aetius diaconus et notarius legebat factum sub cognitione gestorum. et cum legeret, peruenit ad partem secundæ epistulæ sanctæ memoriæ Cyrilli scriptæ ad uenerabiles episcopos Orientales, in qua hæc continebantur: confitemur itaque dominum nostrum Iesum Christum filium dei unigenitum, deum perfectum et hominem perfectum ex anima rationabili et corpore, ante sæcula ex patre natum secundum deitatem, in ultimis autem diebus eundem propter nos et propter nostram salutem de Maria uirgine secundum humanam nationem, consubstantialem patri secundum deitatem et consubstantialem nobis secundum humanitatem. duarum enim naturarum unitio facta

---

102—109 = *Gesta Chalcedonensia 1, 468. 470—476*

O, *Q* [= *aetwx*], *P* [= *acp*], *L* [= *αβγ*], *H* [= *deg*]

1/2 et² — inspirante *om.* P^{c} 1 et² *om.* *QL*   custodiri QP^{a} 2 rectam] et rectam *QL*, *corr.* Q^{x} inspirante] prestante *LH*   prædicatam fidem Q^{x} *corr.*, *H* prædictam fidem *OQL* fidem [*om.* P^{c}] prædictam *P*   patribus *H*   niceam $OL^{\alpha\gamma}$ 3 ab his *PH*, Q^{x} *corr.*   ephesum *O*   in damnatione *H*   4 catholicæ fide *L* fide catholica *O*   5 in — fide] et rectam fidem *L* et in rectam fidem *H*   6 synodali *H*   de] et *P*   fides est in eo P^{c} 7 et cum *P* adhuc cum *H*   legerentur *PH*   fidelem esse *P*   8 catholica fide *H*   eum *H*   8/9 discamus — interesse *om.* L^{β} 9 et¹ *om.* $L^{\alpha\gamma}H$ euteche P^{ap} eutyche *H*   et ipse *om.* *H* ipse *om.* P^{c} eum *H*   10 archimandritis Q^{ax} *corr.*, $P^{p}L^{\beta\gamma}H$ archemandrites Q^{tw} P^{ac} archemandritis Q^{ae} L^{α} 11 facit et *O*   12 episcopus *om.* *H*   13 fili silentiari *PH*, Q^{x} *corr.*   illo Q^{x} *corr.* illuc *H*   uexari Q^{x} *corr.*, *H* uecare *O* uocare Q^{ae} *corr.*   14 et *om.* *P*   clericum *P*   15 dubitet et *L*   sanctitas urā *PH*   16 noster et nos mittere *P*, Q^{x} *corr.*   non nos mittere L^{γ} n̄ mittere n̄ L^{α} noster mittere *H*   18 et² *om.* *LH*   consule *H*   19 stent *PH*   et accusator et *P*   legatur *QL*, *corr.* Q^{x} legant *P*   acta] accusata *L*   20 et² *om.* *OQ*   20/21 archemandriten Q^{aetw} P^{a} L^{α}, *corr.* Q^{a} 21 eutychem *H*   ex his] ad id *P*   congruens *P*   æquitate L^{γ} æquitatem $L^{\alpha}H$ 22 nata *OQL*   23 factam $P^{p}H$ sub *om.* *PH*   cognitionem *PH*   24 legerent Q^{aetw} patrem *O*, *corr.* *O*   25 orientis PQ^{x} 26 nostrum *om.* OH^{g}, *corr.* H^{g} 28 nos — propter *om.* PQ^{x} 29 humanam rationem *H* humana tionem Q^{x} patris $PL^{\alpha\gamma}$ diuinitatem Q^{x} 30 initio Q^{ae}, *corr.* Q^{a}

est, propter quod unum Christum, unum dominum confitemur. secundum gratiam inconfusæ unitatis confitemur sanctam uirginem theotocon, propter quod deus uerbum incarnatum et homo factus et ex eius conceptione adunauit sibi quod ex ea susceperat templum.

110 Eusebius episcopus dixit: Iste, per uestigia uestra, hoc non confitetur nec his aliquando consensit, sed contraria his sentit et locutus est ad unumquemque ad se uenientem et docuit.

111 Florentius ex præfectis dixit: Si placet uestræ sanctitati, interrogetur papas Eutyches utrum his consentiat.

112 Eusebius episcopus dixit: Patimini legatur omnis actio gestorum. sufficiunt enim mihi prius acta ad eum conuincendum; nam mihi iam manifestatus est. neque enim si modo consenserit sumens alicunde documentum, debeo pati præiudicium. nam ego demonstraui eum et per sanctiones quæ ad eum missæ sunt a sancta synodo, et per testes episcopos eadem possum rursus ostendere, si negauerit. est enim domnus Melipthongus et domnus Iouinus et domnus Iulianus, scientes certissimum.

113 Flauianus episcopus dixit: Nemo neque tibi concedit, Eusebi episcope, eum non conuincere neque presbyterum Eutychen continuo suscipiet aliquis consentientem, nisi conuincatur quid ante senserit.

114 Eusebius episcopus dixit: Metuo ipsius concussionem. ego pauper sum, minatur mihi exilium; diuitias habet. nam designat mihi iam nunc Oasin locum exilii.

115 Flauianus episcopus dixit: Etsi sæpius ea perseueres dicens, nos tamen ueritati nihil præponimus.

116 Eusebius episcopus dixit: Si conuictus fuero ego calumniæ, amittam dignitatem.

117 Florentius inlustris dixit: Spatium offeratur Eutychen presbytero ut exponat quemadmodum credidit, et tunc rursus interrogetur cur modo ista asserens ante aliter asserebat.

118 Eusebius episcopus dixit: Sicut prædixi, præiudicium mihi non fiat ex eius repentina consensione et interrogetur. nam ego ex his quæ ante gesta sunt, conuici eum non recte sensisse.

119 Flauianus episcopus dixit: Non habebis præiudicium, si modo consenserit. nam quæ ante acta sunt, habent propriam firmitatem.

120 Eusebius episcopus dixit: Consentit istis quæ modo lecta sunt sanctæ memoriæ

110—120 = *Gesta Chalcedonensia I*, 477—487

O, *Q* [= *aetwx*], *P* [= *acp*], *L* [= *αβγ*], *H* [= *deg*]

1 unum[2] *om. O* 1/2 secundum — confitemur *om.* P^{a} 1 gratiam] *antiquissimum uidetur esse uitium pro* hanc rationem 2 unitionis $Q^{x}P^{cp}$ theotocon *om. P* 3 incarnatus *H* et[2] *om. OLH del.* Q^{x} 5 iste] *superscr.* eutices *O* 6 consentit *O* sed — sentit *om. H* istis *P* sensit *Q* 8 pref L^{β} p̄fatione L^{α} prefecto L^{γ} præfectus HO^{corr} tuæ $L^{\gamma}H$ papa $OL^{\beta}H$ 10 acto L^{γ} actus *H* testio P^{ap} 11 prius *om. P* manifestum *H* 12 enim *om.* $L^{\alpha\gamma}H$ alicui unde *H* 13 demonstrabo *LH* per sanctiones] pensationes *L* professiones *H* 14 eandem $QPL^{\beta\gamma}H$, *corr.* Q^{ax} 14/15 dominus[*ter*] *O* 15 Melipthongus — domnus[2] *om.* P^{p} meliftongus P^{c} melisthongus P^{a} melicthongus L^{α} melithongus L^{γ} iobinus Q^{a} *corr.*, Q^{tw} iohannes *H* certissimum *om. Q*, *corr.* Q^{x} certissime *H* 16 eusebius $OQ^{a}H$, *corr. O* eusebii $Q^{e}L^{\gamma}$ eusebie Q^{w} ep̄s sc̄e $L^{\alpha\gamma}$ ep̄s *OH* 16/17 non uincere *L* conuincere *H* 17 eutychen presbm̄ *P* presbytero OQ^{e} presbiter Q^{a}, *corr.* Q^{a} si *P* 18 ante quid *O* 19 conuentionem *H* 20 designa *O* nunc *om. H* choas in O^{corr} osienna P^{a} oasan P^{cp} oasa *H* loco *QL* locom H^{dg} lacom H^{e} 21 dicere O^{corr} 21/22 nihil præponimus ueritati *H* 22 proponimus OPL^{γ} 23 conuinctus *LH* 24 dixit *om.* $L^{\gamma}H$ eutycheti $P^{ac}H$ eutychi P^{p} ut] et *H* 25 credit *PH* rursus *om.* $L^{\gamma}H$ ista modo *H* ista *L* 26 sentiebat *P* Γ 27 prædixit $OQ^{e}L^{\beta}$ 28 et *om. P* ante *om.* PL^{β} conuinci $Q^{x}LH$, *corr.* Q^{x} 29 recta *P* 31 antea *L* 31/32 habent — sunt *om. O* 32 consentit istis Q^{ax} *corr.*, Q^{tw} consentitis Q^{aex} L^{γ} consentit *P* consentistis L^{β} consentit iis L^{α} consentit his *H*

Cyrilli, et confitetur duas naturas adunatas in una persona et in una substantia aut non?

121 Flauianus episcopus dixit: Audisti, presbyter Eutyches, quid accusator tuus dixit? edicito nunc si ex duabus naturis unitatem confiteris.

122 Eutyches presbyter dixit: Etiam, ex duabus naturis.

123 Eusebius episcopus dixit: Confiteris duas naturas, domine archimandrites, post incorporationem et consubstantialem nobis esse Christum dicis secundum carnem aut non?

124 Eutyches presbyter dixit: Ego non ueni disserere, sed ueni suggerere sanctitati uestræ quid sentiam. scriptum est autem in hac chartula quid sentiam: iubete eam legi.

125 Flauianus episcopus dixit: Ipse lege.

126 Eutyches presbyter dixit: Non possum.

127 Flauianus episcopus dixit: Quare? tu non exposuisti aut alterius est expositio? si tua est, lege ipse.

128 Eutyches presbyter dixit: Mea quidem est dictio, quæ dictatio æqualis est sanctorum patrum.

129 Flauianus episcopus dixit: Dic quorum patrum, per te ipsum; quid autem opus habes chartam?

130 Eutyches presbyter dixit: Sic credo: adoro patrem cum filio et filium cum patre et spiritum sanctum una cum patre et filio, confiteor autem præsentationem incarnatam ipsius factam ex carne sanctæ uirginis et incorporatum perfecte propter nostram salutem. sic confiteor coram patre et filio et spiritu sancto et uestra sanctitate.

131 Flauianus episcopus dixit: Confiteris consubstantialem patri secundum diuinitatem et consubstantialem matri secundum humanitatem eundem ipsum unum filium dominum nostrum Iesum Christum?

132 Eutyches presbyter dixit: Ego quoniam commendaui me sanctitati uestræ, dixi quid sentiam de patre et filio et spiritu sancto: nihil ulterius me interrogetis.

133 Flauianus episcopus dixit: Nunc confiteris ex duabus naturis Christum?

134 Eutyches presbyter dixit: Quoniam confiteor deum meum dominum cæli ac terræ, hactenus de eius natura disputare mihi non persuadebam, consubstantialem autem nobis hactenus numquam me dixisse confiteor.

135 Flauianus episcopus dixit: Non dicis consubstantialem patri secundum deitatem et consubstantialem nobis secundum humanitatem?

136 Eutyches presbyter dixit: Vsque ad hodiernum diem non dixi corpus domini

---

121—136 = *Gesta Chalcedonensia* *I*, *488—490. 498—503. 505. 511—516*

O, *Q* [= *aetwx*], *P* [= *acp*], *L* [= *αβγ*], *H* [= *deg*]

1 in[1]] ad *H* unam personam *P* et — substantia *om.* *P* subsistentia Q^{x} aut] an *O* 3 et dicatur L^{α} et dicito *H* 5 domne *P* archemandrites *Q* archemandritis Q^{ax} *corr.*, archimandritis $L^{\beta\gamma}$ archemandrite L^{γ} archemandrita *P* 6 incarnationem $L^{\alpha\gamma}H$ 8 suggerere] suadere P^{cp} adire P^{a} 9 iubete — legi *hic om.* *LH*, *cf. ad* 12 illam *P* 11—17 ipse — dixit *om.* L^{γ} 12 possum iubete eam relegi [legere *H*] $L^{\alpha\beta}H$, *cf. ad* 10 13 quare] quæ *O* tuum *O* 15 dictio] dictatio *PH*, Q^{x} *corr.* quæ] adque $L^{\alpha\beta}$ 16 parentum P^{ap} 17 dic *om.* *H* dic per *H* 20 et cum filio *P* incarnatum *P* 21 ex carne] et carnem *H* carnem P^{a} carne P^{p} perferte *O* 22 ūrā̄m [tuam L^{γ}] s̄citatem *OQL*, *corr.* OQ^{ax} 23/24 deitatem *P* 24 unum esse factum filium *P*, Q^{x} *corr.* filium *H* 26 me *om.* P^{ap} et dixi *O* 28 non $O^{corr}P^{ap}$ numquid Q^{a} *corr.* Christum *om.* *P* Γ 29 dominum *QL* et dominum *H* dominum meum dominum *P* Γ *om.* *O* cæli et terræ *O* *om.* *LH* 30 disputare *om.* *P* 31 confiteor dixisse $L^{\gamma}H$ 32/33 patri — consubstantialem *om.* *O* 33 humanitatem eundem *P*, Q^{x} *corr.* 34 hodiernam *H*

et dei nostri consubstantiale nobis, sanctam autem uirginem confiteor nobis consubstantialem et quoniam ex ea incarnatus est deus noster.

137 Basilius episcopus dixit: Si mater est nobis consubstantialis, et ipse, quoniam filius hominis uocatus est. si ergo mater eius consubstantialis est nobis, et ipse secundum carnem consubstantialis est nobis.

138 Eutyches presbyter dixit: Quoniam modo dicitis, omnibus consentio.

139 Florentius uir inlustris dixit: Matre nobis consubstantiali, sine dubio et filius consubstantialis est nobis.

140 Eutyches presbyter dixit: Hactenus non dixi; quoniam ipsum corpus dei confiteor (animaduertis?), non dixi corpus humanum corpus dei, humanum autem corpus et quoniam ex ipsa uirgine incarnatus est dominus. si autem oportet ut dicatur ex uirgine consubstantialis nobis, et hoc dico, domne, tamen filium dei unigenitum, dominum cæli et terræ, condominantem et corregnantem patri, qui consedet et conlaudatur. neque enim dico consubstantialem negans eo quod sit ipse filius dei. ante quidem non dicebam; dico quidem modo tibi, puto, quod in exordio dixi, nunc autem quoniam uestra sanctitas hoc dicit, dico.

141 Flauianus episcopus dixit: Ergo per necessitatem, non per uoluntatem ueram fidem confiteris?

142 Eutyches presbyter dixit: Nunc, domine, ita habet: usque ad istam horam metui dicere, quoniam scio dominum deum nostrum et de eius natura disputare mihi non persuadebam; quoniam autem uestra sanctitas permittit et docet, dico.

143 Flauianus episcopus dixit: Non nos nouitatem inducimus, sed parentes nostri exposuerunt et sicut exposita ab eis fides habet, sic credentes in his perseuerare omnes uolumus et nullum aliquid innouare.

144 Florentius uir illustris dixit: Consubstantialem et ex duabus naturis post incarnationem dominum nostrum qui ex uirgine est, dicis aut non?

145 Eutyches presbyter dixit: Confiteor ex duabus naturis fuisse dominum nostrum ante adunationem, post unam naturam confiteor.

146 Sancta synodus dixit: Oportet te confiteri et anathematizare omne dogma quod contrarium est his quæ modo allegata sunt.

147 Eutyches presbyter dixit: Dixi sanctitati uestræ quoniam ante hoc non dicebam, nunc autem quoniam hoc docet sanctitas uestra, dico et sequor patres. neque autem in scripturis hoc inueni explanatum nec omnes patres dixerunt. si enim damnauero, uæ mihi est, quod patres nostros condemno.

137—147 = *Gesta Chalcedonensia I*, *519—527. 534. 535*

O, *Q* [= *aetwx*], *P* [*acp*], *L* [= *αβγ*], *H* [*deg*]

1 consubstantialem OQ^{aetw} $P^{c}L$, *corr.* *O* uirginem mariam Q^{x} *corr.* 1 2 consubstantialem esse *P* 2 dn̄s P^{ap} 3 *quæ in Gestis sunt* 517. 518 *om.* *OQPLH* si *om.* *O* 4 sicut O^{corr} sic Q^{t} 4/5 et ipse — nobis *om.* *O* 6 quoniam quomodo *O* quoquo modo O^{corr} 7 ud̄ *O* inlustris *LH* matre — consubstantiali *scripsi secundum* Γ mater — consubstantialis $OQ^{aetw}L$ si mater — consubstantialis est [est *om.* Q^{x}, *corr.* Q^{x}] $Q^{x}P$ cum mater — consubstantialis sit *H* et] sed *Lγ* 8 nobis est *O* 9 dī esse *P*, Q^{x} *corr.* 10 humanum¹] *postulatur* hominis autem *om.* *H* et] est *P*, Q^{x} *corr.* 11 quia *H* 12 et consubstantialis *P* nobis *om.* *H* domine *OH* dominum] dm̄ *H* 13 qui] *postulatur* cui consedit $PL^{\alpha}H$ considet Q^{x} 14 substantialem *H* negans *P*, Q^{x} *corr.* negasse *OQH* necesse *L* eo *om.* *P*, Q^{x} *corr.* 19 presbyter *om.* *LH* timui *LH* 20 dn̄i nrm̄ *QLH* nostrum et dm̄ *P* nrm̄ *O* 21 permittet OQ^{aetw}, *corr.* Q^{a} 22 que parentes Q^{x} *corr.* nostri] dn̄i *L* 25 uir *om.* *LH* 26 natus est Q^{x} *corr.* 27 nostrum *om.* *O* 28 post *OQL* post adunationem *P* post adunationem uero Q^{x} *corr.* post uero *H* naturam ei *O* 29 te recte *PH* omnem Q^{aet} *L*, *corr.* Q^{a} 30 allegata *O* lecta *QPLH* 31 hoc ante *O* non *om.* *PL* 32 quod *P* *om.* *O* hoc *om.* *P* docet *LH* dicet *O* *om.* *QP* uestra dicit *P*, Q^{ax} *corr.* 33 hoc in scripturis *P* neque *H*

148 Exsurgens sancta synodus adclamauit dicens: Anathema ipsi.

149 Et post hæc Flauianus episcopus dixit: Dicat sancta synodus quid meretur præsens neque confitens rectam fidem neque consentire uolens præsenti synodo, sed perseuerat peruersitati et scæuæ suæ maliuolentiæ.

150 Seleucus episcopus dixit: Dignus est quidem iste damnatione, sed in humanitate est sanctitatis uestræ.

151 Flauianus episcopus dixit: Si confiteretur proprium peccatum, anathematizaret dogma proprium et consentiret nobis sequentibus traditionem sanctorum patrum, merito dignus esset uenia; sed quoniam permanet in eadem malignitate, subiacebit canonum uindictis.

152 Eutyches presbyter dixit: Dico quidem ista, quoniam et uos nunc iussistis, non autem anathematizo. quod enim dico, in ueritate dico.

153 Florentius uir illustris dixit: Duas naturas dicis et consubstantialem nobis esse?

154 Eutyches presbyter dixit: Ego legi Cyrilli et sanctorum patrum et sancti Athanasii quoniam ex duabus quidem naturis dixerunt ante adunationem, post autem adunationem et incarnationem non duas naturas, sed unam.

155 Florentius uir illustris dixit: Confiteris duas naturas post adunationem? dic. si non dixeris, damnaberis.

156 Eutyches presbyter dixit: Legi et sancti Athanasii scripta quoniam nihil tale dicit.

157 Basilius episcopus dixit: Si non duas naturas post adunationem dixeris, commixtionem et confusionem dicis.

158 Florentius uir inlustris dixit: Qui non dicit ex duabus naturis et duas naturas, non credit recte.

159 Exsurgens sancta synodus exclamauit omnis: Quæ ex necessitate est, fides non est. multi anni imperatorum catholicorum. imperatori catholicorum multos annos. fides uestra semper uincit. non consentit, quid illi persuades?

160 Flauianus episcopus dixit: Per omnia Eutyches quondam presbyter et archimandrites et his quæ ante acta sunt, et propositis eius quæstionibus Valentini et Apollinaris peruersitate repertus est ægrotare et eorum blasphemia incommutabiliter sequens,

---

148—160 = *Gesta Chalcedonensia* *1*, *536—545. 549—551*

O, *Q* [= *aetwx*], *P* [= *acp*], *L* [= *αβγ*], *H* [*deg*]

1 et surgens *P* et exurgens *H* 3 confidens P^{ap} L^{α} perseuerare *P* perseuerans Q^{x} *corr.* 4 suæ peruersitati *P* in sua [sua *om.* Q^{x} *corr.*] peruersitate *H*, Q^{x} *corr.* sæua Q^{x} iniqua *H* suæ *om.* *QH*, *corr.* Q^{a} maliuolentia Q^{x}, H^{g} *corr.* 5 est iste quidem *O* quidem est iste P^{ac} quidem isti est P^{p} 5/6 s̄c̄itatis uestræ humanitate positum est *P* humanitatem s̄c̄itatis uestræ consistit *H* 5 humanitate Q^{x} *corr.* humanitate [humanitatem OQ^{x}] autem *OQL* 7 confitetur OH^{e} confitens $Q^{x}P$ anathematizare OP^{a} et anathematizet *H* 8 consentire OL^{γ} traditione $Q^{t}L$ traditiones *P* 12 in] cum *P* 13 inlustrissimus *H* esse nobis *H* 14 legi Q^{a} *corr.*, *PH* legem *OQL* sequor legem Q^{x} *corr.* s̄c̄i cyrilli *P* et sanctorum patrum *om.* *P* 15 post eam *O* 16 et *om.* *O* 16—21 sed — duas naturas *om.* *L* unam naturam dixerunt *H* 17—20 Florentius — tale dicit *om.* *H* 17—23 confiteris — inlustris dixit *om.* *P* 23 uir *om.* *O* et — naturas *om.* P^{p} naturas *om.* P^{a} 25 et exsurgens P^{ac} adclamauit *P* omnes *P* omne *H* qui $Q^{e}P^{p}$ quod *H* 25/26 necessitate — imperatorum *om.* *O* 26 imperatori *in* imperatorum *corr.* Q^{x} catholico Q^{wx}, Q^{a} *corr.* imperatori catholicorum *om.* $L^{\alpha\gamma}H$ catholicorum *om.* *P* 27 *ante* fides *superscr.* flor̄ uir ill̄ Q^{x} uincet OP^{ac} *ante* non *superscr.* synodus d̄ Q^{x} quod Q^{x} *corr.*, *H* persuadis *QP*, *corr.* Q^{ax} 28/29 archemandrites Q^{x} P^{ap} L^{α}, *corr.* Q^{x} archemandritis Q^{aetw} archimandritis $L^{\beta\gamma}H$ Q^{a} *corr.* 29 et¹] ex $Q^{x}PH$ propositi *O* propriis *PH* confessionibus *PH* 30 egrotans *H* blasphemiam OQ^{a} *corr.* blasphemias $Q^{x}PH$ sequi negando dominum nostrum ueram humanæ carnis habuisse substantiam sed proprium nescio quod corpus secum de cælo asserens exhibuisse $Q^{x}P$

qui nec nostram reuerens persuasionem et doctrinam rectis uoluit consentire dogmatibus; unde gementes perfectam eius perditionem decreuimus per dominum nostrum Iesum Christum ab eo blasphematum extraneum esse ab omni officio sacerdotali et nostra communione et primatu monasterii, scientes et hi qui postea cum eo conloquentur et ad eum conuenerint, quoniam rei erunt et ipsi pœna excommunicationis, si qui non declinauerint confabulationes eius.

161 ITEM SVBSCRIPTIONES FLAVIANI ĒPĪ ET CONFESSORIS SEV DIVERSORVM ĒPŌRVM VEL ARCHIMANDRITVM QVI IN HVIVS SYNODI CONCILIO CONSEDERVNT

1 Flauianus episcopus Constantinopolitanus iudicans subscripsi
2 Saturninus episcopus Marcianopolitanus iudicans subscripsi
3 Basilius episcopus Seleuciæ Isauriensis iudicans subscripsi
4 Seleucus episcopus de Amasia Ponti iudicans subscripsi
5 Aetherichus episcopus de Zmyrna iudicans subscripsi
6 Dorotheus episcopus Nouæ Cæsariæ legi consensi et subscripsi
7 Timotheus episcopus iudicans subscripsi
8 caleuicus episcopus Apamiæ quæ est in Bithynia, iudicans subscripsi
9 Cecropius episcopus Seuastopoleos iudicans subscripsi
10 melipongus episcopus iliopolitanus iudicans subscripsi
11 Longinus episcopus cersoni iudicans subscripsi
12 Tryphon episcopus Insularum iudicans subscripsi manu mea
13 Paulus episcopus Apolloniatis sanctæ ecclesiæ iudicans subscripsi
14 Sabas episcopus Palti primæ Syriæ iudicans subscripsi manu mea
15 Iouinus episcopus eleti iudicans subscripsi
16 Iulianus episcopus corisæ subscripsi

161 = *Gesta Chalcedonensia I*, 552

O, *Q* [= *aetwx*], *P* [= *acp*], *L* [= *αβγ*], *H* [= *deg*]

1 qui *om.* $Q^{x}P$ reueritus $Q^{x}P$ suasionem *LγH* consectire *O* dogmatibus ut crederet duas in x̄p̄o esse naturas id est ueri dei et ueri hominis $Q^{x}P$ 2 eius *om. O* 3 esse eum *H* n̄r̄ām *OLγ* a n̄r̄ā PH^{de} 4 communionem *OLγ* primatum $OQ^{aetw}P^{cp}L$ scientibus Q^{x} *corr.* his Q^{x} *corr.*, *P om.* H^{de} conlocuntur *O* colloquentes *H* et *om.* $L^{\beta\gamma}H$ 5 denuntiantes quoniam *P* rei erunt] reiecerunt *O* et] ut *Q* pœnam *O* pœnæ PH^{de} declinauerunt *O* 6 confabulationis $Q^{t}P^{ac}L$ 7 item *om. P* SVBSCRIPTIONEM $L^{\alpha\gamma}$ SVSCRIPTIONE L^{β} suscriptionis ēporum P^{c} 7/8 flauiani — consederunt *om. P* 7 et — diuersorum] VEL CONFESSORVM *H* 8 ARCHEMANDRITVM *Q* E *in* 1 *corr.* Q^{aw} ARCHEMANDRITARVM Q^{x} *corr.* synodi et *O* 10 *om. L* saturnus *Q*, *corr.* Q^{x} marcianopoleos *P* marcianopolis *H* 11 isauricæ *P* 12 seleutius OH^{g} eleneponti amasiæ [amasi P^{c}] *P* amansia hellesponti *H* iudicans subscripsi *om. P* *inter* 12 *et* 13 *habet* eulalius ēps calcedone iudicans subscripsi *H* 13 *om. L* nereticus *O* etelicus *P* episcopus *om.* P^{ac} zmyrneus *P* hismyrna *O* hymyrna $L^{\alpha\beta}$ smyrna L^{γ} H^{de} murna H^{g} iudicans subscripsi *om. P* 14 episcopus *om.* P^{ac} neocæsariæ *P* cæsareæ Q^{atw} relegens consensi iudicans subscripsi *H* *om. P* relegi *L* 15 ēps̄ apaminus P^{p} iudicans subscripsi *om. P* 16 caleuicus Q^{aetw} *L* caleuitus *O* callinicus PHQ^{x} episcopus — subscripsi] apamenus P^{ac} ēps sapastopolitanus P^{p} 17 cecropeus *H* eutropius *P* episcopus — subscripsi] sebastopolitanus P^{ac} iuliopolitanus P^{p} seuastapoleos *O* sebastopoleos HQ^{x} *corr.* 18 *om. O* melipthongus $P^{c}H$ melitongus P^{p} melisthongus P^{a} episcopus — subscripsi] iuliopolitanus P^{ac} ēps cersonisse P^{p} iliopolitanus Q^{aetw} $L^{\alpha\beta}$ oliop̄ōl L^{γ} eliopolitanus Q^{x} heliopolitanus *H* 19 episcopus—subscripsi] chersonessi P^{ac} ēps nisci P^{p} cersonius *H* 20 *om.* H^{g} Insularum — mea] nisci P^{ac} apollitanus P^{p} chion insule H^{de} manu mea *om.* LH^{de} 21 Apolloniatis—subscripsi] apollonitanus P^{ac} palastinas prima sirii P^{p} apolloniates *L* apolloniades *H* 22 sapas *L* Palti — mea] palestinas [palastinas P^{c}] primas syriæ P^{ac} oasi P^{p} manu mea *om. LH* 23 eleti — subscripsi *om.* P^{ac} thilmisse P^{p} electi *O* debelti *H* 24 Iulianus episcopus *om.* P^{a} corisæ subscripsi] oasi P^{ac} troade P^{p} corisæ *OQ quod ad* Κῶ ὁρίσας *refert Amelli*, corises $L^{\beta\gamma}$ corienses L^{α} choensis *H* iudicans subscripsi *LH*

17 Sabinianus episcopus de tyromisso et de eudociæ et Iouinariæ iudicans subscripsi
18 Eustochius episcopus Dociminus iudicans subscripsi
19 pontius episcopus trauidensis ciuitatis subscripsi
20 Cassianus episcopus Hierocæsarius iudicans subscripsi
21 Iohannes episcopus ursaniæ iudicans subscripsi
22 Diaferontius episcopus puluis iudicans subscripsi
23 Iulianus episcopus montenis iudicans subscripsi
24 Romanus episcopus Eudoxiopoleos iudicans subscripsi
25 Eudoxius episcopus de ciuitate Bosforitana iudicans subscripsi per presbyterum meum Basilium
26 Thomas episcopus Valentinianæ ciuitatis iudicans subscripsi
27 Aurelius episcopus ciuitatis popitanæ subscripsi
28 Secundinus episcopus Nouensis his gestis subscripsi
29 Ianuarius episcopus ciuitatis Macrianæ subscripsi
30 Timotheus episcopus priscopoleos iudicans subscripsi
31 Genethlius episcopus Argiuus iudicans subscripsi
32 Faustus presbyter et archimandrites monasterii beati Dionysii subscripsi
33 Petrus presbyter et archimandrites monasterii beati Thalassii subscripsi
34 Manuhel presbyter et archimandrita subscripsi
35 Iob presbyter et archimandrita subscripsi
36 Antiochus presbyter et archimandrita monasterii beati theoteci subscripsi
37 Abramius presbyter et archimandrita subscripsi
38 Theodorus monachus et archimandrita subscripsi
39 Theodorus presbyter et archimandrita Aegyptiorum subscripsi
40 Pientius presbyter et archimandrita subscripsi
41 Claudius archimandrita subscripsi
42 Eusebius presbyter et archimandrita subscripsi

O, *Q* [= *aetwx*], *P* [= *acp*], *L* [= *αβγ*], *H* [= *deg*]

1 sabianus Q^{wx} $L^{\beta\gamma}H^{g}$, *corr.* Q^{w} sauianus P^{p} L^{α} de¹ — subscripsi] thelmissi P^{ac} gerocæsariæ P^{p} de *om.* *H* tromisso *L* hermisso *H* de *om.* *H* eudociadæ *H* iobinariæ *Q* iobiæ *H* 2 eutychius *H* Dociminus — subscripsi *om.* P^{ac} emetanus P^{p} 3. 4 *post* 5 *coll.* *H* 3 potitus *O* epionius *P* pionius *H* episcopus — subscripsi] troadæ P^{ac} ēps P^{p} troadiensis *H* ciuitatis] iudicans *LH* 4 cossinius *H* episcopus — subscripsi] hierocæsariæ P^{ac} ēps P^{p} herocæsareus *O* hierocesariæ *H* 5 episcopus — subscripsi] hyrcanus P^{c} imitanus P^{a} ēps P^{p} hircaniæ Q^{x} assaniæ *H* 6 *om.* *P* diafron *LH* puluis *OQL* [= Τ (ΗС) ΟΛΒΗС] pulius *H* 7 Iulianus—subscripsi] olsius mosis [mœsis P^{c}] P^{ac} olsias ēps moysis ēps P^{p} mustinis *H* *post* 7 *superscr.* olsius moyses iudicans subscripsi Q^{x} 8 episcopus — subscripsi] edoxiopolytanus P^{c} *om.* P^{a} ēps P^{p} 9/10 episcopus — Basilium] busbori *P* 9 de ciuitate *om.* *LH* bosboritana Q^{aew} borboritana Q^{t} bosboritanus *L* bosphoritanus *H* 9/10 per — basilium *om.* *OL* 10 meum *om.* *H* basiliscum *H* 11 episcopus — subscripsi] ēps [*om.* P^{ac}] ualentinianopolitanus *P* ciuitatis per prbīn meum basilium *L* 12 episcopus — subscripsi] ēps [*om.* P^{ac}] pulpitanus *P* popitanæ ciuitatis *LH* iudicans subscripsi *LH* 13 episcopus *om.* P^{ac} nouiensis *LH* his — subscripsi] iudicans subscripsi *LH* *om.* *P* 14 episcopus— subscripsi] ēps [*om.* P^{ac}] macrianensis *P* magriane *O* macrinæ *H* iudicans subscripsi *LH* 15 episcopus — subscripsi] ēps [*om.* P^{ac}] priamopolitanus *P* aurimopolitanus *H* 16 genethilius *L* enedilius H^{g} genecrius P^{p} gynecrius P^{c} necrius P^{a} episcopus *om.* *P* iudicans subscripsi *om.* *P* *subscr. ceteris omissis* FINIT GESTA SYNHODI *P* *ante* 17 *habet* andreas pbr̄ et archimandrita per pbr̄m timotheum s̄s *H* 17 faustinus L^{γ} archimandritis $L^{\beta\gamma}H$ archemandritis Q^{aetw}, *ita semper* Q^{ae} archemandritis *semper usque ad* 24 Q^{w} archemandrites *semper usque ad* 24 Q^{t} *inde a* 25 archemañ Q^{tw} s̄c̄i *LH* 18 archimandritis *H* archimandritā *L* talasi $Q^{t}L$ thalasii *H* 20 *om.* *O* 21 monasterii *om.* *O* beatæ memoriæ *H* theoteci *Q* thoteci *O* theotecis *L* theogenis *H* 23 archimandrita egyptiorum [monasterii ægyptiorum *H*] *LH*, *cf.* 24 24 *om.* *Q* Aegyptiorum subscripsi *scripsi* subsubscripsi EGYPTIORVM SVBSCRIPTIO *O* subscripsi *LH* 26 presbyter et archimandrita *O* *post* 26 *habet* flauianus pbr̄ et archimandrita s̄c̄i [s̄c̄i *om.* H^{de}] hermilli s̄s *H*

43 Tryphon archimandrita subscripsi
44 Iacobus diaconus et archimandrita subscripsi
45 Helpidius presbyter et archimandrita subscripsi
46 Paulus presbyter et archimandrita subscripsi
47 Carosus presbyter et archimandrita subscripsi
48 Asterius presbyter et archimandrita subscripsi
49 Callenicus monachus et archimandrita subscripsi

EXPLICIT NOMINA EPISCOPORVM

INCIPIT RELATIO FLAVIANI EPI CONSTANTINOPOLITANI AD PAPAM LEONEM DE DAMNATIONE EVTYCHIS

3 Beatissimo et deo amicissimo patri Leoni Flauianus in domino salutem. Nulla
res diaboli uenena conpescit nec continet mortiferas eius sagittas. sursum enim
atque deorsum peruolans quærit quos possit occidere, quos possit superare, quos possit 1 Petr. 5, 8
deuorare. propter quam rem uigilandum est et orationibus atque deo opera danda
est et fatuas inquisitiones uitare decet, sequi autem patres nostros neque commutare 2 Tim. 2, 23
definitionem eorum perpetuam quam secundum sanctas scripturas didicimus. depo- Prou. 22, 28
sitis ergo fletibus et lacrimis, quia sub me clericus degens inuasus est a fero dæmone et non
potui eum liberare nec auferre de tali lupo, qui animam meam pro illo paratus eram
ponere, quomodo raptus est, quomodo exiliit a proposito diuino et ad illum cucurrit qui
perdere consueuit, præcepta patrum declinans et constituta eorum despiciens: sed iam
incipio narrare.

Sunt quidam ueste sua oues significantes, interius raptores lupi, quos ex fructibus Mt. 7, 15. 16
eorum debemus agnoscere. isti prima fronte uidentur esse de numero nostro; sed non
sunt de nostro numero. si enim essent de nostro numero, nobiscum mansissent; quando 1 Ioh. 2, 19
autem impietatem cœperint adsumere, illud quod occultabatur in illis, aperitur et
dolus omnis fit manifestus. inueniuntur autem infirmæ fidei homines et qui diuinas

---

O, *Q* [= *aetwx*], *L* [= *αβγ*], *H* [= *deg*]
1 trifon et Q^{wx}, *corr.* Q^{w} trifon p̄b et Q^{x} *corr.* 2 iacob OQ^{x} 4 paupus *O* 6 *post* 7 *coll.* *L* *hoc loco om.* *H* 7 callenius *O* callinicus *H* *post* 7 *habet* marcellus exiguus pbr̄ et archimandrita s̄s̄ asterius pbr̄ et archimandrita s̄s̄ omnes quinquaginta tres subscripserunt *H* 8 EXPLICIT—EPISCOPORVM *O* EXPLICIT GESTORVM EXEMPLVM SYNODI VBI DAMNATVR EVTICES HERETICVS *Q* *om.* *LH*

---

3 *Graecum exemplar extat in Epist. coll. H 3, Latina uersio altera in Epist. ante Gesta collectione 5*

O, *P* [= *acp*], *S* [= *defmt*], *L* [= *αβγ*], *H* [*deg*]
9/10 INCIPIT—EVTYCHIS *O* INC̄P EPISTVLA FLAVIANI EP̄I CONSTANTINOPOLITANI AD LEONEM VRBIS ROMAE EP̄M *P* INCIPIT RESCRIPTVM [rescripta *H*] FLAVIANI *LH* RESCRIPTVM FLABIANI CONSTANTINOPOLITANI EP̄I AD LEONEM VRBIS ROMAE PAPAM *S* 11 *præm.* I De subdoli hostis insidiis *S* domino beatissimo *PSL* domino et dilectissimo *H* amabili *PS* digno amabili s̄c̄o *LH* in dn̄o [dō *LH*, *corr.* $L^{γ}$] æternam *SLH* 12 continet] timet *O* 12—14 sursum — atque *om.* *O* 13 separare *SL* reparare H^{eg} rapere H^{d} 14 propter quam] quam ob *LH* et] in *LH* operanda $S^{ef}H$ paranda *O* 15 et *OLH* ut $PSL^{γ}$ *corr.* fatuas] factas *H* uitare $OPL^{α}$ euitare $L^{βγ}$ euitare possimus *S* *om.* *H* decet] docet *O* det P^{a} dit *P* deid P^{p} autem sequi *SLH* 16 in definitione [definitionem $L^{α}$] $L^{α}H$ quam] quorum *S* s̄c̄ā *O* didicimus regulam *S* didicimus regulariter definitam *LH* 16/17 dispositis *O* deposuistis *H* 17 et—me *om.* *O* qua *H* sub me] summe *S* insuasus *H* 18 de tali] letali *O* qui *om.* *H* 19 raptus *om.* *O* resiliit *SLH* ad propositum diuinum *LH*, *corr.* $L^{γ}$ 19/20 quem prodere *H* 20 et *om.* *LH*, *corr.* $L^{γ}$ 21 enarrare *SLH* *post* narrare *ins.* II DE FRAVDVLENTA SVBTILITATE HERETICORVM *S* 22 sunt enim *S* quidem *PLH*, *corr.* $L^{γ}$ signantes *P* lupi quos] lupos *O* 23/24 sed—numero[2] *om.* H^{de} sed—numero[1] *om.* LH^{g}, *corr.* $L^{γ}$ 24 numero nostro P^{c} *S*, $L^{γ}$ *corr.* enim *om.* LH^{g}, *corr.* $L^{γ}$ essent de numero nostro LH^{g} de numero nostro essent *S* 25 pietatem *O* ceperint [acceperint S^{f}] adsumere inpietatem *S* in *om.* *O* 26 omnis fit omnibus *S*, $L^{γ}$ *corr.* omnibus fit *H* infirmi $P^{p}S^{t}L$, *corr.* $L^{γ}$, in te firmi *H*

lectiones nesciant, et secum eos in perditionem præcipitant, dissipantes et uituperantes
2 Petr. 3, 16 patrum disciplinas, et reliquerunt sanctas scripturas ad suam perditionem, quos de-
bemus præuidere et a quibus multum cauere, ne in malitia sua aliqui occupati concidant
Ps. 139, 4 de sua firmitate. exacuerunt enim linguam suam quasi serpentes, et
uenenum in labiis habent quasi aspides, de his propheta clamauit. talis
nobis Eutyches emersit quondam presbyter et archimandrites, qui quasi nostræ religionis
sectam sapiebat et hanc præferebat, Nestorii autem impietatem confirmabat et succinge-
batur pro Nestorio militare in pugna quæ contra Nestorium parabatur, trecentorum
autem decem et octo sanctorum patrum de fide expositionem factam et sanctæ memoriæ
Cyrilli epistulam scriptam ad Nestorium uel ad similes eius, cui omnes adsenserunt,
temptauit auellere, antiquam impii Valentini et Apollinaris reparans sectam, et non
Mt. 18, 6 timuit præceptum ueri dei dicentis quicumque scandalizauerit unum de pu-
sillis istis, expedit ei ut mola asinaria ligetur collo eius et demergatur
in profundum maris. uerecundiam autem omnem abiecit et quam gerebat infi-
delitatis pellem excussit; in sancta synodo adserebat instanter dicens dominum nostrum
Iesum Christum non oportere confiteri de duabus naturis post humanam susceptionem,
cum a nobis unius substantiæ et unius personæ cognoscatur, neque carnem domini co-
essentiuam nobis subsistere tamquam ex nobis susceptam et coadunatam deo uerbo se-
cundum substantiam, sed dicebat uirginem quidem quæ eum genuit secundum carnem,
coessentiuam nobis esse, ipsum autem dominum non suscepisse ex illa carnem coessen-
tiuam nobis, sed corpus domini non esse quidem corpus hominis, humanum uero corpus
esse quod est ex uirgine, omnium patrum expositionibus contraria sentiens. sed ne
multa dicens longam faciam epistulam, olim quidquid egimus, misimus ad beatitudinem
uestram, in quibus litteris docuimus et presbyterio illum esse nudatum, quia sic captus
est, et iussimus eum cum monasteriis nullam habere rationem et exclusimus eum a com-
munione nostra, ut sanctitas uestra hæc cognoscens, quod circa illum actum est, omnibus
episcopis sub beatitudine uestra degentibus manifestare dignetur illius impietatem,
ne nescientes aliqui quid ille sentiret, quasi ad orthodoxum uel per litteras uel per aliquam
coniunctionem loquerentur.

Omnem clerum saluto.

O, *P* [= *acp*], *S* [= *defmt*], *L* [= *αβγ*], *H* [= *deg*]

1 nesciat *H* perditione OP^{cp} *SLH* p̄cipiant OP^{c}, *corr.* P^{c} 2 et *om.* *O* relinquunt *S* relinquentes *LH* quod F^{p} $L^{\alpha\gamma}H$, *corr.* L^{γ} 3 aliquid *H* occupiti *O* occupatio concedat *H* 4 infirmitate $SL^{\alpha\gamma}H$ et exacuerunt *LH* enim *om.* *LH* linguas suas *LH* linguam *O* 5 *post* clamauit *ins.* III DE BLASPHEMIIS EVTICETIS *S* 6 archemandrita *P* 7 sectam OP^{c} secta P^{ap} *SLH* et — præferebat *om.* *LH*, *corr.* L^{γ} proferebat *O* autem] dotem *O* 8 qui *S* nestorio $F^{p}LH$, *corr.* L^{γ} 9 sanctorum *om.* *H* 10 sodales *O* 11 euellere F^{c} antiquam] quam *O* sectam *om.* *H* 12 uiri dei F^{cp} L^{β} uiri $L^{\alpha\gamma}$ regis ueri *H* 13 alligetur *SLH* mergatur *H* 14 omnem *om.* *P* 15 adferebat *H* adseuerabat *P* 16 duobus $L^{\alpha}H$ humanæ formæ *P* 17 unius] duarum quidem naturarum *P* non unius *S* sed PS^{mt} L^{γ} 17/18 coessentiuam *scripsi* quo esse natiuam *O* coessentiam *PL* coessentialem *S*, L^{γ} *corr.*, *H* 18 uero *O* uerbum *H* 19 dicebatur $L^{\alpha}H$ 20 coessentiuam OP^{c} coessentiam P^{ap} consentibam *S* consentiebam *L* consentiebat *H* 20/21 esse — nobis *om.* *O* 20 non] n̄r̄i $L^{\alpha\beta}H$ ea *S* carne *L* 20/21 coessentiam *P* consentibam *S* consentiebam *L* consentiebat *H* 21 sed] seu P^{a} seo F^{p} non — corpus *om.* *O* humanum] humani quem *O* corpus *om.* *P* 22 esse — est] esse etsi essit F^{c} esset si esset [essit F^{p}] P^{ab} est *om.* OH^{g} contra *P* *post* sentiens *ins.* IIII DE EXCOMMVNICATIONE EIVS IVSTISSIMA *S* 23 egerimus *S* 24 in *om.* S^{deft} litteris et *O* presbiterium $P^{p}LH$ esse *om.* *LH*, *corr.* L^{γ} quia sic] quasi *H* 25 et] ut OS^{df} eum *om.* *H* 26 hoc *SLH* agnoscens $F^{c}H$ 27 beatitudinem uestram $F^{p}SL$, *corr.* L^{γ} agentibus *OSLH* 28 ne *om.* $F^{p}LH$ aliqui] aliquid $S^{mt}H$ aliquas *H* 29 loquantur *S* 30 *om.* *SLH*

INCIPIT ALIA EPISTOLA FLAVIANI EPI AD PAPAM LEONEM DE EVTYCHEM

4 Sancto et beatissimo papæ Leoni Flauianus. Pie et recte honorare uerbum ueritatis nihil carius est sacerdotibus dei, sicut cognitum uobis est, o religiosissime. omnis enim in nobis spes et salus et retributio promissorum bonorum hinc profertur. idcirco omnia facienda sunt nobis et laborandum pro uera fide et traditionibus et decretis patrum, ut per omnia et in omnibus tempestatibus rerum inlibata et inuulnerata seruentur. necessarium ergo fuit ut animaduertentes lædi ueram religionem et renouari Apollinaris ⟨et⟩ Valentini hæresim ab Eutychin nos non dissimularemus, sed manifestaremus eum et reuelaremus ad cautelam populi. hic etenim Eutyches celatam in se ægritudinem maliuolentiæ tenens abusus nostra patientia inreuerenter et inpudenter circa multos proferre propria⟨m impietatem ausus est⟩ dicens ante quidem incarnationem saluatoris nostri Iesu Christi duas esse naturas deitatis et humanitatis, post autem unitatem unam fuisse naturam, nesciens quid dicat neque de quibus asserat. neque 1 Tim. 1,7
enim unitas conuenientium in Christo duarum naturarum, sicut uestra sanctitas nouit, proprietates suas in unitate confundit, sed manent inlibatæ etiam ⟨in⟩ unitate naturarum proprietates. adiciebat etiam aliam impietatem dicens ex Maria corpus factum domini non esse nostræ substantiæ neque humanæ concretionis, sed humanum illud quidem appellabat, non tamen nobis consubstantiale neque illi quæ eum peperit secundum carnem, et hæc ⟨dum in illis⟩ quæ acta sunt Epheso a religiosissima et ubique diffusa synodo in epistola ad impium et damnatum Nestorium quæ data est, ita continetur quod diuersæ quidem ad unitatem ueram naturæ conexæ sint, unus autem ex ambabus Christus et filius, non quod naturarum diuersitas in unitate ⟨ab⟩sumpta est, sed perficientium nobis magis unum dominum Iesum Christum deitatis et humanitatis per inenarrabilem et inconprehensibilem in unitatem concursum. et hoc non latuit uestram sanctitatem instructam ex his quæ apud Ephesum acta sunt. quæ pro nihilo ducens idem Eutyches putat se non daturum pœnam constitutam a sancta et uenerabili synodo. propterea ergo multis innocentibus eius disputationibus uulneratis in fidei sermone, accusatum eum a uenerabili episcopo Eusebio et occurrentem ad sanctam synodum et sua uoce sensum proprium reuelantem alienum a recta fide damnauimus, sicut docebunt ** pariter quæ transmisimus cum litteris nostris. iustum autem est et hoc, sicut arbitror, uos doceri quod idem Eutyches patiens iustam et canonicam damnationem, cum debuerit uel secundis priora sanare et per pænitentiam manifestam et per lacrimas multas deum placare et cor nostrum uehementer contristatum ruina eius satisfactione ⟨uera⟩ curare, non solum hoc non fecit, sed etiam turbare per omnia nostras ecclesias festinauit, publice proponens programma iniuriarum et contumeliarum plenum, insuper etiam preces dando religiosissimo imperatori nostro tumore plenas et superbia et lacerationibus, per omnia diuinos canones inculcare conatus [est]. sed his ita actis litteræ nobis redditæ sunt uestræ sanctitatis per laudabilem comitem Pansofium, ex quibus

4 *Græcum exemplar extat in Epist. coll. II 5, altera Latina uersio in Epist. ante Gesta coll. 8*

O

4 nobis spes et *scripsi ex* Γ uobis pendet *O* 7 animaduertentes *scripsi* enim aduertentes *O* 8 et *addidi* nos non *scripsi* nos nos *O* 10 inpudenter *scripsi ex* Γ inpacienter *O* 11 propriam — est *scripsi ex* Γ propria *O* 15 confundunt *O* in *addidi* 17 concreationis *O* 19 dum in illis *addidi* 22 sumpta *O* 24 unitate *O* 24/25 ura scitate *O* 29 reuelante *O* 29/30 docebant *O* *exciderunt* τὴν ὑμετέραν ὁσιότητα πάντα τὰ ἐπ' αὐτῶι πεπραγμένα ὑπομνήματα 33 dñi placere per lacrimas multas *O* ruinam *O* satisfactione uera *scripsi ex* Γ satisfactionem *O* 37 est *deleui*

docti sumus quoniam idem Eutychis libellos uobis transmiserit plenos omni fallacia et calliditate dicens in tempore iudicii appellationis libellos dedisse nobis et ⟨hic⟩ congregatæ sanctæ synodo ⟨et⟩ aduocasse uestram sanctitatem, quod minime ab eo factum est, sed etiam in hac parte mentitus est, quippe ut pater falsitatis putans se posse subripere auribus uestris. commotus ergo, beatissime pater, propter omnia quæ ab ipso ausa sunt, et propter quæ in nos et in sanctam ecclesiam facta sunt et fiunt, auctoritatem consuetam uestræ sanctitatis exercens et proprium faciens commune negotium et sanctarum ecclesiarum quietem, damnationi eius canonicæ uestris litteris consentire dignamini, confirmare autem et piissimi imperatoris nostri fidem. uestrum enim hæc causa uel maxime poscit auxilium, ut consensu uestro pacis tranquillitate possint uniuersa componi. sic etenim insurgens hæresis et quæ per eam facta est perturbatio destructa deo cooperante tabescet per uestræ litteras sanctitatis, prohibeatur autem quæ obmurmuratur synodus congreganda, ne uniuersales conturbentur ecclesiæ.

EXPLICIT ALIA EPISTOLA FLAVIANI EPI CONSTANTINOPL AD PAPAM LEONEM ROMANVM

INCIPIT EPISTOLA PAPAE LEONIS AD FLAVIANVM EPM CONSTANTINOPOLITANVM DE EVTYCHEM

5 PL 55, 755 Lectis dilectionis tuæ litteris, quas miramur fuisse tam seras, et gestorum episcopalium ordine recensito tandem quid apud uos scandali contra integritatem fidei exortum fuisset, agnouimus et quæ prius uidebantur occulta, nunc nobis reserata patuerunt.
PL 757 quibus Eutyches, qui presbyterii nomine honorabilis uidebatur, multum inprudens et
Ps. 35, 4 nimis inperitus ostenditur, ut etiam de ipso dictum sit a propheta: noluit intellegere ut bene ageret; iniquitatem meditatus est in cubili suo. quid autem

O

1 docti sumus] doctissimus *O* idem *scripsi ex* Γ] quidem *O* omnia *O* 2 hic *addidi* 3 et *addidi* 7 exercent *O* 8 damnationem *O* 9 confirmat *O* 12 tabescit *O* 13 obmurmuratus *O* conturbætur *O*

5 *Græca uersio extat in Epist. coll. M 11*

O M^c, Φ^a [= *RBN*], Φ^c [= *ADM*], Φ^r [= *CY*], *TU*, *K* [= *ns*], *Q* [= *aetwx*], *p XEZ*, *P* [= *acp*], *S* [= *defmt*], *L* [= *αβγ*], *H* [= *deg*], *hbnflmr*

1. 2 *inscr. ex O* Epla encyclia siue synodica scissimi archiepi rome leonis ad flauianum M^c INCIPIT EPISTOLA LEONIS PAPAE VRBIS [VRBIS *om.* Φ^c] ROMAE [ROMAE *om.* Φ^{ac}] SCRIPTA [SCRIPTA *om.* Φ^{ac} *T*] AD FLAVIANVM EPM DE HERESE EVTYCIANORVM SIVE PROPRIE DE IPSO EVTYCHE *ΦT* INCIP EPLA SCI LEONIS PAPE VR AD FLAVIANVM EPM CONSTANTINOPOLITANE VRBIS DE HERESE [AD HERESE *Lγ*] EVTICIANORVM ATQVE ECCLE SCANDAL *L* INCIPIT EPLA PAPE LEONIS AD FLAVIANVM EPM CONSTANTINOPOLITANVM CONTRA EVTYCHEN [eutychen hereticum *h*] *Hh* LEONIS RESCRIPTVM AD FLAVIANVM EPM CONTRA EVTICETIS PERFIDIAM *S* INC EPISTVLA LEONIS PAPAE AD FLAVIANVM EPM CONSTANTINOPOLITANAE ECCLESIAE *U* INCIPIT EPLA SCI LEONIS PP ROMANAE VRBIS SCRIPTA AD SCAE MEMORIAE FLAVIANVM EPM CONSTANTINAE POLITANAE VRBIS *b* ITEM [INCPT IDEM *r*] PAPE LEONIS [LEONIS EPISC *r*] AD FLAVIANVM EPM CONSTANTINOPOLITANVM *nr* incipit epla leonis pape ad fabianum constantinopolitanum *m*

præm. dilectissimo fratri flauiano [flauiano epo *P*] leo [leo eps *KP*] *Φ TUKPS Lbrl* Γ leo eps flauiano epo constantinopolitano [constantinopolitano epo *p*] *QpXEZ* flauiano episc constantinopolitano leo urbis romæ episc *f* leo fabiano epo constantinopolitano *m* 17 epistulis *QpXZl* 17/18 episcopali *U* 18 recensitas *b* recenseas *m* scandalum *O* scandali contigerit atque [atque *om. U*] Φ^c [*A*] Φ^r *TUK*, F^a *ex corr.*, *SLHhfm* contra *om.* Φ^c [*A*] *m* 19 fuisse cognouimus M^cU fuisset et agnouimus *m* uidebatur occultum K^n nunc] nec *X* 20 *inscr.* 1 Quod ignorantia scarum scripturarum euticen hereticum fecerit *S* prbri *O* Φ^a [+ *A*] K^s*nm* Γ nomen *bnr* 21 nimium *nr* de eo Φ^a [+ *AM*]*TUZ om.* XS^{mt} prædictum Φ^{cr} *TU* 22 autem

iniquius quam impia sapere et sapientioribus doctioribusque non cedere? sed in hanc insipientiam cadunt qui cum ad cognoscendam ueritatem aliquo inpediuntur obscuro, non ad propheticas uoces, non ad apostolicas litteras nec ad euangelicas auctoritates, sed ad semet ipsos recurrunt et ideo magistri erroris existunt, quia ueritatis discipuli non fuerunt. quam enim eruditionem de sacris noui et ueteris testamenti paginis adquisiuit qui ne ipsius quidem symboli initia conprehendit et quod per totum mundum omnium regenerandorum uoce depromitur, istius adhuc senis corde non capitur?

2 nesciens igitur quid deberet de uerbi dei incarnatione sentire, nec uolens ad promerendum lumen intellegentiæ in sanctarum scripturarum latitudine laborare illam saltem communem et indiscretam confessionem sollicito recepisset auditu, qua fidelium uniuersitas profitetur credere se in deum patrem omnipotentem et in Iesum Christum filium eius unicum, dominum nostrum, qui natus est de spiritu sancto et Maria uirgine, quibus tribus sententiis omnium fere hæreticorum machinæ destruuntur. cum enim deus et omnipotens et pater creditur, consempiternus eidem filius demonstratur, in nullo a patre differens, quia de deo deus, de omnipotente omnipotens, de æterno natus est coæternus, non posterior tempore, non inferior potestate, non dissimilis gloria, non PL 759
diuisus essentia. idem uero sempiterni genitoris unigenitus sempiternus natus est de spiritu sancto et Maria uirgine, quæ natiuitas temporalis illi natiuitati diuinæ et sempiternæ nihil minuit, nihil contulit, sed totam se reparando homini, qui erat deceptus, inpendit, ut et mortem uinceret et diabolum, qui mortis habebat imperium, sua uirtute Hebr. 2, 14
destrueret. non enim superare possemus peccati et mortis auctorem, nisi naturam nostram ille susciperet et suam faceret quem nec peccatum contaminare nec mors potuit detinere. conceptus quippe est de spiritu sancto intra uterum uirginis matris, quæ illum ita salua uirginitate edidit quemadmodum salua uirginitate concepit. sed si de hoc Christianæ fidei fonte purissimo sincerum intellectum haurire non poterat, quia

---

ADNOTATIONES RVSTICI 14/15 nōt in nullo a patre differt filius 22 nostram naturam suam fecit C^{mg}

OM^c, Φ^a [= RBN], Φ^c [= ADM], Φ^r [= CY], TU, K [= ns], Q [= aetwx], pXEZ, P [= acp], S [= defmt], L [= αβγ], H [= deg], hbnflmr

AD EOS QVI SECVNDVM DIVINAM INCARNATIONEM VERBI DISPVTANT SVB OCCASIONE INDIVIDVI

2 Lietzmann, Apollin. 194, 15–199, 27 Nemo humiliet dominicam et saluatricem carnem domini nostri Iesu Christi occasione unius essentiæ. nec enim nos nec nostra synodus nec eorum hominum quisquam qui habent humanam et rationabilem mentem, corpus per semet ipsum unam essentiam esse dicit aut sentit, sed nec de cælo dicimus carnem domini dei Iesu Christi, uerum ex sancta uirgine Maria confitemur incarnatum deum uerbum et non diuidimus eum

O

2 externum *O* 4 de *addidi* 7 unam *O* dn̄i *O* et[2]] e *O* 8 Iesus[2]] ισ̄ *pro* εἷς 13 in *deleui* 15 licent *O* 17 in *deleui* 19 natus *O* 23 ac ore *scripsi* auctore *O* 25 in — baptizari *add.* *Amelli* 30 illis qui *deleui* qui *O* 36 DIVIΝΑ E *O* 40 habet *O*

a sua carne, sed est una persona et una substantia, totus homo. certe si ad similitudinem hominis credimus uenisse dominum saluatorem nostrum Christum ex ea uirginali conceptione, per quam [si] genetrix dei uirgo monstrata est, et mysterium salutis est nostræ incarnatio dei uerbi, ergo inseparabilis est et indiuisus a sua carne, ** cuius est caro, si tamen uere confitemur carnem factum fuisse dei uerbum. quod si non habet communionem cum uerbo, penitus separata est. et nec salus credentibus ex incarnatione conceditur a trinitate summota. nihil enim uenerabile nec salutare extra diuinam trinitatem est, sed superflua quædam probabitur illis atque inanis incarnatio, falsum autem inuenitur secundum eos etiam diuinæ scripturæ quibus scriptum est uerbum
factum est caro et illud natus est nobis hodie saluator, hoc est Christus Ioh. 1, 14
dominus in ciuitate Dauid, item falsum uidebitur illud deus fortis infans Lc. 2, 11 Ies. 9, 6
et alia his similia. nec dei genetrix uirgo creditur, quod impium et sacrilegum sine 12
dubietate et a mente religiosa iudicabitur alienum. auertitur enim omnis spes Christianorum et ipsa Christianitas ad nihilum deducitur nec illud magnum pretiosumque munus Christianorum quod Christi morte perficitur, diuinum putabitur, sed humanum, si non annumeratur trinitati incarnatio nostri domini saluatoris. nobis autem confitendum est filium dei et deum uerum, qui est ante sæcula, unius essentiæ patri, Christum dei filium, dominum nostrum, quem uirgo peperit saluatorem et liberatorem, cui uenerationem debite offerimus et non separatur a ueneratione caro ipsius. inpossibile est ut indiuisa diuinitate cultus et ueneratio diuidatur; nam qui carnem non ueneratur, ipsum non ueneratur, sicut euangelista unam uitam uerbi et carnis prædicans dixit
et uerbum caro factum est. ergo si caro uerbum factum est, qui adorauerit uer- Ioh. 1, 14
bum, adorat et carnem, et qui carnem ueneratus fuerit, uenerabitur deitatem et sancti apostoli summittentes se corpori deum uerbum uenerati sunt et angeli ipsi obsecuti sunt tamquam suo domino corpus adeuntes et uirgo ab initio carnem pariens uerbum parturiebat et erat dei genetrix et Iudæi qui corpus crucifixerunt, deum crucifixerunt et nulla separatio uel diuisio corporis et uerbi in sanctis habetur scripturis, sed est una natura, una substantia et una uirtus, una persona, totus deus, totus homo, ipse idem ipse. essentia enim ipsius secundum inuisibile quidem deitas, secundum uisibile autem caro. nec alienatur nec separatur a trinitate incarnatio Iesu Christi domini nostri. denique trinitatis in numero baptisma traditur in remissionem peccatorum et resurrectionem carnis, quod opus est deitatis, non creatæ naturæ. unum enim et idem est corpus et deus, cuius corpus est, non conuersæ carnis in incorporeum, sed habentis et proprium quod a nobis est, secundum uirginis partum et quod supra nos est, secundum dei uerbi incarnationem.

SCI ATHANASII EPI ALEXANDRINI TRACTATVS SIVE PRAECEPTA DE FIDE QVAE PRO SE PROTVLIT EVTYCHES PROLATVM AD TESTIMONIVM A BEATISSIMO EPO EIVSDEM CIVITATIS CYRILLO CONTRA LIBELLVM THEODORITI

3 Etiam laudabilis recordationis pater noster et episcopus Athanasius in libris incarnationis: confitemur et esse ipsum filium dei et deum secundum spiritum, hominis autem filium secundum carnem, non duas naturas unum filium, unam adorabilem et t. 1 1, 5 p. 65 22 sq.

O

2 credimur *O* dm̄ *O* 3 si *deleui* 4 *lacunam indicaui, cf. Γ* 7 salutarem *O* 10 hoc est natus — saluator xp̄s *O* 13 et a mente *scripsi* tamen *O* 19 separaturam uenerationem *O* 29 inuisibilem *O* uisibilem *O* 30 ne *O* ne *O*, *corr. O* 31 in numero] numero in *O* 33 habentes *O* 37 EVTYCHIS *O* 38 THEODORITI *scripsi* THEODORI Ad te *O*; *errauit Eutyches in libri Cyrilliani titulo* 41 unam] unum *O*

unam non adorandam, sed unam naturam uerbi dei incarnatam et adorandam cum carne una ueneratione, nec duos filios, unum quidem filium dei uerum et adorabilem, alterum uero ex Maria hominem et non adorandum, per gratiam autem factum filium dei sicut et homines, sed de deo, sicut dixi, unum filium dei et ipsum deum nec alterum ex Maria natum secundum carnem in ultimis diebus, sicut angelus dixit genetrici salua- Lc. 1, 34. 35 toris dicenti quomodo hoc fieri poterit? uirum enim nescio: spiritus sanctus adueniet in te et uirtus altissimi obumbrabit tibi; propterea quod ex te nascetur, sanctum est et uocabitur filius dei. qui ergo natus est ex uirgine Maria, filius dei natura et deus uerus, non per gratiam et alia essentia, secundum carnem quidem Mariæ homo, secundum spiritum autem ipse deus et filius dei, passus 1 Petr. 4, 1 nostras passiones secundum carnem, sicut scriptum est Christus enim passus est Rom. 8, 32 pro nobis carnaliter et alio loco qui filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, inpassibilis autem permanens et inmutabilis secundum dei- Mal. 3, 6 tatem sicut dixit propheta ego sum deus et non mutor, mortuus quidem nostra morte secundum carnem propter peccata nostra, ut mortem interficeret [nostram] mo- 1 Cor. 15, 54. 55 riendo pro nobis, sicut dicit apostolus conculcata mors est et deuicta; ubi est, 1 Cor. 15, 3 mors, uictoria tua? ubi est, mors, aculeus tuus? et iterum Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas, inmortalis autem et inconprehensus a morte permanens per deitatem, inpassibilis quasi patris uirtus, sicut Act. 2, 24 dicit Petrus: nec enim possibile erat eum a morte detineri.

Adicit etiam his: si quis præter sanctas scripturas docet alterum dicens filium dei et alterum ex Maria per gratiam sicut nos adoptatum, ut sint duo filii, unus secundum naturam dei filius ex deo et alter secundum gratiam ex Maria homo, uel si quis carnem domini supernam dicat et non ex Maria uirgine uel conuersam deitatem in carnem aut confusam aut inmutatam aut passibilem deitatem domini credat et non esse uenerabilem et adorabilem domini nostri carnem quasi hominis putet et non magis adorandam quasi domini et dei, hunc anathemat sancta et uenerabilis ecclesia credens sancto apostolo di- Gal. 1, 9 centi si quis euangelizauerit uobis præter hoc quod accepistis, anathema sit.

SCI GREGORII EPI MAIORIS PARS DICTORVM QVAE PRO SE PROTVLIT EVTYCHES

4 Deus non solum non tenetur morte, sed etiam soluit ipsam mortem et mors est Lietzmann, Apollin. 178, 17—179, 6 mortis. deus uerus qui sine carne, in carne uisus est, perfectus uera et diuina perfectione, non duæ personæ nec duæ naturæ. nec quattuor dicimus adorari; nec enim fas est quattuor adorari, deum et filium dei et filium hominis et spiritum sanctum. quapropter anathematizamus qui sic in deum peccant, ut dicant hominem tamquam deum glorificari debere.

EPISTVLA GREGORII NANZANZENI AD CLEDONIVM EX HIS QVAE PRO SE PROTVLIT EVTYCHES

ep. 102 5 Quoniam multi adeuntes sanctitatem tuam de fide uolunt fieri certiores et quia per caritatem exegisti nos certum breuemque finem uel regulam fidei nostræ, ideo scripsimus sanctitati tuæ, quod et ante meas litteras agnoscebas, quoniam nos Nicænæ synodo et fidei sanctorum patrum qui illo conuenerant ad deiectionem Arrianæ sectæ, nihil umquam prætulimus nec præferre possumus, sed eiusdem fidei sumus et erimus in domino,

---

O

3 uerum *O* 4 hominis *O* 5 genetricis *O* 11 passiones] nationes *O* 15 nostram *delevi* 20 passibile *O* 22 unum *O* 27/28 dicene *O* 34 honis *O* 37 EPI *O* 40 synodus *O*

adicientes illud quod minus dictum est ab illis de sancto spiritu, ne umquam moueatur hæc quæstio, quia scire oportet unius deitatis patrem et filium et spiritum sanctum, deum et spiritum agnoscentes. eos sane qui ita sentiunt et docent, habeto tibi communicantes sicut et nos; eos uero qui aliter credunt, auersare et alienos et dei et sanctæ ecclesiæ iudica. sane quoniam de diuina incarnatione siue incorporatione quædam quæstio conmouetur, prædicato et denuntiato de nobis quia filium dei, qui natus est ex patre et postea de uirgine Maria, unum credimus, non duos filios nominantes, sed unum et eundem indiuidua deitate et honore ueneramus. quod si quis his non præbeat consensum aut nunc aut postea, ipse in die iudicii deo redditurus est rationem.

IVLII EPI ROMANI AD VNIVERSOS EPOS CATHOLICOS QVAE PRO SE PROTVLIT EVTYCHES

6 Probaui fidem uestram, dilectissimi fratres, quam circa dominum deum regem habetis de ecclesiasticis historiis consecuti ab Osee propheta dicente de deo uerbo et de patre domino non permittam perire Iacob, quia deus ego sum et non [est] præter te homo sanctus, et non ingrediar ciuitatem, sed post dominum ambulem. hæc itaque propter eos locutus est deus uerbum factus homo, qui eum hominem simpliciter sanctum et non deum esse credebant: deus ego sum et non homo. credo in una deitate et essentia adorandæ et uenerabilis trinitatis, hoc est in patre et filio et spiritu sancto, qui descendit de cælo et incarnatus est, et ipsi incarnationi quæ est ex sancta uirgine Maria, et apparitioni inter homines dei uerbi et saluatoris nostri Christi, qui est deus homo, non alter deus et alter homo, sed una substantia et una persona dei uerbi et ex carne Mariæ, ex deo et ex muliere, passibilis et inpassibilis, corpore passibilis, inpassibilis deitate, nostram passionem suscipiens, quam deitate dissoluit salutarique mortem nostram superat interitu, inluminans uitam et fidelibus futuri boni conferens fructum et cælestis uel diuini regni hereditatem cum gloria præstans.

Lietzmann, Apollin. 292, 2—293, 3
Os. 11, 9

IVLII EPI AD PROSDOCIVM QVAE PRO SE PROTVLIT EVTYCHES

7 Sensus est noster secundum apostolicam traditionem patris et filii et spiritus sancti una deitas, una uenerabilitas filii apud patrem in adoratione et glorificatione sancti spiritus. qui autem deitatem alteram inducit, anathema et qui inducit alteram sectam uel fidem præter sanctas uoces seraphim, hoc est sanctus sanctus sanctus dominus sabaoth; plena est omnis terra gloria ipsius hymnum dicentes in sanctam trinitatem, quemadmodum Iohannes testatur et Paulus, Iohannes dicens filii gloriam a propheta cantatam et Paulus spiritus sancti eandem gloriam demonstrat, cum dicit sancti spiritus esse uoces quæ dictæ sunt ab eo qui uisus est et glorificatus, quia spiritus sancti gloria filii gloria est et filii gloria patris gloria est. quapropter una essentia trinitatis per orbem terrarum a sanctis synodis prædicatur. omnis autem qui separat ab essentia unius dei filium et spiritum sanctum ** quomodo nos, non ex ipsa substantia ut similitudinem, sed in aliam naturam, anathema sit. prædicatur etenim ad supplementum fidei et incarnatus ex utero Mariæ sanctæ uirginis dei filius et conuersatus inter homines et supra hominem agens, sicut propheta et apostoli dicunt, perfectus deus in carne, perfectus homo in spiritu, non duo filii, [sed] unus certus deus suscipiens homi-

Lietzmann, Apollin. 283, 17—285, 9
Ies. 6, 3
Ioh. 12, 41
Act. 28, 25

O
1 moueantur O 10 CATHOLICIS O 13 est *deleui* 16 credebat O 23 superaret O 27 n̄r̄i O patri O 28 adorationem et glorificationem O 32 quæammodum O Iohannes[2]] iohannis O gloria O 37 *lacunam indicaui, cf. Γ* 41 sed *deleui*

nem, alter autem mortalis homo susceptus a deo, sed unus unicus in cælo et unicus in terra deus ac diuina natura, homo carnali imagine ad similitudinem suam seruans mundum
Ioh. 20, 22 participatione spiritus sui, quem donat quasi per inspirationem, quasi homo et habitu humano rex cælestium terrestrium et infernorum, ab omnibus quasi unus et solus deus glorificatus et uenerabilis quasi in gloria dei patris nostri. quod si quis hominem a deo adsumptum dicat Iesum qui ex Maria natus est, et duas personas perfectas et adunitas, sciat se spei diuinæ alienum, quod deus uerbum, per quem omnia facta sunt, ipse est Iesus per quem sunt omnia, quemammodum Iohannes et Paulus docuerunt dicentes
Gal. 4, 4 non adsumptum esse uerbum ab homine per Iesum, sed ipsum uenisse in mundum qui
Ioh. 1, 9 natus est ex femina, nec habitasse eum qui de cælo est, in homine terreno, sed ipsum
1 Cor. 15, 47 Adam secundum esse cælestem.

PETRI EPI ET MARTYRIS DE DEITATE LIBELLI QVAE EX HIS PRO SE PROTVLIT EVTYCHES

8 Vere gratia et ueritas per Iesum Christum facta est, si quidem nos
Exc. Ephes. 1 Ioh. 1, 17 sumus per gratiam conseruati secundum apostolicum dictum; ait enim: non ex nobis,
Eph. 2, 8 dei munus, neque ex operibus nostris, ne quis exultet. uoluntate dei
Phil. 2, 7 uerbum caro factum et hominis imagine uisus nequaquam a deitate discessit. nec enim ut uirtutis aut gloriæ suæ summam deponeret, pauper est factus ex diuite, sed ut mortem
2 Cor. 8, 9 pro nobis peccatoribus ipse susciperet iustus pro iniustis, ut nos offerret deo, mortificatus corpore, uiuificatus autem spiritu.
Exc. Ephes. 11 Et post alia: Vnde euangelista ueredicus dicit: uerbum caro factum est
Ioh. 1, 14 et habitauit in nobis ex eo scilicet ex quo angelus uirginem salutauit dicens aue
Lc. 1, 28 grata deo, dominus tecum. dominus tecum dictum est a Gabrihelo pro deus tecum, hoc est uerbum tecum; significat enim nasci eum in utero et carnem futuram sicut
Lc. 1, 35 scriptum est: spiritus sanctus superueniet in te et uirtus altissimi obumbrabit tibi, et quod nascetur sanctum, uocabitur filius dei.
Exc. Eph. III Et post alia: Deus autem uerbum absque uiro secundum uoluntatem dei omnia potentis perficere factus est in utero uirginis caro, non indigens uirilis actus aut præsentiæ. efficacius enim operata est uirtus uerbi obumbrata uirgini cum adueniente sancto spiritu.

FELICIS ROMANI EPI ET MARTYRIS EX EPISTVLA QVAM AD MAXIMVM EPM VEL CLERVM ALEXANDRIAE CIVITATIS MISIT QVAE EX HIS PRO SE PROTVLIT EVTYCHES

9 De incarnatione autem dei uerbi et fide, credimus in dominum nostrum Iesum
Exc. Ephes. VIII Christum, qui natus est ex Maria uirgine, quia ipse est dei filius sempiternus et uerbum et non homo a deo adsumptus est, ut alter esset extra illum. nec enim ita suscepit hominem filius dei, ut sicut dictum est, alter esset extra illum, sed deus perfectus factus est homo simul perfectus incarnatus ex uirgine.

EXEMPLVM EPISTOLAE SYNODI HABITAE ROMA QVAE EX HIS PRO SE ALLEGAVERIT EVTYCHES

10 Synodus episcopis per Illyricum constitutis. Etsi confidimus sanctitatem uestram apostolorum doctrina fundatam et subnixam fidei etiam populos euidenter

---

10 *Graece extat ap. Theodoret. 2, 22 Sozom. 6, 23; altera uersio Latina habetur in Collectione Theodosii diaconi [cod. Veron. LX f. 43 sq. = Mansi III 459]*

O

4 humani *O* 5 patres *O* 8 quæammodum *O* 10 quæ *O* 27 digens *O* tactus *O* 30 EPS *O* 32 dominum] dm̄ *O* 37 ALLIGAVERI *O* 38 et sic *O* 39 subnixum *O*

docere et obsequentem patrum decretis in nullo dissidere (nec enim oportebat dei antistites, qui alios docent, aliter agere), tamen quoniam ex relatione Gallorum et bessorum comperimus quædam studia hæresum pullulasse (non autem dixerim hoc sponte euenire cultoribus dei, sed aut ignorantia aut errore contingere, et ideo cognitiones fluctuant nec radice consistunt, quasi parentum nostrorum notitiam cognouissent et hæc sicut alia resecassent), denique Auxentium Mediolanensem hac de causa condemnatum scribunt, et rationabile igitur est et omnibus episcopis competit, qui per orbem terrarum hoc nomen profitentur, expellere eos qui de diuersis disciplinis catholicam fidem nituntur euertere. etenim quando uenenum hæreticorum, quod etiam nunc, ut dicendum est, incipit Arrianorum blasphemium, reuiuiscit, parentes nostri CCCXVIII episcopi et Romani presbyteri in locum episcopi sui, electissimi uiri, sub synodo Nicæna hoc munimen et firmamentum contra arma diabolica statuerunt et hoc remedio letales reppulere doctrinas, quo dicerent patrem et filium et spiritum sanctum unius deitatis, unius esse uirtutis et esse unius essentiæ; contra autem sentiens a communione nostra fieret alienus. quam definitionem salutis et tractatum sanctum corrumpere postea aliis quidam fraudibus et polluere temptauerunt. quibus nec Romani episcopi, cuius ante omnes sententia probabilis est, nec tacendi qui tot annis sine culpa sacerdotium ministrarunt, nec aliorum consensus est penitus commodatus; sed etiam hi qui per uim uisi sunt claudicare, meliore sententia talia sibi displicere firmarunt. unde perspicit uestra sinceritas hanc solam esse puram et robustam fidem apud Nicæam apostolorum auctoritate firmatam, quæ perpetua inrupto teneri debeat firmamento. nobiscum igitur Orientales qui se catholicos recognoscunt, Occidentales pariter gratulentur; non enim dubitamus, immo etiam confitemur aliter credentes a nobis alienos esse et a nostra communione summotos et episcopos hac appellatione priuari, ut plebem hoc errore nouerint liberandam, quam qualiter poterunt emendare, cum ipsorum oculi simili caligine teneantur? consentiat ergo cum catholicis episcopis et uestræ sententia caritatis, in qua uos firmos et robustos credimus inueniri, et indicate nobis reciprocis scriptis sanctitatem uestram sentire nobiscum.

SCI CAELESTINI EPI ROMANI MISSA NESTORIO QVAE EX EA PROTVLIT EVTYCHES t. 1 2 p. 9, 2—7

11 Post alia: Vnde hæc episcopo in populos prædicare quibus uirginei partus reuerentia saucietur? non debent ueteris fidei puritatem blasphema in deum uerba turbare. quis umquam non est dignus anathemate iudicatus uel adiciens uel retrahens fidei? plene etenim et manifeste ab apostolis nobis tradita nec augmentum nec imminutionem requirit. legimus libris nostris non addere debere, non retrahi; magna quippe et addentem et retrahentem pœna constringit.

SCI CAELESTINI EPI ROMANI AD CLERVM CONSTANTINOPL QVAE EX EA PRO SE PROTVLIT EVTYCHES

12 Inter cetera et ad locum: Aperte ergo dilectioni uestræ, quod sine lacrimis non possumus dicere, nuntiamus: mouit disputator uester prœlium ueritati, antiquæ fidei intulit manus, inpugnat apostolos, prophetas respuit, ipsius domini de se dicentis uerba non sequitur. cuius religionis aut quibus legibus se episcopum dicit, abusus nouo et t. 1 2 p. 16, 27—35

O

2 bessorum *O* τῶν ἐν … Βενετίαι Γ 4 cognationes *O* 5 notitia cognouisset *O* 6 hæc *O* 15 quibusdam *O* 17 tacendi *O* Οὐικεντίου Γ *postulatur* ministrauit 24 ut] et *O* 26 sententiæ *O* 27 scripti si *O* 31 ueteres *O* 33 nobis] urbis *O* immutionem *O*

ueteri testamento? et enim intellectum figuræ respuit et uersatam inter nos non recipit ueritatem. aliter denique Christi domini tractat arcanum quam fidei nostræ patitur sacramentum, quod reuerenter omnis secutus est catholicus disputator. nemo enim bene religioni deuotus aliud de Christo sentit quam de se uoluit ipse sentiri.

STATVTA SYNODI EPHESENAE CONTRA EOS QVI PRAESVMVNT DOCERE ALIVD AVT SCRIBERE CONTRA STATVTVM SYNODI NICAENAE QVAE EX HIS PRO SE PROTVLIT EVTYCHES

13 t. I 1 7 p. 88, 1—89, 13 Inter cetera et ad locum ex sancta synodo Nicæna: Petrus presbyter Alexandrinæ ecclesiæ et primicerius notariorum dixit: Magna et sancta synodus Nicæna omnem prudentiam exponens rectæ et catholicæ dogmatum ueritatis, prospiciens etiam disciplinis et ordinibus ecclesiæ, decretum protulit, quod præ manu habentes, si placet sanctitati uestræ, relegimus.

Sancta synodus dixit: Finis quæ a synodo prælata est, legatur actis præsentibus inserenda.

Synodus Nicæna hanc tradidit fidem:

Credimus in unum deum patrem omnipotentem, omnium uisibilium et inuisibilium conditorem; et in unum dominum Iesum Christum filium dei, natum ex patre unigenitum, hoc est de essentia patris, deum ⟨ex⟩ deo, lumen ex lumine, deum uerum ex deo uero, natum, non factum, unius essentiæ patri, per quem omnia facta sunt quæ in cælo et quæ in terra sunt, qui propter nos homines et propter nostram salutem de cælo descendit et incarnatus est et incorporatus, passus est et resurrexit tertia die, ascendit in cælos uenturus iudicare uiuos et mortuos; et in spiritu sancto. eos autem qui dicunt 'fuit aliquando quando non erat' et 'antequam nasceretur, non erat' et quia ex nihilo factus est, aut alterius substantiæ aut essentiæ dicentes esse ⟨aut conuertibilem aut⟩ mutabilem filium dei, anathematizat catholica ecclesia.

t. I 1 7 p. 105, 20—106, 8 His itaque gestis statuit synodus alteram fidem nulli licere proferre aut conscribere aut ⟨conponere⟩ præter quam definita est a patribus apud Nicæam congregatis cum spiritu sancto; qui autem ausi fuerint conponere alteram fidem aut tradere aut proferre uolentibus conuerti ad scientiam ueritatis uel paganis aut Iudæis aut cuiuslibet hæreseos, hos si episcopi uel clerici fuerint, alienos ab episcopatu episcopos et a clero clericos esse; si laici fuerint, anathematizari debere. ⟨pari⟩ autem modo, si inuenti fuerint siue episcopi siue clerici siue laici cogitantes aut docentes quæ Charisii presbyteri traditio docuit de incarnatione unigeniti filii dei, [quæ] uel polluta et peruersa Nestorii dogmata quæ subiecta sunt, obnoxii sunt synodali ⟨sententiæ⟩, ita ut episcopus alienus sit ab episcopatu atque damnatus, clericus uero similiter eiectus e clero, si autem laicus fuerit, et hic anathematizetur, sicut supra dictum est.

EPISTOLA THEODOSII IMPR AD DIOSCORVM EPM PRO CONGREGANDA SYNODO EPHESENA

10 1 Imperatores Theodosius et Valentinianus uictores ac triumphatores maximi semper augusti Dioscoro. Constat apud uniuersos esse manifestum quod nostræ conuersa-

---

10, 1 Græce et Latine extat in gestis Chalcedonensibus I, 24; ex gestis Ephesenis desumptæ sunt uersiones Syriacæ, altera in gestis synodi [Abhdlg. d. Gött. Ges. d. Wiss. XV 1 p. 2. 4], altera apud Timotheum Aelurum in cod. Mus. Brit. add. 12156 f. 52ʳ

O

4 religiosus *O* 5 SYNODVS *O* 6 SYNODVS *O* 7 nicæne *O* presbyter] eps dixit *O* 12 fines *O* 17 ex *addidi* 23 aut conuertibilem aut *addidi* 25 dicere *O* 26 conponere *om. O* 30 anathematizare *O* pari *addidi* 31 qua carisio *O* 32 quæ *deleui* 33 sententiæ *addidi* 35 anathematur *O*

tionis status et uniuersa mortalia erga deum pietate probatur et continetur et propitia diuinitate prospere ⟨et⟩ ex sententia procedunt et reguntur humana. imperare igitur sortiti secundum prouisionem diuinitatis, obœdientium pietatis et bonæ conuersationis necessario magnam gerimus sollicitudinem, ut etiam ueram religionem et nostram conuersationem erga dominum sincera medella et pietate conciliata lustretur. emersa repente quadam ambiguitate in catholici et apostolici dogmatis nostræ fidei obseruantiam, ⟨quæ⟩ sicut solet, diuersis sensibus detrahens perturbat et confundit hominum sensus et animas, non omittendum credentes huiusmodi iniquitatem dissimulare, ne hoc prætermissum in melioris uideatur iniuriam redundare, de hoc ipsum congregatis sanctissimis et religiosissimis uiris, quibus pietatis et orthodoxæ et ueræ ** sermo est, ut omnis huiusmodi proposita quæstione superflua dissoluatur ambiguitas, ueram autem et amabilem deo, id est orthodoxam roborari fidem. et tua igitur sanctitas assumens solos decem uenerabiles episcopos qui sub eadem diocesi sunt, metropolitanos et alios decem sanctos episcopos sermone ornatos et uita et nomen et ratione et ueræ fidei scientia et doctrina apud omnes pios, proximis Kalendis Augustis ad Ephesenam ciuitatem d. 1. m. Aug. a. 449 metropolim Asiæ occurrere sine dilatione festinet, nullo alio scilicet præter quos prædiximus, synodum molestante, quatenus omnibus simul religiosis episcopis quos conuenire nostris diuinis apicibus præcepimus, ad prædictam concurrentibus ciuitatem et castissima inquisitione ⟨et⟩ interrogatione omnis e uestigio euanescat error, corroboretur autem ⟨et⟩ secundum consuetudinem et morem præfulgeat orthodoxæ et ueræ et amabilis saluatori Christo nostro fidei dogma, cum omnes deinceps indiruptum et inconcussum obseruent diuinitate propitia. quod si quis tam necessariam et deo amabilem dissimulare uoluerit synodum et non omni uirtute secundum prædictum tempus ad statutum occurrerit locum, nullum habeat apud deum uel apud nostram pietatem excusationem, sacerdotalem autem tractatum declinans praua conscientia animam suam necessarie uulnerabit. Theodoritum autem episcopum Quiru ciuitatis, quem olim præcauimus suæ tantum ecclesiæ uacare, sancimus non ante uenire ad sanctam synodum, nisi uniuersæ synodo placuerit et ipsum interesse et participem fieri sanctae synodi. quodsi erga ipsum aliqua discordia emerserit, et præter ipsum sanctam synodum conuenire et ordinare præcipimus.

INCIPIT POST EPISCOPORVM NOMINA INITIVM SYNODI

2 Iohannes presbyter Alexandriæ et primicerius notariorum dixit: Placuit et nunc piissimis et Christianissimis imperatoribus nostris statuere sanctam et magnam synodum uestram huc concurrere, quatenus quæ nuper oborta sunt de fide recta et inreprehensibili, inquirere et hæc radicitus euellere, ut ne huc atque illuc distrahentia aliquos innocentium malæ fidei uel erroris uoraginibus inmergat. tanta eis pietatis est cura, ut oporteret [placet] perpetuo seruari incorrupta et inconcussa quæ exposita sunt religionis nostræ

2—9 = *Gesta Chalcedon.* 1, 79—86. 2—5 *adfert Timotheus Aelurus f.* 51.[u] 52[r]

O

2 et *addidi* 3 prouisionem *scripsi* promissionem *O* 4 sollitudinem *O* *accusatiui ex Græcis explicandi* 5 sinceri *O* piætatem *O* 7 quæ *addidi* 8 obmittendum *O* 9 in] i *O* iniuria *O* de hoc ipsum *corrupta* ἐθεσπίσαμεν κατὰ ταυτόν Γ 10 *exciderunt* πλεῖστος *et* πίστεως 10/11 omnis — quæstione *scripsi* omni proposita huius questiones *O* 12 roborare *O* 14 nomen et ratione] *conicio* conuersatione, ὀρθότητι Γ 15 pios *corruptum* ἐκλάμποντας Γ 18 pcipimus *O* 19 et *addidi* omnia *O* uanescat *O* 20 et *addidi* more *O* amabili *O* 21 omne *O* inconcessum *O* 25 sacerdotale *O* 26 uulnerauit *O* quirū *O* 32 notarius *O* 35 aliquas *O* 37 placet *deleui*

iam pridem ab his qui apud Nicæam fuerant congregati, beatissimis patribus nostris, confirmata autem paulo ante ab his qui in hac urbe congregati sunt, qui tantum inter se concordantes decreuerunt, ut nihil omnino possit ex diuerso sentiri. præ manibus nobis sunt tranquillæ litteræ et hoc ipsum suggerimus quid placet sanctitati uestræ.

3 Dioscorus episcopus Alexandriæ dixit: Legantur piæ et religiosæ imperatorum litteræ directæ ad singulos metropolitanos et præfulgeant gestis futuris.

4 Iohannes presbyter et primicerius notariorum legit

CONSTITVTIO IMPERATORVM THEODOSII ET VALENTINIANI DIOSCORO EP̅O

Imperatores Cæsares Theodosius et Valentinianus uictores triumphatores maximi colendi semper augusti Dioscoro et reliqua quæ præfulgent.

5 Iulius episcopus seruans uicem beatissimi papæ Romanæ ecclesiæ Leonis interpretante eum Florentio episcopo Lydorum dixit: Simili forma a piissimis et Christianissimis imperatoribus beatissimus noster papa Romanæ ecclesiæ Leo præsul est uocatus.

6 Hilarus diaconus urbis Romæ interpretante eum Florentio episcopo dixit: Gloriosissimus et Christianissimus imperator religionis dilectione uel amore beatissimum papam nostrum Leonem apostolicæ sedis, ut huic uenerabili et sancto tractatui interesset, dirigens scripta uenerabilia conrogauit. cuius pietati obœdire potuerat, si huius rei aliquod extaret exemplum. sicut etiam melius uestra sanctitas nouit, neque in Nicæna neque in Ephesena synodo neque in alio tali concilio papa beatissimæ sedis occurrit. unde cuius consuetudinis formam secutus nos direxit, qui beatissimus semet ipsum præsentari [se] non dubitauit in nobis, quos præsciuit omnia quæ ad fidei catholicæ sinceritatem pertinent et ad honorem beatissimi Petri apostoli, peracturos. is igitur per nos ad uestram beatitudinem conuenientia synodo sanctorum patrum scripta direxit, quæ suscepta legi præcipite.

7 Dioscorus episcopus Alexandriæ dixit: Suscipiantur quæ scripta sunt ad hanc beatissimam et uniuersalem synodum a beatissimo [et] fratre nostro et coepiscopo Leone.

8 Et cum suscepta fuissent, Iohannes presbyter et primicerius notariorum dixit: Alterum pium præceptum redditum est beatissimo et deo amabili nostro archiepiscopo Dioscoro et hoc præ manibus nobis est, quid placet beatitudini uestræ.

9 Iuuenalis episcopus Hierosolimitanus dixit: Legatur et indatur fidei gestorum.
Iohannes presbyter et primicerius notariorum legit

10 Imperatores Cæsares Theodosius et Valentinianus uictores ac triumphatores maximi ⟨semper⟩ augusti Dioscoro. Venit ad aures nostræ diuinitatis quoniam multi uenerabilium per Orientem monachorum simul cum rectæ fidei populis ad quosdam qui dicuntur Nestoriana languere blasphemia in quibusdam ciuitatibus Orientis, laborare et luctari pro fide catholica. propter hoc placuit nostræ diuinitati uirum uenerabilem et archimandriten Varsaman puritate uitæ et catholica fide gloriosum adesse

8—14 *adfert Timotheus Aelurus f. 52ᵘ—53ᵘ*
10 *Gesta Chalcedonensia I, 47*

O
5 alexandrinæ *O* 8 ep̅s *O* 13 est uocatus] euocatus *O* 19 alio] aliquo *O* papæ *O* 21 se *deleui* ὑμῖν Γ 22 his *O* 23 direxit] dixerit *O* 26 et *deleui* 29 dō [*in* dn̄o *corr.*] nr̄o amabili *O* 35 semper *addidi* diuinitatis *in* dignitatis *corr. O* 38 eluctari *O* diuinitati *in* dignitati *corr. O*

in Ephesia ciuitate et locum tenentem omnium qui per Orientem sunt uenerabilium archimandritarum consedere tuæ sanctitati et omnibus qui illic conueniunt patres, et sic de omnibus quæ deo placeant, statui. dignetur igitur sanctitas tua considerans quanta nobis sit rectæ religionis cura uel fidei, libenter prædictum archimandritam suscipere et facere eum synodi uestræ esse participem.

DATA PRID̄ ID̄ MAĪ THIRALLIS CONSVLATV ⟨PROTOGENIS ET QVI FVERIT NVNTIATVS⟩ d. 14. m. Mai. a. 449

11 Iuuenalis Hierosolimitanus dixit: Et mihi similia scripta sunt de uenerabili presbytero et archimandrita Barsama a piissimis principibus, unde rationabiliter adsit sanctæ uestræ synodo.

12 Dioscorus episcopus Alexandriæ dixit: Si quid docendum habent de præsenti negotio uiri spectabiles Helpidius comes et Eulogius tribunus et notarius, dicant.

13 Helpidius comes dixit: Neque primo malorum dæmoni neglegendum aliquando fuit expugnare sanctas ecclesias et piissimus semper imperator retundit inique pugnantem, recte præsumens habiturum sui imperii propugnatorem, si ipse pro certamine pietatis armetur. nec eum pænitet sententiæ suæ, quippe cum plurima de super quam propriis armis correxerit. propterea et Nestorii uobiscum amentiam damnauit, quoniam præpositus diuinitatis obsequiis impiorum dogmatum pater extitit et magister, tamquam pro dæmonibus et non pro pietate sumpserit sacerdotium. sed ille quidem decenti choro interim adiudicatus est, ad indeclinabilem pœnam futuri sæculi reseruatus, quoniam in tantam impietatem ipse diffusus est et multos dissuadens pertraxit; hanc autem dubitationem quæ nunc facta est, religiosissimus imperator ad uos quasi patres et iudices refert et a uobis repperiri cupit propositæ quæstionis solutionem, communem ipsi et obœdientibus ei futuram munitionem. quæ autem nobis diuinissimus imperator mandauit uel ad uos scripsit, continuo uobis manifestum facio, in tantum mandans ** hodie se nobis omnium dominus et deus saluator in iudicio tradet et patitur iudicantes et honorat uos potestatum decretam, ut si reperiet uos erga se iusta iudicantes, et hic uos honoret et coram patre uos confiteatur. sin igitur quosdam repperiet sinceritatem pietatis abicientes et ea quæ credenda sunt, arte quadam uerborum in dubitationem ducentes præter ea quæ a parentibus exposita sunt, forte aduersum eos utrumque decretum tam dei quam imperatoris. bonum erat illis non Mt. 26, 24
nasci, quoniam cum latrone et telone et meretrice et Cananea non confitentur gloriose 31
eius humanitatem a nobis creditam. lego autem quæ ad nos scripta sunt a religioso nostro imperatore.

Helpidius comes legit

Commonitorium Helpidio spectabili comiti sacri consistorii

14 Olim quidem habitæ apud Ephesum synodi impiissimi Nestorii in deum blas-

11—13 = *Gesta Chalcedonensia I, 109—111*

O

1 tenentem *scripsi* tenere O 6 prid̄ *om.* Γ MAD̄ O CONSVLIBVS O PROTOOEN — NVNTIATVS *suppleui* 7 de] a de O 8 archimandritam barsamanan O 8/9 sanctitati O 12 primi O 14 habitaturum O 18 proprietate O 19 χορῷι *pro* χώρωι 20 tanta impietate O 23 munitionem *scripsi* molitionem O 25 *lacunam statui, cf.* Γ 26 potestatum decretam *corrupta* ταῖς ἐξουσίαις τῶν ψήφων Γ 29 dubitatione O 31 gloriosi O 32 humanitate — credita O uos O

phemia causa fuit et idcirco dignam a sanctissimis qui congregati fuerant, patribus accepit damnationem. quoniam igitur et nunc alia rursus ambiguitas aduersum diuinam religionem exorta est, secundam hanc Ephesi fieri synodum præcepimus, penitus radicem mali excidere festinantes, ut undique perturbationem eicientes dogmatis puram orationum nobiscum custodiamus æquitatem et fiat hoc conuersationis custodia et mortalium bonorum. ob hoc igitur et tuam laudabilitatem et Eulogium spectabilem tribunum et notarium prætorianum ad fidei ministerium delegimus quasi probatos et inter cetera pure et munde deum colentes et qui possint nostra præcepta idonee exsequi de his quæ apud Ephesum a sancta synodo aguntur, et nullam perturbationem alicunde patiuntur fidei, sed etiam si quem cognoscitis perturbationibus et tumultu utentem ad læsionem sanctæ fidei, hunc in custodia esse faciatis et referre ad nos, ut causa ordinatim possit promoueri, interesse autem iudicio et parare celerem et deliberatam a sancta synodo probationem et ad nostram notitiam peruenire, his qui ante iudicarant Eutycheti uiro uenerabili archimandritæ, præsentibus et tacentibus, iudicantium autem locum non habentibus, sed reliquorum omnium sanctorum patrum commune iudicium sustinentibus, quoniam quæ ab ipsis iudicata sunt, modo probantur, non licere autem quicquam negotiorum moueri, antequam terminentur quæ sunt orthodoxæ fidei. propterea enim et curialium scriptis ad spectabilem proconsulem missis et militare quod in locis repperiri potuerit, deputamus auxilium, ut uos propriis studiis et his muniti præsidiis possitis sufficere ad præceptorum perfectionem, quæ tantum bonis omnibus melior est, quanto diuina mortalibus, et notum nobis facere quæ in hoc negotio peragentur.

d. 15. m. Mai. a. 449 Data Idus Maias in Alexandrianis consulatu Protogenis clarissimi et qui fuerit nuntiatus

SACRA IMP̄ THEODOSII ET VALENTINIANI AD PROCLVM PROCONSVLEM

15 Imperatores Cæsares Theodosius et Valentinianus uictores ac triumphatores maximi semper augusti Proclo proconsuli. Inter cetera et ad locum: propterea et Helpidium uirum spectabilem comitem sacri nostri consistorii et Eulogium spectabilem tribunum et notarium ad causam delegimus quos deceat pietati fideliter ministrare. quibus uolumus a te præstari auxilium, perturbationem autem repellere actionum, præceptis nostris nullam permittentes fieri alicunde perturbationem. de quibus si cognouerimus dissimulasse te præceptis et ad ea quæ uoluerint, non amministrauisse, lædi te e tua dissimulatione præcipimus.

16 Helpidius uir spectabilis comes dixit: Nunc iubete suscipi et legi ea quæ ad uos scripta sunt a diuino culmine.

17 Dioscorus episcopus Alexandriæ dixit: Susceptæ tranquillæ litteræ Christianorum principum scriptæ ad sanctam synodum recitentur.

18 Iohannes presbyter et primicerius notariorum legit

14. 15 = *Gesta Chalcedonensia 1, 49. 50*
16—18 *adfert Timotheus Aelurus f. 53^u*
16. 17 = *Gesta Chalcedonensia 1, 113. 114*
18 = *Gesta Chalcedonensia 1, 51*

O
3 secundum *O* 4 ut] et *O* 5 et] ut *O* 7 prolatos *O* 9 de his] dehinc *O* 12 causam *O* celere *O* 13 prolationem *O* hic *O* 14 uiro] uero *O* 18 missis et] misisset *O* 19 repperi *O* 20 donis *O* 22 madias *O* consulibus *O* 27 comiti *O* 29 a te] ante *O* 30 permittens *O* 31/32 amministrauerit *O* 35 alexandræ *O*

Imperatores Cæsares Theodosius et Valentinianus uictores ac triumphatores maximi semper augusti sanctæ synodo Ephesiæ. Cupiebamus quidem præter omnem perturbationem constare uniuersas dei ecclesias et uos uestris sanctis ecclesiis permanentes secundum consuetudinem ad placandam diuinitatem ministrare et non tantum uobis inferri laborem et contritionem; quoniam uero religiosissimus episcopus Flauianus quædam de sancta fide mouere uoluerat aduersus religiosissimum archimandritam Eutychin et iudicium congregans quædam agere cœpit, nos quidem frequenter mittentes ad ipsum religiosissimum episcopum uolueramus reuocare commotam perturbationem, confidentes posse sufficere nobis traditam a sanctis patribus in Nicæa orthodoxam fidem, quam et sancta synodus [in] Ephesia confirmauit. quoniam igitur sæpius nobis suadentibus ipsum religiosissimum episcopum recedere a tali inquisitione, ut ne ipse culpandus perturbationis totius orbis terrarum existeret, non obtemperauit, considerantes quod tutum non sit præter uestram synodum et omnem ubique primatum habentem ecclesiam talem quæstionem moueri, necessarium iudicauimus conuenire uestram sanctitatem, ut uos quæ hic acta sunt, perdiscentes et commotam quæstionem, uniuersam diabolicam excidatis radicem et eos qui impii Nestorii blasphemiam quærunt aut fouent, a sanctis ecclesiis excludatis, orthodoxam autem fidem firmam et inconcussam custodiri iubeatis, quoniam quidem uniuersa nostra spes et nostri imperii fortitudo de orthodoxa in deum fide pendet et de uestris sanctis orationibus.

19 Thalassius episcopus Cæsariæ [et] Cappadociæ dixit: Piissimus et Christo amabilis imperator uolens fidem quæ inconcussa est usque ad præsens tempus, manere, præcepit nobis nihil aliud uel dicere uel agere in sancta synodo, nisi prius quæ sunt fidei, statuantur. unde cessent omnia et quæ sunt fidei, prouehantur.

20 Iulius episcopus seruans locum beatissimi episcopi Romanæ ecclesiæ Leonis interpretante cum Florentio episcopo Lydorum dixit: Nec aliud præceptum est.

21 Helpidius uir spectabilis comes dixit: Quoniam igitur fundamentum fidei ipsa fides est propter quam et conuenistis, dignamini coniudicante uobiscum deo quæ sunt fidei, pronuntiare, ut oportune per ordinem fiat lectio gestorum apud Constantinopolim aduersus Eutychem uenerabilem archimandritam.

22 Dioscorus episcopus Alexandriæ dixit: Manifestatæ nobis sunt piissimæ litteræ deo amabilium imperatorum et quoniam motis quibusdam apud Constantinopolim synodum fieri præcepit. si quid igitur uentilatum est, primum manifestetur et deinceps inducantur quæ superioribus acta sunt synodis. certa canones definiuerunt, manifesta synodi firmauerunt; excedere horum aliquid non debemus. piissimus et Christianissimus imperator noster obortis quibusdam præcepit hanc sanctam synodum congregari, non ut fidem nostram exponamus, quam exposuerunt olim patres nostri, sed ut quæramus quæ nuper oborta sunt ** prius inquiri et nos probare si consona sunt his quæ a sanctis patribus definita sunt. uultis fidem sanctorum patrum destruere?

23 Sancta synodus dixit: Qui destruit, anathema sit. qui discutit, anathema sit. fidem patrum custodiamus.

19—23 = *Gesta Chalcedonensia 1, 116—120*
22—33 *adfert Timotheus Aelurus f. 55v. 56r*

O
5 uiro *in* uir *corr. O* 8 uoluerimus *O* 10 in *deleui* 13 totum *O* 20 thalasius *O* et *deleui* 25 lycdorum *O* 30 alexandrinæ *O* 35 quidam *O* 37 *lacunam statui* cf. Γ

24 Dioscorus episcopus Alexandriæ dixit: Ego ad satisfactionem omnium et confirmationem ** obortorum quæ sunt patrum, requiro, qui in Nicæa ⟨et⟩ Ephesi fuerunt.

25 Sancta synodus dixit: Hoc mundum saluat. hoc fidem roborat.

26 Dioscorus episcopus Alexandriæ dixit: Etsi duæ dicuntur synodi, sed in unam contendunt fidem.

27 Sancta synodus dixit: Inprætermisse omnia definiuerunt patres; qui transcenderit ea, anathema habeat. nemo addit neque detrahit.

28 Dioscorus episcopus Alexandriæ dixit: Quoniam uoces uestras et deus acceptat et uos eas decernitis firmas esse et deo placitas, si quis præter quæ acta sunt uel decreta a patribus nostris qui in Nicæa conuenerunt et qui istic congregati sunt, aut inquirit aut curiose pertractat ** anathema sit.

29 Sancta synodus dixit: Magno custodi fidei Dioscoro archiepiscopo.

30 Dioscorus episcopus Alexandriæ dixit: Et aliud dico, quod est timendum et hor-
1 Reg. 2, 25 rendum: si quid, dicit, peccans peccarit uir in uirum, et orabunt pro eo ad dominum; si autem in dominum peccauerit, quis orabit pro eo? si igitur sanctus spiritus consedit patribus * et statuit quæ statuta sunt, qui ea destruit, spiritus sancti refutat gratiam.

31 Sancta synodus dixit: Omnes hoc dicimus; anathema sit qui destruit. eiciatur qui destruit.

32 Dioscorus episcopus Alexandriæ dixit: Nemo format quæ formata sunt.

33 Sancta synodus dixit: Istæ uoces sancti spiritus sunt. custodi canonum. per te uiuunt patres. custodi fidei.

34 Helpidius comes dixit: Manifestatis quæ decreta sunt erga sanctam fidem et communi omnium uoce consentiente et laudante uestrum uobis præsulibus decretum, iubete uirum uenerabilem archimandritam Eutychen, propter quem pronuntiata sunt quæ decreta sunt et qui est causa uniuersæ actionis et propter quem uobis specialiter scriptum est, adesse et quæ sibi placent, docere sanctitatem uestram.

35 Sancta synodus dixit: Ordinate.

36 Iuuenalis episcopus Hierosolimitanus dixit: Rationabile est adesse uirum uenerabilem archimandritam ⟨Eutychen⟩ et suis negotiis uti.

37 Et ingresso Eutychen R̄ ingressus Eutyches synodum Thalassius episcopus Cæsariensis Cappadociæ dixit: Competentes sibi actiones uir uenerabilis archimandrites Eutyches manifestet sanctæ huic et magnæ synodo.

38 Eutyches archimandrites dixit: Ego me commendaui patri et filio et spiritui sancto et uerbo ueritatis uestræ iustitiæ et testes uos habeo fidei meæ, de qua et certaui uobiscum una cum sancta synodo quæ ante uos istic congregata est, sicut testatur ⟨uestra⟩ sanctitas. habeo autem in manibus et libellum fidei meæ: iubete eum legi et confessionem fidei meæ insertam in eo.

39 Stephanus episcopus Ephesius dixit: Iustum est ut confessionis libellum uiri uenerabilis archimandritæ Eutychis susceptus indatur fidei gestorum.

---

24. 25 = *Gesta Chalcedonensia I. 136. 137*
26–33 = *Gesta Chalcedonensia I. 141–148*
34–39 = *Gesta Chalcedonensia I, 151–156*

O

2 *lacunam statui cf.* Γ nicæna *O* et *add. Amelli* 4 synodus *O* 9 si quis Γ in *O* 11 ***desunt*** ἢ ἀνασκευάζει 12 dioscorus archiep̄s *O* 14 peccaret *O* 15 dominum [1]] dm̄ *O* orauit *O* 16 ***desunt*** ὥσπερ οὖν καὶ συνήδρευσεν 22 uiuunt Γ uidebunt *O* 26 qui] quæ *O*[corr] nobis *O* 30 Eutychen ***addidi*** 31 thalasius *O* 34 sp̄u *O* 36 s̄co *O* uestra ***addidi*** 40 archimandrites eutyches *O* inducatur *O*[corr]

Quibus oblatis Iohannes presbyter et primicerius notariorum legit

40 Beatissimæ et deo amabili synodo uniuersali conuenienti apud Ephesum metropolim ab Eutychete archimandrita. Gratias agens sancto deo præsentis diei, in qua pietas per uos confidentiam sumpsit, doceo uestram synodum quæ mihi, magis autem contra rectam fidem prouenerunt, animatus quidem a prima ætate in quiete sine strepitu usque ad senectutem peragere et præter perturbationem consistere, non permissus ⟨autem⟩ huius propositi frui effectu, sed etiam extremis factiose circumdatus periculis, quoniam secundum statutum prioris synodi nihil recipere uel sentire ⟨præter⟩ Nicænam fidem malui. necessarium autem est ante cognitionem actorum ad satisfactionem uestræ sanctitatis, quam habeo de sancto dogmate confessionem rursum manifestare, adtestante mihi deo, adtestante etiam uestra sanctitate, cum qua et ipse semper secundum possibilitatem pro recta fide contra hæreticos laboraui.

Credo in unum deum patrem omnipotentem, omnium uisibilium et inuisibilium creatorem; et in unum dominum Iesum Christum filium dei, natum ex patre unigenitum, hoc est ex substantia patris, deum ex deo, lumen de lumine, deum uerum de deo uero, natum, non factum, homousion patri, per quem omnia facta sunt quæ sunt in cælo et quæ sunt in terra, qui propter nos homines et propter nostram salutem descendentem incarnatum inhumanatum passum et resurgentem tertia die, ascendentem in cælos, uenientem iudicare uiuos et mortuos; et in spiritum sanctum. dicentes autem »erat quando non erat« et »antequam nasceretur, non erat« et ex nihilo factus uel ex alia substantia uel essentia, dicentes esse conuertibilem aut mutabilem filium dei anathematizat catholica et apostolica ecclesia.

Sic a superioribus et parentibus meis accipiens credidi et credo. in ipsa enim et natus sum et statim consecratus deo et suscepit me ipsius misericordia et in hac baptizatus [sum] fide signatus sum et hactenus uixi, orans in eadem perseuerare. hanc fidem et memorata quæ nuper hic habita est sancta synodus confirmauit, cui præfuit sanctæ memoriæ pater noster episcopus Cyrillus, et statuit præter hanc addentem aliquid aut sentientem aut docentem ultionibus quæ tunc actis statutæ erant, subiacere. quorum exemplaria in codice direxit mihi commemoratus pater noster episcopus Cyrillus, quem in manibus habeo. subiciens igitur me ipsum sanctæ synodo, et statutum eius hactenus custodiui et omnes sanctos patres, sicuti et uestra sanctitas, orthodoxos habui et fideles et magistros mihi proposui, anathematizans Mani et Valentinum, Apollinarem et Nestorium et omnes hæreticos usque ad Simonem Magum et dicentes carnem domini et dei nostri Iesu Christi de cælis descendisse.

Secundum istam fidem et uiuens et perseuerans orationibus accusationem pertuli factiose ab Eusebio episcopo Dorsleorum dante libellum contra me religioso uiro episcopo Flauiano et illis qui tunc pro diuersitate negotiorum suorum Constantinopolim morabantur, hæreticum me contumeliose apud eos pronuntiante, nullam autem speciem hæreseos libellis inserente, ut inopinate ⟨in⟩ examinationis certamine linguæ, sicut assolet, perturbatus lapsu in peccatum caderem nouitate sermonis. me ergo ex accusatione libelli memoratus uenerabilis episcopus occurrere ad satisfactionem accusatoris iubebat, qui equidem accusatori plurimum cohærens et prope ei erat indiuisus, opinatus me in

---

40 = *Gesta Chalcedonensia 1, 157. 164. 185; adfert Timotheus Aelurus f. 54r—55u*

O

3 præsenti *O* 4 p̄sumpsit *O* 6 perturbatione *O* 7 autem *addidi* effectus *O* factione *O* 8 præter *addidi* 18 in humana natum *O* 25 sum *deleui* 26 memorate *O* est] et *O* 30 sc̄ā *O* 32 manni *O* 35 36 pertulit factiosi *O* 36 dantem *O* 38 nulla — spetiæ *O* 39 in *addidi* secutas solet *O* 40 cadere *O* 42 ei erat] eicerat *O*

monasterio perseuerantem non occurrere et propter hoc [non condemnari non occurrere propter hoc] condemnari non occurrentem me. e quibus affui, et reliqua.

41 Inter cetera et ad locum: Flauianus episcopus Constantinopolitanus dixit: Iste accusatorem habuit Eusebium; iubete eum adesse.

42 Helpidius uir spectabilis comes dixit: Diuinus imperator complens primum ordinem legum, cuius est inuentor et custos, præcepit, qui olim iudicauerant, loco esse iudicandorum et doctrinæ locum non habere, nec uobis fiduciam dantibus. ad ea autem quæ nuper dicta sunt a uiro uenerabili archiepiscopo Flauiano, illud doceo: accusator quidem [et] accusationes suas impleuit; nunc igitur uos conuenistis de iudicibus iudicare, non ab initio personam accusatoris accipere et perturbationis initium aliud facere. præcipite igitur, si placet, per ordinem omnia recenseantur, quæ in hoc negotio acta sunt, secundum quod uobis fuerit uisum.

43 Dioscorus episcopus Alexandriæ dixit: Ordinate docuit Helpidius [dixit]. unde dato libello et relecto legantur etiam quæ apud Constantinopolim de hoc ipso commoto negotio acta sunt. dicant autem et præsentes uenerabiles episcopi si hoc eis placet.

44 Iuuenalis episcopus Hierosolymitanus dixit: Legitima est ista sententia sanctitatis tuae. unde rationabile est quæ acta sunt, recenseri.

45 Stephanus episcopus Ephesenus dixit: Iusta est interlocutio beatissimi et deoamantissimi patris nostri archiepiscopi Dioscori; hoc fiat.

46 Cyrus episcopus Afrodisiados dixit: Iusta est et legitima interlocutio uenerabilis sancti archiepiscopi Dioscori ut legantur quæ in causa acta sunt apud Constantinopolim.

47 Thalassius episcopus Cæsariensis Cappadociæ dixit: Ordinis est ut interlocutionibus uestræ beatitudinis satisfiat. unde proferantur chartæ quæ legi debeant apud sanctam synodum.

48 Eusebius episcopus Ancyranus dixit: Et mihi placet ut secundum sententiam beatorum patrum fiat lectio gestorum.

49 Diogenes similia et ceteri.

50 Sancta synodus dixit: Omnes uolumus legi quæ facta sunt. legantur quæ acta sunt.

51 Dioscorus episcopus Alexandriæ dixit: Dicat et uir uenerabilis episcopus Iulius seruans locum beatissimi episcopi Romanæ ecclesiæ Leonis si consors est sanctæ synodi et uult etiam ipse legi quæ acta sunt apud Constantinopolim de hoc negotio.

52 Iulius episcopus seruans locum beatissimi episcopi Romanæ ecclesiæ Leonis interpretante eum Florentio episcopo Lydorum dixit: Hac ratione uolumus gesta relegi, si prius quæ a beatissimo papa nostro directa sunt, recitentur.

53 Hilarus diaconus Romanæ ecclesiæ interpretante eum Florentio episcopo Lydorum dixit: Quoniam et beatissimus papa noster Leo recensitis sibi isdem gestis ⟨quæ⟩ quæritis legi, direxit

---

41 = *Gesta Chalcedonensia I, 186*
42–48 = *Gesta Chalcedonensia I, 197–203*
49 *cf. Gesta Chalcedonensia I. 204–215*
50–57 = *Gesta Chalcedonensia I. 216–223*

O

1 perseuerante *O* 1/2 non[2] — hoc *deleui* 2 occurrente *O* 2 affuit *O* 9 et *deleui* *post* impleuit *nonnulla omissa sunt* 13 dixit *del. Amelli* 14 relicto *O* 19 paires *O* 20 Cyrus] osrus *O* osius *O*[corr] 22 thalasius *O* 25 inciranus *O* 37 nro *O* quæ *om. O*

54 Quo dicente Eutyches archimandrites dixit: Hi qui directi sunt uenerabiles uiri a uenerabili ⟨et⟩ beatissimo archiepiscopo Leone Romæ ad sanctam uestram synodum, suspecti mihi sunt. manserunt enim apud uirum uenerabilem episcopum Flauianum et pranderunt apud eum et ab eo foti sunt et omni consolatione eius usi sunt. rogo igitur uestram beatitudinem, si quid præter iustitiam fit ab eis, hoc mihi præiudicium non ferat.

55 Dioscorus episcopus Alexandriæ dixit: Ordinis est et rationis ante legi quæ de negotio acta sunt, ac deinde litteræ deo amabilis episcopi Romani. unde secundum placitum sanctæ synodi legantur quæ acta sunt.

56 Iohannes presbyter et primicerius notariorum dixit: Præcepit magna et sancta synodus uestra, quæ apud Constantinopolim acta sunt, recenseri negotii quod in manibus est. quoniam igitur protulit hæc uir unenerabilis episcopus Constantinopolitanus Flauianus, obtulit autem exemplar uir uenerabilis archimandrites Eutyches, relegam sicut præcipitis.

57 Consulatu Fl. Zenonis et Postumiani uu c̄c̄ vi Id. Nouembr. apud Constantinopolim Romæ congregata sancta et magna synodo, et sequentia. d. 8. m. Nou. a. 448

58 Et cum relegeretur primus libellus Eusebii aduersum Eutychem, sancta synodus apud Ephesum dixit: Semper memoria Cyrilli. Dioscorus et Cyrillus unam fidem habent. sic sentit uniuersa synodus. Cyrilli æterna memoria. qui destruit, anathema. si quis inquirit, anathema. maledictus additor, maledictus retractor, maledictus innouans. uocem imperatori.

59 Iulius episcopus uicem agens episcopi Romani, interpretante eum Florentio episcopo Lydorum dixit: Apostolica sedes ita sentit.

60 Sancta synodus dixit: Et uniuersalis synodus ita sentit.

61 Iohannes presbyter et primicerius notariorum reliqua libelli legit

62 atque Athanasii maioris Gregorii et Gregorii Attici Procli sanctorum episcoporum, et reliqua.

63 Idem primicerius notariorum legit

64 Cons̄ FFLL Zenonis et Postumiani uu̅c̅c̅ pridie Id. Nouembr. apud Constantinopolim, congregata synodo in prædicta ciuitate, residente sancto archiepiscopo Flauiano, in secretario episcopii, Eusebius episcopus Dorslæorum dixit: Interpellans beatitudinem uestram, et reliqua. d. 12. m. Nou. a. 448

65 Inter cetera: Et cum legeretur ad petitionem Eusebii Dorslæorum episcopi ad Nestorium epistula Cyrilli data mense ⟨Mechir⟩ indictione quarta decima, quæ cum

58–62 = *Gesta Chalcedonensia I, 226–230*
64 *cf. Gesta Chalcedonensia I, 238*
65 = *Gesta Chalcedonensia I, 261*
55. 56 *adfert Timotheus Aelurus f. 56r*

O
1 quod *O* 2 et *om. O* roma *O* 4 panderunt *O* 15 Consulatu] constantinī *O* 19 memoriæ *O* 21 inuocans *O* imperatri *O* 23 sedis *O* 26 atque *scripsi* quæ *O* 29 potumiani *O* 34 sedata *O* Mechir *addidi* *postulatur* tertia decima

legeretur, Eustasius episcopus Berytensis dixit: Lectis supra scriptis litteris necessarium est manifestare uestræ sanctitati quoniam præstitit deus sanctæ memoriæ patri nostro archiepiscopo Alexandriæ Cyrillo ut eo uiuente de eius scriptis ⟨dubitaretur⟩ ab his qui non recte bene locuta senserunt, ut ipse per sapientissimam et doctissimam linguam suam manifestaret uolentibus peruertere bene propositam doctrinam et sequi suam pietatem omnibus suaderet. sed aliis quibusdam de his quæ nuper lectæ sunt litteris in dubium uocare disponentibus sensum sanctissimi uiri, rursus necessitatem habuit, immo desiderium (uniuersale enim tempus suum in hunc consumpsit pietatis laborem) se ipsum interpretari et intentionem suam manifestare et clare omnibus facere, de quibus * ad sanctæ recordationis episcopos Acacium Melitenensem et Valerianum Iconii et Successum Diocæsariæ Isaurorum prouinciæ, quemammodum oportet intellegi et nuper lectas epistulas et aduentus domini nostri reuerentiam. adiacet autem et hoc aliis ⟨in⟩ ad eosdem beatissimos episcopos litteris: »non oportet igitur duas naturas intellegi, sed unam naturam uerbi incarnatam«, et hanc eius uocem sanctæ memoriæ beati Athanasii conroborauit testimonio.

66 Idem Iohannes presbyter et primicerius notariorum reliqua gestorum legit

67 Eusebius episcopus ⟨dixit⟩: Hæc me sentientem, et reliqua.

68 Et cum interlocutio Seleuci metropolitani Amasiæ legeretur, sancta synodus apud Ephesum dixit: Nemo duo dicit dominum post unitionem. non fuit Amasiæ episcopus. indiuisum non diuide. hæc Nestorius sensit. sic Nestorius sensit. non est Amasiæ, Sinopis est.

69 Dioscorus episcopus Alexandriæ dixit: Paulisper tacete, audiamus alias blasphemias. quid accusamus Nestorium solum? multi Nestorii.

70 Iohannes presbyter et primicerius notariorum dixit: Ex his quæ leguntur, illud notemus quod fidem aliam præter eam quæ exposita in Nicæa est et hic corroborata ante hoc, ediderunt talia dicentes.

71 Olympius episcopus Euazon dixit: Si initium fides habet ex gestis, qui dederunt initium, sint anathema.

72 Idem presbyter et primicerius notariorum reliqua legit

73 Vir uenerabilis episcopus Saturninus Marciopolitanus metropolim dixit: Si quis aliter sentit, et cetera.

74 Et cum Aetherici Smyrnæi episcopi sententia legeretur, Aethericus episcopus Smyrnæus dixit: Ego ista non dixi.

75 Dioscorus episcopus dixit: Quid dicit?

---

67 *cf. Gesta Chalcedonensia I*, 270
68–71 = *Gesta Chalcedonensia I*, 303–306
73 *cf. Gesta Chalcedonensia I*, 307
74–87 = *Gesta Chalcedonensia I*, 309–322
70. 71. 68. 69 *hoc ordine adfert Timotheus Aelurus f.* 56[u]

O

1 ueratensis *O* 3 dubitaretur *addidi* 6 suadere *O* 8 uniuersali *O* hanc *O* 10 *excidit* ἐπέστειλεν melinensem *O* 11 quæammodum *O* intellegit *O* 12 iectas *O* reuerentia *O* 13 in *addidi* 15 conroborari testimonium *O* 17 dixit *addidi* 18 metropolitanam asiæ *O* 19 tamasiae *O* 20 diuidet *O* 25 nicæna *O* corroborate *O* 27 initium] in talium *O* 32 ismirnei *O* 33 ymirneus *O*

76 Iohannes presbyter et primicerius notariorum dixit: Falsi arguit.

77 Dioscorus episcopus dixit: Doceat uir uenerabilis episcopus Aethericus quæ uolet.

78 Aethericus episcopus Smyrnæus dixit: Repente ingressus sum Constantinopolim, consideraui autem auditores; deinde hunc ipsum monachum cum ipsis. dicit: domne, suscribe. dixi ego: interim permitte uideamus; audiuimus ipsius manifesta quædam. postea dixit: expone. ego dico: exponere non possum. uere autem noui, sed non possum dicere, tamen dico, si quis non credit sicut trecenti decem et octo et qui Ephesi fuerunt, anathema sit et hic et in futuro.

79 Dioscorus episcopus dixit: Hæc ergo quæ lecta sunt, falsa sunt.

80 Aethericus episcopus dixit: Nescio ego.

81 Dioscorus episcopus dixit: Præter hoc nihil dixisti?

82 Aethericus episcopus dixit: Non.

83 Dioscorus episcopus dixit: Audisti igitur quæ a te dicta sunt?

84 Aethericus episcopus dixit: Audiui.

85 Dioscorus episcopus dixit: Et non ea dixisti?

86 Aethericus episcopus dixit: Non.

87 Dioscorus episcopus dixit: Certa est prosecutio præsentis; recitentur reliqua.

88 Idem presbyter et primicerius notariorum legit

89 Reuerentissimus episcopus Valerianus dixit: Ego confiteor duas naturas in Christo, et reliqua.

90 Idem presbyter et primicerius notariorum legit

91 Præsidente beatissimo et sancto archiepiscopo nostro Flauiano, considente cum eo sancta synodo in secretario episcopii, die tertia, mensis Nouembris quinta decima, con⟨sulatu⟩ supra scripto, uir uenerabilis episcopus Eusebius dixit: Quartus hodie transactus est dies ex quo adii uestram beatitudinem, et reliqua.

92 Idem presbyter et primicerius notariorum legit

93 Die sabbatorum, qui est uicesima Nouembris mensis, considente sancta synodo in secretario episcopii, Eusebius episcopus dixit: In quibus scripto culpaui Eutychen presbyterum et archimandritam, rogo uestram beatitudinem necessarios mihi in causa a me contra eum mota iubere adesse synodo uestræ in secunda feria, in qua se ille affuturum promisit, et reliqua.

94 Idem presbyter et primicerius notariorum legit

95 Congregata synodo rursum, propositis sanctis et tremendis euangeliis et præsidente sancto archiepiscopo Flauiano, in secretario episcopii, statuto tempore, die secunda,

89 *cf. Gesta Chalcedonensia I, 330*
91 *cf. Gesta Chalcedonensia I, 354. 355*
93 *cf. Gesta Chalcedonensia I, 445*
95 *cf. Gesta Chalcedonensia I, 458*

O

2 ætherius *O* 3 ismirneus *O* 11 dixisti] dixi *O* 21 notarius relegit *O*, *corr. O* 23 tertia] *postulatur* secunda 24 consulatu supra scripto *scripsi* conss̄ *O* 29 necessarium *O* 30 synodi n̄ri *O* 33 synodum *O* 34 episcopii *scripsi* ex *O*

est Nouembris mensis uicesima secunda, Asterius presbyter et primicerius notariorum dixit, et reliqua.

96 Et cum commonitorium sacrum directum ad synodum Constantinopolitanam [et] Magni silentiarii legeretur, sancta synodus apud Ephesum dixit: Multi anni imperatoribus. magna fides imperatoris. obœdientium fidei multi anni imperatorum. multi anni orthodoxorum imperatorum. pio et orthodoxo. pio [et] imperatori. pontifici imperatori. audite sancti patres. gratias agimus orthodoxis imperantibus.

97 Incipit legere Iohannes presbyter et primicerius notariorum

98 Sanctus archiepiscopus dixit: Florentium fidelem omnes nouimus, et cetera.

99 Et cum legeretur prosecutio Eusebii episcopi dicentis Eutychen: ⟨confiteris duas naturas post⟩ incarnationem et homousion nobis dicis Christum secundum carnem,

100 sancta synodus apud Ephesum dixit: Tolle incende Eusebium. iste uiuus ardeat. iste in duo findatur. sicut diuisit, diuidatur.

101 Dioscorus episcopus Alexandriæ dixit: Tolerabile uobis hoc uerbum est et post incarnationem duas naturas dicere?

102 Sancta synodus dixit: Anathema dicenti.

103 Dioscorus episcopus dixit: Quoniam et uoces uestræ mihi **necessariæ sunt et manus,** qui non potest uociferare, manum proferat.

104 Sancta synodus dixit: Qui duos dicit, anathema sit.

Idem presbyter et primicerius notariorum legit, id est

105 Eutyches presbyter dixit: Ego non ueni disputare, et reliqua.

106 Et cum legeretur interlocutio sancti episcopi Flauiani: quorum patrum? dic per temet ipsum; quid opus habes chartam?

107 Iohannes episcopus Ephesti apud Ephesum dixit: Cum abesset et non speraretur uenire ad consessum, omnis illi humanitas promittebatur, quia putabatur non adesse; quoniam uero affuit, tunc omnis impietatis in experimentum ducitur.

Idem presbyter et primicerius notariorum reliqua legit, id est

108 Eutyches presbyter dixit: Sic credo: [et] adoro patrem cum filio et filium cum patre et spiritum sanctum cum patre et filio, confiteor autem incarnatam præsentiam

---

96 = *Gesta Chalcedonensia I, 469*
98 = *cf. Gesta Calcedonensia I, 470*
99 *cf. Gesta Chalcedonensia I, 490*
100–104 = *Gesta Chalcedonensia I, 491–495*
105 *cf. Gesta Chalcedonensia I, 498*
106. 107 = *Gesta Chalcedonensia 503. 504*
108–111 = *Gesta Chalcedonensia 505–510*
99–104 *adfert Timotheus Aelurus f. 57ʳ*

O

3 commonitorum *O* constantinopolitana *O* et *deleui* 5 obœdiendum *O* 6 et *deleui* 7 pontifici Γ magnifici *O* 11/12 confiteris — post *suppl. Amelli ex* Γ 21 id est] idem *O* 24 habet *O* 25 Ephesti] ephesia *O* abisset *O* 26 consensum *O* 27 impiætas *O* 29 et *deleui*

factam ex carne uirginis Mariæ et incorporasse se ipsum propter salutem nostram. sic confiteor coram patre et filio et sancto spiritu et uestra sanctitate.

109 Dioscorus episcopus dixit: ***

⟨Dioscorus episcopus dixit⟩: Quoniam dicit sanctitas uestra 'hæc est fides patrum', quæ fides? quam exposuit [ut] quis?

110 Sancta synodus dixit: Eutyches; nam Eusebius impius est.

111 Dioscorus episcopus dixit: Audistis fidem Eutychetis archimandritis: ecce uobis omnibus intentio eius perspicua facta est.

Idem presbyter et primicerius notariorum reliqua gestorum legit

112 Sanctus archiepiscopus dixit: Confiteris homousion patri secundum deitatem et homousion matri secundum humanitatem eundem unum filium dominum nostrum Iesum Christum?

113 Eutyches presbyter dixit: Ego quoniam commendaui me, et reliqua.

114 Et cum legeretur Eutychetis prosecutio dicentis: confiteor ex duabus naturis fuisse dominum nostrum ante unitionem, post uero unitionem unam naturam confiteor,

115 Dioscorus episcopus dixit: Consentimus et nos omnes.

116 Sancta synodus dixit: Consentimus.

Idem presbyter et primicerius notariorum percucurrit reliqua gestorum, id est

117 Sancta synodus apud Constantinopolim dixit: Oportet te manifeste confiteri et anathematizare omne contrarium his quæ nuper lecta sunt dogmata.

118 Eutyches presbyter, et reliqua.

119 Et cum legeretur interlocutio Basilii episcopi Isauriæ dicentis: nisi duas naturas dixeris et post unitionem, commixtionem dicis et confusionem,

120 exsurgens idem Basilius Isauriæ episcopus dixit: Hanc quam dicunt me dixisse ⟨uocem⟩ non dixi isdem uerbis. non intellego ista me dixisse, dicente autem monacho 'ex duabus naturis dico dominum nostrum Iesum Christum, post autem unitionem unam esse naturam' et non addente incarnatam scio dixisse quod si dixeris ex duabus naturis, post autem unitionem dixeris unam et non addideris incarnatam, intellegeris commixtionem dicere et confusionem; sin autem addideris incarnatam, hæc dices quæ et patres nostri, manifeste quoniam quod secundum expositionem patrum aliud quidem est diuinitas ipsius, id est unius domini nostri Iesu Christi, aliud autem caro eius, quæ est ex matre.

121 Iuuenalis episcopus dixit: Hæc ergo uox falsa est?

122 Basilius episcopus dixit: Non memini me dixisse neque noui me dixisse.

---

112 = *Gesta Chalcedonensia I, 511*
113. 114 *cf. Gesta Chalcedonensia I, 512. 527*
115. 116 = *Gesta Chalcedonensia I, 528. 529*
117 = *Gesta Chalcedonensia I, 534*
118. 119 *cf. Gesta Chalcedonensia I, 535. 545*
120—122 = *Gesta Chalcedonensia I, 546—548*
114. 115. 119. 120 [*usque ad* 25 dixisse]. 121. 122 *adfert Timotheus Aelurus f. 56*[u]

O
3 *de lacuna cf.* Γ   5 quam] dum *O*   ut *deleui*   7 archimandrites *O*   20 oms̅ *O*   dogmʀ *O*   25 uocem *addidi*   33 facta *O*

123 Idem presbyter et primicerius notariorum reliqua percucurrit et cum Germani presbyteri et archimandritæ subscriptio legeretur,

124 Eutyches presbyter et archimandrites apud Ephesum dixit: Quædam gestorum lectorum falsa sunt et sunt quæ de his acta sunt: rogo hæc recitari.

125 Iuuenalis episcopus dixit: Suscepta relegantur et inserantur fidei gestorum. Iohannes presbyter et primicerius notariorum legit

126 Exemplum gestorum factorum Idibus Aprilibus apud Constantinopolim Fl. Protogene et qui fuerit nuntiatus, ⟨consulibus⟩, diuina iussione, residente in maiore porticu sanctæ ecclesiæ

d. 13. m. Apr. a. 449

1 Flauiano uiro uenerabili episcopo istius splendidæ ciuitatis
2 Florentio magnificentissimo ex præfecto urbis et prætorii sexies et consule patricio
3 Thalassio uiro uenerabili episcopo Cæsariensi prouinciæ Cappadociæ
4 Eusebio Anquirano
5 Seleuco Amaseno
6 Basilio Seleuciæ Isauriæ
7 Alexandro Tomeno prouinciæ Scythiæ
8 Marino Synnadensi
9 Melipthongo Iuliopolitano
10 Acacio Ariaratheno et reliquis,

præsente Mama ūs comite et proximo sacri scrinii libellorum et sacræ cognitionis,

127 Macedonius spectabilis tribunus et referendarius dixit: VI Iduum Aprilium a sacris mandatis iussus sum religiosos episcopos fidem antehac factorum gestorum de negotio quod inter Flauianum episcopum et Eutychen archimandritem mouetur, inquiri, quod in præsenti nihilo minus fieri imperialis præcepit auctoritas.

128 Flauius Florentius magnificentissimus dixit: Quæ acta sunt, ⟨secundum⟩ prosecutionem spectabilis referendarii præsente synodo relegantur.

Et posteaquam prolata est scheda de sacro scrinio libellorum et sacræ cognitionis, a Iohanne uiro deuotissimo exceptore eiusdem scrinii lectum est

129 Flauio Protogene uc et qui fuerit nuntiatus, conss̄ VI Id. April. apud Constantinopolim diuina iussione residentibus in sanctissimo catholicæ ecclesiæ baptisterio

d. 8. m. Apr. 449

Thalassio episcopo Cæsariensi
Eusebio Ancyritano
Constantino Melitinensi
Basilio Seleuciæ et reliquis,

130 Macedonius ūs tribunus et referendarius dixit: Eutyches uir uenerabilis archimandrites oblatis precibus diuinitati imperiali docuit se antehac inuenisse, et reliqua quæ sacris scriniis habentur.

---

123 *cf. Gesta Chalcedonensia I*, 552
124—130 = *Gesta Chalcedonensia I*, 553—559

O
7 Fl] FB *O* 8 consulibus *addidi* 8/9 porticus ante *O* 11 urbis]ue *O* prætoris exies *O* conss̄ *O* 14 ameseno *O* 16 tameno *O* 17 simmadensi *O* 20 sacris crinis *O* 25 secundum *addidi* 26 psentem *O* 28 a Iohanne] aiona *O* 31 thalasio *O* 33 meliptensi *O*

131 Patricius dixit: Preces uiri uenerabilis Eutychis prolatæ relegantur et uc̄ tribunus et notarius et referendarius doceat si qui obseruant pro persona agentes eiusdem uenerabilis monachi.

132 Et priusquam legerentur, Macedonius uc̄ tribunus et notarius et referendarius dixit: Obseruant qui pro persona monachi possint dicere.

133 Patricius dixit: Quid placet de hoc uenerabilibus episcopis?

134 Eusebius episcopus Dorslæorum dixit: Si per procuratorem dicit, iubete me abscedere.

135 Patricius dixit: Quod præcepit imperialis auctoritas, omni modo custodiendum est; unde si consentiunt uenerabiles episcopi ut intromittantur isti qui pro persona uenerabilis monachi agere parati sunt, dicant.

136 Melipthongus episcopus dixit: Huiusmodi facta accusatione legitimum ⟨est⟩ adesse ⟨qui⟩ accusatur, præcipue cum non sine periculo huiusmodi fiant accusationes. nec fortuitum est de quibus agitur. quoniam ⟨igitur⟩ piissimus imperator ex auorum traditione continere consueuit orthodoxam fidem et canones omnino non uulnerare, sed magis custodire inuulneratos, oramus referri ad ipsum, et si præcipit criminalem causam agere alterum pro altero, et hoc ammittimus, quamuis uniuersalis iussa est fieri synodus et reseruatur summa negotii illi synodo. et directi sunt plurimi et iustum est piissimi imperatoris præcepta terminare.

137 Patricius dixit: Quid sibi de hoc tribunus et notarius mandatum esse * prosequatur.

138 Macedonius referendarius dixit: Piissimus domnus noster aduertens quemammodum condemnatus est prædictus uir, iussit pro ipso omni modo directos intromissos cognoscere lectis chartis, in quibus quæ ab ipso dicta sunt uel ab eo uel a religiosissimo episcopo Flauiano.

139 Patricius dixit: Simplex est quod dicitur, et propterea illi ingrediantur et eorum præsentia preces relegantur.

140 Et cum ingressi fuissent, in medio steterunt Constantius Eleusinius et Constantinus uiri uenerabiles monachi. Macedonius tribunus dixit: Sanctum euangelium proferatur; oportet me dicere omnia quæ iussa sunt ab eorum pietate. præcepit igitur qui tunc aderant, sanctos episcopos iureiurando dicere si ueræ sunt gestorum lectorum prosecutiones quæ ex utraque parte prolatæ sunt.

141 Basilius episcopus Seleuciæ dixit: Hactenus nescimus iusiurandum prolatum esse episcopis, sed mandatum est a domino nostro saluatore Christo non iurare neque per Mt. 5, 34—36
cælum, quoniam sedes est dei, neque per terram, quoniam scabellum pedum eius, neque per caput aliquem iurare, quoniam nemo potest capillum a deo procreatum ordinare. unusquisque autem quasi altario adstans, timorem dei habens ante oculos et conscientiam propriam custodiens puram deo, quæ sunt eorum aut quæ habet in memoriam nihil prætermittere.

142 Patricius dixit: Sicut semel dictum est, precum lectio percurratur.

Et per eundem uirum deuotum exceptorem lectum est

131—142 = *Gesta Chalcedonensia I*, 560—571

O

1 eutyches *O* 2 obseruat *O* agentis *O* 7 dorsoleorum *O* 12 legitimum est] legitimum̄ *O* 13 qui accusatur *scripsi* accusatorem *O* 14 igitur *addidi* 16 præcepit *O* 18 synodi *O* 20 esse *scripsi lacuna indicata cl.* Γ est *O* 21/22 quæammodum *O* 23 in quibus *male additum* 23/24 uel ab — Flauiano *confusa* 30 uera *O* 34 sedis *O* 37/38 *coniecerim* quæ sunt in memoriam, eorum habet nihil prætermittere

143 Piissimis et Christianissimis imperatoribus nostris Theodosio et Valentiniano pp augg Eutyches archimandrites. Omnium mihi post deum salutis manifestatio facta est pietas uestra in nullo negotio prætermittens uel quæ de fide sunt, uel de his quæ contra me calumniose mota sunt, faciens inquisitionem. gesta autem quæ confecta sunt a sancto Flauiano aduersum me, legi hesterna die et repperi contraria his quæ acta sunt, chartæ indita. neque enim ea quæ contra me dixit, inserta sunt neque ea quæ ego dixi, inseruerunt actis. rogo itaque [et] uestram serenitatem consuetam orthodoxam fidem defendentem et opinionem exiguitatis meæ dignari sancire religiosissimos episcopos qui tunc congregati sunt, et notarios ipsius religiosissimi Flauiani et eos qui missi sunt ab ipso religiosissimi clerici ad uocandum me in concilium, et uirum uenerabilem Athanasium sancti episcopi Basilii diaconum conuenire præsente sancto episcopo Thalassio, ut ipsi interrogati dicant ueraciter quæ nouerunt ** sollemniter gratias ago domino nostro et deo omnium Christo et uestræ pietati.

144 Idem deuotus exceptor dixit: Est et diuina annotatio in lectis precibus sacratissimi et piissimi imperatoris nostri.

145 Patricius dixit: Cum ueneratione legantur.
Per eundem exceptorem lectum est

146 Prosequantur apud uenerabiles episcopos qui iam dudum conuenerunt, nec non et apud religiosissimum episcopum Thalassium, ut apud eum præsentibus omnibus de quibus preces locuntur, negotii ueritas requiratur.

147 Flauianus episcopus dixit: Viri uenerabiles diaconi Asterius et Aetius, Nonnus et Asclepiades et Procopius intersint.

148 Et cum in medio stetissent supra dicti diaconi, Patricius dixit: Præsentibus omnibus gesta per ordinem relegantur.

149 Et antequam proferrentur, Aetius diaconus et notarius dixit: Nescimus cur uocati sumus.

150 Patricius dixit: Venerabiles diaconi et notarii episcopi Flauiani gesta quæ in hoc negotio facta sunt, proferant legenda.

151 Aetius diaconus et notarius dixit: Nec causam nouimus cui assumus, nec quare gestorum exigimur actionem. idcirco dubitamus et ideo rogamus scire et quoniam adstamus et respondere debeamus.

152 Patricius dixit: Ea quæ in causa Eutychetis monachi acta sunt, requirimus publicari.

153 Aetius diaconus dixit: Causatio enim aliqua aduersus nos orta est?

154 Patricius dixit: Negotium discuti iussit et propterea gestorum prolatio necessaria est. cur igitur dilatione et astutia uteris?

155 Aetius dixit: Qui initium interrogationis negotio facit et causam, proponat nobis tempus [est] satisfacere proferre et non proferre.

156 Patricius dixit: Vos excepistis gesta, et a uobis debent proferri.

157 Aetius dixit: Qui est qui incusat?

143—157 = *Gesta Chalcedonensia* I, 572'—586

O

5 externa *O* hic *O* 7 et *deleui* 7/8 consuetam] συνήθους *pro* συνήθως 8 dignare *O* 10 religiosissimo *O* 12 *exciderunt* καὶ τούτου τυχὼν 14 diuino *O* 20 leguntur *O* 25 proferentur *O* 28 proferantur *O* 30 et quoniam] ἐφ' ὧι τε 33 publicare *O* 35 propterrea *O* probatio *O* 38 est *deleui*

158 Seleucus dixit: Preces presbyteri archimandritæ lectæ sunt nobis quod lectis gestis animaduertisset ibi non inserta ea quæ gesta sunt in sancta synodo. iustum igitur nobis uidetur proferri ea gesta quæ dicit relegisse, et ex ipsis inquisitionem negotii celebrari.

159 Patricius ad Aetium dixit: Gestis authenticis opus est, quibus subscriptiones episcoporum continentur; unde, sicut frequenter interlocuti sumus, hæc a notariis proferantur.

160 Aetius dixit: Dignetur sancta et magna synodus et uestra magnificentia tempus nobis dare de quibus uolumus, dicere; neque enim est nobis sine periculo.

161 Patricius dixit: Gesta primum conuenit publicari; post hæc enim si quid docere uolueris, dabitur tibi facultas.

162 Aetius dixit: Nihil inrationabiliter et præter æquum postulamus et ante omnia scit uestra amplitudo et sicut prædixi, quoniam non de minimis nobis est periculum, quod causatio facta est a quodam apud piissimum et Christianissimum domnum nostrum et a deo munitum imperatorem, rogamus et hanc nobis manifestari et causas cognoscere et personam adstare et manifestam accusationem aduersum manifestas personas facere, et sic satisfaciamus et nobis adsimus confidentes uestræ iustitiæ.

163 Patricius dixit: Aduersus uos nihil adhuc propositum est; sed gesta, sicut sæpius dictum est, a uobis proferenda sunt.

164 Aetius diaconus dixit: Actio gestorum nos ducit in medium? neque enim ab aliis confecta sunt.

165 Patricius dixit: Nec aliqua suspicione percussus hæc uereris proferre?

166 Aetius dixit: Nihil tale a me dictum neque factum est.

167 Patricius dixit: Gesta proferantur.

168 Et priusquam proferrentur, Flauianus episcopus dixit: Scitis quoniam tunc congregata synodo utriusque partis uoces uos excepistis et scitis certissime quæ scripta sunt a uobis. et si uera sunt, hæc dicite cum ueritate et timore dei; si autem quædam falsata sunt, ante tribunal Christi nolite mentiri et dissimulantem nolite celare.

169 Istis interea inter se locutis a uiro uenerabili episcopo patricius dixit: Propositum sancti episcopi laudamus quia sua conscientia confidens pronuntiauit religiosos notarios gesta proferre et ueritatem de omnibus docere. unde gesta, sicut frequenter dictum est, proferantur.

170 Aetius dixit: Persuasio sancti episcopi uoluntatem nostram animauit ut uerum sub gestorum confectione dicamus. si igitur dicentibus nobis fuerimus digni ut fides nobis habeatur, et ** proferimus et dicimus ueritatem.

171 Patricius dixit: Fiat lectio gestorum.

172 Aetius dixit: Rogo et sanctam synodum quæ tunc affuit, ut præcipiat nobis proferre quæ gesta sunt.

173 Seleucus dixit: Semel iubente episcopo nostro proferri gesta, nullam dilationem de isdem proferendis oportet fieri.

174 Et cum ab omnibus episcopis dictum esset: 'Omnes ea uolumus', patricius dixit:

158–174 = *Gesta Chalcedonensia I, 587–603*

O

1 seleutius *O* 2 animaduertisset *scripsi* anima auertibus *O* 6 annotariis *O* 13 scit] sit *O* non] nos *O* 14 cautio *O* 15 causa *O* 16 facere] satis facere *O* 17 sic] si *O* 30 quia *in* qui *corr. O* 31 gestas *O* 33 amauit *O* 35 *lacunam signaui, excidit* κατατιθέμεθα καί 39 seleutius *O* 40 optet *O*

Dum singula capitula releguntur, quid in his arguendum pars sancti monachi approbat, prosequatur et exemplaria quæ apud se habet pars eiusdem monachi, prolata gestorum lectioni authenticorum conferantur.

175 Et cum utraque pars gesta protulisset, Aetius dixit: Si præcipit magnificentia uestra, habemus quod dicere. cognouimus quod per preces religiosissimus Eutyches docuerit actiones gestorum falsatas, ibi et repperisse rationes sui negotii: hanc actionem rogamus

176 Quo dicente patricius dixit: Propter hoc conferri authenticis gestis exemplaria diximus.

177 Aetius dixit: Rogamus scire utrum authentica sunt aut exemplaria aut tale aliquid ab aliquo illi præstitum est.

178 Patricius dixit: Venerabilis Constantinus si quæ profert, exemplaria sunt aut authentica, doceat.

179 Constantinus ⟨diaconus⟩ et monachus dixit: Exemplaria sunt.

180 ⟨Patricius dixit:⟩ Nunc lectio sequatur.

181 Et priusquam legerentur, Aetius dixit: Rogamus inspicere gesta quæ ab ipso prolata sunt, ut possimus agnoscere manum a qua credita uel a quo notario edita sunt. suscipite nostras petitiones non iniquas.

182 Patricius dixit: Si authenticis gestis exemplaria non congruunt, tunc merito perquiritur.

183 Aetius dixit: Nihil prohibet. semper iudicastis et iudicantes præfulsistis.

184 Patricius dixit: Prætermissis superfluis fiat lectio.

185 Et per Asterium ūd exceptorem authentica scheda a notariis prolata et altero exemplaria quæ ** a capite prima et secunda actio, quæ gestis inserta est sic

186 Conss̄ FFLL Zenone et Postumiano ūū cc VI Id. Nouemb. apud Constantinopolim, et reliqua

d. 8. m. Nou. a. 448

187 Postquam lecta est prima et secunda actio et finitæ sunt prosecutiones uenerabilium episcoporum, Aetius dixit: Petimus sanctam et magnam synodum interrogari audientem agnoscere uoces suas et actionem gestorum, numquid quicquam falsatum est aut corruptum.

188 Patricius dixit: Dum tacent, uidentur confiteri; unde et reliqua relegantur.

189 Et per eundem deuotum exceptorem lecta est tertia actio quæ habetur in gestis.

190 Et cum legeretur prosecutio presbyteri et defensoris Iohannis, Constantinus diaconus et monachus dixit: Sic non est dictum, per uestigia uestra, quomodo habet.
Idem deuotus exceptor repetita lectione legit

191 Si contingat alicubi ab ipsis in quibusdam uerbis aut falsatum aut erratum, hoc neque accusari neque suscipi, solas autem scripturas inuestigare, quæ firmiores sunt patrum expositionibus

---

175–191 = *Gesta Chalcedonensia I*, 604 620

O

1 aprobat *O* 2 prosequitur *O* 4 p̄cepit *O* 6 falsatas — rationes *scripsi* repperisse falsatas sibi et actiones *O* 10 aut[1]] autem *O* 11 ab aliquo *Amelli* aut quo *O* 14 diaconus — monachus *scripsi* et notarius *O* 15 Patricius dixit *om. O* lectione *O* 16 inspice *O* 17 possumus *O* 23 exceptore *O* annotariis *O* 23 24 altera exemplar *O* 24 *lacunam signaui, cf.* Γ 25 potumiano *O* constantinopoli *O* 27 finita *O* 33 denfesoris *in* defesoris *corr. O* 36 sic *O*

192 Cum lectum est, Constantinus diaconus et monachus dixit quoniam diuersa ordinauerunt sancti patres et uniuersa suscipio, in canone autem fidei non suscipio.

193 Et cum perturbatio et murmuratio facta esset, Constantinus dixit: Hoc peto ut eos qui exierunt et audierunt ab archimandrite, cum conscientia coram domino quæ audierunt, ueraciter dicant præiudicio non facto archimandriti mea prosecutione. rogo eos qui interfuerunt sanctos clericos prosequi ea quæ ex ipso audierunt, et uirum uenerabilem diaconum Athanasium.

194 Seleucus dixit: Ante prosecutionem fratris Constantini qui in persona missi sunt eius qui preces optulit, promiserunt omnia quæ ipsi dixerunt, * archimandritam suum, et rogamus uocem de præiudicio præiudicium gestis non facere.

195 Constantinus dixit: Rogo illud amoueri quod in perturbatione nesciens locutus sum.

196 Seleucus dixit: Quod in quiete et ante perturbationem hanc uocem frater Constantinus emisit, testantur episcopi et ipsorum potestas.

197 Patricius dixit: De inquisitione utriusque partis quid deliberandum iudicant, sancti episcopi Thalassius et Eusebius dignentur dicere.

198 Thalassius dixit: Non potest qui missus est a religiosissimo monacho, quædam de quibus prosequitur ipse propria uoce, non recipere.

199 Eusebius episcopus dixit: Et mihi similia placent [et] ut qui personam suscepit archimandritis Eutychetis, omnia illi rata esse quæ sua uoce dixerit, et non partem uelle retinere, partem refutare dictorum.

200 Patricius dixit: Venerabiles Iohannes presbyter et Andreas quæ sciunt se a religiosissimo Eutychete audisse, recordantes sua professione prosequantur.

201 Et posteaquam in medio steterunt Iohannes presbyter et defensor et Andreas diaconus, [et] Constantinus dixit: ⟨Non⟩ diximus uniuersa rata esse archimandritæ quæ dico.

202 Patricius dixit: Voces tuæ gestis continentur.

203 Seleucus dixit: Præsens magnificentissimus referendarius quasi a piissimo imperatore prosecutus est in personam archimandritis Eutychis directum fuisse Constantinum et qui cum eo sunt, debentes suscipere similia his relata.

204 Patricius dixit: Et tua uerba similiter gestis continentur. et ea uir uenerabilis Iohannes presbyter quæ ab Eutychete monacho cognouit, edicat.

205 Et antequam prosequeretur, Melipthongus episcopus dixit: Diuinitus in exordio continuo accusatione instante memorauerunt et dixi quod non de leuibus accusatio fiat neque per procuratorem huiusmodi periculosum negotium tractatur aut oportet fieri, sed opus habemus præsentia accusatoris, hoc et legibus uolentibus. si autem placet religiosissimo imperatori per procuratorem criminale exercere negotium et sine periculo accusare et conprobari ac referatur ipsi, et necesse est nos optemperare Christianissimo imperatori omnia iubenti.

206 Seleucus dixit: Firmis quæ acta sunt hodie, ex prosecutione referendarii et con-

---

192–206 = *Gesta Chalcedonensia I, 621–635*

O

3 murmurratio *O* 4 coram *scripsi* eorum *O* 6 ipsis *O* 8 seleutius *O* personam *O* 9 *excidit* στοιχεῖν 11 perturbationem *O* 12 seleutius *O* 18 placet *O* et *deleui* suscipit *O* 19 archimandrites *O* 24 et *deleui* non *addidi* 27 seleucius *O* 28 archimandrites eutyches *O* 28/29 constantinus *O* 30 ea *corruptum* προσέθηκεν Γ 31 pbr̄i *O* 33 accusationis insisiantes *O* memorauerunt] ἐμνημόνευσαν *pro* ἐμνημόνευσα 35 p̄sentiam *O* *postulatur* accusati 36 procuratore *O* 37 ac] *coniecerim* hoc 39 seleucius *O*

sensu sanctorum episcoporum et magnificentissimi patricii profiteantur et uenerabiles presbyter Iohannes et Andreas diaconus quæ nouerunt.

207 Iohannes presbyter dixit: Quæ prosecutus sum et lecta sunt huic sanctæ et religiosæ synodo præsente magnificentissimo patricio quia uera sunt quæ in his, etiam religiosissimus diaconus

208 Quo dicente Constantinus diaconus dixit: Omnia non sunt lecta.

209 Idem Iohannes presbyter et defensor dixit: Ecce, hoc dico.

210 Constantinus diaconus dixit: Ego unum uerbum dixi in tumultu, et scriptum est

211 Quo dicente Thalassius episcopus dixit: Sufficiebat et existimatio Iohannis presbyteri; quoniam igitur euangelium nobis uniuersis propositum est, rationabile est et ipsum quæ dicit, confirmare ex euangelio.

212 Idem Iohannes presbyter et defensor subiungens ⟨dixit:⟩ ** quædam uera esse, quædam autem ambigua dicebat, ideo se uinculo ueritatis adstrinxit. et hoc sancta et religiosa synodus cognouit.

213 Et cum per Iohannem defensorem et presbyterum responsum Eutychetis perlectum fuisset,

214 Patricius ad Constantinum monachum dixit: Secundum commonitorium aut secundum fidem gestorum monachum Eutychetem confirmas clericis ita dixisse?

215 Constantinus dixit: Quidquid professi fuerint qui audierunt, hoc adprobat archimandrites cum ueritate.

216 Patricius dixit: Andreas quæ a monacho audiit, dicat, prius eius uocibus de gestis relectis.

217 Et antequam legeretur, Eleusinus monachus ⟨dixit⟩: 'Eum non habentem carnem homousion nobis; hoc mecum loquens dixit' [et] in commonitorio a se prolato non dixit.

218 Patricius dixit: Quid ⟨ad⟩ hæc dicit ⟨Iohannes⟩?

219 Iohannes presbyter dixit: Sanctas scripturas proposuit nobis miseris uestra sanctitas et uestra magnificentia: ** et professio eiusdem commonitorii, et si contigit dissonare me uerbis, non sum

220 Quo dicente Patricius dixit: Sed non est paruum quod inmutatum dicitur.

221 Iohannes presbyter et defensor dixit: Et quis potest aliena ipsa uerba cuiquam portare? sensum autem ipsum dixit

222 Quo dicente Patricius dixit: Quid igitur hunc in hac parte dixisse confirmas?

223 Iohannes presbyter dixit: Quid est enim de quo dubitetur? de homousion dixit quoniam matri homousius est, non dixit nobis hominibus. et ubi uultis, iuro quoniam dixit: homousius matri est et non habet homousion nobis carnem.

224 Patricius dixit: Rursus pars ista tam e gestis quam ex commonitorio legatur, ut uenerabilis Iohannes specialiter prosequatur quid de hoc ab eo cognouit.

225 Quo facto Iohannes presbyter dixit: Hoc soli mihi disputans dixit quoniam homousion nobis non habet carnem, sed matri.

207—212 = *Gesta Chalcedonensia I*, 636—641
213 *cf. Gesta Chalcedonensia I*, 648
214—225 = *Gesta Chalcedonensia I*, 649—660

O

2 pbri *O* 4 quia *Amelli* quæ *O* 6 quæ *O* 9 quod *O* iohannes *O* 10 quoniam igitur] ἐπεὶ δὴ *pro* ἐπειδὴ δέ 12 dixit *suppleui et lacunam signaui* 17 aut] et *O* 18 confirmans *O* dixisem *O* 22 relictis *O* 23 legeret *O* dixit *addidi* 24 et *deleui* 25 ad *addidi* Iohannes *addidi* 27 *lacunam signaui, cf.* Γ 29 parum *O* 31 potare *O* inputare O^{corr} 33 dixi *O* 37 uenerabiles *O* 38 disputans dixit *scripsi* disputandus *O*

226 Patricius dixit: Oblitus es quod audisti, et propterea commonitorio ⟨non⟩ inseruisti?

227 Iohannes presbyter dixit: Quoniam præsentes mecum uenerabiles diaconi non audierunt hæc mihi secreto dicta, propterea ⟨non⟩ indidi commonitorio.

228 Constantinus diaconus et monachus dixit: Et hoc rogamus ut religiosissimi diaconi ueniant et prosequantur cum ueritate quæ audierunt ab archimandrite et si secreto ei locutus est.

229 Patricius dixit: Sicut superius interlocutus sum, præsente Andrea uoces eius publicentur.

Per eundem deuotum exceptorem [dixit] ex isdem gestis lecta sunt

230 Archiepiscopus dixit: Dicat et uenerabilis diaconus Andreas si hæc audiuit a uiro uenerabili Eutychete dicta.

Andreas diaconus dixit: Secundum præceptum beatitudinis uestræ iuimus ad uirum uenerabilem presbyterum et archimandriten Eutychen et conlocuti ei hæc ab eo audiuimus quæ etiam uir uenerabilis presbyter et defensor Iohannes nuper prosecutus est.

231 Patricius dixit: Andreas uenerabilis quid ab Eutychete audierit, edicat.

232 Andreas diaconus dixit: Quoniam deus assidet uobis et timor et tremor habet mentem meam, excedere ueritatem non possum. antehac enim directus a domino meo papa sancto archiepiscopo Flauiano et quæ cum eo erat sancta synodo ad uirum uenerabilem archimandriten Eutychen de euocatione quidem quæ prosecutus est uenerabilis presbyter et defensor Iohannes, hæc prosecutus sum et consors sum; de homousion autem sciscitationem offerente uiro uenerabili presbytero et defensore Iohanne religioso archimandritæ ** dicens: mathema quomodo habet? dicit domnus Iohannes quoniam mathema habet homousion patri solum. respondit archimandrites Eutyches dicens: sic ergo et tu habe, quoniam et ego sic habeo. aliud aliquid in hac causa nescio.

233 Patricius dixit: Secrete interim aliquid Iohannes te absente cum Eutychete locutus est?

234 Andreas diaconus dixit: Quæ locutus est, per uestigia uestra, ego non audiui.

235 Patricius dixit: Nunc Athanasius uenerabilis ueniat.

236 Cum in medio stetisset Athanasius diaconus, patricius ad eum dixit: Tuam professionem considerans cum ueritate dic quid monachum Eutychetem Iohanni religiosissimo uel Andreæ dixisse retines.

237 Athanasius dixit: Quoniam de anima est sermo neque sine periculo est non dicenti ueritatem, quæ audiui, hæc dico. non sum dimissus propter hanc causam cum presbytero Iohanne et Andrea diacono, accersitus autem a presbytero Iohanne sicut illic præsente et audiente me quæ ab eo dicta sunt, et interrogatus a religiosissimis episcopis quod hæc addeam in præsenti et ego audierim quæ ipse prosecutus est. et nunc lecto commonitorio quod tenebat prædictus uir, recognoui eadem uerba; de homo-

226—237 = *Gesta Chalcedonensia I*, 661—672

O

1 non *add. Amelli* 4 non *add. Amelli* 6 ueriant *O* 10 dixit *deleui* ex] et *O* 13 ibimus *O* 23 pbr̄ et def̄ iōhs *O* 24 *lacunam signaui, cf.* Γ dicente *O* 26 sic] si *O* 33 quid] *Amelli* quia *O* 37 acersistis *O* 38 illi in præsenti *O* audisse *O* 39 addeam *corruptum, conicio* dum eram

usion autem ⟨non⟩ recognoui. sed tunc eodem presbytero interrogante archimandriten ⟨cum⟩ dixisset quoniam confiteris dominum nostrum secundum deitatem patri homousion, homousion autem eundem nobis secundum humanitatem, dixit idem dicens: mathema quomodo habet? ita respondit presbyter: homousion patri. dicit: ipse sic habe, quoniam et ego sic habeo.

238 Patricius dixit: Conloquia secreta inter se Eutyches monachus et Iohannes presbyter habuerunt?

239 Athanasius dixit: Non inspexi, per uestigia uestra.

240 Eleusinius monachus dixit: Rogamus uenerabilem diaconum Athanasium interrogatum prosequi de quibus secunda interrogatione reprehenderit presbyterum Iohannem. ostendit enim quoniam post priorem prosecutionem iterum alia quædam legebatur et stans reprehendit: et hæc non sunt scripta; prosecutus est enim, quando uenit de monasterio, siue ea siue alia. et postea facto * et iubente archiepiscopo gesta proferri quibus professus est ** diaconus Athanasius quoniam ista non audiuit.

241 Patricius dixit: Iohannis uoces de gestis legantur et quid amplius de his Athanasius docere * profiteatur.

242 Et cum iterum lectæ fuissent, Iohannes presbyter et defensor dixit: Antecedens Andreas diaconus nec non et diaconus Athanasius omnibus quæ a me dicta sunt in commonitorio, consenserunt præter homousion, sicut dixerunt, et taliter prosecuti quemammodum dictum est a religiosissimo archimandrite. potest intellegere sancta synodus et uestra magnificentia quoniam hoc ipsud ut dicerem: nosti homousion patri secundum deitatem, homousion nobis secundum humanitatem, quoniam reinterrogare eum dubitationis fuit indicium. et rogo uocem uenerabilium diaconorum quæ confirmat omnem prosecutionem meam quæ in commonitorio est, non oportere refutari.

243 Patricius dixit: Athanasius quod requisitus est, dicat.

244 Athanasius diaconus dixit: In tertia interrogatione hæc prosecutio a presbytero legebatur in secretario ⟨et⟩ ammiratus sum huiusmodi clausulam in qua dicit: non habentem carnem homousion nobis **

245 Patricius dixit: Præsente interim te secrete quicquam cum eo locutus est?

246 Athanasius diaconus dixit: Non uidi.

247 Iohannes presbyter dixit: Omnia quæ a me dicta sunt, secunda et tertia interrogatione uenerabiles diaconi firmauerunt propriis uocibus, hoc et sancta synodus et uestra magnificentia audiuit et nouit; de homousion autem quoniam diaconus Athanasius dixit: miratus sum, tunc perturbationem quandam fecisse, et ego confiteor. secrete enim mihi dixi hoc illum dixisse, quod etiam dixit. quod autem et ipsi partim audierint me illi dicentem: scis eum homousion patri secundum deitatem et homousion nobis secundum humanitatem, ipsi propriis uocibus prosecuti sunt.

248 Patricius dixit: Pars reliqua gestorum relegatur.

Et per eundem deuotum exceptorem lectum est

238–248 = *Gesta Chalcedonensia I, 673–683*

O

1 non *add. Amelli* 1.2 archimandrite *O* 2 cum dixisset *scripsi* dixisse *O* 4 matem *O* 5 habe] habet *O* 11 iterum prosecutionem aliquedam loquebatur *O* 12 sunt scripta] subscripta *O* ταῦτα pro ταῦτα ἅ 13 *excidet* συνεδρίου habente *O* 14 *lacunam signaui, cf.* Γ diaconus et *O* ista] irrita *O* 16 dicere *O* *lacunam signaui* 19 aliter *O* 20 quæammodum *O* 23 iniudicium *O* uoce *O* 27 ei *addidi* causulam *O* quo *O* 28 *lacunam signaui, cf.* Γ 33 diaconus ei *O*

249 Presbyter et defensor Iohannes dixit: In ipso tempore disputationis, et reliqua tertiæ actionis

250 Et cum lectum fuisset, Constantinus diaconus et monachus dixit: Hoc non dixi quod si non adspiraueritis mihi, deuoret me episcopus, postmodum et uobis inponet; [et] hoc non dixi, per uestigia uestra.

251 Et iterum idem Constantinus dixit: Quoniam neque hi qui missi fuerant, in præsenti sunt nec presbyter et archimandrites Martinus qui est hic, si placet uobis, prætermittamus hoc.

252 Patricius dixit: Is qui cum Petro ad monachum iit, hic esse dicitur. quid igitur uultis? eum interrogari aut uenerabilem Martinum?

253 Eleusinus diaconus et monachus dixit: Necessarium est, per uestigia uestra.

254 Patricius dixit: Ne aliter gesta continent quam ueritas habet, ex hac parte? dicite.

255 Constantinus diaconus et monachus dixit: Non, per uestigia uestra, in hac parte.

256 Patricius dixit: Sequentia legantur.

Et per exceptorem eiusdem scrinii lectum est

257 Archiepiscopus dixit: Quid continere uenerabilis presbyter et archimandrites Martinus tomum dicebat? et reliqua

258 Et posteaquam lectum est, Aetius diaconus et notarius dixit: Rogamus præsentem sanctam synodum et uestram amplitudinem, dignamini iubere interrogationem offerre uenerabilibus clericis quorum mentionem fecit præsens gestorum lectio, et prosequantur numquid aliquid dubitent de his quæ lecta sunt et quæ ipsi tunc prosecuti sunt, hoc est Maman presbyterum, Theophilum, Memnona, Iohannem presbyterum et defensorem, Andream et Athanasium diaconos.

259 Patricius dixit: Non dubitantibus illis præsens inquisitio proposita est, sed [et] religiosissimo uiro monacho, cuius homines in præsenti sunt. et reliqua legite.

Et per eundem deuotum exceptorem lectum est

260 Die sabbati, quæ est uicesima Nouembris mensis, et reliqua

261 Et posteaquam lectum est, Constantinus diaconus dixit: Rogamus interrogari eos si hæc audierunt.

262 Patricius dixit: Theophilus manifestatis prosecutionibus suis si hæc audisse se aut dixisse cognoscit, edicat.

263 Et cum in medio stetisset, Theophilus presbyter dixit: Directus ego et presbyter Mamas a sancto archiepiscopo et sancta synodo adprehendimus monasterium archimandritis Eutychis. et primum quidem quæ nuper lecta sunt, cœpit dicere, deinde nolebamus cum eo disputare, coram Christo, coegit autem nos et propria uoce dicens quod inpossibile est dicere Christum de duabus esse naturis; neque enim naturaliter dico dominum meum. hæc ergo ipsa quæ lecta sunt, audientes de ore uenerabilis uiri prosecuti sumus neque additionem quandam fecimus neque deminutionem.

249—263 = *Gesta Chalcedonensia I*, 684—698

O

1 relique *O* 4 adspiraueris *O* 5 et *deleui* 7 Martinus qui] Μαρτῖνος ὅς *pro* Μαρτῖνος 10 interrogare *O* 16 uenerabiles [*ex* uenerabilis *corr.*] pbri et archimandrite *O* 20 21 prosequamur *O* 21 ipsi quæ *O* 22 pbr *O* memnonam *O* 24 et *deleui* 34 euthices *O* 35 dicens] εἰπών *pro* εἶπεν 38 facimus *O* deminutione *O*

264 Constantinus dixit: Aliud nihil audiuit?

265 Patricius dixit: Præter hæc quæ prosecutus es, nihil aliud audisti?

266 Theophilus presbyter dixit: Dicebat quod et traditionem patrum sequor. hæc dicebat.

267 Patricius ad monachos dixit: Quid amplius requiritis?

268 Constantinus monachus dixit: Rogamus nos et domnum Mamam dicere.

269 Patricius dixit: Venerabilis quoque Mamas quæ cognouit, prosequatur.

270 Et antequam prosequeretur, Eleusinius diaconus dixit: Ipse confessus est quoniam dicebat, traditiones patrum sequitur, et non est in gestis.

271 Patricius ad Theophilum dixit: Quare gestis nusquam continetur ⟨quod⟩ quemammodum dictum est ab Eutychete, in prosecutione tua posterius addidisti?

272 Theophilus presbyter dixit: Et aliud dixit, per uestigia uestra, quæ in memoria non habeo; quæ autem retineo, prosecutus sum.

273 Patricius dixit: Cur hoc actis illo in tempore non inseruisti?

274 Eleusinus monachus dixit: Certe in superioribus dixit neque additionem neque deminutionem fecisse dictorum eius.

275 Theophilus presbyter dixit: Quæ audiui de ore ipsius archimandritæ, hæc dixi; si enim uolunt ut amplius dicam quam audiui

276 Quo dicente patricius dixit: Mamas presbyter secundum quæ dicta sunt, prosequatur.

277 Mamas presbyter dixit: ⟨Legatur,⟩ per uestigia uestra, prosecutio quæ tunc facta est, quoniam oblitus sum.

278 Patricius dixit: Voces eius de gestis publicentur, ut his agnitis quæ se audisse cognouerit, dicat.

Per eundem exceptorem de gestis uoces eius lectæ sunt

279 Archiepiscopus dixit: Dic nobis quapropter, et reliqua

280 Et posteaquam lectum est, Mamas presbyter dixit: Sic est, per uestigia uestra; hæc prosecutus sum quæ mihi lecta sunt, et nihil aliud prosecutus sum.

281 Constantinus monachus dixit: Arbitror contraria sibi dixisse domnum presbyterum, quantum ex his quæ lecta sunt professionis Theophili et Mamæ.

282 Patricius dixit: Ne commonitoria aliter continent?

283 Eleusinius monachus dixit: Non, per uestigia uestra.

284 Patricius dixit: Si quid aliud est, legatur.

285 Per eundem deuotum exceptorem lecta est quarta actio.

286 Quæ cum legeretur, patricius dixit: Interlocutio mea inserta est, in qua hoc continetur, id est

Interrogatio offeratur presbytero Eutycheti quomodo credit et quid dicit

huc usque dixi, addiderunt autem quod dictum ⟨non⟩ est et insensatum

---

264—286 = *Gesta Chalcedonensia I*, 699—721

O

1 audiui *O* 3 quod et] quo de *O* 9 sequitur] ἀκολουθεῖ *pro* ἀκολουθεῖν 10 quod *addidi* 10/11 quæammodum *O* 21 Legatur *addidi* 24 cognouerint *O* 27 mammas *O* 29 pbr̄ *O* 30 professiones *O* 31 nec *O* 35 interlocutio mea *Amelli* interlocutione *O* 37 feratur a presbytero eutychete *O* 38 non *add. Amelli*

hoc iterum interrogetur quare nunc ista dicens ante aliter senserit

et ⟨addidit⟩: Ea quomodo poteram dicere nihil dicente adhuc uiro uenerabili archimandrite Eutychete?

287 Episcopus Constantinopolitanus ad notarios dixit: Quomodo hæc quæ dicta non sunt a magnificentissimo uiro, inserta sunt gestis?

288 Aetius diaconus dixit: Habemus de his quod dicere.

289 Episcopus Constantipolitanus dixit: Quis uobis ista dictauit? ego uobis dixi addere aut uestra sponte aut ab aliis audientes ista fecistis?

290 Aetius diaconus dixit: Re uera tamquam probatum sanctitati uestræ sit hoc additum, ista interrogatis?

291 Patricius dixit: Lege sequentia.

Similiter per eundem uirum deuotum exceptorem lectum est

292 Eusebius episcopus dixit: Sicut prædixi, præiudicio mihi non facto ex præsenti eius prosecutione, et reliqua

293 Quo lecto Eleusinius diaconus dixit: Secundum ordinem non sunt posita. ante offerebat libellum, in quo fides continebatur trecentorum decem et octo patrum, quam et Ephesena synodus confirmauit, et hunc offerente libellum non suscepit uir uenerabilis episcopus; etiam magnificentia uestra dicente quod deberet suscipi, neque sic auditus est.

294 Episcopus Constantinopolitanus dixit: Et unde hoc certum est quod trecentorum decem et octo traditionem illa charta continebat?

295 Eleusinius dixit: Oportuit ergo suscipi eam.

296 Eusebius episcopus Dorsleorum dixit: Inuoco sanctam et homousion trinitatem, et reliqua.

297 Aetius diaconus et notarius dixit: Rogamus uestram [et] magnificentiam et sanctam praesentem synodum

298 Quo dicente patricius dixit: Nec uir uenerabilis Flauianus archiepiscopus hoc ambigit quod offerente libellum Eutychete archimandrite suscipere noluerit, sed per se ipsum respondere eum interlocutus est.

299 Seleucus episcopus dixit: Et præueniens diaconus Eleusinius dixit libellum obtulisse sanctæ synodo archimandriten Eutychin, in quo dixit dogma fidei continere. sed quoniam ante hos paucos dies litteræ sancti et beatissimi archiepiscopi Romani Leonis ep. 3
innotuerunt nobis continentes quod incusauit religiosissimus Eutyches et appellauit in tempore quæstionis ad nostram audientiam per libelli oblationem, quomodo nunc insistens dicit de fide libellum esse, ad episcopum Romanæ ciuitatis appellationem [per] eundem libellum nominauit? et hinc doceri * quod non ipsis perseuerauit religiosissimus archimandrites. peto epistulam ipsam legi.

300 Patricius dixit: Posteaquam synodus quieuit sanctorum episcoporum, obtulit mihi religiosissimus Eutyches exemplum libelli, quod dicebat obtulisse se sanctæ synodo.

287—300 = *Gesta Chalcedonensia* *I*, *722*-*735*

O

1 quare] quæ *O* 2 addidit *addidi* dicent *O* 8 audientibus *O* 9 s̄cificati *O* 10 auditum *O* ita *O* 12 simili te *O* 21 illam *O* 22 ego *O* 25 et[2] *deleui* 31 archimandritan *O* 35 per *deleui* 36 *lacunam signaui* doceri debetis *uersio Rustici*

Et cum legeret, idem uir deuotus exceptor subiunxit

301 Eutyches presbyter dixit: Ego non ueni disputare, sed ueni suadere, et reliqua

Cumque legeretur eiusdem Eutychetis prosecutio: sic credo: adoro patrem cum filio et filium cum patre, et reliqua,

302 Eleusinus diaconus dixit: Postquam exactus est per se ipsum propriam fidem confiteri, dixit stans in conspectu patris et filii et spiritus sancti, ⟨quem adoraui et adoro⟩ et adorabo, quoniam sic sentio sicut sancti patres trecenti decem et octo apud Nicæam sanxerunt, quam et Ephesena synodus confirmauit; et hæc gestis ⟨non⟩ continentur.

303 Aetius diaconus dixit: Rogamus uestram beatitudinem et magnificentiam interrogationem offerri sanctis præsentibus episcopis, qui et interlocuti sunt quæ et eorum protulit lingua, et hæc propria manu confirmarunt, ⟨si⟩ hæc quæ nunc ab eis dicta sunt, tunc a uiro uenerabili Eutychen dicta sunt et si quid circumductum est ⟨ex⟩ his quæ inserta sunt gestis.

304 Basilius dixit: **

305 ⟨Seleucus dixit⟩: Legantur mihi uoces quas detulit uir uenerabilis diaconus Eleusinius.

306 Et posteaquam uoces ex codice legerentur, Seleucus episcopus dixit: Neque ego memor sum talium dictorum a uiro uenerabili archimandrite Eutychen.

307 Tryfonianus episcopus dixit: Fide dei, sicut est in gestis, ita locutus est hic ille.

308 Longinus episcopus dixit: Quemammodum gesta lecta sunt et habent, sic et ego memor sum quia dictum est ab Eutychete archimandrite. quod autem nunc dicit uenerabilis Eleusinius quod dixerit quoniam CCCX et VIII sancti ⟨patres⟩ apud Nicæam et apud Ephesum confirmant, ostenditur et ex posterioribus ubi noluit confiteri dominum nostrum Iesum Christum homousion nobis secundum carnem fuisse. et in conspectu dei dico.

309 Melipthongus episcopus et ceteri eadem dixerunt. et post Aurelii episcopi sententiam

310 Constantinus diaconus dixit: Rogo uestram sanctam synodum interrogari episcopum quid est quod dixit, quando dominus Eusebius episcopus seditionem mouit illi, et increpauit. coram domino, quid est quod dixit? surrexit dicens quod libellos aduersus eum habeo dare, et increpauit illum.

311 Patricius dixit: Interim patere legi, ⟨et si⟩ inferius hæc non habentur, tunc tibi conpetentibus utere.

Per eundem uirum deuotum exceptorem lectum est

312 Archiepiscopus dixit: Confiteris consubstantialem patri secundum deitatem et consubstantialem matri secundum humanitatem eundem unum filium? et reliqua

301—308 = *Gesta Chalcedonensia I*, 736—743
309 *cf. Gesta Chalcedonensia I*, 744. 753
310—312 = *Gesta Chalcedonensia I*, 754—756

O

3 prosecutus *O* 6 patri *O* quem — adoro *addidi* 8 non *addidi* 9 10 interrogari ferri . 11 si *addidi* 12 uenerabile *O* ex *addidi* 14 *lacunam signaui, cf.* Γ 15 Seleucus dixit *addidi* 20 quæammodum *O* 22 quoniam] ὡς *male translatum* patres *addidi* 23 confirmantes *O* ἐβεβαίωσα οὕτως ἔχω Γ 26 melitonus *O* aurelius eps *O* 30 dixerit *O* 32 et si *add. Amelli*

313 Quibus lectis Constantinus diaconus dixit: Quando dixit archimandritis unam naturam, domnus episcopus sic dixit

314 Quo dicente Eleusinius diaconus dixit: Coram deo, tunc anathematizatus est a uestra sanctitate, quod dicit: surgens sancta synodus eum anathematizauit?

315 Patricius dixit: Nihil tale tunc dictum est.

316 Seleucus episcopus dixit: Ego non audiui.

317 Timotheus episcopus dixit: Ego non audiui.

318 Iulianus episcopus dixit: Vere neque ego.

319 Basilius dixit: Vere, amice, talem uocem lingua mea non emisit.

320 Melipthongus episcopus dixit: Ego conuiciatus sum ad præsens a quibusdam quasi indignus essem synodo, quoniam inuocaui dilationem, et nescio.

321 Sabas episcopus dixit: Apud iudices quando intromittitur testis ad testimonium et non potuerit loqui, annuit capite suo et habet coronam martyrum. nos ergo omnes subscribentes et actis confitentes quomodo possumus negare?

322 Tryfon episcopus dixit: Posteaquam semel eo impia dicente uerba et præter traditionem sanctorum patrum trecentorum decem et octo et Ephesenam synodum omnes anathematizauerunt eum præsentes clerici.

323 Aetius diaconus dixit: In talibus sanctis conciliis contingit non numquam unum de præsentibus uenerabilibus episcopis dicere aliquid et quod ab uno dicitur, quasi ab omnibus simul prolatum scribitur et intellegitur. hoc est ab exordio consuetudinis; denique uno dicente dicimus 'sancta synodus dixit'. si igitur nunc inueniatur unus aut secundus dicens, quemammmodum prosecuti sunt uiri uenerabiles et consenserunt et clamauit tunc sanctus clerus, rogamus omnino istam uocem neque abici neque uitiari gestorum; quoniam autem uidentur omnes sancti episcopi subscripsisse

324 Quo dicente patricius dixit: Quæ singuli prosecuti sunt, omnia firma sunt; quod autem ueritas continet, nullo modo dubitabunt.

325 Aetius diaconus dixit: Rogamus de hoc prosecutionem nunc religiosissimi Sabæ episcopi et uenerabilis episcopi Tryfonis manifestari coram uestra beatitudine et Pauli uiri uenerabilis.

326 Patricius dixit: Notissimæ sunt et insertæ sunt gestis; unde reliqua legantur. Item per eundem uirum deuotum exceptorem lectum est

327 Et post hæc archiepiscopus dixit: Dicat sancta synodus quid mereatur præsens neque confitens manifeste rectam fidem, et cetera

Et cum legeretur interlocutio patricii ad Eutychetem dicentis: duas naturas dicis et homousion nobis? dic [et cum legeretur],

328 Patricius dixit: Quod dixi 'dic', non interloquens dixi, sed exhortans eum his consentire quæ a sancta synodo dicebantur.

329 Constantinus diaconus dixit: Quare condemnatus est religiosissimus archimandritis? non ideo quod religiosissimus archiepiscopus noster Flauianus interrogabat eum: dicis duas naturas post unitionem et anathematizas non dicentes? et quoniam non est

313—329 = *Gesta Chalcedonensia* I, 757—773

O

11 indignatus *O* 15 posteaquam] ὡς *male translatum* docente *O* 21 dicimus] γράφομεν Γ 22 quæamniodum *O* 27 hac prosecutione *O* religiosissimi Sabæ] religiosissimis ab *O* 28 ura ė *O* 33 manifesta *O* 35 et cum legeretur *deleui* 36 exhortans *Amelli* et orans *O*

passus anathematizare, idcirco condemnatus est. et ipsæ uoces non insertæ sunt gestis.

330 Patricius dixit: Reliqua legantur, ut si nusquam continentur quæ Constantinus asserit, noscamus.

Item per eundem uirum deuotum exceptorem lectum est

331 Eutyches presbyter dixit: Ego legi sancti Cyrilli et sanctorum patrum et sancti Athanasii quod ex duabus naturis dixerint ante unitionem, post unitionem uero et incarnationem iam non duas naturas dixit, sed unam

Et cum patricii interlocutio legeretur dicentis: confiteris duas naturas post unitionem? dic; nisi dixeris, damnaberis,

332 idem patricius dixit: Quod dixi 'dic; et nisi dixeris, damnaberis', non sicut interloquens dixi, sed quia considerabam imminentes ei omnes, hortabar eum consentire.

Item per eundem uirum deuotum exceptorem lectum est

333 Eutyches presbyter dixit: Legi præcipite, et cetera

Et cum patricii interlocutio legeretur, id est qui non dixerit ex duabus naturis et duas naturas, recte non credit,

334 Idem patricius dixit: Istam interlocutionem non dixi; neque enim talis eram, ut dogmatizarem.

335 Episcopus Constantinopolitanus dixit: Ea quæ dicuntur non dicta, ⟨tamen⟩ inserta sunt gestis, notate uos notarii. ad uos enim respicit certamen istud et oportune postea diligenter examinabuntur hæc.

336 Aetius dixit: Nunc est tempus conuinci et non conuinci; hic enim sunt et præsentes episcopi, qui audierunt, et ipsa amplitudo frequenter audiuit gesta, et qui in sublimitatibus positi sunt, præsentibus multis sanctis episcopis, et numquam eius amplitudo questa est neque

337 Quo dicente patricius dixit: Quando autem mihi lecta sunt gesta, ut quererer? denique quærente mihi ea legere non dederunt.

338 Aetius diaconus dixit: Nemo nobis dixit.

Per eundem exceptorem lectum est

339 Consurgens sancta synodus [dixit] exclamauit dicens: Necessitatis fides non est, ⟨et reliqua⟩

340 Quo lecto Constantinus diaconus dixit: Hæc synodus dixit?

341 Aetius diaconus dixit: Interrogetur sancta synodus.

342 Sabas episcopus dixit: Etiam in omnibus ecclesiis anathematizatus est et in uno angulo non habuit anathemari?

343 Tryphon episcopus dixit: Et ego ea dico.

330–343 = *Gesta Chalcedonensia I*, 774–787

O

8 dixit] εἶπεν *pro* εἶπον 10 damnaueris *O* 11 damnaueris *O* 19 dicta tamen *scripsi* indita 23 qui[2]] quæ *O* 26 quererer] loquerer *O* 30 dixit *del. Amelli* 31 et reliqua *addidi* 36 ean

344 Constantinus dixit: Propter quod damnatus est archimandrites, uox non est inserta. domnus autem archiepiscopus noster exegit eum dicens: dic duas naturas post unitionem et anathematiza non dicentes. et quoniam noluit anathematizare dicens uæ sibi esse, si anathematizauerit sanctos patres, et tunc fecit eius damnationem; et hæc uox non est indita, et tunc ** domnus Basilius episcopus, cum interrogatus esset archimandritis: utrum dicis duas naturas, et dixit quoniam confiteor unam naturam, intulit continuo sanctus episcopus Basilius dicens quod et sancti Athanasii refertur unam naturam Christi incarnatam; nec hoc inditum est. et aliud: domnus episcopus Seleucus interlocutus est ut legantur interlocutiones nostræ et si consentit archimandrites, et iubente domno archiepiscopo nostro legi surrexit presbyter Asterius et damnationem recitauit; et hoc non est inditum.

345 Patricius dixit: Iuxta me sedens sanctus Seleucus dixit: Iubeat sanctitas uestra prosecutiones omnium nostrum de fide legi et dicere Eutychin si consentit eis. ⟨his⟩ dictis dixi sancto archiepiscopo Flauiano ut iuberet fieri lectionem, et interlocutus est legi oportere prosecutiones, et nihil horum factum est, sed abrupte damnatio lecta est. sciunt autem hoc et religiosissimi episcopi Seleucus et Basilius.

346 Seleucus episcopus dixit: Retineo me interlocutum fuisse.

347 Basilius episcopus dixit: Coram ueritate dico, uerborum ipsorum a me dictorum meminisse non possum; etenim multum tempus transactum est. domno autem et sancta synodo dicente: dicis intellegi duas naturas in domino, deitatem et humanitatem? archimandrita autem dicente: ex duabus quidem naturis dico dominum nostrum Iesum Christum ante unitionem, post unitionem autem non dico duas naturas, scio ego huiusmodi sensum intulisse: si absolute dicas ex duabus naturis, confusionem opinaris dicere et permixtionem. post hæc autem scio me conuersum dixisse, et conscientiam meam nouit Christus. nam et ipsum domnum archiepiscopum secrete deprecatus [sum] et ipsum archimandriten trahens similiter ad consentiendum nobis dixi: si dixeris unam naturam dei uerbi incarnatam, hæc dicis consentanea nobis et patribus nostris. certum est autem quod aliud est diuinitas, quæ ex patre est, aliud autem caro, quæ ex matre est, qua se incarnauit.

348 Aetius diaconus dixit: Multa sæpius quasi disputatione communi in synodo a præsentibus sanctis episcopis dicitur, quæ non præcipiunt scribi.

349 Longinus episcopus dixit: Et dictum est et inditum est et lectum [et iterum lectum] est ⟨et⟩ iterum legatur.

350 Constantinus dixit: Quoniam damnatio quæ lecta est, ipsa hora dictata non est, sed antequam ueniret archimandritis ad episcopium, dictata est,

351 Aetius diaconus dixit: Rogamus prosequi eum unde hoc didicerit, et doceat si uerum est.

352 Seleucus episcopus dixit: ⟨Si⟩ scripturarum canonicarum modo quæstio uentilaretur, aptum erat religiosissimo diacono Constantino accusare sententiam et nos et

---

344—352 = *Gesta Chalcedonensia I*, 788—796

O

4 esse] est *O* 5 *lacunam signaui, cf.* Γ 8 incarnatam] σεσαρκωμένου Γ 12 eleucus *O* 13 eutichis *O* his *addidi* 14 ut] et *O* 17 interlocutus *O* 19 transactus *O* 20 dicis *Amelli* dicens *O* 23 absolute — naturis] *in exemplari Græco exciderant* πρὸ τῆς ἑνώσεως. μετὰ δε τὴν ἕνωσιν μίαν εἴπῃς 25 sum *deleui* 27 uerbi *Amelli* uenerabili *O* 28 aliud[2]] alius *O* 30 disputationi *O* 32 et iterum lectum *deleui*; *est uaria lectio* ἀνεγνώσθη *pro* ἀναγνωσθῇ 33 et *addidi* 34 dicta *O* 35 epm dicta *O* 36 Atius *O* 38 Si *addidi* scripturam *O* 38/39 uentularetur *O*

notarios et propter hanc nos assistere; quoniam autem nunc de falsatis gestis præcepit piissimus imperator inquisitionem fieri, nunc arbitror non conuenire de hoc sermonem.

353 Constantinus diaconus dixit: Hæc gestis non continentur.

354 Basilius episcopus dixit: Quoniam me commemorauit uenerabilis Constantinus uocis meæ, ne negans lædam animam meam, propter hoc dixi, dixi autem hæc conloquendo, non pronuntiando. denique uenerabilis episcopus Eusebius suspicatus quoniam archimandriti faueo, uisus est aduersari mihi.

355 Aetius diaconus dixit: Rogamus et sanctum episcopum ⟨Seleucum⟩ dicere utrum ea quæ tunc dicitur interlocutus, hæc, ut insererentur gestis, dicta sunt.

356 Patricius dixit: Dicebat enim religiosissimus episcopus Seleucus uel alius quis quæ oporteret scribi, quæ non?

357 Aetius dixit: Quoniam audiuimus ab ipso dictum esse, dignamini

358 Quo dicente Constantinus dixit: Archimandrites audiit et uos non audistis?

359 Seleucus dixit: Recolo dixisse me tales uoces, contigit autem perturbatione crebrescente non scribi uocem meam.

360 Constantinus diaconus dixit: Et olim dixi quoniam sanctus archiepiscopus noster interrogauit archimandritem: dicis duas naturas post unitionem et anathematizas non dicentes duas naturas [post unitionem et anathematizas non dicentes duas naturas]? et hic sermo insertus non est. ob hoc enim condemnatus est, quia noluit anathematizare.

361 Thalassius episcopus dixit: Audit sancta synodus dicta Constantini diaconi; dignetur ergo, si [se] sancta synodus retinet ista dixisse sanctum Flaiuanum, manifestari præsenti synodo.

362 Basilius episcopus dixit: Quod sanctus episcopus ⟨Eusebius⟩ semel et iterum accusauit eum non dicentem duas naturas post unitionem, meminimus. et quoniam ipse dixit: Audis quid tibi dicit et quid proponit? quid dicis ad hæc? retinemus.

363 Constantinus dixit: Hos ergo sermones a domno nostro archiepiscopo non audisti?

364 Basilius episcopus dixit: In initiis quartæ actionis et Eusebius episcopus dixit monacho: dicis duas naturas post unitionem et homousion nobis dominum nostrum Iesum Christum secundum carnem? et dixit: anathematizas qui non taliter sentiunt? et archiepiscopus ei interrogationem ⟨obtulit⟩ si dicit hæc quæ illi obicit accusator **

365 **: Nihil me contingit actorum, propter deum; neque enim aliter sensi uel intellexi aliquando uel sentio.

366 Dioscorus episcopus dixit: Manifestatis quæ lecta sunt, dicat unusquisque præsentium sanctorum episcoporum qualiter nouit credere archimandritam Eutychetem et quid de eo decernit.

367 Iuuenalis episcopus dixit: Sæpius eo prosequente quod sequatur traditionem fidei Nicænæ et hæc quæ apud Ephesum acta sunt in priori synodo, orthodoxum eum in his quæ respondit, repperi. et ego decerno et uolo permanere eum in suo gradu.

368 Synodus dixit: Hæc iusta iudicatio est.

353–364 = *Gesta Chalcedonensia I, 797–808*
365–368 = *Gesta Chalcedonensia I, 882–884*

O

2 sermone *O* 6 suspicatur *O* 8 Atius *O* Seleucum *add. Amelli* 9 dicuntur interlocuta *O* ut insererent ut *O* 10 legiosissimus *O* 11 oportere *O* 12 est *O* 14 seleutius *O* contingit *O* perturbationem *O* 18 post — naturas *deleui* 21 se *deleui* 23 Eusebius *addidi* 25 ipse *Amelli* piæ *O* quid[1]] quod *O* 30 obtulit *add. Amelli* sic *O* *post* accusator *II folia exciderunt in O* 33 dicorus *O* 37 orthodoxo *O* 38 repperiri *O*

369 Domnus episcopus Antiochiæ dixit: Quoniam iam dudum ex his quæ scripta sunt mihi ⟨a⟩ sancta synodo quæ habita est apud Constantinopolim, uenerabilis uiri archimandritis Eutychis subscripsi damnationi, ex his autem qui modo oblati sunt libelli sanctæ synodo congregatæ in hac metropolim, professus est obtemperare sanctæ fidei patrum trecentorum decem et octo in Nicæa congregatorum et priori in hac ciuitate synodo congregatæ, comprobaui et ego cum uestra sanctitate recipere eum et presbyterii dignitatem et magisterium eorum qui sub ipso sunt monachorum.

370 Stephanus episcopus [dixit] et ceteri episcopi similia pronuntiauerunt.

371 Dioscorus episcopus dixit: Omnia decreta totius sanctæ huius et uniuersalis synodi ⟨in⟩ uirum uenerabilem Eutychetem confirmans et meam iungo sententiam ut maneat in presbyterii ordine, præsit autem et proprio monasterio sicut et ante.

372 Iohannes presbyter et primicerius notariorum dixit: Clerici et monachi monasterii presbyteri ⟨et⟩ archimandritis Eutychetis libellum obtulerunt sanctæ synodo uestræ, quem recitabo, si præceperit sanctitas uestra.

373 Eusebius Ancyritanus episcopus dixit: Susceptus libellus legatur.

374 Sanctæ synodo uniuersali congregatæ apud Ephesum metropolim Narsis presbyter, Timotheus et Eusebius et Constantinus et ceteri diaconi et omnes monachi qui sunt sub archimandriten Eutychetem, libellum obtulerunt, in quo accusant Flauianum dicentes quod idcirco damnauerit Eutychen, quia cum eo noluit blasphemare.

375 Et subscriptiones diuersorum supra scriptorum.

376 Dioscorus episcopus dixit: Quoniam uos excommunicatos dixistis, nescitis autem causam et nos suspicamur qua re, tamen dicite aperte fidem uestram quomodo tenetis. hæc est enim uestra absolutio, [et] confessio fidei.

377 Eleusinius diaconus et monachus dixit: Sicut per libellum uenerabilis archimandritis noster edocuit sanctitatem uestram, sic sentimus quemammodum trecenti decem et octo patres apud Nicæam decreuerunt, quod confirmauit Ephesena synodus, et præter hanc fidem numquam aliud sentimus nec cogitauimus.

378 Dioscorus episcopus dixit: De incarnata saluatoris præsentia sic sentitis sicut beatus Athanasius et beatus Cyrillus et Gregorius et omnes orthodoxi episcopi?

379 Eleusinus monachus dixit: Omnes ⟨sic⟩ sentimus et sicut apud Ephesum uel apud Nicæam congregati.

380 Dioscorus episcopus dixit: Obtulit libellum Eutyches archimandrites: adquiescitis his quæ ille scripsit? sequimini fidem eius?

381 Eleusinius dixit: Etiam.

382 Dioscorus episcopus dixit: Nec excedistis?

383 Eleusinius diaconus dixit: Non.

369. 370 = *Gesta Chalcedonensia 886*
370 *cf. Gesta Chalcedonensia 1, 884*
371–373 = *Gesta Chalcedonensia 1, 884*[113]*–886*
374. 375 *cf. Gesta Chalcedonensia 1, 887. 888*
376–383 = *Gesta Chalcedonensia 1, 889–896*

O

2 a *add. Amelli* 2/3 archimandrites eutyches subscriptio sit *O* 7 dignitate *O* sub ipso sunt] sibi prosunt *O* 8 dixit *deleui* 10 in *addidi* 11 ordinem *O* 13 et *addidi* archimandrites *O* 17 constantius *O* ceteris *O* 19 dampnauerint *O* 22 dicit ea *O* 23 et *deleui* 25 quæammodum *O* 28 sentititis *O* 29 athanius *O* 30 sic *add. Amelli*

384 Dioscorus episcopus dixit: Eadem sentitis? isdem paretis? anathematizatis qui ita non sentiunt?

385 Eleusinius diaconus dixit: Etiam, per uestra uestigia.

386 Iuuenalis episcopus dixit: Legitimum est taliter eos rectam fidem confitentes expositam apud Nicæam et confirmatam apud Ephesum frui eos et communione et proprio gradu.

387 Synodus dixit: Omnes consentimus istis uerbis. omnes eadem dicimus.

388 Dioscorus episcopus dixit: Placet ergo sanctitati uestræ et hæc in interlocutionem poni quod cum sancto archimandrita pariter cum eo dimiserimus etiam clericos et monachos qui cum eo sunt?

389 Synodus dixit: Dimisimus illos.

390 Dioscorus episcopus dixit: Communicamus eis et dignitate et communione?

391 Synodus dixit: Hæc iusta est iudicatio.

392 Dioscorus episcopus dixit: Manifestatis actis, consentiente sancta synodo et reddente communionem archimandriti Eutycheti nec non et presbyterii dignitatem et absoluente omnes qui cum eo sunt, monachos, iustum est etiam et consequens quæ sunt fidei, recenseri, quæ afferens presbyter et primicerius notariorum Iohannes relegat, si tamen hoc uniuersæ synodo placet.

393 Domnus episcopus Antiochiæ dixit: Si placuit legi, legantur.

394 Thalassius episcopus dixit: Necessarium est nobis legi fidem sanctorum patrum trecentorum decem et octo et ⟨in⟩ Ephesena synodo, ut nos aliquid amplius audientes conquiramus.

395 Eusebius Ancyranus episcopus dixit: Vtilis est lectio sanctæ synodi et confirmatio; inde enim habemus nostræ orthodoxæ fidei tuitionem.

396 Sancta synodus dixit: Omnes hoc uolumus.

Iohannes presbyter et primicerius notariorum legit gesta habita apud Ephesum uniuersali synodo de fide

397 Post consulatum domni nostri Theodosii XIII et Valentiniani III pp augg XI Kl.
d. 22. m. Iul. a. 431 Aug̃, quæ est apud Aegyptios Epifi uicesima octaua, congregata synodo apud Ephesum metropolim ex sanctione religiosorum principum, residentibus in episcopio sc̄i episcopi Memnonis uirorum uenerabilium episcoporum Cyrillo Alexandrino agente etiam ⟨uices⟩ beatissimi archiepiscopi Romanæ ecclesiæ Cælestini et Iuuenale Hierosolimitano et Memnone et ceteris,

et postquam lecta est expositio fidei Nicænæ, leguntur

Ioh. 1, 17 Petri episcopi et martyris libri de deitate: Quoniam uera gratia et ueritas per Iesum
Eph. 2, 8 Christum facta est, unde et gratia saluati sumus secundum apostolicum dictum, et cetera

Athanasii Alexandrini contra Arrianos: Multi sancti fuerunt et mundi ab omni peccato, Hieremias autem, et cetera.

eiusdem ad Epictitum: Quemammodum autem ambigere ausi sunt qui dicunt esse Christiani, et cetera

---

384—396 = *Gesta Chalcedonensia 897—908. 910*
397 *cf. Gesta Chalcedonensia 1, 911. 914. 917*

O

4/5 exposita *O* 5 confirmata *O* 9 demiserimus *O* 11 demisimus *O* 12 eis] enim *O* 14 sc̄ō *O* 15 communione *O* dignitate *O* 16 monachus *O* 21 in *addidi* 23 lectio *scripsi* interlocutio *O* 24 *deest interlocutio Stephani Ephesii* 26 notarius *O* 27 uniuersalis *O* 29 epyfin *O* 31 memmonis *O* uices *addidi* 39 quæammodum *O*

item post alia eiusdem: Absit ut hæc simulate tantum fierent, sicut quidam arbitrati sunt, sed specialiter et uere facto homine saluatore totius hominis salus fiebat. si enim simulate secundum illos uerbum in corpore fuit, quod autem dicitur simulatum, [scm] fantasma est, et cetera

Iulii episcopi Romani ad Prosdocium: Prædicatur in plenitudine fidei et incarnatus ex uirgine Maria filius dei, et cetera

Felicis episcopi et martyris ad Maximum episcopum et clerum Alexandrinum: De incarnatione autem uerbi et fide, credimus in dominum nostrum Iesum Christum, et cetera

Theophili Alexandrini ab epistola quinta festiuitatis: Sunt etiam nunc bonorum quæ olim fuerunt, reliquiæ. non diffidant quoniam uirtus dei potest facere uirginem parere, et cetera

eiusdem ex epistola festiuitatis: Quemammodum artificum excellentissimi non in pretiosa tantum materia artem suam laudati ostendunt, et cetera

Cypriani episcopi et martyris de elemosyna: Multæ et maximæ sunt, dilectissimi fratres, diuinæ operationes, et cetera

Ambrosii episcopi Mediolanensis: Si mihi non credunt, credant apostolo dicenti:
quando autem uenit plenitudo temporum, misit deus filium suum factum Gal. 4, 4
ex muliere, factum sub lege, et cetera

Taceant igitur uerborum superfluæ quæstiones, et cetera

Gregorii maioris Nanzanzeni: Non fallantur homines neque fallant hominem, et cetera

Basilii episcopi Cæsariensis primæ Cappadociæ: Neque enim tantum caelum et terra et magnitudo pelagi, et cetera

Gregorii episcopi minoris: Hoc enim sentite in uobis quod et in Christo Phil. 2, 5
Iesu, et cetera

Attici episcopi Constantinopolitani: Hodie Christus clementiæ suæ natiuitatem suscepit, et cetera

episcopi Iconii: Quoniam idem rex et deus et mortem et passionem gustauit, et cetera

eiusdem: Si enim ille natus non fuisset carnaliter, tu renatus non esses spiritaliter, et cetera

item Attici episcopi Constantinopolitani: Si quem perturbat unigeniti incarnatio et uirginis partus et communicatio passionum, et cetera.

Item ⟨Petrus⟩ presbyter et primicerius notariorum dixit: Secundum sanctionem clementissimorum principum Theodosii et Valentiniani congregata in Ephesena metropolim, et cetera

398 Et lectis omnibus quæ in priore synodo apud Ephesum acta sunt, Dioscorus episcopus Alexandriæ dixit: Opinor omnibus placere quæ exposita sunt a sanctis patribus apud Nicæam congregatis, quæ confirmauit et statuit sola custodire quæ olim hic habita

398 = *Gesta Chalcedonensia 1, 943*

O

1 tanta *O* 2 homines *O* 3 dicit *O* 4 scm *deleui* 6 uirginem *O* 10 ab — quinta] habita qui inte *O* bonarum *O* 11 diffidunt *O* uirtus *Amelli* ueritas *O* 12 parere] facere *O* 13 quæammodum *O* artificium *O* 21 falluntur *O* fallunt *O* 23 basilius eps *O* 24 terram *O* 29 id *O* 35 Petrus *addidi* 39 opposita *O* 40 solam *O*

est sancta synodus et reuerentissime et sufficienter teneri. audiuimus autem decreuisse eos sic: si quis præter hæc dicit uel sentit uel aduersatur uel inquirit, subiaceat sententiæ. quid uobis placet? unusquisque quam habeat uoluntatem, actis edicat; possumus præter hæc uel inquirere uel destruere? si quis requisiit præter hæc decreta et probata et placita, non iuste subdetur sententiæ patrum? dicat igitur unusquisque uestrum si huius est uoluntatis.

399 Thalassius episcopus dixit: Trecentorum decem et octo patrum in expositione fidei probabile ostendit quidem et tunc in illo tempore diuina gratia, qua illi lingua propria usi decreuerunt, confirmauit autem præcipue et ea quæ in hac metropolitana ciuitate congregata est concordia ⟨sanctorum, quam⟩ tenere omnino necessarium est, huius formæ additione uel detractione pariter canonem uitiante pietatis decretæ apud Nicæam et confirmatæ apud Ephesum. eos autem qui contra hæc sentiunt, execror abominor tamquam dissoluentes rectam fidem.

400 Sozon episcopus Philippensis et ceteri similia dixerunt.

401 Sancta synodus dixit: Omnes eiusdem sententiæ et fidei sumus.

Sententia in Flauianum et Eusebium

402 Dioscorus episcopus dixit: Quoniam sancta et magna synodus apud Nicæam congregata uoluntate dei rectam fidem nostram exposuit, quam etiam paulo ante congregata hic synodus confirmauit et hanc solum teneri et canonizari decreuit, statuentes etiam hoc ut nulli liceret alteram fidem præter hanc exponere aut quærere aut innouare aliquid aut mouere de tranquilla nostra religione, eos autem qui præter hæc uel sentire uel quærere uel componere quicquam temptarunt aut omnino destruere præsumentes quæ statuta sunt, subici manifestis ultionibus, ut si sint episcopi, careant episcopio, si autem cleri, clero, si laici, communione (hæc autem ex his quæ modo lecta sunt gesta, didicimus), apparent uero, quemammodum uidet hæc uniuersalis sancta synodus, uniuersa commouentes et destruentes Flauianus, qui olim fuit episcopus Constantinopolitanus, et Eusebius Doryleorum, ⟨et⟩ ecclesiarum et populi Christiani scandali et perturbationis auctores, manifestum est quemammodum se subiecerunt sententiis patrum. inde et nos illorum sententiam roborantes prædictos Flauianum et Eusebium totius sacerdotii et episcopalis dignitatis alienos esse pronuntiamus. profiteatur autem unusquisque sanctorum episcoporum propriam uoluntatem et hanc manifestet confectioni gestorum. uniuersa autem quæ aguntur hodie, referantur religiosissimis imperatoribus.

403 Flauianus episcopus dixit: Appello.

404 Hilarus Romanus diaconus dixit: Contradicitur.

405 Iuuenalis episcopus Hierosolimitanus dixit: Semet ipsos alienos sacerdotio et gradu episcopali fecerunt Flauianus et Eusebius præsumentes aliquid addere aut detrahere fidei expositæ apud Nicæam, confirmatæ apud Ephesum [statuentes], quæ decreuit eos qui auderent uel addere uel detrahere fidei, alienos esse sacerdotio, præsertim tantam

399—405 = *Gesta Chalcedonensia I*, 944—964. 966

O

8 probabilem *O* quam *O* 10 sanctorum quam *addidi* omnium *O* 11 additionem uel detractionem *O* 14 philippiensis *Ocorr* 19 canonizare *O* 20 liceret *Amelli* dicere *O* 21 mouere *O* 23 ut] et *O* careant *scripsi* pareant *O* 25 apparet *O* quæammodum *O* 27 et *addidi* 28 perturbationes *O* quæammodum *O* 38 statuentes *deleui*

confusionem facientes. unde ego communicans sanctæ synodo et sancto archiepiscopo Dioscoro alienos eos episcopali dignitate pronuntio.

406 Domnus episcopus Antiochenus dixit: Et ego consors sum uestræ synodo damnans Flauianum et Eusebium tamquam non permanserint sanctæ synodo Nicaenæ et Ephesiæ, et consentio quæ in eos a uobis prolata sunt.

407 Thalassius episcopus et ceteri similia pronuntiarunt.

INCIPIT LIBELLVS APPELLATIONIS FLAVIANI EPI CONST AD PAPAM LEONEM

11 Religiosissimo et beatissimo patri et archiepiscopo Leoni Flauianus in domino salutem. Oportunum quidem ad præsens tempus mediocriter referre et uti apostolica appellatione ad uestram sanctitatem, ut progrediens ad Orientem auxilium ferret periclitanti piæ sanctorum patrum fidei, quam sudore ultionis tradiderunt. ecce enim confusa sunt omnia, solutæ sunt ecclesiasticæ ordinationes, perierunt ea quæ sunt fidei, dissensione retinentur piæ animæ, iam non patrum nominatur fides, sed conculcata ** ab Alexandrinæ ecclesiæ episcopo Dioscoro et eorum qui hæc sapiunt una cum ipso, Eutychianam iam prædicari et nominari fidem. hanc enim firmauit sententia propria et eorum qui per uiolentiam coacti sunt consentire episcopi. et ea quidem singula nunc non est concessum nobis referre ad uestram beatitudinem, breuiter autem quæ subsecuta sunt, docebimus.

Adprehendimus quidem Ephesiensem ciuitatem secundum pium imperiale rescriptum quod ad uniuersos æqualiter emanauit, occurrerunt nihilo minus et qui a uestra sanctitate destinati sunt deoamantissimus episcopus Iulius et religiosissimus filius noster Hilarus diaconus et carissimus filius noster Dulcitius notarius. consumpsimus in Ephesiorum ciuitate dies decem. habuimus uniuersos pæne qui conuenerunt episcopos consentientes in omnibus nobis præter Alexandrinum et qui cum ipso affuerunt, qui ex quo die ordinatus sum episcopus, inplacabiles aduersum me inimicitias uehementer exercet nulla existente causa, qui numquam me suis litteris dignum iudicauit neque eam quæ secundum dominum nostrum caritas prædicatur, erga me habuit me ei in omnibus obtemperante nunc usque ad hanc diem. qui nobis ** repente secunda feria, hoc est VIII die Aug. non ex communi consensu uel tractatu præcedente conuocat quidem concilium diluculo ⟨in ecclesia⟩ maiore, quo ⟨uocari quo⟩que me facit. deinde cum sedissemus in ecclesia, legi quidem pium rescriptum præcepit religiosissimorum imperatorum, uniuersis autem episcopis interfatis post lectionem oportere prius de pia fide haberi [debere] tractatum proponique et legi trecentorum decem et octo fidem et eam

406. 407 *cf. Gesta Chalcedonensia I, 967. 968*

11. 12 *primus edidit Amelli in dissertatione S. Leone Magno e l'Oriente, deinde Th. Mommsen in Neues Archiv II, 362 sq. Amelli iterum in Spicilegio Casinensi I, 132 sq., Lacey in Collection Soc. f. prom. Christian knowledge 70, Debouxhtay in Irénikon t. II 8 [1927]*

O

1 ergo *O* 4 nicæna *O* 5 prolata *Amelli* probata *O*

9 oportunæ *O* oportuit *Mommsen* oportet me *Debouxhtay* oportunum — mediocriter = εὔκαιρον μὲν πρὸς τὸ παρὸν μετρίως 10 ferret *Mommsen* ferre *O* 11 sudore] *conicio* sub timore 13 conculcata *Amelli* concùlta *O* *lacunam indicaui e. g. supplendo* ista iubetur 14 eorum] *genetiuum Græcum a translatore retentum esse cognouit Debouxhtay* hæc] ταῦτα *pro* ταυτά 14/15 eutychiiam *O* 20 nihilo minus = οὐδὲν ἧττον scil. ἐμοῦ 23 Ephesiorum *Amelli* ephesorum *O* 27 ea *O* 28 *lacunam indicaui e. g. supplendo* nihil suspicantibus 29 die] īd *O* 30 in — quoque *scripsi* ammaiori quoque *O* ammoneri quoque *Mommsen* 31 præcepit *O* præcepi *O*[corr] 32 portere *O* 33 debere *deleui* legit *O*. *corr. O* ea *O*

quæ apud Ephesum iam dudum habita est, ipse memoratus uenerabilis episcopus Dioscorus hoc quidem fieri prohibuit, præcipiens autem mihi et his qui una mecum iudicauerunt episcopis et meis pariter clericis nihil penitus audere permitti de nullo defensionis uocem emittere, interminatus etiam quibusdam depositionem, quibusdam carceris habitationem, aliis uaria atque diuersa supplicia dat facultatem mox de his gestis quæ de Eutychete olim confecta sunt, nobis præsentibus recenseri. et post hoc præcepit dare prædictum Eutychin libellos aduersum me, quibus lectis nullius me penitus dignum habitum rationis uel interrogationis iudicauit, sed continuo exsurgens pronuntiauit illum quidem catholicum esse, reddens ei etiam presbyterium, conpellit quoque inuitos aliquos episcopos statim hoc ipsum pronuntiare et his uti sermonibus apud sanctam synodum: bene credit Eutyches; catholicus est; credimus sicut credit Eutyches; teneamus, o fratres, Eutychetis fidem et qui hoc non consenserit, anathema sit et qui non dixerit duas naturas ante unitionem Christi, unam autem post unitionem, anathema sit et qui aliud quam de homousion nobis habuisse dominum carnem uel scrutans uel dicens anathema sit. et his dictis interloquitur ipse sicut uoluit, compellit autem quosdam, ut dixi, lacrimantes eadem facere. post paulum uero permisit legi canones qui habiti sunt ante hoc Ephesi, quibus hoc continetur ut si qui concutere quæ ibi sunt statuta, temptauerit ** patrum, si quidem episcopus fuerit, eum oportere deponi et reliqua. ⟨appar⟩et super Eutychin hanc talem sententiam præualere, qui ita palam aperteque Apollinaris dogma introducendum putauit. et quidem hoc non fecit, sed pronuntiat meam et Eusebii damnationem omnibus lacrimantibus episcopis et dilationem uel unius diei postulantibus non tribuit et hæc interlocutos cogit quosdam reliquos episcopos abominandæ consentire damnationi, euaginatis gladiis
ep. 5 aduersum eos qui hoc putabant esse differendum. ubi neque litteras sanctitatis uestræ, cum sufficiant ad confirmationem patrum fidei, legi permittit [sed illa], quæ possunt etiam ipsis immitibus et ferocibus et cæcis uiam ueritatis ostendere, ⟨sed illa⟩ inrationabilia et cæcitate plena suscipi ac legi præcipiens ne sermone quidem ullo dignos habuit qui a uobis sunt destinati, sed impetu quodam solo abutente illo conuenerunt repente in unum diem, ut ita dicam, omnia mala, perturbatio, restitutio damnati, damnatio innocentis, qui in nullo sanctionem patrum credidi prætergrediendam. et cum uelut ex condicto quodam omnia aduersum me iniqua procederent, post illam iniustam uocem quam contra me emisit, sicut ipsi placuit, me appellante thronum apostolicæ sedis principis apostolorum Petri et uniuersam beatam quæ sub uestram sanctitatem est synodum, statim me circumuallat multitudo militaris et uolentem me ad sanctum altare confugere non concessit, sed nitebatur de ecclesia trahere. tunc tumultu plurimo facto uix potui ad quendam locum ecclesiæ confugere et ibi cum his qui mecum erant, latere, non tamen sine custodia, ne ualeam uniuersa mala quæ erga me commissa sunt, ad uos referre.

Oro itaque uestram sanctitatem ne obdormire patiamini super his quæ insipienti et furioso consilio circa me gesta sunt, cum nullæ præcedant causæ quæ me in reatum aliquem adducant, sed insurgere primum quidem in causa rectæ fidei nostræ, quæ quorundam libidine deperiit, deinde propter euersionem ecclesiasticarum constitutionum

---

O

3 audire *O* 6 de *scripsi* ab *O* 14 qui = ó honiusion *O* 16 promisit *O* 18 *lacunam indicaui e. g. supplendo* uel alia proferre præter fidem 19 apparet *scripsi* et apparebat *Mommsen* et *O* 22 interlocutos *scripsi* interlocutus *O* 25 sufficiat *O* sed illa *hic deleui, infra inserui*, sed illa – ostendere omitiens *Lacey* 26 feracibus *O* 33 principes *O* 35 trahere *scripsi* eruere *O* 36 plurimo mo *O* 42 quorundam *scripsi* quadam *O*

curam facere et simpliciter per omnia narrare tam plebi quæ numero præcellit quam amatorem Christi imperatorem nostrum litteris quæ competunt, edocere, scribere etiam clero sanctæ Constantinopolitanæ ecclesiæ et religiosissimis monachis nec non et Iuuenali Hierosolimorum episcopo et Thalassio Cæsariæ Cappadociæ, Stephano quoque Ephesiensi et Eusebio Anquiritano et Cyro Afrodisiensi et reliquis sanctis episcopis qui consensum super prauo consilio aduersum me præbuerunt Dioscoro [uel], qui uelut principatum sanctæ synodi apud Ephesum tenuit, dare etiam formam quam deus uestræ menti inspirabit, ut tam Occidentali quam etiam Orientali in unum facta patrum synodo similis ubique prædicetur fides, ut præualeant sanctiones patrum, in inritum uero deduci ualeant atque dissolui omnia quæ male et umbratili non sine lusu quodam modo gesta sunt. affer medicinam horribili huic uulneri, quod per totum iam pæne orbem serpendo peruenit. qui autem subscripserunt et consenserunt iniustæ sententiæ magna ui coacti, paucissimi sunt; qui uero non consenserunt huic iniquitati, multo plures sunt episcopi, sicut etiam lectio supra scriptæ ad beatitudinem uestram relationis poterit perdocere.

EXPLICIT LIBELLVS APPELLATIONIS FLAVIANI EPI CONSTANP INCIPIT LIBELLVS APPELLATIONIS AD LEONEM PAPAM EVSEBII DORSLEORVM ACCVSATORIS EVTYCHEN ARCHIMANDRITAE

12 Sancto et beatissimo patri et archiepiscopo Leoni Eusebius exiguus qui fui ** Desuper et ab exordio consueuit thronus apostolicus iniqua perferentes defensare et eos qui in ineuitabiles factiones inciderunt, adiuuare et humi iacentes erigere secundum possibilitatem quam habetis; conpassionem enim supra uniuersos homines possidetis. causa autem rei quod sensum rectum tenetis et inconcussam seruatis erga dominum nostrum Iesum Christum fidem nec non etiam indissimulatam uniuersis fratribus et omnibus [in] nomine Christi uocatis tribuitis caritatem. quamobrem ego ineuitabilibus inretitus ⟨factionibus⟩ ad solum post domini relictum auxilium afflictus et in extremis laborans confugio, solutionem malorum meorum, in quibus incidi, repperire desiderans ** quod quidem sic est.

Ante paucos menses Eutychem presbyterum et archimandriten in Constantinopolitana ciuitate monasterium habentem repperi auertentem plurimos fratres spiritales fide orthodoxorum et contraria ecclesiastico dogmati sentientem. ⟨quoniam⟩ maximum iudicaui mihi inminere discrimen, si tantam et talem prauitatem dissimularem tacendo, per libellos ornatos meo nomine adii religiosissimum Flauianum tunc Constantinopolitanæ ciuitatis episcopum et eos qui tunc ibidem repperti sunt religiosissimi episcopi, accusans Eutychen quod abdicasset institutionem et doctrinas sanctorum patrum et quærentem uniuersos simul quot incaute errauerunt, ⟨auertere⟩ recta fide et præter canones tradere doctrinas. rogaui adesse ipsum ad religiosorum ⟨episcoporum⟩ consessum et satisfacere de his quæ illi obiecta sunt a me. qui Eutyches

O

1 *de plebe Romana loqui Flauianum cognouit Debouxhtay* 3 non et *Amelli* monet *O* 5 Cyro] cy *O* 6 uel *del. Amelli* uelut *Mommsen* ut *O* 8 inspirauit *O* 9 fidis *O* 10 umbratili *scripsi* umbrati ut *O* umbratiue *Mommsen* 11 affer *scripsi* affere *O* orbe *O* 14 lectiones *O* supra scriptæ *Lacey* scæ *O* relationes *O*

19 *lacunam indicauit Lacey, supplendo* ordinatus episcopus Dorylæo, *malim* episcopus Dorylæorum 21 ineuitabiles *Amelli* abitabiles *O* 22 habentes *O* possidentes *O*, *corr. O* 23 seruatis *Mommsen* scrutatis *O* 25 in *deleui* 26 inrititus *O* factionibus *addidi* 28 *lacunam indicaui; excidit adnuntiatio narrationis* 30 habente habente *O* 31 æcclesiasticæ *O* quoniam *addidi* 32/33 dissimulantem *O* 33 ordinatos *O* 36 quot *scripsi* quod *O* auertere *scripsi*] a *O* 37 tradere *scripsi* tradens *O* tradentem *Lacey* adesse *Mommsen* ad se *O* 37/38 episcoporum *add. Debouxhtay* 38 consensum *O*

uir ⟨uenerabilis⟩ occurrit ad consessum et propria uoce quid sentiret, exposuit. quod quidem repperientes religiosi episcopi alienum ab ecclesiastica traditione damnauerunt eum auferentes presbyterium et monasterii principatum, quod quidem opinor uestram
ep. 5 sanctitatem non latere et hoc ex his cognoui quæ uestra sanctitas ad religiosissimum Flauianum scribere dignata est. sed his circa Eutychen obseruatis contigit repente secundum præceptum religiosissimorum imperatorum nostrorum, sicut et uestra beatitudo cognouit, synodum debere congregari in Ephesiorum metropolim, quo post aduentum religiosissimorum episcoporum ad prædictam ciuitatem et horum qui a uestra sanctitate destinati [sunt] religiosissimi uiri in loco uestro fuerunt, et ego affui pariter propter ibidem aduentum prædicti uiri ⟨uenerabilis⟩ Eutychis. synodo itaque facta in sancta ecclesia religiosorum episcoporum prædictus Eutychin libellos obtulit aduersum religiosissimum Flauianum accusans quæ illi placuerunt, Flauianus autem religiosissimus postulauit me intromitti debere. quod ubi intellectum est necessariam meam præsentiam esse causæ propositæ, uestra sanctitas interlocuta est non semel, non bis, non ter intrare me oportere consessum, sed religiosissimus Dioscorus Alexandrinæ ciuitatis episcopus uniuersa secundum libidinem Eutychis agens, omnia conterens et confundens simul, fidem canones conuersationem ipsam, prohibuit me intrare, habens satellites huius iniquitatis missos a religiosissimis imperatoribus propter diligentiam synodi spectabiles uiros, qui et me custodiri fecerunt in ecclesia in qua synodus habebatur, multitudinem militarem habentes. qui et intus gladiis euaginatis in synodo steterunt interminantes mortem secundum nutum prudentissimi Dioscori his qui religiose sentiebant. et inperitam multitudinem laicorum introducens prædictus Dioscorus in synodo contumeliis appetere religiosissimos episcopos permisit; quibusdam et in mare proiciendum religiosissimis episcopis interminatus est, si quisquam contrauenire uoluisset decretis impiissimis suis. nec solum hoc, sed et me iussum a uestra sede intromitti constitutum ante fores cognitionis intrare non permisit.

Considerate itaque ex his, æquissimi et iustissimi patres, ea quæ contra me gesta sunt. nam qui in synodo intromitti non permissus est neque responsum dare, sed magis custodiri, et prohibitum intrare, quem orthodoxum ⟨et⟩ Nestorium non recte docentem ⟨in⟩ ecclesia * quem custodientem fidem trecentorum decem et octo patrum, quem sequentem uestigia sanctæ et uniuersæ synodi quæ facta est nuper in Ephesena ciuitate, et omnibus præceptis sanctæ recordationis Cyrilli episcopi optemperantem, quem in nulla re notatum a uestra sanctitate causa propositæ quæstionis a me aduersum Eutychen, damnatum obiecit tumultui et transfugam me in sanctam ecclesiam constitutum fecit includi in loco abstruso et obscuro, præcipiens per militarem multitudinem custodiri me et neminem ad me umquam ⟨intro⟩mitti debere ⟨ad⟩ solatium religiosorum uirorum qui passionem meam consolari uoluerunt propter futuram retributionem. quoniam igitur dura et iniqua præter diuinos canones pertuli a Dioscoro et ab aliis religiosis episcopis, qui timore et necessitate conpulsi uoluntati eius optemperauerunt et in condemnatione mea consenserunt, sicut sciunt qui a uestra sanctitate missi sunt in loco uestræ beatitudinis religiosissimi uiri, quibus et libellos optuli appellationis meæ,

---

O

1 uenerabilis *addidi* consensum *O* propriam *O* 3 oppinor *O* 7 quo *Mommsen* quod *O* 9 sunt *del. Lacey* 10 uiri eutyches *O* 15 consensum *O* 16 eutyches *O* 19 in qua *Amelli* iniqua *O* 22 inperita *O* 24 proiciendis *O* 25 iussum *Amelli* iussu *O* iusso *Mommsen* 26 constituto *O* 29 quem [= τόν] *scripsi* quod *O* et *addidi* 30 in ecclesia *scripsi* æcclesias *O* *lacunam indicauit Mommsen, supplens e. g.* inprobantem 31 synodus *O* 34/35 constituto *O* 35 abstruso *Mommsen* obstruso *O* 36 intromitti *scripsi* mitti *O* ad *addidi* in *Mommsen* denegans *Debouxhtay* 38 propter *O*, *corr. O* 39 timorem *O*

in quibus uestræ sedis cognitionem poposci, deprecor uestram beatitudinem et genua uestra tangens, si non manu, attamen linguæ perfungor officio: pronuntiate euacuari et inanem fieri meam iniquam condemnationem a religiosissimo episcopo Dioscoro et eorum decretam qui inuiti consenserunt eius uoluntati, reddentes mihi dignitatem episcopatus et uestram communionem litteris uestris ad meam exiguitatem datis, quibus et dignitatem repræsentetis et communionem. quibus impetratis gratias agam domino nostro rectori et saluatori Christo pro uobis, religiosissimi patres.

Et alia manu: Eusebius exiguus ordinatus episcopus Doryleorum misi libellos per religiosissimum presbyterum Chrysippum et Constantinum diaconum subscribens manu mea.

O

2 et tamen *O* profungor *O* 3 inquam *O* a *Amelli* e *O* 4 decretum *O* 6 impetratis *Mommsen* imperatis *O* 8 dorileo *O*

INDICES

I

HVIC VOLVMINIS ALTERIVS PARTI PRIORI INSVNT

II

ADFERVNTVR

III

NOMINA HOMINUM

Locorum qui Græce extant, rationem non habui

IIII
NOMINA LOCORVM

Locorum qui Græce extant, rationem non habui

V
DIGNITATES IMPERII

VI

RES ECCLESIASTICÆ

VII
VOCABVLA

index translationum

στοιχεῖν cf. obtemperauit. paretis
συγκροτεῖν cf. conciliata. continent. **fouent**
συκοφάντας cf. calumniantes
συλλαβῶν cf. apicibus
συλλογήν cf. tractatum
συμβασιλεύοντα cf. corregnantem
συμπλήρωσιν cf. supplementum
συμψηφιζομένου cf. coniudicante
σύμψηφος cf. consors
συνεδοκίμασα cf. comprobaui
συνέδριον cf. consessum. consistorii
συνεδρεύοντι cf. præsidet
συνών cf. cohærens. iniunctus
συνεχῶς cf. sæpius
συνήθως cf. sollemniter
συστησόμεθα cf. adesse
σύνοιδα cf. consors
συνορῶσα cf. considerantes
συνταξάμενοι cf. ualefacientes
σχήματι cf. imagine
σωτήριον cf. saluatricem
ἐν τάξει cf. ordinatim
ταπεινοῖς cf. miseris
ταυτά cf. similia
τέ—καί cf. uel
τέως cf. adhuc. interim
τιμωρίαν cf. uindictam
τυποῦν cf. decernit. format. ordinare. statuit

ὕβριν cf. iniuriam
ὑβριστικῶς cf. contumeliose
ὑπεύθυνοι cf. rei
ὑπηκόων cf. obœdientium
ὑποβάλλομεν cf. suggerimus
ὑπόθεσις cf. causa. negotio
ὑπόληψις cf. existimatio. opinionem
ὑπομνήματα cf. actis. commonitoria. **gestis**
ὑποσημείωσις cf. annotatio
ὑποστάς cf. patiens
ὑπόστασις cf. substantia
φανερός cf. certum
φανέρωσις cf. manifestatio
φαντασία cf. phantasma
φυγεῖν cf. declinare
φιλανθρωπία cf. clementiæ. **humanitas. misericordia**
ἐφιλονείκει cf. certabat
φρικτῶν cf. tremendis
φρονεῖν cf. cogitantes. sensit
φρόνημα cf. sensus
φροντίδα cf. sollicitudinem
φυράματος cf. concretionis
φυσιολογῶ cf. naturaliter
Χριστιανισμός cf. Christianitas
χωρίς cf. præter
ψήφους cf. decreta
ψυχήν cf. mentem
ὡς ἄν cf. quatenus

grammatica quædam

præter Eutychis Eutychi Eutychen Eutychem *siue* Eutychin [6, 3. 7, 13. 8, 39. 78, 7] Eutychim [3, 6] *atque* Eutychetis [6, 8. 8, 34. 11, 12. 73, 13] Eutycheti [4, 38. 7, 21] Eutychetem [63, 33. 73, 10. 18] Eutychete [8, 37. 11, 18. 49, 3. 63, 12. 28. 68, 21. 78, 6] *inueniuntur* Eutychin *nom.* 80, 11, Eutychen *gen.* 79, 17, Eutychen *dat.* 54, 11, Eutychen *abl.* 10, 25. 11, 21. 14, 9. 68, 18, Eutychin *abl.* 4, 14. 5, 36. 7, 10. 23, 8. 78, 19

amabili Christo Constantinopolim 4, 38. *similiter* 7, 20. 49, 37
hac metropolim 73, 4, cf. 52, 30
de homousion 62, 33. 63, 22. 40. 64, 33. 78, 14
Quiru = Κύρου 43, 26
euomerit 4, 31
finis prælata 42, 12
confiteri = ὁμολογεῖσθαι 22, 16. conuiciatus sum = ὑβρίσθην 69, 10. locuta = εἰρημένα 52, 4. locutis = λαληθέντων 59, 29. calumniam meditatam 34, 19. opinaris = ὑποπτεύηι 71, 23
oblitus deum 3, 6
nom. abs. 19, 4. 33, 17 sq.

translationes minus aptæ uel prauæ

ἴσως δυσωπήσει [= exorabit] = si possit satisfacere 9, 18
ἐφ' ὧι τε = et quoniam 58, 30
ἐπιθήσεται [= aggredietur] = imponet 65, 4
ἠρώτησεν [= petiit] = interrogauit 12, 21
κελευσθεῖσι [masc.] = præceptis 46, 30
μεταξύ = interea inter se 59, 29
τόν = qui 49, 17; *eadem ratione explicanda sunt* quem . . . quem etc. 80, 29 sq.
ὁμοούσιον = inseparabilem 3, 23
παραποιήσαντα [= qui falsauit] = dissimulantem 59, 28
στοιχεῖ = rata esse 61, 24
καὶ ταπεινώσει = deuorabit 10, 6; deuoret 65, 4. *translatori* καταπίνειν *in mentem uenisse uidetur*
ὡς . . αὐτοῦ ἀσεβῆ λαλήσαντος . . πάντες ἀνεθεμάτισαν αὐτόν = posteaquam eo impia docente . . . omnes anathematizauerunt eum 69, 15

ACTA CONCILIORVM OECVMENICORVM

IVSSV ATQVE MANDATO

SOCIETATIS SCIENTIARVM ARGENTORATENSIS

EDIDIT

EDVARDVS SCHWARTZ

TOMVS ALTER

VOLVMEN ALTERVM

PARS ALTERA



MDCCCCXXXVI

WALTER DE GRUYTER & CO.

VORM. G. J. GÖSCHEN'SCHE VERLAGSHANDLUNG — J. GUTTENTAG, VERLAGS-BUCHHANDLUNG — GEORG REIMER — KARL J. TRÜBNER — VEIT & COMP.

BEROLINI ET LIPSIAE

CONCILIVM VNIVERSALE CHALCEDONENSE

EDIDIT

EDVARDVS SCHWARTZ

VOLVMEN ALTERVM

PARS ALTERA

RERVM CHALCEDONENSIVM COLLECTIO VATICANA. CANONES ET SYMBOLVM

MDCCCCXXXVI

WALTER DE GRUYTER & CO.

VORMALS G. J. GÖSCHEN'SCHE VERLAGSHANDLUNG — J. GUTTENTAG, VERLAGSBUCHHANDLUNG — GEORG REIMER — KARL J. TRÜBNER — VEIT & COMP.

BEROLINI ET LIPSIAE

PRÆFATIO

I. DE RERVM CHALCEDONENSIVM COLLECTIONE VATICANA

Rerum Chalcedonensium Collectionis Vaticanæ amplioris codices sunt duo, Vaticanus 1322 [*A*] olim Veronensis, in quo Ballerini illam inuenerunt descripseruntque [Leonis opp. 2 p. 1218 sq. = PL 55 p. 727 sq.] et Nouariensis 30 [*O*]. hunc descripsi t. IIII 2 p. XIII sq.; illius historia quasi duplex est. extabat Veronæ codex circa annum 600 scriptus gestorum Chalcedonensium uersionis antiquæ correctae, quam Φ^c appellare soleo, non integer; deerant nescio quo casu epistularum ante gesta collectio et actio prima. qui defectus ut aliquo modo suppleretur, a librario æui Carolini, sub Pacifico archidiacono Veronensi, sicut censuerunt Traube et Turner [Eccles. Occid. monum. I 2, I p. VII] præmissa est fol. 1—24 Collectio quæ in hac uoluminis alterius parte altera edita est, adnexa in fine f. 272—278 est epistula concilii Calchedonensis ad Leonem papam, cf. uol. 3 p. 352 sq. perscripta sunt hæc duo additamenta ab uno eodemque homine, nisi oculi me fallunt; quod u. d. E. A. Lowe [Codices Latini antiquiores 1 p. 4 nr. 8] quæ foll. 272—278 habentur, eidem adscribit sæculo atque codicem ipsum, probare non possum. ceterum ea pars codicis quæ continet Collectionem Vaticanam, in summa pagina f. 1ʳ incipit a uerbis *et reuerentissime pater* [p. 3, 19]; quæ desunt, non sufficiunt ad paginam, nedum folium implendum. quæ uero Collectioni olim antecesserint, nescitur. corrosione membranæ factum est ut aliqua, sed non multa in mediis marginibus interirent.

Collectionem ex uariis partibus esse compositam uel inde sequitur quod allocutio imperatoris bis [4, 1. 2 = 7] perscripta est. accedit quod alia quidem codicum *AO* propria, alia cum aliis collectionibus communia sunt. inter quas principem obtinet locum quæ a primo editore Pasquier Quesnel nomen duxit; egi de codicibus t. I 5, 2 p. XIIII, cf. præterea huius tomi uol. 4 p. I. in capitulatione codicum Einsidlensis 191 et Vindobonensis 2147 habentur hæc:

XXV *Canones synodi Calchedonensis* [p. 124—132] *prælato gestorum ordine* [1. 7 (nam *Q* propius ad huius lectiones accedit quam ad 4). 5]

XXVI *Constitutio Marciani imp̄ synodi supra dicti* [sic] *statuta confirmans* [8]

XXVII *Eiusdem constitutio aug̃ ad Palladium p̄p̄ eiusdem synodi custodiri præcipiens definita Eutycetis errore damnato* [9]

XXVIII *Item eiusdem principis constitutio de optinenda fide catholica et de Euthycianistis et Apollinaristis eorumque pœnis* [15].

Ab his capitulis diligenter secernendum est quod multo post alio loco extat

LIIII *Definitio scæ̅ synodi Calcedonensis* [4, 7. 8 p. 99, 24—101, 2] *et legis ex corpore Theodosiani* [cf. Theodosianus ed. Mommsen p. LXII nr. X].

Pauciora minusque inter se cohærentia quam Quesnelianæ XXV—XXVIII Collectio Vaticana habet communia cum Sanblasiana. cuius utor codicibus quinque, S. Pauli

in Carinthia XXIX 1 olim Sanblasiensi a. 800 antiquiore [B^b], Coloniensi 213 [B^c] litteris scripto quæ dici solent insulares, cf. Turner I 2, I p. VIII, Parisino 3836 olim, ut uidetur [Turner l. c.], Corbeiensi [B^p], Lucensi 490 s. VIII/VIIII Lucæ scripto; Monacensis 5508 olim monasterii Diessensis ipsam Sanblasianam non continet, sed partes tantum, inter quas nr. 5, quod ex codice B^b transcriptum esse pro certo habet Turner [I 2, I p. VI]. codices Sanblasiensem Coloniensem Parisinum ipsos F. Maassen explorauit solitaque diligentia descripsit [*Gesch. d. Quellen* etc. *des canonischen Rechts* p. 504 sq.]; in Lucensi nescio qua de causa, infelici uero euentu satis habuit sequi capitularem Lucensem Domenicum Mansi. iste enim conciliorum collectionem quidem maximam edere quam minimo studio et labore ausus est, munere tamen humili simplicique unum sui ipsius capituli codicem accurate explorandi leuiter pigreque functus est. qua de causa utile duxi eam codicis partem quæ collectionem Sanblasianam continet — de ceteris cf. Mommsen, Gesta Pontificum p. LXXIV sq. — describere; multa breuiter suffecit attingere, quoniam C. H. Turner in Ecclesiæ occidentalis monumentis codice qua solet diligentia usus est.

f. 236ʳ—237ᵘ INCP CANON NICENI CONCILII A TRECENTIS DEC ET OCTO PATRIBVS INSTITVTA TITVLI XXI
INCP PREFATIO EIVSDEM CONCILII *Concilium sacrum — mella fuit* = Turner I p. 171ᵇ 1—11
cum conuenisset — aug et licini = Turner I p. 173, 1—9
I *Si quidem ex ægritudine* etc. — XXI des. *dno uota reddamus* = Turner I p. 179ᵇ, 1—243. est uersionis quæ fertur Isidorianæ forma recentior. desunt subscriptiones episcoporum.

f. 237ᵘ—238ᵘ INCP CONS ANQVIRENSIVM TITVLI XXIIII
INCP CANONES ANQVIRITANVS *isti canones priores — scripta sunt* = Turner II p. 48, cf. notas de S
I *Præsbyteri qui immolauerunt* — XXIIII des. *secundum canones constitutos* EXPLICIVNT CANONES INQVIRITANOS = Turner II p. 54ᵇ—114ᵇ. est uersionis Isidorianæ forma recentior

f. 238ᵘ—239ʳ INCP SINODV NEOCESARIENSE TITVLI XIIII
INCIPIT SINODVM NEOCAESARIENSEM *isti canones secundi — scripta sunt* = Turner II p. 116, cf. notas de S
I *Pbr qui uxorem* — XIIII *actuum apostolorum isti canones — in sido neocæsariæ* = Turner II p. 116—140ᵇ. est uersionis Isidorianæ forma recentior

f. 239ʳ—240ʳ INCP SYD CANCRENSEM TITVLI XX
INCIP SYNODVM CANCRENSEM *Domnis honorabilibus — susceperit obseruandum.* I *In accusationem* — XX *contemnendas putauerit anathema sit.* = Turner II p. 170ᵇ—210ᵇ. est uersionis Isidorianæ forma recentior

f. 240ʳ—243ᵘ INCP CON CARTAGINENSE TITVLI XL
INCIPIT CONSTITVTA QVAE APVT KARTHAGINE ACTA SVNT *Gloriosissimorum impp honorii — danihel notarius recitauit uel eius statuta ita se habent ut superius lectum est titulos* XXI *ex ordine recitauit et cum recitaret* I STATVTA NICAENI IN OMNIBVS secuntur statuta priora concilii Carthaginiensis a. 419 [cf. Turner I p. 584 Maassen p. 174 sq.] — *pbri sui usurpare. Aurelius eps d iuxta statuta — Asellus — his gestis suscribsi* EXPLICIT = Turner I p. 566—583. 585—590, 384

f. 243^u—244^u [252^u] 1) INCP AB ONE CON
INC EPLA AB ONE CONCILIV SVPRA SCRIBTV AD BONIFATIV etc. DNO BEATISSIMO ET HONORABILI FRI BONIFATIO EPO AVRELIVS etc. *Quoniam dno placuit — et ceteri suscripserunt.* EXPL EPIL AD BONIFATIVM VRB ROMAE EPM DATA = Turner 1 p. 596—608

f 244^u [252^u] INCP EPL ADTICI EPI ECCLESIAE CONSTANTINOPOLITANE AD BONIFATIV VRB ROMAE EPM DATA CVM EXEMPLARIIS etc. — CVM TITVLIS XX = Turner 1 p. 613 nota, secuntur; *epistula uero ita continetur atticus eps ecclesiæ constantinopolitane sco fri bonifatio urb rome epo salutem. edidi canones scorum patrum olografa manu et suscribtos a me amen. Græca elementa* — des. *græca elamenta significat. amen.* EXPL. est regula quæ dicitur formatarum nomine Attici falso intitulata, quæ habetur in Ballerinorum operibus Leonis t. 3, 452 [PL 56, 730], cf. Maassen p. 401 et quæ ipse exposui in *Zeitschr. f. Rechtsgesch.* 56 *kan. Abtlg.* 25, 101^2.

f. 244^u [252^u]—245^r [253^u] INC EPL SCI AVRELI EPI AD SCM CHESTINVM [sic] EPM VRB ROMAE DE ADVENTV APIARII *Domino dilectissimo* etc. — des. *nobis custodiat dne frater* = Turner 1 p. 614—622. tota hæc materies Carthaginensis ex Collectione quæ dicitur Prisca desumpta est.

f. 245^u [253^u] —247^u [255^u] INCPT CAN CALCIDONENS TITVLI XXVII
INCP STATVTA *Quingentesimo anno* etc. ex Collectionis Priscæ forma secundaria; editi sunt infra p. 33—40

f. 247^u [255^u] — 249^r [257^r] INCP CANONES SERDICENSES DE EPISCOPIS 1 *Etiam laica communione — mutauerunt* [Turner 1 p. 446] *Osius eps dixit tam mala consuetudo* — des. *in uniuerso orbe diffusa custodiet. et subscribserunt qui conuenerant Osius ab spania cordubensis* cetera nomina desunt = Turner 1 p. 452—486. suum cuique canoni capitulum præcedit, cf. Turner p. 447^a—449^a. pertinent canones Serdicenses ad Collectionis Priscæ formam recentiorem.

f. 249^r [257^r] —250^u [258^u] INCP CONSTITVTA CANONVM ANTHIOCENSIVM IN DEDICATIONE
sub hoc titulo scripta sunt: *canonem constitutum gradus uel religio* — des. *et prisco conss.* est Constitutum quod dicitur Siluestri cf. Maassen p. 413

f. 250^u [258^u] —251^u [259^u] ANNO REGNI CONSTANTII REGIS -- des. *requieuit in pace.* sunt quæ dicuntur Gesta Liberii cf. Maassen p. 419

f. 251^u [259^u] —252^r [244^r] IPSE SIXTVS COLLEGI PRAECEPIT VALENTINIANO ET ANATOLIO CONSS
Crescentio quidam timens dm — des. *quasi in cartharium ecclesiæ conlocauit.* sunt Gesta quæ feruntur de Sixti purgatione cf. Maassen p. 419

f. 252^r [244^r] —253^r [245^r] ERAT QVIDAM SACERDOS NOMINE POLYCRONIVS — des. *et requieuit in pace.* sunt Gesta quæ feruntur de Polychronii accusatione cf. Maassen p. 419

f. 253^r [245^r] —254^u [246^u] DIOCLITIANO E [sic] MAXIMIANO AVGVSTO *Cum multi in uita sua aspersu* — des. *diocletiano VIIIuo et maximiliano VIImo.* est concilium quod fertur Sinuessanum cf. Maassen p. 411

1) Culpa bibliopegae ff. 252—259 ante 244—251 posita sunt; in phototypis quae debeo liberali cardinalis Mercati beniuolentiæ, ueri numeri reducti sunt.

f. 254ᵘ [246ᵘ] —256ᵘ [248ᵘ] SIRICIVS HIERIO [sic] EPO TARRACONENSI. *Directa ad decessorem.* JK 255

f. 256ᵘ [248ᵘ] BONIFATIVS EPS HONORIO AVG *Ecclesiæ meæ.* JK 353

f. 256ᵘ [248ᵘ] —257ʳ [249ʳ] RESCRIBTVM HONORI AVG AD BONIFATIVM PAPA *in qua statuit ut si denuo ordinati fuerint duo ambo de ciuitate pellantur.* VICTOR HONORIVS etc. *Scripta beatitudinis* = Coll. Auell. ep. 37

f. 257ʳ [249ʳ] —257ᵘ [249ᵘ] ZOSIMVS EPS SICHIO EPO SOLTIANO SALVTEM. *Exigit dilectio.* JK 339

f. 257ᵘ [249ᵘ] CAELESTINVS EPS VNIVERSIS EPIS PER APVLIAM etc. *Nulli sacerdotum.* JK 371

f. 257ᵘ [249ᵘ] —258ᵘ [250ᵘ] CAELESTINVS VNIVERSIS EPIS PER BIENNENSE PROVINCIAM CONSTITVTIS. *Cuperemus quidem* JK 369

f. 258ᵘ [250ᵘ] —260ʳ INNOCENTIVS VICTORIO EPO RATOMAGENSI. *Etsi tibi.* JK 286

f. 260ʳ INNOCENTIVS EXSVPERIO EPO TOLOSANO [JK 283] C spatium *quod de pro reposita speciæ — crebre persecutiones essent nec communionis con,* pergitur sine ullo interuallo

f. 260ʳ—260ᵘ *dicat mihi uolo quisque hoc credit si non post ordinationem bonosi* etc. — des. *dat. id. decembr. constino uc cons.* est epistula Innocentii *Magna gratulatio* ad episcopos Macedoniæ JK 303; folia quæ hic desiderantur, in codicis exemplari delata esse in Gelasii epistulam *Necessaria rerum* infra [f. 269ᵘ] apparebit.

f. 260ᵘ—262ʳ LEO EPS RVSTICIO EPO NARBON *subditis responsionibus et ad eiusdem consulta responditis. Epistulas fraternitatis tuæ.* Leon. ep. 167 Ball.

f. 262ʳ—263ʳ EXPL PAPE LEONIS *ad rusticum narbonensem incipit epistula pape leonis ad mauros episcopos. Cum in ordinationibus.* Leon. ep. 12 Ball. forma quam, non recte opinor, Ballerini dicunt decurtatam.

f. 263ʳ—263ᵘ EXPL INCP PAPE LEONIS AD AQVILEIENSEM EPISCOP. *Relatione sci ff.* Leon. ep. 1 Ball.

f. 263ᵘ—265ʳ EXPL AD AQVILEIENSEM EPM INCP *papæ leonis ad septimum epm* [Leon. ep. 2 Ball.] *de his qui contraria temptant nigenis* [sic] *canonibus et de scm pascha omnis qui temptant* — des. *lucrare apud sca synodus et suscribserunt eusebius præsens — ordinauimus suscribentes.* EXPL CANONES ANTHIOCENSES = Turner II p. 232ᵃ—314ᵃ, canones Antiocheni ex Collectionis Priscæ forma secundaria, cf. supra f. 249ʳ

f. 265ʳ—265ᵘ *canonem constitutum gradus uel relegio — paulus contantius* [sic] *concordius sixtus* [= Constituti Siluestri initium iterum transscriptum, cf. f. 249ʳ] *lectis fraternitatis tuæ — et salubriter ordinata amen.* Leo ep. 2 Ball. apparet in codicis exemplari folia quibus canones Antiocheni Constitutique Siluestri initium perscripta erant, loco suo mota et inter Leonis ep. 2 titulum atque contextum inculcata fuisse.

f. 265ᵘ—266ᵘ INCP SYNODVS EPALIS CALCEDONENSIS HABITVS AD QVINGENTI EPIS CONTRA EVTHICITEM *Venerabilis totius mundi* etc. — *excommunicari iubemus.* EXPL SYNODVS MVNDANVM ID EST VNIVERSALE APVT CALCEDONA: edita sunt infra p. 11—14

f. 266ᵘ—267ʳ INCP DE SYNODO NICENO SCRIBTA PAPE DAMASI ANTHIOCENAE VRBIS EPM *Credimus in unum dm patrem* etc. — *hæc sine dubio credamus. finit* = Turner I p. 283—294

f. 267[r] EXPL [postulatur INC] EXPOSITIO FIDEI *Credimus unum dm — unum dm piissime confitemur* INC EIVSDEM SERMO *credimus ihm xpm — æterni supplicii* EXPL = Ballerini, opp. Leonis 3 p. 279 [PL 56, 583], cf. p. 945 [PL 56, 1067]

f. 267[r] INC DE FIDE CATHOLICA *Nos patrem et filium* = Ballerini l. c. p. 277 [PL 56, 582]

f. 267[r]—267[u] INC EXEMPLAR EPISTOLE SYNODI SERDICENSIS FACTAE AD IVLIVM VRBIS ROMAE EPM *Quod semper — sthefanus ab anthiocia* = CSEL 65 p. 126—131

f. 267[u]—269[r] INCIPIVNT STATVTA SCI GELASI PAPE *Gelasius eps uniuersis epis per unamquamque prouinciam constitutis Necessaria rerum — negotiationis ingenio uel cupiditate cessandum* [Thiel, epp. pontt. p. 362—371] pergitur sine interuallo

f. 269[r]—269[u] *cessa facilitas homines de reconciliationes securos* etc. — *stilichone* II *et anthemio uucc conss* EXPL INNOCENTI = ea pars Innocentii epistulæ JK 293 quæ supra f. 260[r] desideratur

f. 269[u]—270[u] INCIP EIVSDEM *Innocentius rufo eusebio* etc. — *epis macedoniis et diaconibus in dno salutem. Magna gratulatio — per illam manum inpositionem haberc caput et ubi uulnus infixum est K* [sic] *medicina* deinde nonnullæ lineæ uacuæ relictæ sunt, in margine manu ni fallor ipsius librarii notatum est *hic minus paginas una.* attamen nihil deest; secundum enim epistulæ contextum post spatium illud pergitur *adibenda est ut sanitatem possit recipere* etc. — *adtractos repugnantes qui ab eodem ordinatos* [JK 303] [cf. 260[u], ubi habetur epistulæ pars altera], tum sine interuallo pergitur

f. 270[u]—271[u] *aut in quocumque gradu sint positi — putauerit supprimenda.* EXPL STATVTA SCI GELASI EPI *dat V. id. martias asterio et præsidio consu.* est altera pars Gelasii epistulæ *Necessaria rerum* et ipsa folio in exemplari transposito deformata; frustulum enim *re sanentur inferre perniciem nec ambigant — si uero modis omnibus erit unusquisque pontificum ordini sue* [Thiel p. 377—379] suo loco omissum et inter *temerequæ susceptus fuerit et promotus* atque *rendorum canonum uel ipse* [Thiel p. 375] inculcatum est.

f. 271[u] INCP CONSTITVTA SCI GELASI PAPE QVAS [in QVAE corr.] EPI IN ORDINATIONE SVA ACCIPIVNT. *Papa ille clero ordini plebi consistentibus in ciuitate illa probabilibus desideriis* = Thiel p. 379. 380.

Quæ secuntur, manu alia perscripta et a Collectione Sanblasiana aliena sunt. Constitit igitur primo in exemplari codicis Lucensis aliqua folia ex compage soluta atque in loca aliena esse delata, nulla tamen periisse, deinde ordinem primarium prorsus eundem fuisse atque in codice Sanblasiano.

Apparet quanto spatio discreti sunt in Collectione Sanblasiana canones et definitio fidei concilii Chalcedonensis. illi aliter quam in Quesneliana ex Collectionis Priscæ forma recentiore desumpti sunt, hæc eadem est atque in Vaticana 5 et Quesneliana.

Transeo ad codicem Haagensem musei Meermano-Westreeniani 9 [*W*], de quo transscripti sunt codices Parisinus 1451 [Maassen p. 613 sq.] et Vaticanus Regin. 1127. codicem Haagensem cum diligenter exploraret, C. H. Turner in duas partes discerpendum esse peruidit [*Journ. of Theolog. Stud.* 32, 1 sq.], in ipsum codicis corpus [fol. 1—30. 54—173] et foll. 31—53, quæ ab alio librario perscripta atque ex alio codice euulsa

casu aliquo ac sine consilio inter ipsius codicis fol. 30 et 54 inculcata sunt. ad codicem ipsum pertinent

f. 80[u] INCIPIT PROLOGVS CANN CALCEDONENSIS

f. 81[r]—83[u] *Venerabilis totius mundi — excommunicare iubemus expl* EXPL CONCIL MVNDANVM ID Ē VNIVERSALE CALCEDNSI HABITV METROPOLI BITHINIAE [5 p. 103, 1—106, 16]. textus prope accedit ad collectionem Sanblasianam

f. 84[r] INCP CALCHEDONENS CONCILII

Qui a scis patribus etc. est uersio canonum huius codicis propria, quam edidi p. 191—194.

In additamento alieno extant

f. 40[r] INCIPIT PRINCIPIVM SINODI CALCEDONENSIS

Victores Valentianus [sic] *et Marcianus* etc. *Omnibus negotiis* etc. [1 p. 95, 4—21]

f. 40[u]—41[r] ORDO GESTORVM SINODI CALCEDONENSIS

Cum peruenisset — firmiter custodire [4[1, 2], p. 97, 11—98, 6].

Similiter Marciani sacra et allocutio coniunguntur in Quesneliana neque ipse textus ab illa discordat.

In Marciani constitutionibus ad Collectionis Vaticanæ codices præter Quesnelianam et Rustici editionem gestorum Chalcedonensium, de qua disserui uol. 3 parte 3 p. XVII sq., accedunt Collectiones Hispana, de cuius codicibus egi uol. 4 p. VI, et codicis Tolosani. illa habet cum Collectione Vaticana communes 3 et 15, cf. p. 186, hæc 8. plura dicenda erunt ubi disserendum erit de canonibus Hispanæ, hic id tantum commemoro codicem Albigensem 2 transscriptum esse de Tolosano 364 s. VII, sed adhibendum esse, ubi quaterniones Tolosani amissæ sunt; cf. Turner, eccles. Occid. monum. 1 1, 2 p. V et *Journ. of Theolog. Stud.* 2, 266 sq.

Hæc de codicibus quibus in Collectione Vaticana recensenda usus sum. iam quæritur num ope præcipue Quesnelianæ ipsarumque rerum consideratione primaria collectio ex ea quæ in codicibus *AO* exhibetur, possit enucleari. at ne quis inquirendo in uiam falsam aberret, nihil magis necessarium est quam ne propter Quesnelianam uel codicem Haagensem canones primariæ collectioni infuisse censeat. obstat primo ipsa qualis nunc est Collectio Vaticana quippe quæ canonibus omnino careat, tum in codice Haagensi fidei definitioni quæ uel eo quod collectionum Vaticanæ Quesnelianæ Sanblasianæ communis est, sæculo VI antiquior esse demonstratur, canonum uersio adiungitur propria atque aliunde fere non nota. denique iterum iterumque monendum est canones præter Nicænos in collectionibus nusquam cum definitionibus fidei, constitutionibus imperatorum, episcoporum litteris aliis eiusmodi scriptionibus coniungi solere, quoniam sui sunt generis et peculiari forma constricti [cf. *Zeitschr. f. Rechtsgesch.* 56 *Kan. Abtlg.* 25 p. 34. 43]. canonibus igitur prætermissis restant hæc collectionibus Vaticanæ et Quesnelianæ communia: 1) Marciani sacra *Omnibus negotiis* qua concilium uniuersale Nicæam conuocabatur, antequam Chalcedonem translatum est, 2) allocutio ab eodem ad concilium in actione sexta habita, 3) definitio fidei, 4—6) Marciani constitutiones *Tandem aliquando, Venerabilem catholicæ, Licet iam sacratissima*, quibus concilii decreta confirmata sunt. allocutionis ipsa uerba Latina exhibentur, quæ prima ab imperatore ante interpretationem Græcam prolata sunt [cf. uol. 1 p. 335, 20 et uol. 3 p. 409 cum nota Rustici]; etiam constitutionum præsto erat textus Latinus, quoniam illo tempore et Latine et Græce concipi solebant. at definitio fidei ex Græco translata est non minus imperite atque indocte quam nonnullæ partes collectionis de re Eutychis, quam a. 450 Leonis papæ iussu

institutam esse docui in priore huius uoluminis parte p. VII. præscriptum est allocutioni adfuisse etiam Pulcheriam augustam, quod uerum esse non minus constat per epistulam Anatolii (I p. 249, 18] quam gestorum monumenta et Græca [I p. 334, 17] et Latina [III p. 407, 28] de muliere non nomine tantum augusta tacere. quod silentium olim [*Festgabe f. Jülicher* p. 211] ingenti actorum Chalcedonensium mole nondum ad amussim explorata non recte ex correctura illis Iustiniani tempore illata explicaui. quæstionem delicatam aliter soluendam esse dudum agnoui: impetrauit coniux a marito ut ipsa eum comitata in concilio adesset, sed ita ut istius modi nouitas insolita et inaudita in gestorum monumenta non reciperetur. apparet igitur ista uerba præscripta ex gestis desumi non potuisse, sed nuntiata esse a Leonis legatis qui Pulcheriam ipsi uiderunt. iidem allocutionem Latinam Græcumque definitionis fidei textum Romam non aliter pertulerunt quam sententiam a se ipsis Latine de Dioscoro prolatam: scribit ipse Leo, cum illius sententiæ destinaret exemplar ad episcopos per Gallias constitutos ep. 112 [uol. 4 p. 155, 19]: *fratres mei qui uice mea Orientali synodo præsederunt, quæ acta rettulerint, significo confirmata fide et glorificato apostolicæ prædicationis triumpho.* præmissa est istis actis sacra qua per Anatolium episcopum urbis regiæ Marcianus Leonem non aliter quam ceteros episcopos Nicæam euocauit. hac ipsa collectiuncula in scrinio ecclesiæ Romanæ deposita usus est clericus ille qui iussu Felicis papæ commonitorium in usum legati cuiusdam regii, ni fallor Andromachi, ad imperatorem Zenonem conscripsit [cf. *Abhndlg. d. Bayer. Ges. d. Wiss. N. F.* 10 p. 264 sq.]. ita enim tantummodo explicantur uerba illa quibus synodus Nicæam euocata, sed Chalcedone habita et Pulcheriæ præsentia miro modo copulantur [Coll. Auell. 99 p. 444, 6] *Marcianus . . . indicit synodum apud Nicæam, in qua et ipse et Pulcheria resedit et omnes cum senatu sæculi potestates;* cf. præterea quæ in Collectione Vaticana secuntur Pulcheriæ mentionem [p. 97, 17] *quin etiam magnificentissimis magistratibus et illustrissimo ac nobili senatu.* ceterum in Collectione Vaticana aliqua perierunt: quæ enim illic leguntur [p. 97, 15] *ad idem supra dictum . . . martyrium* iam non habent quo referantur. neque tamen plura a collectore omissa esse crediderim quam breuem notationem temporis locique quibus synodus conuenit, quando Marcianus et Pulcheria ei adfuerunt. denique actis istis quæ legati sub finem anni 451 pertulerant, paulo post additæ sunt tres Marciani de concilio Chalcedonensi constitutiones, quarum ultima data est d. I. m. Aug. a. 455, postquam spes euanuit fore ut Alexandrini post Dioscori mortem concilium illud reicere cessarent [cf. uol. I, 3 p. XXI]. curæ enim erat Leoni ut ad manum haberet documenta quibus concilium Chalcedonense ad ipsum imperium pertinere probaret: a Marciano illud esse conuocatum quasi alterum Nicænum, ab ipso præsente monitum ut fidem definiret, ab eodem seuerissimas pœnas sancitas contra illos qui hanc fidem unice ueram esse praua obstinatione confiteri nollent. nullo tempore tam opus erat eiusmodi documentis quam post Marciani mortem seditionemque Alexandrinam, cum Leo papa anxia dubitatione non immunis esset num Leo imperator decessoris fidem Chalcedonensem constanter sequeretur [*cf. Abhndlg. d. Bayer. Akad. d. Wiss.* N. F. 10 p. 173 sq. Leon. epp. 87. 88. 90—94]. ut ipsorum definitionis uerborum per aptam translationem accurata et sibi ipsi et Occidentis ecclesiæ notitia pateret, minus ei cordi erat, quin immo uersionem ab homine indocto parari passus est, quam nemo exemplaris Græci ignarus intellegere posset. quantum enim ad fidem pertinebat, sufficere uidebatur tomus quem ipse olim ad Flauianum destinauerat conciliumque tam claris uerbis definitioni inseruerat, ut ne pessima quidem translatione obscurari possent. mutata sunt tempora, imperatores Zenon et Anastasius concilio Chalce-

donensi fauere desierunt. ortum est schisma Acacianum, urgebat necessitas certa comperiendi de concilii fide quamque eius partem habuerit Marcianus imperator. uniuersa gesta transferre Romæ non erat qui posset, sufficere uidebatur primariæ illius de quo modo egi collectionis renouatio. primæ igitur Marciani constitutioni adiunctæ sunt duæ posteriores quibus concilium Nicæa translatum est Chalcedonem. remansit intacta imperatoris allocutio, pro antiqua uero et barbara interpretatione definitionis noua et polita posita est, quam a collectore non esse confectam, sed aliunde desumptam testatur Quesneliana capite LIIII eiusdem uersionis partem continens. secuntur actionis sextæ adclamationes episcoporum atque interlocutiones imperatoris [4^{9-19}] præter canones ab illo propositos, ni fallor, quoniam tunc omnium XXVII canonum translatio præsto erat, quam Dionysius anno fere 500 [*Zeitschr. f. Rechtsgesch.* 56 *Kan. Abtlg.* 25 p. 110] in publicum edidit. quo tempore, schismate Symmachiano callide a Theodorico terminato, archidiaconus Hormisda ecclesiam Romanam magis magisque gubernare cœpit atque ecclesiam Romanam ad unitatem contra imperatorem Constantinopolitanum reduxit. cuius et consiliis et docta eruditione non alienum erat collectionem illam quæ olim Leonis auspiciis instituta erat, renouandam curare. denique inter Marciani post synodum duos priores constitutiones et ultimam insertæ sunt nonnullæ Leonis epistulæ, per quas concilii de fide decreta accipit reiecto priuilegio sedis Constantinopolitanæ [64], postulat ut legati sui uice ipsius concilio præsideant [46. 52], ullam de fide in nouo concilio fieri disputationem uetat [50]. huiusmodi epistularum recordationem aptam uideri potuisse nemo negauerit pontifici Romano illis temporibus quando e. g. ab imperatore Anastasio Heracleam ad concilium euocabatur [*Abhndlg. d. Bayer. Akad. d. Wiss. N. F.* 10 p. 250 sq.], neque minus statui rerum qualis tunc erat, congruere quæ a Leone monita sunt ep. 52 p. 52, 20 de episcopis, *quia hæresim non reciperent, sedibus suis* pulsis *et in exilia* deportatis *atque in locum superstitum aliis substitutis.* errore accidit ut inter has epistulas etiam ep. 44 reciperetur; confusus enim est Basilius presbyter Constantinopolitanus, qui cum diu Romæ commoratus donum rediret, Anatolio a Leone commendatur, cum Basilio presbytero Romano quem Leo cum Lucensi ad Marcianum legauit [uol. 4 p. 42, 5. 32. 43, 25. 44, 21]. hunc quoniam Leo ep. 49 p. 49, 24. 52 p. 52, 10 una cum eis commemorat quos uice sua ad concilium destinauit, epistulam 44 epistulis 46. 52 adsociare placuit.

Feliciter accidit ut collector Vaticanus renouatam quidem collectionem reciperet, antiquam uero adeo non abiceret, ut non solum pristinam et pæne non intellegibilem definitionis de fide uersionem retineret, sed allocutionem Marciani quam bis, et in noua et in antiqua collectione inuenit, bis quoque in sua perscriberet.

Restant explicanda quæ etsi neque unius argumenti neque originis sunt, capiti uno numero 6 signato attribui. initio extat relatio de concilii Chalcedonensis actionibus altera quæ erat contra Dioscorum, et sexta in qua præsente imperatore definitio fidei lecta et suscripta est [$6^{1.\,2.}$ p. 106, 17—108, 31]. excerpta est ex gestis authenticis, unde factum est ut de Pulcheriæ præsentia taceretur. gesta ad excerpendum ediderunt [p. 109, 30. 31] ipsi illi secretarii sacri consistorii Beronicianus et Constantinus quorum in gestis concilii iterum iterumque mentio fit recitantium siue interpretantium. unde sequitur relationem confectam esse non multo post concilium terminatum a uiro tantæ auctoritatis ut ei aditus facilis ad istos officiales consistorii pateret. utriusque peritus erat sermonis; gesta enim Græca legit, sed relationem non Græce, sed Latine conscripsit, in usum igitur episcopi Latine loquentis, qui quis alius fuisse potuerit nisi ipse Leo papa, non uideo. eo facilior est coniectura rela-

torem unum de Leonis fuisse legatis, quo sciebat definitionem ipsam ad Leonem iam fuisse perlatam. ex ea enim nihil excerpsit nisi mentionem tomi a Leone ad Flauianum missi [p. 108, 27], ut illi se commendaret, et symbola Nicænum et Constantinopolitanum ita inter se accommodata et assimilata sicut uoluit ipsum concilium [cf. *Zeitschr. f. neutest. Wiss.* 25, 52 sq.], quoniam in definitionis exemplari quod Romam perlatum est, utraque in unum symbolum erant commixta [p. 104, 1–13]. Pascasinus et Lucensis episcopi diocesis suburbicariæ atque Bonifatius presbyter Romanus postquam legatione apud concilium functi sunt [cf. uol. 1 p. 248, 23. 4, p. 54, 34], in partes Occidentis redierunt, sed Iulianus Coensis Constantinopoli remansit, ut Leonis res apud comitatum ageret. his omnibus consideratis olim relationem $6^{1.2}$ de actionibus altera et sexta concilii a Iuliano in usum Leonis confectam esse censui neque uideo cur ab hac sententia desciscam.

Cetera pertinent ad pactum quod factum est quando sedebat concilium, inter Maximum Antiochenum et Iuuenalem Hierosolymitanum de diocesi Orientis inter eos ita partienda, ut duæ Phœniciæ atque Arabia sedi Antiochenæ redderentur, tres Palæstinæ sub sede Hierosolymitana remanerent. egi de tota hac re *Abhndlg. d. Bayer. Akad. d. Wiss.* XXXII 2 p. 4 sq. pacto addebatur concilii sententia Maximi arbitrio relinquendum esse quantos sumptus Domno decessori a concilio Epheseno altero damnato neque a Chalcedonensi restituto de facultatibus ecclesiæ Antiochenæ penderet. commodum erit primo ea discutere quæ in ipso concilio gesta sunt [$6^{3.4}$]. edita sunt gestorum Græcorum exemplaria ex scrinio alicuius ecclesiæ, ut Latine uerterentur [p. 111, 20. 112, 23. 109, 32. 111, 21]. omissus est siue a translatore siue a collectore Vaticano catalogus episcoporum qui actioni de Domno adfuerunt [p. 111, 35]. iam quæritur ubi hæc gestorum monumenta et edita et translata sint. ut soluatur quæstio, duo præsto sunt argumenta ex rebus certis petita. actionis de Domno extat altera uersio Latina præter minutias non diuersa in Gestorum Chalcedonensium uersione correcta, quam Φ^c dicere soleo. prætermittere licet quod Rusticus [Φ^r] eadem utitur uersione, quoniam eam sicut multa, desumpsit ex Φ^c; grauioris est momenti quod non Rustici tantum Gestorum editio, sed etiam recensio Φ^c Rustico prior Constantinopoli facta est. deinde ipsum Maximum quæ in Gestis ipsis de pacto cum Iuuenali interlocutus est, non intacta reliquisse in eis quæ edita sunt ex scrinio, dubitari nequit. inculcata est enim sententia, cuius in ceteris Gestis omnibus siue Græcis siue Latinis nullum est uestigium [p. 110, 21]: *si tamen id uenerabili patri nostro archiepiscopo Romæ maioris Leoni placuerit, qui cupit ubique sanctorum patrum canones infringibiles permanere.* eiusmodi sententia proferri nondum potuit d. 26. m. Oct. a. 451, quando de pacto inter Iuuenalem Maximumque agebatur, sed postquam resistentibus legatis Romanis decretum est de priuilegiis sedis Constantinopolitanæ. atqui Maximus postquam acris controuersia de istis priuilegiis inter Leonem et Anatolium orta est, hac opportunitate usus est, ut epistola per legatos missa apud Leonem de Iuuenalis ambitionibus quereretur pactoque illo Chalcedonensi antiqua et canonibus Nicænis confirmata priuilegia sedis Antiochenæ uiolata esse contenderet. respondit Leo [ep. 66 p. 74, 3]: *cum aliquid pro Antiochenæ ecclesiæ priuilegiis dilectio tua agendum esse crediderit, propriis studeat litteris explicare.* cui petitioni obsecutum Maximum excerpta illa de gestis, quæ in Collectione Vaticana 6^{3-5} extant, Romam destinasse Ballerini qua erant sagacitate perspexerunt eisque ubi necesse erat, correctis ipse exposui l. c. p. 24 sq. sed ut res ad finem perducatur, nunc adicio Maximum legatos non uia recta Antiochia Romam destinasse, sed eis ut prius Constantinopolim adirent, præcepisse; ibi peterent gestorum

e scrinio editionem eorumque uersionem Latinam pararent, quod nullo alio loco tam facile et bene fiebat quam in urbe regia, ubi ab initio utriusque linguæ usus et traditus erat et necessarius. denique hac occasione uterentur ut sententia illa Maximi interlocutioni insereretur.

At ne hæc quidem Maximo sufficiebant. uoluit enim ea quoque transferri Romamque perferri quæ primo, præsentibus sane iudicibus, sed sine conscientia imperatoris in concilio de pacto illo decreta, sed ab imperatore non probata sunt, postulante ut res iterum post fidei definitionem terminatam in concilio tractaretur [cf. subscriptionem p. 113, 24. 25 et quæ exposui l. c. p. 23]. unde hæc gesta habuerit episcopus Antiochenus, erui nequit; translata ea quoque Constantinopoli crediderim. constat uero etiam hanc uersionem pro Maximi commodo esse interpolatam, quoniam ueri est dissimillimum legatos sua sponte atque ex rei ueritate ea de Leonis uoluntate interlocutos esse, quæ p. 113, 7 sq. extant [cf. l. c. p. 25].

Rem inceptam ad finem perducere Maximo non licuit: sub finem anni 454 aut initio anni 455 apud Marcianum accusatus et depositus est [Leo ep. 85]. at gesta quæ de Græco translata Maximus Leoni misit atque in scrinium ecclesiæ Romanæ deposita sunt, collectiunculæ illi Leonis auspiciis institutæ, de qua supra disserui, adeo et rebus affinia et tempore uicina sunt, ut illi cum publicaretur, adiuncta esse crediderim. actionis uero de Domno Latine translatæ exemplar Constantinopoli remansit, quo usi sunt illi qui uersionem Gestorum Chalcedonensem auxerunt et correxerunt.

II. DE CANONIBVS CONCILII CHALCEDONENSIS

Quando munus acta conciliorum œcumenicorum edendi suscepi, ab hoc opere alienum duxi etiam canones recensere, hoc Turnero qui monumenta sua multis annis antea publicare coeperat, relinquendum esse ratus speique certus fore ut illius collectio terminaretur, antequam eo peruenirem ut concilii Chalcedonensis canones tractarem. hoc enim sine accurata Dionysianarum certe uersionum notitia fieri nequit, quoniam in uniuersorum gestorum uersionibus Latinis illi ex Dionysio desumpti sunt. at spes fefellit; scripsi uiro summo et per studiorum communionem magis magisque arcte mecum coniuncto sine Dionysio canones qui in gestorum uersionibus extant, me recensere non posse. qua erat liberalitate et beniuolentia, mihi enumerauit codices quibus opus esset adiectis eius phototypis qui Oxoniæ asseruatur. postquam in ultimo quem edidit fasciculo [I 2, 3 p. XIII] me ut in canonum Chalcedonensium editione æmulum sibi gratum salutauit, mortem uel nimis præmaturam obiit. amici memoria non minus quam res ipsa postulauit ut non Dionysii tantum, sed omnes uersiones concilii Chalcedonensis actis adnecterem.

Corpora canonum et Græcum, quod altera parte sæculi quarti ex ecclesia Antiochena prodiit, et Latinum, Isidorianum errore ridiculo appellatum, quod ecclesia Africana paulo ante Vandalorum inuasionem creauit [cf. *Zeitschr. f. Rechtsgesch.* 56 *Kanon. Abtlg.* 25 p. 1 sq.], concilio Chalcedonensi antiquiora sunt. cuius canones corpori Græco facile adnectebantur, sed totum hoc corpus primarium periit cessitque operibus nouis Iohannis Scholastici et Collectionis XIIII titulorum. corpus Latinum neque primarium neque partes inde deriuatæ [cf. l. c. p. 83 sq.] canonum additionem facile patiebantur, unde factum est ut canonum Chalcedonensium uersiones singulares existerent propagarenturque, ni fallor, iam sæculo quinto. quarum nunc extant duæ, altera canones tantummodo continens in codice Haagensi musei Meermano-Westreeniani 9 ipso [*W*, p. 192—194], de quo egi supra p. VIIII. altera in codice Vero-

nensi LX [Θ, p. 198—201] de cuius collectione quoniam latius disserui in *Zeitschr. f. neutest. Wiss.* 35, hic satis habeo quæ de canonum uersione dicenda sunt, breuiter præfari. uel ex inscriptione quæ est *Acta septimæ cognitionis Calchedonensis* manifestum fit canones ex ipsis gestis Græcis desumptos esse atque translatos. accedit quod præmissa est definitio fidei cum introductione quæ in gestis est [6, 8], sed sine symbolis antiquis eorumque quæ illa secuntur, primas tantum periodos continens, sed adiecta interlocutione imperatoris qua sexta actio concluditur [6, 23]. simili ratione, sed modo minus docto rem agi in collectione canonum Hispana infra apparebit. uersionis Veronensis alibi nullum est uestigium, alteram illam codicis Haagensis in aliqua certe regione, crediderim Gallica, diuulgatam fuisse testatur codex Albigensis duos canones inde sumendo [cf. p. XVIIII].

Primo canonibus corporis Latini adiuncti sunt Chalcedonenses in Collectione quæ inde ab editore principe appellatur *Prisca*, id est Dionysiana antiquior. cuius duas esse recensiones in his canonibus nescio an facilius quam in ceteris dinoscitur; certe ego, quando eos recensebam, illas diligenter esse discernendas certior factus sum [cf. l. c. p. 99 sq.]. grauissimo distinguuntur discrimine in canonibus Nicænis et Serdicensibus; quæ de his exposui l. c. p. 101 sq., non huius loci est repetere. in ceteris eo differunt, quod in noua recensione sermo mutatur non ut emendetur uersio ipsa ex Græco, sed mera nouandi cupidine, quo fere semper fit ut translatio etiam magis ab exemplari recedat. recensio antiquior extat in codice Vat. Regin. 1997 [*R*] scripto Teati litteris minusculis æuo Carolino antiquioribus aut fine s. VIII aut initio VIIII [Lowe, codd. Latini antiquiores nr. 113]; accurate egit de codice Turner *Journ. of Theol. Stud.* 31 p. 9 sq. cui accedunt, sed in canonibus tantum Chalcedonensibus Collectio Quesneliana XXV [cf. supra p. V] et codex Wirceburgensis Mp. theol. fol. 146 [*W*] s. VIII, in quo corpori antiquo canonum Latino quod Isidorianum dicitur, re uera est ecclesiæ Africanæ, inserti sunt canones Chalcedonenses ex recensione antiquiore Collectionis Priscæ, cf. Maassen p. 552. alterius recensionis codices sunt hi:

Codex in Italia s. VI/VII pulcerrimis litteris uncialibus scriptus [Lowe, codd. Lat. antiqu. II nr. 255], tum in monasterium Floriacense ad Ligerim perlatus, quod cum in seditionibus Gallicis s. XVI direptum esset, in possessionem uenit Christophori Justel Sedanensis, a quo nomen Justelli accepit [*J*]. qui quomodo eum foliis excisis truncauerit, hic exponere non opus est, quoniam canones Chalcedonenses etiam nunc integri extant præter inscriptiones rubro colore pictas atque hic illic detersas. codex a Justelli filio donatus est bibliothecæ Bodleianæ, ubi postquam in tres partes diuisus in Müseo numeris 100—102 distinctos per duo fere sæcula latuit, a F. Maassen detectus [p. 89 sq.], denique a C. H. Turner accurate descriptus est [*Journ. of Theolog. Stud.* 30 p. 337 sq.; cf. quæ adnotaui l. c. p. 97[1]].

Collectionis Sanblasianæ [*B*] codices supra [p. VI] enumeraui; omissus est codex Diessensis quippe qui canones non habeat, adiectus codex Parisinus 4279 [*B*[2]], in quo deest Coll. Vat. 5. canonibus subditus est in Prisca præter codices Quesnelianæ et Wirceburgensem atque Collectionis Sanblasianæ codicem Lucensem catalogus subscriptorum, qui quamuis non completus, male dispositus et plurimis maculatus corruptelis quædam tamen habet propter quæ abici non potest. in codice Coloniensi [*B*[c]], ubi nomina quattuor columnis perscripta sunt, nominum episcoporum et ciuitatum tanta est confusio, de qua in apparatu referri non possit; hic igitur eam describo pro ipsis nominibus numeros editionis meæ p. 132 sq. reponendo: post nomina legatorum Romanorum habentur

fol. 57v	col. a	ep. 4		col. b	ep. 24		col. c	ciu. 26	col. d	ep. 52	
		ep. 5			ep. 25			ciu. 27		ep. 53	
		ep. 6			ep. 27	[ep. 26 deest]		ciu. 28		ep. 54	
		ep. 7			ep. 28			ciu. 29		ep. 55	
		ep. 8			ep. 29			ciu. 30		ep. 56	
		ep. 9			ep. 30			ciu. 31		ep. 57	
		ciu. 4			ep. 31			ciu. 32		ep. 58	
		ciu. 5	[*legatus*]		ep. 32			ciu. 33		ep. 59	
		ciu. 6			ep. 33			ciu. 34		ep. 60	
		ciu. 7			ep. 34			ciu. 35		ciu. 36	
		ciu. 8			ep. 35			ep. 36		ciu. 37	
		ciu. 9			ciu. 10			ep. 37		ciu. 38	
		ep. 10			ciu. 11			ep. 38		ciu. 39	
		ep. 11			ciu. 12			ep. 39		ciu. 40	
		ep. 12			ciu. 13			ep. 40		ciu. 41	
		ep. 13			ciu. 14			ep. 41		ciu. 42	
		ep. 14			ciu. 15			ep. 42		ciu. 43	
		ep. 15			ciu. 16			ep. 43		ciu. 44	
		ep. 16			ciu. 17			ep. 44		ciu. 45	[*prouinciæ*]
		ep. 17			ciu. 18			ep. 45		ciu. 45	[*balburensis*]
		ep. 18			ciu. 19			ep. 46		ciu. 46	
		ep. 19			ciu. 20			ep. 47		ciu. 47	
		ep. 20			ciu. 21			ep. 48		ciu. 48	
		ep. 21			ciu. 22			ep. 49		ciu. 49	
		ep. 22			ciu. 23			ep. 50		ciu. 50	
		ep. 23			ciu. 24	[ciu. 25 deest]		ep. 51		ciu. 51	
fol. 58r	col. a	ciu. 52		col. b	ep. 79		col. c	ciu. 81	col. d	ep. 108	
		ciu. 53			ep. 80			ciu. 82		ep. 109	
		ciu. 54			ep. 81			ciu. 83		ep. 110	
		ciu. 55			ep. 82			ciu. 84		ciu. 86	
		ciu. 56			ep. 83			ciu. 85		ciu. 87	
		ciu. 57			ep. 84			ep. 86		ciu. 88	
		ciu. 58			ep. 85			ep. 87		ciu. 89	
		ciu. 59			ciu. 61			ep. 88		ciu. 90	
		ciu. 60			ciu. 62			ep. 89		ciu. 91	
		ep. 61			ciu. 63			ep. 90		ciu. 92	
		ep. 62			ciu. 64			ep. 91		ciu. 93	
		ep. 63			ciu. 65			ep. 92		ciu. 94	
		ep. 64			ciu. 66			ep. 93		ciu. 95	
		ep. 65			ciu. 67			ep. 94		ciu. 96	
		ep. 66			ciu. 68			ep. 95		ciu. 97	
		ep. 67			ciu. 69			ep. 96		ciu. 98	
		ep. 68			ciu. 70			ep. 97		ciu. 99	
		ep. 69			ciu. 71			ep. 98		ciu. 108	
		ep. 70			ciu. 72			ep. 99		ciu. 101	
		ep. 71			ciu. 73			ep. 100		ciu. 102	
		ep. 72			ciu. 74			ep. 101		ciu. 103	
		ep. 73			ciu. 75			ep. 102		ciu. 104	

	col. a	col. b	col. c	col. d
fol. 58r	ep. 74	ciu. 76	ep. 103	ciu. 105
	ep. 75	ciu. 77	ep. 104	ciu. 106
	ep. 76	ciu. 78	ep. 105	ciu. 107
	ep. 77	ciu. 79	ep. 106	ciu. 108
	ep. 78	ciu. 80	ep. 107	ciu. 109
fol. 58u	ciu. 110	ciu. 112	ep. 140	ciu. 145
	ep. 111	ciu. 113	ep. 141	ciu. 146
	ep. 112	ciu. 114	ep. 142	ciu. 147
	ep. 113	ciu. 115	ep. 143	ciu. 148
	ep. 114	ciu. 116	ep. 144	ciu. 149
	ep. 115	ciu. 117	ep. 145	ciu. 150 [*corepiscopus*]
	ep. 116	ciu. 118 [*corepiscopus*]	ep. 146	ciu. 151
	ep. 117	ciu. 119	ep. 147	ciu. 152
	ep. 118	ciu. 120	ep. 148 [*maragentos*]	ciu. 153
	ep. 119	ciu. 121	ep. 149	ciu. 154
	ep. 120	ciu. 122	ep. 150	ciu. 155
	ep. 121	ciu. 123	ep. 151	ciu. 156
	ep. 122	ciu. 124	ep. 152	ciu. 157
	ep. 123	ciu. 125	ep. 153	ciu. 158
	ep. 124	ciu. 126	ep. 154	ciu. 159
	ep. 125	ciu. 127	ep. 155	ciu. 160
	ep. 126	ciu. 128	ep. 156	ciu. 161
	ep. 127	ciu. 129	ep. 157	ep. 162
	ep. 128	ciu. 130	ep. 158	ep. 163
	ep. 129	ciu. 131	ep. 159	ep. 164
	ep. 130	ciu. 133 [ciu. 132 deest]	ep. 160	ep. 165
	ep. 131	ciu. 134	ep. 161	ciu. 163
	ep. 132	ciu. 135	ciu. 137 [ciu. 138 — 140 desunt]	ciu. 164
	ep. 134 [ep. 133 deest]	ciu. 136	ciu. 141	ciu. 162
	ep. 135	ep. 137	ciu. 142	ciu. 163
	ep. 136	ep. 138	ciu. 143	ciu. 164
	ciu. 111	ep. 139	ciu. 144	ciu. 165 [*corepiscopus*]

Collectionis quam Maassen [p. 512 sq.] appellauit codicis Vaticani [*L*] adhibui codicem Barberinum 679 olim [L^b] Farfensem et Vaticani 1342 [L^a] folia prima quæ perscripta sunt a librario s. VIIII, recentiore tamen quam is qui ipsum scripsit codicem. in utroque codice extat inscriptio numero XVIII signata in Barberino:

INCIPIT CONCILIVM VNIVERSALE CALCIDONA HABITVM A SEXCENTIS ET XXX EPISCOPIS ADVERSVS EVTHICETEM ERETICVM EIVSQVE FAVTORES

Sequitur definitio fidei, quæ antiquior est concilio Constantinopolitano a. 553, cf. p. 175, 14 sq.; tum exhibentur canones præmissis titulis secundum recensionem Collectionis Priscæ alteram.

Denique adhibui codicem Parisinum 2796 [*P*, cf. Maassen p. 611 sq.] s. VIIII, qui plerumque sequitur recensionem alteram [*JBL*], hic illic uero ex antiquiore correctus esse uidetur, cf. e. g. notam ad p. 127, 6. notabilis est interpolatio canonis XXIIII, cf. notam ad p. 131, 19.

In Collectione Sanblasiana, cui se adiungit codex *P*, lectiones Dionysianæ atque prioris [cf. notam p. 127, 1—3 cum p. 147, 28] quidem uersionis hic illic in textum

intrusæ sunt, cf. can. VI p. 127, 1. 1—3. VIII p. 127, 7—9. VIIII p. 127, 19. XVI p. 129, 18. 19; uno loco can. VI p. 127, 1 eiusmodi interpolatio tantummodo extat in B^{cb} *P*; unde eos ex notis marginalibus irrepsisse apparet. item codex Vaticanus 1342 solus canonem XVIII totum ex Dionysiana uersione priore qualis extat in codicibus Bobbiensi et Vercellensi [u. infra] desumpsit. conferantur de his interpolationibus utriusque collectionis, et *B* et *L*, ex Dionysio quæ ex alia Priscæ parte adfert Turner in *Journ. of Theolog. Stud.* 31 p. 19. 20. singulare est quod Collectio *L* canonem VIII exhibet secundum codicem actorum Chalcedonensium Montepessulanum 58, in quo extat antiqua forma uersionis quæ huc usque per Hispanam tantummodo nota est falsoque dici solet Isidoriana [cf. infra]. hæc quoque interpolatio ex nota marginali exorta est.

Quæ origo atque intentio Collectionis Priscæ fuerit, exposui in *Zeitschr. f. Rechtsgesch.* 56 *Kanon. Abtlg.* 25 p. 103 sq. hic sufficiat breuiter ea repetere quibus explicatur quid Priscæ collectores uoluerint, cum canones Constantinopolitanos ita Chalcedonensibus adiunxerunt, ut decretum Chalcedonense de priuilegiis Constantinopolitanæ sedis ultimum canonem Constantinopolitanum esse fingerent. incommodum enim erat Gelasii papæ etiam post mortem asseclis simul fidem Chalcedonensem usque ad uocabula integram contra Anastasium imperatorem eamque partem cleri Romani quæ paci inter ecclesias Romanam et Constantinopolitanam faciendæ fauebat, acerrimo studio defendere atque decretum Chalcedonense de priuilegiis Constantinopolitanis Leonis Gelasiique exemplum secutos uehementer inpugnare. eiusmodi ut uitaretur duplicitas, decretum odiosum pro canone Constantinopolitano uenditabatur; canones enim isti uel a Leone [cf. Leon. ep. 56 p. 61, 14. 55 p. 58, 23] atque etiam uehementius a Gelasio [cf. *Abhndlg. d. Bayer. Akad. d. Wiss. N. F.* 10 p. 224] reiecti erant. ansam dedit fictioni quod Chalcedone, cum de priuilegiis Constantinopolitanis disputaretur, primi tres canones Constantinopolitani lecti sunt. tantam mentiendi audaciam fuisse qui improbarent, testantur notæ uariæ quæ ex margine in textum irrepserunt. apte p. 138, 24 canoni qui Constantinopolitanus fuisse fingitur, in B^c inseritur dies uerus decreti Chalcedonensis, minus apte similia in *RJL* adduntur uerbis quæ præscripta sunt canonibus Constantinopolitanis [p. 137, 24—138, 2]. neque aliter iudicandum est de insertione legatorum Chalcedonem Romanorum in catalogum episcoporum qui Constantinopolitano concilio subscripserunt. in Quesneliana et codice Wirceburgensi canones Constantinopolitani omissi sunt, quoniam alio aptoque loco positi sunt.

A Laurentio, quem eundem atque archipresbyterum tituli Praxidæ et per aliquantum temporis pontificem Symmachi riualem fuisse censeo, *priscæ translationis imperitia* offenso admonitus Dionysius monachus et presbyter [cf. *Zeitschr. f. Rechtsgesch.* etc. p. 108 sq.] *regulas ecclesiasticas de Græco* transtulit prætcrque alia corporibus antiquis canones addidit Chalcedonenses. uersionem, quam confecit a. fere 500, totam continent duo codices, Vatic. Palat. 577 [*m*] olim Moguntinus s. VIII, quem per A. Strewe edendum curauit H. Lietzmann [*Die Canonessammlung des Dionysius Exiguus in der ersten Redaktion* 1931] et Casselanus Theolog. Quart. 1 [*c*] olim Fuldensis ætate paulo minor, quem primus descripsit K. Christ [*Festschr. f. G. Leidinger*]; in canonibus Chalcedonensibus addendi sunt codex Stuttgartensis H. B. VI Iur. et polit. 113 [*f*] s. VIII olim Weingartensis, quem primus a. 1889 descripsit I. F. v. Schulte [*Sitzungsber. d. Wien. Akad.* 117], deinde tractauit Turner I 2, 3 p. X, et Berolinensis 84 [*n*] olim Remensis, de quo cf. V. Rose [*Verz. d. latein. Hss. d. Königl. Bibl. zu Berlin* 1, 171 sq.] etiam in Dionysiana Bobbiensi [Maassen p. 471 sq.], cuius codices sunt

Ambrosianus S 33 sup. [*y*] olim Bobbiensis et Vercellensis III [*z*], canonum textus desumptus est ex uersione priore, hic illic tamen ex altera correctus [cf. e. g. p. 149. 27]; propriæ sunt codicis Ambrosiani, qui scholiis canonistæ cuiusdam refertus est, lectiones Dionysianæ alterius siue superscriptæ siue in margine notatæ. aliquanto post Dionysius alteram confecit uersionem, cuius exemplar ab Hadriano papa I Karolo magno donatum est. quos ex ingenti numero codicum et Dionysianæ alterius et Hadrianæ Turneri consiliis obsecutus selegi, enumeraui in codicum catalogo p. 142. de codice olim Lugdunensi, per uaria fata Leningradum delato [cf. Turnerum in *Journ. of Theolog. Stud.* 2, 266] quanta in marginibus superioribus incendio perierunt, non accurate enotaui, sed satis habui in locis uarie traditis Leningradensis defectum indicare. apparatum ita construxi ut discrimina utriusque uersionis commode atque primo obtutu dispiciantur.

Longe aliena ab ipso Dionysio secuntur in aliquot uersionis alterius codicibus atque in Hadriana [cf. Maassen p. 446]: canones enim secuntur definitio fidei et episcoporum qui subscripserunt, catalogus. illa ex uersione antiqua Gestorum desumpta et indocte transmutata est, Græco exemplari non inspecto; glossa enim *machomenus* [= μαχομένους], quæ p. 156, 15 ex margine in textum irrepsit, probatur nihil. eiusdem definitionis formæ pars prior extat in codice Nouariensi [cf. t. IIII 2 p. XVI]. mira quadam ratione codices in hac et in aliis partibus gemelli [cf. t. I 5,.2 p. VI'] Montepessulanus 308 [*X*], quem descripsi t. IIII 2 p. XXVIIII, et Vossianus 122 bibliothecæ academicæ Lugdunensis Batauorum [*Z*] modo uersiones Gestorum Chalcedonensium, modo eam quæ Dionysianæ accreuit, secuntur: ne apparatus nimia uarietate laboraret, lectiones *XZ* in definitionis parte priore ad Rustici editionem Gestorum Latinorum [uol. 3 p. 412 sq.], in altera ad huius uoluminis p. 156, 4 sq. adnotaui. summam rei si spectas, ex mutationibus istis quas temporum ingrauescens barbaries gestorum Chalcedonensium uersioni antiquæ inflixit, non multum discitur, plurima autem ex episcoporum qui suscripserunt catalogo. qui, sicut fiebat in eis conciliorum decretis que uim habent legis generalis et in communem usum publicantur, id est in symbolis canonibusque, secundum prouincias discriptus est [cf. E. Gerland, *die Genesis der Notitia episcopatuum* I *p.* 27 sq. *Byz. Zeitschr.* 34 p. 136]. corruptelis quidem cuiusuis generis deuastatus est, præsto autem est gemellus, uersionem dico Syriacam solita illorum librariorum diligentia perscriptam [*Abhndlg. d. Gött. Ges. d. Wiss. N. F.* 10, 2 p. 130 sq.].

Eorum quæ Collectio Hispana de rebus Chalcedonensibus exhibet, nouissima sunt quæ in illa sola extant ceteris præmissa [p. 173, 1—175, 13], ut imago quædam proponatur actionis sextæ, multis uitiis inscitiæque documentis turbata; exhibentur tamen ipsa Latina allocutio Marciani leuiter mutata et uerba quæ in antiquissima illa collectiuncula [cf. p. X sq.] de Marciani et Pulcheriæ præsentia præscripta sunt, unde hanc certe Hispanæ partem concludes originis esse Romanæ. qua sunt antiquiores et definitio fidei et canones. communis est illa Hispanæ et Collectioni codicis Vaticani, non inferior igitur primis sæculi sexti annis posteaque in uersionem gestorum concilii Constantinopolitani a. 553 recepta. secuntur in utraque collectione canones, in Vaticani quidem codicis collectione de Collectionis Priscæ recensione altera desumpti, in Hispana uero de uersione puriore atque meliore, quæ extat in codicibus Montepessulano [*D*, cf. uol. 3, 1 p. X] et Albigensi 2, qui sicut supra [p. X] dixi, transcriptus est ex codice Tolosano antiquo. illic in eo loco ubi in recensione Φ[c] positi sunt canones, exhibentur primo capitulatio atque canon I ex uersione Dionysii altera non aliter quam in ceteris Gestorum Latinorum codicibus, tum inde a canone II uersio a

Dionysiana diuersa, sed eadem, melior tamen et antiquior ea quæ in Hispana extat. proxime ad *D* accedit codex Albigensis 2; sed canones tertium et quartum desumptos habet de codice Haagensi [cf. supra p. xv]. erat hæc uersio non aliter Chalcedonensium tantum canonum quam Haagensis et Veronensis, atque grauissime errauerunt errantque qui eam appellant Isidorianam, nulla alia de causa quam quia posteriore tempore in Hispanam recepta ceterisque conciliorum Græcorum uersionibus adiuncta est, quæ ex Isidoriana quæ uulgata dicitur, desumptæ sunt.

Post canones habentur in Hispana et codice Albigensi episcoporum catalogus breuissimus et pauca de gestis actionis sextæ excerpta. finem faciunt Marciani constitutiones *Tandem aliquando, Diuinæ semper potentiæ, Licet iam iamque,* pro tertia in Albigensi Leonis ep. 54, cf. uol. 4 p. xv.

Denique Turneri exemplum secutus non omittenda esse duxi quæ ex canonibus Chalcedonensibus excerpta sunt in Epitoma quæ fertur Hispana [Maassen p. 646 sq.], de qua plura dicere non est huius loci.

Monachii mense Iunio a. h. s. XXXVI

E. Schwartz

RERVM CHALCEDONENSIVM
COLLECTIO VATICANA

A = Codex Vaticanus 1322 s. VIII
O = Codex Nouariensis 30 s. X
W = Codex Meermano-Westreenianus [Haagensis 9] s. VIII
Q = Collectio Quesneliana
- *a* = Codex Atrebatensis 644
- *e* = Codex Einsidlensis 191
- *t* = Codex Parisinus 3848[a]
- *w* = Codex Vindobonensis 2141
- *x* = Codex Vindobonensis 2147

B = Collectio Sanblasiana
- *b* = Codex S. Pauli in Carinthia XXIX I s. VIII
- *c* = Codex Coloniensis 213 s. VIII
- *d* = Codex Monac. 5508 s. VIIII
- *l* = Codex Lucensis 490 s. VIII
- *p* = Codex Parsinus 3836 s. VIII

S = Collectio Canonum Hispana
- *d* = Codex Escorialensis d I 2 s. X
- *e* = Codex Escorialensis e I 12 s. X
- *f* = Codex Escorialensis d I I s. X
- *m* = Codex Matritensis 1872 s. XI
- *t* = Codex Matritensis [olim Toletanus] 10041 s. XI

t = Codex Albigensis 2 s. VIIII
Ψ = Gestorum Chalcedonensium uersio Rustici
- *C* = Codex Parisinus 11611 s. VIIII
- *Y* = Codex Veronensis LVIII s. X
- *D* = Codex Montepessulanus 58 s. X

INITIVM SYNODI CALCHEDONENSIS

EXEMPLVM SACRARVM LITTERARVM QVAE MISSAE SVNT A CHRISTIANISSIMO IMPERATORE MARCIANO AD OMNES EPISCOPOS VT AD NICAEAM CONVENIANT

Victores Valentinianus et Marcianus incliti triumphatores semper augusti [Leoni papæ et] Anatolio episcopo Constantinopolitano. Omnibus negotiis diuinæ res præponendæ sunt; deo enim omnipotente propitio rem publicam et conseruandam et meliorandam esse confidimus. quia igitur dubitationes quædam in orthodoxa religione nostra uidentur emersisse, sicut etiam epistula uiri reuerentissimi episcopi almæ urbis Romæ Leonis testatur, id specialiter clementiæ nostræ placuit ut uenerabilis synodus in Nicæa ciuitate prouinciæ Bithyniæ celebretur, quatenus conuenientibus animis et omni ueritate discussa, cessantibus etiam studiis quibus antehac usi quidam sacrosanctam orthodoxam religionem conturbasse noscuntur, uera fides nostra cuncto sæculo manifestius innotescat, ut deinceps nulla possit esse dubitatio uel discordia. qua de re sanctitas tua cum quibus placuerit reuerentissimis episcopis, quos de ecclesiis sub sui sacerdotii cura constitutis idoneos et instructos orthodoxæ ⟨doctrina⟩ religionis esse probauerit, ad prædictam Nicæam ciuitatem intra diem Kl Septembrium ire deproperet. sciat autem religio tua etiam serenitatem meam uenerabili synodo interfuturam, nisi forte publicæ necessitates in expeditionibus detinuerint. L IIII 61 M VI 554

Diuinitas te seruet per multos annos, sancte et reuerentissime pater.

DAT X KL IVN CONSTANTINOPOLIM CONS DOM MARCIANI PP AVG ET QVI FVERIT NVNTIATVS d. 23. m. Mai a. 451

Collectionis recensui formam pleniorem, quæ extat in AO; antiquior traditur in Q XXV—XXVIII, ubi non habentur nisi 1. 4. [1. 2] *5. canones ex uersione quæ appellatur prisca. 8. 9. 15*

---

1 *Textus Græcus extat in Epist. coll. M 13, uersio ex Græco facta in Epist. ante Gesta 31*

A [*inde a* 19 et reuerentissime], *O*, *Q* [=*aetwx*], *W*

1 INITIVM *O* INCIPIT PRINCIPIVM *QW* 2—3 *om. QW, inscriptionis nulla auctoritas* 3 NICIAM *O* 4 uictor *O* ualentianus *W* triumphatores impp *QW* 4/5 anatolio episcopo constantinopolitano *QW* leoni papæ et anatolio eps *O* 5/6 proponende *O* 6 rem publicam] semper *O* semper r. p. O^{corr} 8 nostra euidenter Q^{aetw} nrae uidenter *W* emersisse *O in ras.* esse commissa [commissam Q^{ae}] *QW* sunt commissæ Q^{a} *corr.* uiri *QW* tempore *O* 9 orbis $Q^{tx}W$, *corr.* Q^{x} 10 in nicena $Q^{ae}W$ in calcedona Q^{t}, Q^{x} *corr.* in calcedona in nicena Q^{wx} in nicena Q^{w} *corr.* 11 antehuc *W* usis Q^{a} *corr.* usque *W* 12 religione *O* 15 doctrina *addidi* 16 probauerint Q^{a} *corr.* nicenam $Q^{aetw}W$ nichena Q^{x} calcedonem Q^{x} *corr.* 18 nisi] ne *O* reipublicæ Q^{x} *corr.* necessitatis *OQW* necessitas Q^{x} *corr.* in expeditionibus *QW* constitutionibus *O* detinuerit Q^{wx} detineri *O* 19 et reuerentissime *AO* ac uenerabilis *QW* 20 data *AO* iulias *W* cons *om. AO* domno AOQ^{t} marciano *AO* perpetui *QW* pio *AO*

ITEM EXEMPLAR EPISTVLAE SACRAE SECVNDAE QVAE MISSA EST SCAE SYNODO QVAE AD NICAEAM CONVENIT DE TRANSEVNDO AD CALCHEDONAM

2 Victores Valentinianus et Marcianus augusti. Festinantes nos ad sanctam synodum peruenire publica rerum causa necessaria satis inhibuit; sed his quæ uestra sanctitas scribit, agnouimus plures de uobis tam corporis infirmitate quam aliis laborare uariis causis. unde licet multæ necessitates publicæ nos hic morari conpellant, tamen præpositam esse omnibus iudicamus eam quæ de sancta atque orthodoxa fide est curam. nam et religiosi episcopi atque presbyteri qui uice sancti Leonis archiepiscopi sanctæ urbis Romæ uenerunt, petierunt a nostra mansuetudine omni modo uenerabili nos adesse concilio, dicentes absente nostra pietate non pati se illuc peruenire. per petitiones uero reuerentiæ uestræ, nimium cupientes et ipsi sanctam uestram synodum celebrari, festinamus ⟨ad⟩ uos uenire quantocius. unde si placet reuerentiæ uestræ, ad Calchedonensium ciuitatem transire dignemini. illuc enim poterimus excurrere, quamuis hic nos publicæ necessitates impediant, quia ea quæ expediunt ueritati et orthodoxæ fidei atque paci et quieti sanctarum et catholicarum ecclesiarum omnibus potiora esse censuimus. nec dubitamus hoc etiam uestræ beatitudini placiturum, ne uos ulterius angustia ciuitatis faciat laborare et absente nostra mansuetudine synodale concilium differatur. orare tamen pro imperio nostro dignemini, ut et hostium nobis immanitas subiugetur et pax mundana firmetur et in securitate degat Romana res publica, quod uos facere etiam modo confidimus.

3 Imperatores Cæsares Valentinianus et Marcianus uictores augusti sanctæ synodo quæ apud Nicæam diuino arbitrio et nostro decreto est congregata. Et quidem per sacras litteras nostras iam certum uestræ fecimus sanctitati ut * * ea quæ ⟨a⟩ sanctis patribus nostris de uenerabili atque orthodoxa fide statuta sunt, confirmentur, ne ulterius orthodoxorum populi uario uideantur errore decepti, sed ut omnes saluatorem nostrum ac dominum Iesum Christum, sicuti decet ac sicut nostri religiosissimi patres constituerunt, sua confessione glorificent. nos enim nimio fidei zelo feruentes necessitates publicas quæ sunt in præsenti, distulimus, plurimi facientes orthodoxæ ac ueræ fidei rationem, quam sub nostræ mansuetudinis præsentia uolumus confirmari. nam quæ in Illyrici partibus acciderunt, etiam ad audientiam uestram credimus peruenisse, quæ licet iam uoluntate diuina congruam meruerint ultionem, tamen rei publicæ commodum nostræ quoque mansuetudinis expeditiones ad partes Illyrici fieri postulabat. sed quoniam, sicuti prædictum est, nihil nobis orthodoxa fide est carius ac firmitate ipsius, ideo ulteriores quidem expeditiones interim differre statuimus, specialiter uero reuerentiæ uestræ etiam nunc interdicimus ne mora in uobis ulla nascatur ad Calchedonem ueniendi. quia tamen ex relatione Attici diaconi sanctæ ecclesiæ

---

2 *Græcum exemplar extat in Epist. coll. M 14, altera uersio in Epist. ante Gesta 34* 3 *Græcum exemplar extat in Epist. coll. M 16, altera uersio in Epist. ante Gesta 35*

A [pauca abscissa], O

1 EXEMPLA *AO* MISSE SVNT *A* 2 QVEM *AO, corr. O* NICAEA *O* 3 uictor *AO* 4 inbuit *A* 5 roborare *AO, corr. O* 7 propositam *O* ea *A* ortodoxam *AO* 8 cura *O* 10 patisse *A* 12 ad uos Γ nos *AO* 17 placituram *AO, corr. O* nec *AO, corr. O* alterius *AO* angustia *O*corr angustiæ *O* augustiæ *A*

21 VALENTIANVS *O* 23 *exciderunt* εἰς τὴν Χαλκηδονέων παραγενέσθαι πόλιν ἐφ'ᾧ τε a *om. AO, corr. O* 24 patribus *om. AO, corr. O* 25 ortodoxe *AO, corr. O* 27 nimiæ *AO* 29 ratione *AO* 31 meruerit *AO, corr. O* 35 interducimus *A* 36 qui *A* relatione *scripsi* religione *AO* attici *AO* aetii *O*corr ἀρχιδιακόνου et διακόνου Γ

Constantinopolitanæ sacratissimæ urbis tranquillitas nostra cognouit uereri sanctimoniam uestram ne quidam forte Eutychianæ superstitionis siue alius quisquam seditionem aliquam facere moliatur aut turbam, ea propter uobis hoc nuntio declaramus ut penitus ab huiusmodi causa nihil habentes quod uereamini, ueniatis ad Calchedonensium ciuitatem. in dei namque speramus misericordia quod absque aliqua perturbatione uel strepitu iuste et prout diuinitati est gratum, de uera atque orthodoxa religione dispositis uniuersis omnes quantocius ad proprios remeabitis lares. adcelerate igitur pergere, nullas moras in negotio conterentes, ne cunctantibus uobis dilatione celetur ueritatis inuentio. nobis enim studium summum est fauore diuino congruum terminum hac ⟨re⟩ sortita remeare felices.

ORDO GESTORVM HABITORVM CALCHEDONA PRAESENTIBVS MARCIANO ET PVLCHERIA AVGG PASCASINO LILYBITANO PROVINCIAE SICILIAE ET LVCENSI ASCVLANO ET BONIFATIO PRESBYTERO VRBIS ROMAE VICARIIS RELIGIOSISSIMI AC BEATISSIMI ROMANAE SACROSANCTAE ECCLESIAE PAPAE LEONIS ET CETERIS EPISCOPIS QVI ETIAM SVBSCRIPSERVNT

4 1 Cum peruenisset piissimus et fidelissimus imperator Marcianus ad idem supra dictum sanctissimum martyrium, præsente ex diuino zelo et feruore fidei etiam piissima et Christianissima regina et augusta Pulcheria, quin etiam magnificentissimis magistratibus et inlustrissimo ac nobili senatu ad uenerabilem synodum ista locutus est

2 Vbi primum diuino iudicio ad imperium sumus electi, inter tantas necessitates rei publicæ nulla nos magis causa constrinxit quam ut orthodoxa et uera fides Christiana, quæ sancta atque pura est, indubitata omnium animis insideret. constat enim auaritia uel studiis quorundam per media tempora nonnullis diuersa sentientibus et pro uoluntate sua, non prout ueritas atque doctrina patrum postulat, populos edocentibus in errorem quam plurimos esse deductos. qua de re sanctam synodum hoc uidelicet proposito fieri studuimus et uobis laborem indixisse uidemur, quatenus omni errore atque caligine detersa prout se diuinitas hominibus manifestare uoluit et doctrina patrum ostendit, religio nostra, quæ pura atque sancta est, uniuersorum mentibus insinuata suæ ueritatis luce fulgescat nec in posterum quisquam audeat de natiuitate domini et saluatoris nostri Iesu Christi aliter disputare quam apostolica prædicatio et instituta trecentorum decem et octo sanctorum patrum eidem conuenientia posteritati tradidisse noscuntur, sicut etiam sancti Leonis papæ urbis Romæ, qui sedem

---

19—p. 6, 16 *Latina Marciani allocutio præterea extabat in Gestorum Chalcedonensium codice Acoemitano Græco, quo usus est Rusticus* [Φ^r]

A [*pauca abscissa*], *O*; *inde a* 11 *accedunt* *Q* [= *aetwx*], *W*, A_1O_1 [*infra* 7]

2 quisquam O^{corr} quidam *A* 3 propterea O^{corr} 9 feruore *AO* 10 hac re sortita *scripsi* ac sortitam *AO* remearem *A* *in fine add.* *AO* data v īd iūn, *quæ spectant ad Leonis ep.* 52, *cf. Epist. coll. M* 17 11—14 ORDO GESTORVM SYNODI CALCHEDONENSIS *QW* ADLOCVTIO IMP̄ MARCIANI A_1O_1 11 AVGVSTORVM *AO* 12 lybitano *AO* luculensi *AO* 15—18 cum in s̄ca calchedonensi synodo conuenissent præsente aug̅ [præsentes augs̄ O_1] pulcheria dixit A_1O_1 15/16 idem supra dictum *AO* ad diem sub die *QW* 16 s̄cissimorum Q^a *corr.* martyrium [martyrum Q^a *corr.*] s̄ci calenici [calinici Q^w *corr.* Q^x] et eufimiæ [eufemiæ Q^x] *QW* 17 et[1] *om.* *QW* 18 est adlocutio piissimi imp̄ *QW* 19 diuino *om.* O_1 20 constrinxit $QWA_1O_1\Phi^r$ anxit *AO* 23 populo *AO*, *corr.* *O* 23/24 edocentibus Φ^r seducentibus $AOQWA_1O_1$ 25 induxisse *O* 26 caligine atque errore deterso QWA_1O_1 manifestari QWA_1O_1 26/27 doctrinam AOA_1O_1 28 suæ ueritatis QWA_1O_1 seueritatis *AO* ueritatis O^{corr} 29 nostri *om.* QWA_1O_1 prædicat A_1O_1 30 eidem QWA_1O_1 et idem *AO*

apostolicam gubernat, missa ad sanctæ memoriæ Flauianum Constantinopolitanæ urbis episcopum scripta testantur. remotis itaque studiis, ablatis patrociniis, cessante auaritia, cunctis ueritas innotescat. nos enim ad fidem confirmandam, non ad potentiam aliquam exercendam exemplo religiosi principis Constantini synodo interesse uoluimus ne uel ulterius populi prauis persuasionibus separentur. facile enim simplicitas quorundam hactenus nonnullorum ingeniis atque superflua uerbositate decepta est et constat diuersorum prauis insinuationibus dissensiones et hæreses natas, studium autem nostrum est ut omnis populus per ueram et sanctam doctrinam unum sentiens in eandem religionem redeat et ueram fidem catholicam colat, quam secundum institutiones patrum exposueritis. concordantibus itaque animis religio uestra festinet quatenus sicut a Nicæna synodo usque ad proximum tempus erroribus amputatis uera fides cunctis innotuit, ita et nunc per hanc sanctam synodum remotis caliginibus quæ in his paucis annis, sicut superius dictum est, prauitate atque auaritia quorundam emersisse uidentur, perpetuo quæ statuta fuerint, conseruentur. erit autem diuinæ maiestatis id quod sancto animo fieri desideramus, in æternum firmiter custodire.

3 Et post ista principis uerba ab omnibus episcopis adclamatum est: Nouo Constantino Marciano [nouo]. multis annis augustam orthodoxam. multis annis Christi cultori Marciano. uestrum imperium per sæcula. regna uestra permaneant. orthodoxia uos meruit. a Christi cultoribus absit inuidia.

4 Et post adclamationes Aetius archidiaconus nouæ urbis Romæ Constantinopolis ac prim̄ notariorum dixit: Quia gratiæ supernæ momento et uestro religiosissimo zelo, tranquillissimi principes, qui pietate simul et fide pollentes ex deo totius estis sortiti orbis imperium, uenerabilis et uniuersalis hæc synodus, quæ uestro sacro decreto collecta est, quam plurimis dierum sollicita spatiis immorata ac diligentiam sibimet impertiendo diuinam cunctam quidem præteritam, quæ qualitercumque fuit exorta discordia aduersus rectam atque inculpabilem nostram catholicam fidem, de medio fecit abscedere, ut optinente ueritatis optima ratione quidquid antehac uaniloquæ nouitatis emerserat, amoueret, sicut etiam singula quæ superius subsecuta sunt, actorum series probat, sacrarum uero scripturarum uirtute munitam definitionem pronuntians modo protulit eam quæ uel a recto minime tramite penitus aberraret uel beatissimorum ac uenerabilium patrum sensum bene seruaret, et relegentibus undique circumspectam pariens notionem et uobis eam coronam, religiosissimi principes, [x̄p̄s] imponens, quam certum est nullum temporis prorsus senium esse passuram, ac præ manibus habemus ea quæ loquimur, si placent, ex nutu uestræ mansuetudinis recitamus.

5 Piissimus et Christianissimus princeps dixit: Recita. Et idem Aetius archidiaconus et primicerius notariorum recitauit

---

A [*pauca abscissa*], *O*, *Q* [=*aetwx*, *usque ad* 16], *W*, [*usque ad* 16], A_1O_1 [*usque ad* 16]

1 apostolica A_1 missam *AO*, *corr.* *O* s̄c̄m̄ O_1 2 remotis itaque QWA_1O_1 remotisque *AO* 3 corroborandam Φ^r 5 uolumus A_1O_1 ne uel QWA_1O_1 neque ut Φ^r neque *AO* reparentur A_1O_1 7 paruis *A* et[2] *om.* *O* 8 est *om.* *AO* omnes populos A_1O_1, *corr.* O_1 unum *om.* *O* 10 exposuerunt A_1O_1 exponeretis Q^x *corr.* itaque $AO\Phi^r$ æque QWA_1O_1 11 nicheno $Q^{awx}WO_1$ nicena Q^eA_1 nichene Q^t 15 ut in *AO* firmentur *AO* 16 custodiri Φ^r *subscr.* EXPLICIT DE FIDE CATOLICA *W* EXPL̄ ALLOCVTIO IMPERATORIS MARCIANI A_1O_1 18 nouo *deleui* 19 cultor.. *A* cultores *O* 20 abiit *AO* 22 prim̄ *AO* primus A^{corr} 25 sollicitis *AO*, *corr.* *O* 30 munita definitione *AO* 31 eamque *A* eandemque *O* 34 x̄p̄s *deleui* 37 arius *A* 38 notar̄ recitauit *O* notus rectius ira *A*

6 Dominus noster atque saluator omnium Christus credulitatem fidei propriis roborando discipulis ait: pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis, Ioh. 14, 27 ut in religiosa doctrina iam nemo dissonaret a proximo, sed uniuersis prædicatio ueritatis æqualiter eluceret. uerum quoniam loliis suis semina pietatis malignus adoriri non cessat et quidquid est nouitatis, aduersum uiam ueritatis excogitat, ideo solito dominus humano consulens generi religiosissimum fideique zelo pollentem pro meritis suæ uirtutis eleuauit hunc principem, qui undique sacerdotii ad semet auctores accersisset, quatenus opitulante domini nostri gratia Christi cuncta quidem mendacii pestilentia penitus ab ouilibus Christi pellatur, pinguescentia uero iam germina quæ sucus aluit pietatis, exuberent. quod etiam fecimus erroris scæui dogmata communi remouentes examine patrumque rectissima fidei munimina reparantes ac trecentorum decem et octo symbolum prædicatione fundantes eosque qui hæc secuti pietatis ueræ uestigia, parentum titulis familiariter inserentes; isti sunt tamen illi qui ad maximam Constantinopolitanam urbem postea conuenerunt, qui et ipsi fidei firmitatem sub isdem confessionibus adsignarunt. statuimus igitur et nos in omnibus ordinem simul et normam de fide seruantes illius Ephesenæ quæ iam dudum est habita maxima synodus, in qua tunc beatæ memoriæ Cælestinus Romæ urbis antistes et Cyrillus Alexandrinæ præsidatus iura meruerunt, ut trecentorum quidem decem et octo uenerabilium patrum rectæ pariter et inculpabilis fidei præfulgeat institutum, qui sub piæ recordationis temporibus illis principe Constantino in Nicæa urbe collecti sunt, in sua uero firmitate permaneant et ea quæ centum quinquaginta sancti patres in Constantinopolitana urbe posterius decreuerunt ad repellendas quidem quæ tunc hæreses emerserant, stabiliendam uero eiusdem nostræ catholicæ fidei puritatem.

7 Ad cognoscendam quidem confirmandamque perfectissime pietatem consultissimum satis hoc diuinæ gratiæ symbolum saluberrimumque sufficeret; de patre namque et filio ac spiritu sancto quod plenissimæ fuerat institutionis, edocuit et incarnationem domini fideliter excipientibus euidenter insinuat. uerum quoniam quidam ea quæ sincera ueritas prædicat, deprauare conati nouas auditu suas hæreticas perfidias ediderunt et alii quidem dispensationis dominicæ sacramentum, quod nostri causa est celebratum, ausi fuere corrumpere, dum a sancta uirgine partum processisse diuinum uocis abnegatione dissimulant, alii confusionem siue permixtionem rursus inducunt, ut unam esse naturam diuinitatis et carnis stulte confingant, ac per hoc unigeniti confusione portentuose diuinam naturam passibilem esse significant, ea propter ab uniuersa contra ueritatem machinatione ueniente uolens eos excludere quæ modo præsto est sancta et mundana hæc synodus quod antiquitus in fide prædicatur, immobile semper hoc docens ante omnia statuit ut trecentorum decem et octo uenerabilium patrum fides inlibata permaneat. et propter eos quidem qui sancto spiritui obuiare nituntur, eam traditionem quæ in augustissima Constantinopolitana urbe postea congregatis centum et quinquaginta patribus de substantia sancti spiritus fuerat decreta, confirmat. hanc etenim cunctis innotescere memorati fecerunt;

A [*pauca abscissa*], *O*, *Q* [=*aetwx*, *inde a* 24, *sub numero* LIIII]

3 sed in *O* 6 fideique] fidei qui *AO* 10 secus *AO* exuperent *O* sæui *O*[corr] 11 reparentes *AO* ac *A* hæc *O* 18 præsidatas *O*, *in A abscissum* 22 refellendas *A* 24 *inscr.* DEFINITIO SCAE SYNODI CALCHEDONENSIS *Q*, *add.* diuersa editione quam supra *Q*[x] 26 spui *AO* 27 insinuat uerum *Q* insinuauerunt *AO* 28 auditur uas *O* 30 est celebratum *Q* celebratur *AO* processisset *AOQ*, *corr.* *Q*[x] 31 permixtione *AOQ*, *corr.* *Q*[x] 33 confusionem *AO* portentuosa *Q* 36 hæc *AO* 37 patrum uenerabilium *AO* 38 tradicione *A* angustissima *O* 40 fuerant *AO*

non quasi aliquid deesset præcedentibus, inducentes, sed de spiritu sancto quid ipsi sentirent, contra illos qui eius potestati refragari conati sunt, sanctarum scripturarum testimoniis inlustrantes. propter eos autem qui dispensationis dominicæ temptauere peruertere sacramentum et hominem solum de sancta Maria uirgine procreatum esse uaniloquiis suis autumant inpudenter, sancti Cyrilli, qui Alexandrinæ fuit pastor ecclesiæ, synodales epistulas ad Nestorium scriptas atque Orientales utique sibi conuenientes amplexa est ad arguendam quidem Nestorianam dementiam, interpretationem uero desiderantium pio zelo concipere saluberrimi sacramenti sententiam. quibus epistulam quoque beatissimi Romanæ antiquioris urbis antistitis ac uenerabilis papæ Leonis Flauiano sanctæ memoriæ archiepiscopo scriptam ad expugnandam prauitatis Eutychianæ perfidiam utpote maximi Petri confessioni satis conuenientem et uelut monumentum cuiusdam statuæ communis extantem contra cunctos hæreticos merito copulauit, ut recto dogmati sua firmitas inconcussa permaneat. nam et in duos filios dispensationis temptantibus diuidere sacramentum resistit hostiliter et eos qui passibilis audent diuinitatis unigenitum dicere, collegio sacerdotali detrudit et confusionem siue conmixtionem in duabus Christi naturis excogitantibus reluctatur et cælestem uel alterius cuiusdam esse substantiæ quam de nobis adsumpsit formam sibi seruilem delirantes exterminat nec non et eos qui duas quidem ante unitionem, unam uero post unitionem naturam in Christo fabulose confingunt, anathematizare non cessat.

8 Beatissimos igitur sequendo patres unum et eundem filium confiteri dominum Iesum Christum concordantibus omnes institutionibus edocemus, eundem in deitate perfectum, eundem in humanatione perfectum, deum uere et uere hominem eundem ex anima rationali et corpore, consubstantialem patri secundum deitatem, Hebr. 4, 15 consubstantialem nobis eundem secundum inhumanationem, per omnia similem nobis sine sorde peccati, ante sæcula quidem a patre progenitum secundum deitatem, in ultimis uero diebus eundem propter nos et propter nostram salutem ex Maria uirgine, quæ deum peperit, secundum incarnationem, unum et eundem Christum Iesum filium dominum unigenitum, quem in duabus naturis inconfuse et incommutabiliter, indiuise atque inseparabiliter omnes agnoscimus, nusquam sublata differentia naturarum propter unitionem, sed potius utriusque naturæ proprietate seruata et in unam concurrente personam atque substantiam, non in duas diductum diuisumue personas, sed unum et eundem filium unigenitum deum uerbum dominum Iesum Christum, sicuti nos ab initio prophetæ de eo et ipse nos Iesus Christus instituit et paternum nobis tradidit symbolum. his igitur a nobis undique cum omni deliberatione ac diligentia pariter ordinatis decreuit sancta atque uniuersalis hæc synodus aliam fidem nemini licere proferre siue conscribere aut exponere uel sentire uel aliter tradere, sed eos qui audent uel componere aliam fidem uel proferre uel docere uel tradere aliud symbolum uolentibus ad cognoscendam se conuertere ueritatem ex ritu pagano siue Iudaico uel

---

A [*pauca abscissa*], *O*, *Q* [=*aetwx*]

1 deesset aliquid *AO* 2 refragare *AO* 5 uaniloquis *AO* æstimant *AO* 9 antistis *A* 11 conueniens *AO* 12 statuæ *Q* statuta *A* sta *A*[corr]*O* 15/16 confusionem siue conmixtionem *Q* commixtionem siue permixtionem *AO* 16 xpis *A* 17 cælestem eum *AO* substantiæ esse *Q* 18 exterminant *AO* 19 naturas *Q* 21 beatissimus *AOQ*[aewx], *corr.* *Q*[awx] et eundemque *AO* 23 eundem[1]—perfectum *om.* *AO* 25 eundem *om.* *AO* inhumanatione *Q*[aw] inhumananatione *Q*[e] humanatione *Q*[t] humanationem *Q*[x] 27 propter[2] *om.* *AO* uirginem *A* 29 infusæ *O* 30 numquam *AQ*, *corr.* *AQ*[tx] 32 atque substantiam *om.* *Q* deductum *AOQ*, *corr.* *Q*[a] diuisum uel *O* 33 xps ihs *O* 36 atque—hæc *om.* *AO* 38 uel[3] *om.* *AO*

qualicumque hæretico, eos si quidem episcopi siue clerici sunt, alienos esse episcopos ab episcopatu et clericos a clero; quodsi monachi uel laici fuerint, anathematizari.

9 Et cum recitasset, piissimus et Christianissimus princeps ad sanctam synodum dixit: Si omnium consensu religiosorum episcoporum hæc quæ modo subiecta sunt, definita fuerant, sancta synodus dicat.

10 Omnes episcopi adclamauerunt: Omnes sic credimus. una fides, una sententia. omnes idem sentimus. omnes consentientes subscripsimus. omnes orthodoxi sumus. patrum ista fides. apostolorum ista fides. orthodoxorum ista fides. ista fides salus mundi. nouo Constantino Marciano, nouo Paulo, nouo Dauid. annos Dauid da principi. pie domne, uitam ipsi, nouo Constantino, nouo Marciano. pax mundi uos estis. pie domne, uitam. uestra fides uos seruet. Christum honoras: ipse te seruet. orthodoxiam tu firmasti. ut apostoli, sic creditis. multis annis augustam. orthodoxia lumen uos habet. propter hæc ubique pax. lumen pacis, domine, serua. lumen mundi, domine, serua. noui Constantini sempiterna memoria. a proauis orthodoxam, domine, serua. custodem fidei deus seruet. semper piam deus seruet. tu pia, tu orthodoxa. hæreticorum hostem deus seruet. omnes hæreticos tu persequeris. Nestorium et Eutychetem tu persecuta. absit inuidia a uestra fide, digni fide, digni Christo. Christiano imperio absit inuidia. fideles principes sic honorantur. potentatum uestrum deus seruet. deus pacificet regnum uestrum. nouus Constantinus Marcianus. noua Helena Pulcheria. Helenæ fidem tu ostendisti. zelus Helenæ in te probatur. crucem Christi tu defendis. inuenit Helena, saluauit Pulcheria. uita uestra tutela omnium. uestra fides ecclesiarum gloria.

11 Piissimus et Christianissimus imperator dixit: Licet laborem reuerentiæ uestræ uel uexationis aliquid fecerimus, gratias tamen maximas confitemur saluatori nostro Christo quod multis errantibus circa fidem sublata discordia in unam atque eandem religionem etiam modo cuncti conuenimus sperantes cito uestris ⟨ad⟩ deum precibus et uniuersalem pacem nobis a maiestate diuina largiendam.

12 * * Hæc digna uestro regno. ista propria uestri imperii. hoc est meritum regni tui. bonus fide, dignus Christo, imperium te meruit, cum imperio et pietas. propter hæc in pace mundus. hæc meretur imperium uestrum. orthodoxia per te firma; propter te nulla hæresis. cælestis rector, terrenum serua; propter te firma fides. cælestis regnator, augustam serua; ⟨propter te⟩ firma fides. bonus deus qui hæc fecit. cælestis regnator, augustam serua. pace digni uos estis. hæreticos tu persequeris. Nestorio et Eutycheti anathema; et Dioscoro anathema. propter uos fides, per uos pax. hæc preces ecclesiarum, hæc preces pastorum. Nestorio et Eutycheti et Dioscoro anathema.

9—12 = *Gesta Chalcedon.* 6, 10—13

A [*pauca abscissa*], *O*, *Q* [= *aetwx*, *usque ad* 2]

1 quacumque *AO* eo *A* 2 anathematizare *AO* 6 si *O* 7 conscientes *A* 9 fidis *OA*corr nouo[1] *scripsi* diuo *AO* 11 uita *AO* 13 orthodoxiam *A* 14 lumen[2]—serua *om. A* 15 custode *AO* 16 tu[1] *O* tua *A* 21 helene[1] *A* helena *O* 22 defendes *A* saluabit *O* seruabit *A* 26 orantibus *AO* 27 ad *addidi* 28 largiendum *AO* 29 *excidit* ADCLAMATIO uro regno *A* uero regnum *O* ista *scripsi* ita *AO* hoc—meritum *scripsi* non emeritum *AO* 30 imperium *AO* 31/32 per te *A* pate *O* 32 hereses *AO* 33 fidis[1] *A*corr*O* propter te *addidi* fidis[2] *A*corr*O* 36 fidis *A*corr*O* 37 et[1] *om. A*

13 ADLOCVTIO IMPERATORIS Piissimus et Christianissimus princeps ad sanctam synodum dixit: Pia et catholica fide pro patrum traditionibus a sancta synodo demonstrata iustum pariter atque utile nostra probauit esse ⟨nostra⟩ tranquillitas omnis in posterum contentionis materiam de sincera religione prorsus auferri. si quis igitur aut priuatus aut militaribus adhærens stipendiis siue clero sociatus publice de fide [et si] uulgi partes aliquas trahens sub specie disputandi perturbationem faciat quandam, sciat quod qui priuati condicione notatus est, a sacratissima urbe pelletur, militaris de sua militia et clerus de suo gradu periclitabuntur, etiam aliis subdendos suppliciis.

14 ADCLAMATIO Multos annos principi Christiano. multos annos principi. Christianum principem multis annis. tu pius, tu Christianus. ecclesias tu eleuasti, orthodoxiam tu firmasti. multis annis augustam et catholicam multis annis. tu pia, tu catholica. uestrum regnum deus seruet. hæreticos uos expulistis. Nestorio Eutycheti et Dioscoro anathema. trinitas tres deposuit. uestrum imperium per sæcula.

15 ADLOCVTIO IMP̄ Piissimus et Christianissimus princeps dixit: Sunt quædam certa capitula quæ honoris respectu uestræ reseruauimus sanctitati congruum rati regulariter a uobis ista synodali disponi concilio potius quam nostris legibus statui.

16 ⟨ADCLAMATIO⟩ Multis annis principem. tu pius, tu Christianus. Christus quem colis, ipse te seruet. hoc meritum fidei tuæ est. tu sacerdos, tu imperator. ecclesias tu eleuasti, uictor bellorum, rector fidei. multis annis augustam. tu pia, tu Christiana. orthodoxam multis annis. uestrum regnum deus seruet. hæreticos ⟨uos⟩ deposuistis. fidem uos seruastis. absit inuidia regno uestro. uestrum imperium per sæcula.

17 Piissimus et Christianissimus imperator dixit: In honore sanctæ martyris Eufemiæ ac uestræ beatitudinis Calchedonensium ciuitatem, in qua sancta fides synodale fecit haberi concilium, metropolitani iuris priuilegio gloriari decreuimus honore tantummodo, seruato uidelicet metropolitano iure proprio dignitatis Nicomedensium ciuitati.

18 Omnes adclamauerunt: Iustum iudicium principis. et sancta martyre dignus. unum pascha mundus agat. ipsa sancta te seruet. precamur, dimitte nos.

19 ADLOCVTIO IMP̄ Piissimus et Christianissimus imperator dixit: Nimio quidem laborastis itinere uexationis incommoda sustinentes, triduo tamen aut quattuor dies expectate et præsentibus nostris magnificentissimis magistratibus singula mouete quæ uultis, competens auxilium promerenda. uerum nemo uestrum antequam perfecta forma super omnibus detur, synodo sancta discedat.

13—15 = *Gesta Chalcedon.* 6, 14—16 16—19 = *Gesta Chalcedon.* 6, 20—23

A [*paucissima abscissa*], *O*

1 ADLOCVTIO IMPERATORIS *O om. A* 2 pia et *scripsi* piæ *AO* fides *AO* 3 nostra *addidi* 4 materia *AO* 6 et si *deleui* 10 ADCLAMATIO *O om. A* multis *AO* multis *AO* 11 tu[1]; ut *AO* leuasti *O* 16 ADLOCVTIO IMP̄ *O om. A* 18 rati *scripsi* satis *AO* 20 ADCLAMATIO *addidi* 21 coles *O de A non constat* es *O* 24 uos *addidi* deposuisti *AO* seruasti *O* absit —uestro *om. A* 27 et calchedonensium *AO, corr. O* 34 ADLOCVTIO IMP̄ *O om. A* 35 laborasti *O* 37 aulium *O* uero *A* 38 synoda *O*

INCIPIT QVAE HIS PRAESENTIBVS EPIS ACTA SVNT IN CALCHEDONENSI CONCILIO

5 Venerabilis totius mundi conuentus qui ex gratia dei nostri et decreto clementissimorum et religiosorum imperatorum Valentiniani et Marciani augustorum adunatus in Calchedonensem metropolitanam Bithyniæ ciuitatem in martyrio sanctæ ac uictricis Eufemiæ decreuit quæ subter conprehensa sunt

Dominus et saluator noster Iesus Christus fidei intellectum discipulis confirmare præcepit: pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis et ne ulla dis- Ioh. 14, 27
sensio inter suos ex religiositate uenerabili oriatur, sed ex æquo ueritatis ostendatur præconium. quoniam non desinit per sordiculas quasdam malignus insidiare pietatis seminibus, sed semper noui quiddam aduersus ueritatem indagat, ob hoc dominus noster habens prouidentiam humani generis hunc clementissimum ac fidelem aduersus æmulum nobis concessit principem, qui undique ad se sacerdotes conuocauit, ut gratia domini nostri Iesu Christi cooperante totam falsitatis noxam adgressa abiciat et ueritatis eam corroboret germinibus. quod et fecimus communi decreto uel iudicio erroris persequentes sectas, sed et perfectissimorum patrum innouauimus fidem trecentorum decem et octo symbolum omnibus prædicantes et quod sincera agnitione animo concepisse cognoscimus, sacerdotes attitulantes notauimus. et post hæc conuenerunt in urbe Constantinopolitana numero centum quinquaginta etiam hi hanc confirmantes fidem. nos uero hunc ordinem et omnes fidei formulas custodientes decernimus secundum Ephesitanorum concilium, quorum auctores uenerabilis memoriæ Cælestinus urbis Romæ et Cyrillus Alexandrinæ urbis episcopus, unianimiter sentientes iuste præcellere inculpabilis fidei expositionem trecentorum decem et octo uenerabilium beatissimorum patrum qui in Nicæam temporibus diuæ memoriæ Constantini imperatoris conuenerunt, etiam obtinere uero et centum quinquaginta uenerabilium episcoporum apud Constantinopolim quæ decreta sunt aduersum interemptionem sectarum pullulantium et crescentium manifestatione huius catholicæ et apostolicæ nostræ fidei.

---

2 ista epistola iam scripsi in codice presbiteri Tribuni B^{p} *in mg.*

AO, B [=*bcdlp*], *Q* [=*aetwx*], *W*

1 INCIPIT—CONCILIO *AO* INCIPIT SYNODVS EPISCOPALIS CALCEDONENSIS HABITVS A [AD B^{l}] QVINGENTIS VIGINTI [QVINGENTI B^{l}] EPISCOPIS CONTRA EVTHICITEM *B* INCIPIT PROLOGVS CANN CALCEDONENSIS *W* INCIP SYNODVS EPP [EPISCORVM Q^{wx}] CALCHEDONE FACTVM *Q*

2 nostri *om.* *Q* 3 religiosissimorum *QW* adunatam AOB^{bdl} adunati *W* 4 calchedonense metropolitana QB^{bl} ciuitatem *om.* *AOQ* atque *BW* *om.* *AO* 5 eufimiæ Q^{aet} B^{bcdl} quæ decreuerint sunt subter adnexa *Q* 6 Iesus *om.* *Q*, *corr.* Q^{x} intellectu Q^{x} discipulos confirmari Q^{x} *corr.* 7 præcipit $Q^{x}B^{bcp}$ præcipiens erit Q^{x} *corr.* et *AOBW* ut *Q* nulla AOQ^{x} *corr.* 8 uos QB^{dl} nos Q^{x} *corr.* ex¹] ex de *AO* et $B^{bd}W$ æquo *Q* ea quo B^{bdlp} ea quod AOB^{c} quo *W* 9 et quoniam *Q* sed quoniam Q^{x} *corr.* desit *AOB* sorticulas B^{l} articulam *A* articula *O* quædam *AO* insichari *W* 10 similibus *Q*, *corr.* Q^{x} indagatur B^{c} indagata $B^{p}W$ indignata B^{bl} indigna, *superscr.* proferre B^{d} ab *BW* 10/11 habens dns noster *Q* 11 et *QW* 12 ad se *om.* *AO* uocauit *AO* 13 noxiam OB^{d} adgressa QB^{bdlp} adgresus B^{c} adgressam *W* *om.* *AO* a grege suo Q^{x} *corr.* *præclare, modo scribatur* sua abiciatur *AO* 14 eum Q^{x} *corr.* corroborare *AO* decretum *AO*, *corr.* *O* 15 errores QB^{bd}, *corr.* B^{d} errorum *W* et sectas *Q* innouamus fidem *B* fidem innotescamus *AO* 17 cognoscimur *A* attitulantes *om.* WB^{c}, *corr.* B^{c} hac *W* 18 urbem *B* constantinopolitanam $AB^{cd}W$, *corr.* *A* hi *om.* *W* 19 hunc] nunc *QW* 20 efesianorum B^{d} *corr.* quorum *in* cuius *corr.* Q^{x} auctores fuerunt Q^{x} *corr.* auctore B^{t} uenerabilis memoriæ *BW* uenerabiles scae memoriæ *AO* uenerabiles *Q* 21 romæ eps *AO* alexandrie *W* ecclesiæ urbis B^{c} episcopi $B^{blp}Q^{a}$ *corr.*, $Q^{ex}W$ unanimiter $B^{bdlp}Q^{aex}$ et iuste 22 uenerabilium ac *BW* 23 diui *W* 24 uere B^{d} *corr.*, *del.* Q^{x} et *om.* *Q* 25 quæ *et* sunt *del.* Q^{x} aduersus $B^{bdlp}QW$ ad B^{c} 26 manifestationem *AO* et manifestationem Q^{x} *corr.* et apostolicæ *om.* B^{l} fidei nostræ B^{c} fide *AO*

SYMBOLVM TRECENTORVM DECEM ET OCTO ET CENTVM QVINQVAGINTA

Credimus in unum deum patrem omnipotentem, factorem cæli et terræ, uisibilium omnium et inuisibilium; et in unum dominum Iesum Christum filium dei unicum, de patre natum ante omnia sæcula, deum uerum de deo uero, natum non factum, eiusdem substantiæ qua pater est, per quem omnia facta sunt, qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit, incarnatus est de spiritu sancto et Maria uirgine, homo factus, crucifixus pro nobis sub Pontio Pilato, sepultus resurrexit tertia die, ascendit ad cælos, sedet ad dexteram patris inde uenturus cum gloria iudicare uiuos et mortuos, cuius regni finis non erit; et in spiritu sancto, dominum et uiuificatorem, a patre procedentem, qui cum patre et filio adoratur et glorificatur, quod locutus est per prophetas; in unam catholicam atque apostolicam ecclesiam. confitemur unum baptismum in remissionem peccatorum. speramus resurrectionem mortuorum, uitam futuri sæculi. amen.

Sufficerat quidem ad plenariam pietatis agnitionem et confirmationem sanctum hoc et salutare diuinæ gratiæ secretum; de patre enim et filio et spiritu sancto docet nos plenaria et perfecta domini nostri incarnatio quibus fideliter credulitas, adest. sed quoniam hi qui ueritatis destruere conantur præconia, quasdam innouationes procreauerunt et secretalem domini nostri incarnationem corrumpere nisi sunt et diuinæ uocis uirginem creatricem ausi sunt denegare et confusionem unius naturæ humani corporis et diuinitatis ausi sunt componere ac separabilem et corruptibilem unici filii diuinam naturam dicere temptauerunt, ob hoc omnem ipsis opponendam aduersus ueritatem machinationem uolens hoc præuenerabile atque mundanum concilium antiquo illo præconio et firmo exemplo decreuit edocens præcipue trecentorum decem et octo episcoporum uenerabilium fidem manere incontaminatam et aduersus illos qui spiritui sancto aduersantur, quam fidem etiam posteriore tempore in urbe Constantinopolitana centum quinquaginta conuenientes uenerabiles episcopi doctrinam nobis spiritus sancti

---

AO, *B* [=*bcdlp*], *Q* [=*aetwx*], *W*

2 omnipotentem] omnium *BW*   3 omnium *post* inuisibilium *coll.* *W*   dn̄m n̄rm *O*   4 uero *A*   uero *om.* B^{bl} eiusdemque *Q*   5 quem] quæ B^{bd}, *corr.* B^{d} 6 descendit et $B^{bd}W$ incarnatus] natus *AO*   de] ex $Q^{aet}W$ et *BW* et ex *AO* in *Q*   7 sepultus est et *AO* *om.* *W*   8 in *AO*   sedit $B^{d}Q^{at}$ et sedit *W*   unde *AO*   uenturus est $A^{corr}O$ 9 non erit finis $B^{bcd}W$ sp̄m sc̄m B^{c} *corr.*, Q^{a} *corr.*, $Q^{wx}W$ dm̄ *W*   et² *om.* *OW*   uiuificantem *O*   10 et qui AOB^{bldp} et adoratur B^{c} qui $B^{c}Q^{e}$, Q^{w} *corr.*, Q^{x} *corr.*, W^{corr} que Q^{x} 11 et in B^{bd} et B^{b} *corr.*, Q^{x} *corr.*, *W*   unam scām W^{corr} et *W*   baptisma $Q^{wx}W$ 12 remissione BQ^{et} et uitam W^{corr} 13 *post* amen *pergunt* eos autem qui dicunt erat tempus quando non erat et priusquam nasceretur non erat et quia ex nullis extantibus factus [facturus *O*] est uel ex alia essentia dicentes mutabilem et conuertibilem filium dei hos [hoc *O*] anathematizat catholica et apostolica æcclesia post hoc concilium nicænum quod in urbe roma concilium congregatum est a catholicis ep̄is addiderunt de sp̄u sc̄o etc. — in cælis cum patre non erat [=*Ecclesiæ Occident. monum. iuris antiquissima ed. Turner* 1 283, 20—289, 87] *AO*   14 suffecerat Q^{a} *corr.* sufficeret Q^{x} et confirmationem *Q* mortuorum et confirmationem *W* *om.* *AOB*   15 hunc *BQW*, *corr.* Q^{ax} salutarem B^{bdp} saluatorem B^{l} et filio enim *AO*   16 et *om.* $B^{c}Q$ perfectæ $B^{bclp}Q$ n̄i ih̄u B^{c} n̄ri ih̄u x̄pi *AO*   17 præconiam B^{bdlp} præconium B^{c} innouationis *AOW*   18 et¹ *Q* *om.* *AOBW*   diuini *W*   19 uocis misterium ad Q^{x} *corr.*   confessionem *AO*   humanæ $B^{bd}Q^{a}$ *corr.*   20 et¹ *om.* *AO*   componere ausi sunt *QW*   ac *Q* *om.* *AOBW*   reparabilem *AO*   21 ab B^{c} omnem $B^{c}Q^{a}$ *corr.*, Q^{x} *corr.* omne *Q* omnes $AOB^{bdlp}W$ ipsi *W*   opponenda *Q*, *corr.* Q^{ax} oppugnandam [g *del.* B^{b}] B^{bd} 22 uolens excludere Q^{x} *corr.*   huc *AO*   præuenerabile *B* præuenerabilem *AO* peruenerabile *W* peruenerabilem *Q* uenerabile Q^{x} *corr.*   mundanum] magnum Q^{x} *in ras.*   antiquum *W*   23 edocens *QW* et docens AOB^{bdlp} docens B^{c} præcipuæ et *A*   24 uenerabilem *O*   incontaminata *Q*, *corr.* Q^{ax} et] ut B^{bd} sp̄u $QB^{p}W$, *corr.* Q^{x} 25 fidem *male additum*   tempore *om.* *W*   constantinopolitanam *AO*   26 et doctrinam *B* et doctrinæ *W*   de sp̄s Q^{x} *corr.*

substantiæ confirmauerunt, non quod aliquid deesset priscæ fidei, superadicientes, sed aduersus eos qui nitebantur diuini spiritus conceptioni aduersari et domini nostri potestatem corrumpere, hos ergo scripturis diuinis adtestantibus euidentius manifestantes. propter hos qui substantiæ secretum euertere insectabantur dicentes hominem sine diuinitate fuisse creatum ex uenerabili uirgine Maria inpudenter et uulgariter, uenerabilis quondam episcopi Cyrilli Alexandrinæ ecclesiæ litteras et totius Orientis congruas aduersus Nestorii amentiam, in quibus manifesta est expressio certi atque salutaris symboli desiderantibus, epistulam atque archiepiscopi Leonis primæ sedis quæ destinata et directa uidebatur ad uenerabilem sanctæ memoriæ Flauianum ad intercipiendam Eutychetis malignitatem quamuis sancti Petri confessioni concordantem et unam atque similem paginam uisa est aduersus obtrectantium audaciam, euidenter edere conuenit integræ fidei credentibus. nam et eos qui quasi bifariam dei uiui substantiam secretalem nituntur diuidere, oppugnant, hos etiam qui passibilem audent dicere diuinitatem unici filii, hos repellendos de omni synodo oportet nec non et hos qui duplicis naturæ commixtionem confusionem domini nostri argumentantur, inpugnare et qui cælestem uel etiam constare substantiam quam ex nobis concreatam ipsis ergo figuram delirantes uel insanientes dicimus et hos qui duas ante natiuitatem domini naturas, unam post unituram insulse fingentes excommunicare oportet.

Sequamur igitur patrum nostrorum sententiam unum et eundem confitentes dominum Iesum Christum conuenienter edocentes, perfectum eundem in diuinitate et perfectum eundem carnalem hominem, deum certum eundem, hominem certum eundem ex anima rationali et corporis substantia patri in diuinitate similis, item et nobis per

---

8 contra Eutychem Leo papa, Flauianus et Quirillus episcopus Alexandrinus respondunt B^p *in mg.*

AO, B [=*bcdlp*], *Q* [=*aetwx*], *W*

1 substantiam *AO* substantia WQ^x *corr.* ac substantia *Q* 2 s̄pui *Q*, *corr.* Q^x conceptione *BW* concepcionem *A* contemptionem *O* 3 potestate *AO* hos ergo] suam sententiam Q^x *corr.* in- scripturis $B^{bdlp}W$ scripturarum diuinarum Q^x *corr.* adtestatione *QW* 4 hos ergo Q^x *corr.* illos uero B^c 5 et hominem Q^x *corr.* diuinitatem $B^{bdp}Q^tW$ et ex *AO* uenerabile *OBQW*, *corr.* Q^{ax} *ante* et *ins.* delerantes Q^x 5/6 bulgaliter B^{bdlp} culgaliter B^c uulganter *Q* et uulganter *in* diuulgant *corr.* Q^x 6 contra uenerabilem—ēpm̄ *Q*, *corr.* Q^x quosdam *AO* quandam B^c et] synodicas ad nestorium et alias B^c et ad Q^x *corr.* 7 orientis ēpōs Q^x *corr.* congruas existentes suscipit B^c nestorii amentiam] nestorium etiam *W* est AOQ^x *corr.* *om.* *BQW* 7/8 certa itaque *W* 8 salutares *W* nosse desiderantibus Q^x *corr.* atque epistulam Q^x *corr.*, *non male, nisi mauis* epistulamque 9 uidetur Q^x *corr.* 10 intercidendam B^c euthicis B^c eutyces *Q*, *corr.* Q^x malignitate B^{bd} quam uiso *AO* confessioni B^cQ^x *corr.* confessione $B^{bdlp}QW$ confessionem *AO* 11 et *om.* *AO* ut Q^x *in ras.* una Q^{etwx} similis pagina *Q* uisa esset Q^x *corr.*; *nescio an scribendum sit* uisam 12 edocere *Q* edocent Q^x *corr.* conuenire Q^x *corr.* et *om.* *AO* 13 hos *del.* Q^x 14 et de *AOBW* omne B^{bdp} 15 et *om.* B^l duplicem *AOBW* confusione B^c confessionem *Q*, *corr.* Q^x 15/16 augmentantur *O* 16 qui de *AO* etiam alterius B^c constare *AOBW* consubstantialem *Q* quæ Q^x *corr.* 16/17 concretam *A* concreta est Q^x *corr.* adsumpsit formam serui B^c 17 ipsos B^c ipsi *Q* ergo] serui Q^x *corr.*; *re uera in* ipsisergo *latet* ipsi serui figuram] coram *W* dicunt Q^x *corr.* qui duas] quibus *AO* 17/18 natiuitatem in unitatem [unitate Q^x *corr.*] *Q* 18 naturas dn̄i *QW* dn̄i naturas duas *AO* unituram *scripsi* uninaturam *AO* unitarum $B^{bdlp}W$ unicarum *Q* unationem B^c unitionem Q^x *corr.* insule *O* *om.* B^c confingunt Q^x *corr.* 19 et *om.* *AO* 20 Christum *om.* B^{bdl} et docentes *AO* eundem] eundem carnalem hominem eundem *W* in *om.* *AOQ* diuinitatem $AOB^{bdlp}W$ et *om.* AOB^{cp} 21 carnalem—eundem[2] *om.* *W* hominem[1] *om.* *Q* certum eundem *om.* *Q* et Q^x *corr.* hominem[2]—eundem[3] *om.* B^{bdl} eundem[3] *om.* *W* 22 animo *AO* rationali WB^c *corr.* rationale B^{bdlp} rationalem *AO* rationabili B^cQ^a *corr.* Q^x *corr.* rationabile *Q* et[1] *om.* *Q*, *corr.* Q^x corpori *A* substantiam AOB^{bdlp} patre B^b similes B^b similem *Q* *om.* *W* 22—p. 14, 1 item—humana *om.* *W*

omnia in humana substantia similem præter peccatum, ante sæcula ex patre progenitum secundum diuinitatem, sed in ultimis diebus eundem propter nos et propter nostram salutem ex Maria uirgine diuini numinis creatrice secundum hominem, unum eundemque Christum filium dominum unicum, in duplici natura inconfuse inmutabilem indiuise cognoscendum, in nullo duplicis naturæ distantia interempta propter unitatem, salua proprietate naturæ utriusque sub una persona, non sub una substantia conuenientes, neque in duas figuras diuisam atque partitam, sed unum eundem filium unicum deum uerbum dominum Iesum Christum, sicut antiquitus prophetæ pro eo, etiam ipse nos Iesus Christus erudiit et patrum nobis tradidit symbolum. horum itaque cum omni ueritate et suauitate a nobis ordinata statuit uenerabilis et mundana ecclesia nullam aliam fidem licere cuiquam proferre aut edere uel docere uel tradere alterum symbolum corripere uolentibus ad scientiam ueritatis ex paganitarum aut Iudaicæ aut hæreticæ cuiuslibet sectæ. hos uero siue sint episcopi aut clerici, alienos esse ab episcopatu, seu clerici sint, a clero; sed et si monachi sint aut laici, hos excommunicare iubemus.

EXPLICIT EXPOSITIO FIDEI CONCILII CALCHEDONENSIS

d. 13 m. Oct. a. 451

INCIPIT ACTVS SYNODI CALCHEDONENSIS QVAE CONGREGATA EST III ID̄ OCTOBR̄S

6 1 Residentibus episcopis supra scriptis legitur libellus Eusebii episcopi contra Dioscorum oblatus synodo. requisitus Dioscorus non obseruat. conuenitur Dioscorus, dicit se uenire non posse, quod custodiretur a magistraneis et scholaribus. secunda ammonitione conuentus respondet se ægrotare et non, nisi senatus affuerit, ad synodum uenire. Dioscorus conuentus requirit a directis Iuuenalem Thalassium Eusebium Basilium et Eustathium. ingreditur Athanasius presbyter Alexandrinus cum libello contra Dioscorum, similiter et Ischyrion diaconus Alexandrinus. legitur Theodori libellus quo dicit se deputatum fuisse sanctæ memoriæ Cyrilli; erat enim magistrianus, sed pro remuneratione synodi Ephesenæ clericum factum. et post

---

A [*pauca abscissa*] *O*, *usque ad* 16 *B* [=*bcdlp*], *Q* [=*aetwx*], *W*

1 humanam substantiam *AO* substantiæ *W* similem et *AO* præter peccatum *om. W* 1/2 procreatum *W* natum *Q* 2 in *om. AO* temporibus B^{bd} nos—propter *om. W* 3 mariæ B^{b} uirgine *om. AO* diuini numinis [nu . . . *A*] AB^{bc} diuinum in his *O* diuini nominis $B^{dlp}QW$ creatricem $AOB^{bdlp}W$ 4 et eundemque $B^{bdlp}W$ filium] firmum *QW* dnm [dm̄ *O*] nrm AOB^{c} in *om. W* confuse *AO* 5 indiuise] diuinis *O* di . . . [*abscissa*] *A* et cognoscendum *AO* in cognoscendum B^{bdl} duplici *W* natura $AB^{bl}W$ naturam *O* naturas B^{d} distantiam $AOB^{bdlp}W$ interemptæ *QW*, *corr.* Q^{x} 6 proprietatem B^{bdl}, *corr.* B^{d} utriusque naturæ *QW* non *om. QW; num scribendum* nec non? sub una *om. Q* et Q^{x} *corr.* 6/7 conueniente *Q* 7 neque enim *W* figuram B^{b} diuisum—partitum Q^{x} *corr.* eundemque *W* et eundem Q^{x} *corr.* 8 uerum $AOBQ^{x}$ *corr.* dominum *om. AOB* antiquitas *W* prophetæ *om. AO* pro] de Q^{x} *corr.* et etiam Q^{x} *corr.* 9 erudit B^{c} erudiuit *Q* quorum AOB^{c} his Q^{x} *corr.* 10 cum omni] communi *W* atque *Q* a nobis *om.* B^{c} nobis B^{c} *corr.* ordinatam B^{c} ordinatis Q^{x} *corr.* uenerabiles B^{bd} munda *AO* conuentus *superscr.* Q^{x} 11 nullam aliam] nulla malitia [maliciam *W*] $B^{bd}W$ dicere *AO* *post* docere *superscr.* eos autem qui audent cōponere fidem alteram aut proferre aut docere Q^{x} *ex corr.* 12 corripere $B^{bdlp}QW$ componere AOB^{c} conuerti *superscr.* Q^{x} paganistarum Q^{x} *corr.*, paganorum *AO* iudaici $B^{bdlp}Q^{t}W$ iudaicum *AO* aut[2]] ab *O* 13 heretici B^{p} sectæ conuertere B^{c} rectæ B^{l} hoc B^{bd} alienus $B^{b}W$ 14 episcopatum *AOW* seu—clero *W* seu clerici [clericatu B^{c}] sint *B* seu clerici *AO* et clero *Q* aut laici *om. AO* ita ut laici [laicos Q^{a} *corr.*] *Q* hos *om. AO* excommunicari $B^{l}Q^{ae}$ 16 *om. Q* EXPLICIT SYNODVM [synodus B^{c} concilium *W*] mundanum id est uniuersalem [uniuersale $B^{lp}W$ uniuersali B^{c}] APVD CALCEDONA [calcidona B^{c} calcedn̄si habitum metropoli bithiniæ *W*] *BW* CONCILII *om. A* 21 respondit *AO* 22 a *O* ac *A* thalasium *O* 24 scyrion *A* cyrion *O* 25 de se putatum *O* defuisse *AO* 26 magistrianius *O*

quindecim annos a Dioscoro se deflet exclusum et non solum se, sed et generationem Cyrilli fugasse de ciuitate odio fidei quam ille prædicauerat [fidei]. et dicit illum * tam Origenis, fuisse blasphemum, homicidam, sed et turpis uitæ fuisse illum semper se promittit docere. petit eos quos secum Dioscorus sollicitatos adduxerat, in custodiam redigi et ab his requiri, id est Agorastum Dorotheum Eusebium Iohannem notarium. leguntur Ischyrionis libelli dicentis Dioscorum agros uastasse, multorum deiecisse domos, alios exilium misisse, alios multasse, alios urbe propulsos. auarum ⟨fuisse⟩ et pauperibus negasse; quæ prouinciis ⟨Libycis⟩ propter ariditatem a iudicibus indulta sunt, a prouincialibus uili emere et caro distrahere ita ut oblationes ecclesiis desint. pecuniam quam Peristeria nobilis ⟨memoriæ⟩ ecclesiæ reliquerat monachis xenodochiis et pauperibus erogandam, thymelicis et theatralibus expendisse personis et ⟨a⟩ mulieribus domum ipsius et balneas frequentari. quarum una erat famosa Pansophia cognomine Montana, de qua etiam a populo clamatum est. agros messes monachis * * excisis omnibus et habitationibus dissipatis se mendicare. Petrum istum tunc diaconum dicit cum aliis ad rapiendum se fuisse directum, quem memorat perfidiæ ipsius in Epheso ministrum fuisse. extortam sibi clauso professionem in ciuitate non manendi. petit iterum Agorastum Dorotheum Eusebium Didionem Arpocrationem Petrum Gaianum et mediastrinum balnei episcopi, ut per ipsos et alios doceat quod intendit. legitur et Athanasii: dicit sibi auunculum fuisse Cyrillum episcopum et commendatum fuisse Dioscoro successori suo, sed iste contra fidem ueniens oppressisse non ueritus affligit. propinatum se Chrysafio et Nomo, ut cogeretur omnia sua perdere et insuper pecuniam mutuari. fratrem suum Paulum ipsis suppliciis et iniuriis interisse. demum et quidquid habere potuit, occupasse et se post omnia ab officio remotum. interdictum sibi misericordiam panem balneas. legitur Sofronii libellus: accusatur Dioscorus adulterii ⟨et⟩ blasphemiorum. petitur Timotheus minister eius ut discutiatur. mandatur trina conuentio; respondet singulis qui directi fuerant, isdem uerbis dicens: quod dixi semel, dixi; quod addam, non habeo. dantur interlocutiones de contumacia iudicandum et consentientibus singulis dicta sententia est, quod Eutychen receperit et Flauianum deposuerit nec permiserit apostolicæ sedis scripta in synodo recitari, ut hæresis nutriretur, quod criminaliter appetatur, quod contra canones ab aliis depositum ipse susceperit. Anatolius referendam Dioscori damnationem dicit apostolicæ sedi. dicunt omnes sententiam.

ITEM CALCHEDONENSIS VIII KL NOVEMB GESTA HOC CONTINENT d. 25 m. Oct a. 451

2 Residet imperator cum episcopis et potestatibus ac senatu. alloquitur imperator Latine et Græce in principio imperii sui contra hæreticos causam fidei se uelle tractare. adclamatur. sequitur interlocutio quæ fecit locum symbolo Nicæno trecentorum decem et octo et symbolo centum quinquaginta ita

AO

2 quam—fidei *om. A* fidei *deleui* *lacunam significaui supplendo e. g.* ⟨sequi sec⟩tam 3 originis *AO* 6 scyrionis *AO* 7 mutasse *AO* 8 fuisse *addidi* Libycis *addidi* a iudicibus] παρὰ τῶν βασιλέων *Gesta Chalcedonensia* 10 persteria *AO* memoriæ *addidi ex* Γ 11 sinodochiis *AO* temellicis *AO* 12 a *addidi* 13 parisophia *AO* 14 *lacunam significaui, cf.* Γ excissis *AQ* se mendicare] emendicare *AO* 16 professione *O* 17 ciuitatem *AO* Διδίωνα Γ didonem *A* titonem *O* 18 apocrationem *AO* 21 obpressise *A* ueritos *AO* 22 pecunia *O* 25 sifroni *AO* et *addidi* blasphemum *AO* 26 Agorastus *Gesta* responderunt *AO* 29 recepit *O* 30 hereses *AO* 32 referendam *Amelli, etsi Maximus, non Anatolius in Gestis 2, 93 talia dixisse refertur* refrenandam *AO* dicit *om. O* 34 CALCHEDONENSIS *AO* 35 epo *AO* senatui *AO*

Credimus in unum deum patrem omnipotentem, factorem cæli et terræ, uisibilium et inuisibilium; et in unum dominum Iesum Christum filium dei unigenitum, qui natus est ex patre ante omnia sæcula, deum uerum de deo uero, natum non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt, qui propter nos homines et salutem nostram descendit et incarnatus atque inhumanatus est et passus et resurrexit tertia die, ascendit in cælos, uenturus est iudicare uiuos et mortuos; et in spiritu sancto.

Eos autem qui dicunt »fuit aliquando quando non erat« et »priusquam nasceretur, non erat« et quod ex nullo fuerit, aut ex alia substantia uel essentia dicentes esse aut conuertibilem aut mutabilem filium dei, hos anathematizat catholica et apostolica ecclesia.

Item etiam centum quinquaginta sanctorum patrum qui Constantinopolim congregati sunt

Credimus in unum deum patrem omnipotentem, factorem cæli et terræ, uisibilium omnium et inuisibilium; et in unum dominum Iesum Christum filium dei unigenitum, ⟨natum⟩ ex patre ante omnia sæcula, deum uerum de deo uero, natum non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt, qui propter nos homines et salutem nostram descendit et incarnatus est de spiritu sancto et Maria uirgine et inhumanatus et crucifixus est pro nobis sub Pontio Pilato et sepultus est et resurrexit tertia die, ascendit in cælos, sedet ad dexteram patris, iterum uenturus est cum gloria iudicare uiuos et mortuos, cuius regni finis non est; et in spiritum sanctum, dominum et uiuificantem, ex patre procedentem, qui cum patre et filio adoratur et glorificatur, qui locutus est per sanctos prophetas; in unam catholicam et apostolicam ecclesiam. confitemur unum baptisma in remissionem peccatorum. expectamus resurrectionem mortuorum et uitam futuri sæculi. amen.

Sequitur interlocutio contra eos qui negant theotocon, id est quæ deum peperit sancta Maria, uel eos qui confusionem et permixtionem introducunt et unam natiuitatem dicunt deitatis et carnis. fit in eadem interlocutione mentio epistulæ ad sanctæ memoriæ Flauianum de catholica * *, de cuius rei * et plurimis disputatur. et ⟨in⟩ interlocutionis istius conclusione aliter credentibus pœna præponitur. cui subscribunt omnes episcopi.

Post subscriptionem omnium episcoporum interloquitur imperator dicens ut profiterentur omnes episcopi si proprio consensu definitio quæ est lecta, prodierit.

Omnes et uniuersi adclamauerunt: Sic credimus. una fides, una sententia. omnes hoc sentimus. omnes consensimus et subscripsimus. omnes orthodoxi sumus. hæc est fides patrum. hæc est fides apostolorum et catholicorum. hæc fides saluauit uniuersum orbem. Marciano nouo Constantino, nouo Paulo, nouo ⟨Dauid⟩. annos Dauid imperatori. domine, uitam da nouo Constantino, nouo Marciano. uos pax totius orbis. et alia multa adclamata sunt.

Interlocutio imperatoris ad synodum gratias agentis deo quod plurimi errores circa fidem adempti et omnes in una fide fuerint reuersi atque concordia. iterum adclamatum est.

A [*paucissima abscissa*], *O*

5 inhumatus *AO* humatus *O*corr   6 in *O* ad *A*   7 quando *A* quod *O*   11 etiam *om. O*   15 natum *addidi*   16 sunt *om. A*   17 mariam *AO*, *corr. O*   inhumana *AO*   20 spū sc̄o *O* dm̄ *A*   21 cum patrem *A*   23 remissione *A*   et expectamus *A*   24 et *om. A*   26 confessionem *AO*   27 et carnis *om. A*   28 *lacunam statui e. gr. supplendo* circa dei uerbi incarnationem fide   *lacunam statui e. gr. supplendo* subtilitate   29 in *om. AO*   interlocutionem *O* conclusionem *AO*   proponitur *O*   32 prodiderit *AO*   33 si *O*   sciencia *A*   37 Dauid *suppleui*   39 agentes *AO*   erroris *AO*

Adloquitur imperator: Pia et catholica fide a sancta et uniuersali synodo secundum patrum expositionem manifestata iustum simul et utile peruidet nostra tranquillitas omnis deinceps contentionis occasionem super pura religione penitus amputandam. si quis igitur priuatus aut militans uel etiam clericus alloquio publice de fide multitudinem congregarit et per disputationes fecerit turbas, nouerit se de regnatrice urbe esse pellendum; qui autem militat, de militia sua et clericus de gradu proprio periclitabuntur aliisque subdendos esse suppliciis. item adclamatum est.

Adloquitur imperator et dicit: Sunt quædam capitula quæ ad honorem uestræ reuerentiæ reseruauimus existimantes decere apud uos ista canonice secundum synodum ordinari aut nostris legibus sanciri.

Et recitauit iussu principis Veronicianus a secretis sancti consistorii ita

De monachis etiam ne quis sine conscientia episcopi monachorum monasterium in qualibet ciuitate uel in agro audeat fabricare. et eos episcopis subditos esse debere et quietos orationi uacare atque ieiunio. neque ecclesiasticis aut publicis causis molestus existat, nisi forte in causa necessaria ab episcopis iussus. nec potestatem habeat suscipere seruos aut originarios præter dominorum conscientiam. nec clerici aut monachi conductores aut procuratores fiant, quod modis omnibus prohibetur, nisi forte ecclesiasticæ rei ab episcopo suo conductor aut procurator fuerit institutus. quibus interponit pœnam. clericos etiam transire ad alteras ecclesias non licere, interponens susceptori pœnam atque suscepto, donec ad propriam reuertatur ecclesiam.

Quæ lecta eadem scheda Constantinopolitano episcopo traditur. adclamatum est iterum.

Imperator interloquitur pro Nicæa ciuitate solo nomine honoranda, quod illic synodus fuerit congregata, salua dignitate metropolitani Nicomediensis. adclamatum est. et in fine interloquitur imperator ad synodum et dicit: Laborastis tanti interualli [et] uexationem sustinentes, expectate autem adhuc tres dies aut quattuor et præsentibus iudicibus magnificis nostris singula quæ uolueritis, exerite adiutoriis competentibus promeritura. nullus autem uestrum antequam perfecta de omnibus forma prodeat, a synodo sancta discedat.

Edidit Veronicianus et Constantinus uiri deuoti agentes in rebus secretarii sacri consistorii.

Exempla gestorum de Græco in Latinum translata

3 Consulatu domni nostri perpetui augusti VII k̅l̅ Nouemb̅r̅ Calchedone (d. 26 m. Oct. a. 451)
secundum præceptum diuini clementissimi domni Marciani p̅p̅ ⟨aug̅⟩ conuenientibus in sancta ecclesia sanctæ martyris Eufemiæ

u̅c̅ et ⟨inlustri⟩ magistro militum ⟨ex⟩ consule ordinario et patricio Anatolio

---

3 *Græce extat in actione VIII, aliæ uersiones Latinæ in Gestorum uersione et antiqua* [Φ^a] *et correcta* [Φ^c] *et a Rustico recensita* [Φ^r]

A [*paucissima abscissa*], *O*

2 expositione *AO* 3 omnes *A* o̅m̅s̅ *O* contentiones occasio *AO* 4 alloqui *AO* 5 congregarit *scripsi* congregari ut *AO* 7 subdendus *AO* 8 quidem *AO* 9 dicere *AO* 11 uerocianus *AO* 12 monachicis *A* etiam *AO*, *coniecerim* æstimamus 13 e̅p̅i̅ *A* 16 conscientia *AO* 19 æcclesias *O* ecclesias transire *A* 20 susceptoriam *AO* atque *scripsi* quæ *AO* propria *AO* æcclesia *O* 23 loquitur *AO* Nicæa] *confusa cum Chalcedone, cf. actionem XIIII* [*XIII*] 26 et *deleui* uexatione *AO* 29 a *om. A* synodo esc̅a̅ descendiscedat *AO*, *corr. O* 30 uerocianus *AO* 31 consitorii *AO* 32 latinum AO^{corr} latino $A^{corr}O$ translatum *AO*, *corr. O* 34 diuini *AO* p̅p̅ *A* pap̅ *O* aug̅ *addidi* 36 u̅n̅ c̅c̅ *AO* inlustri *addidi* magistri *AO* magistris O^{corr} ex *addidi*

et uiro clarissimo et inlustri ppo Palladio

et uc et inlustri magistro officiorum Vincomalo,

conuenientibus etiam et Pascasino et Lucensio reuerentissimis episcopis et Bonifatio uiro religioso presbytero uicariis archiepiscopi senioris Romæ Leonis

et Anatolio uiro uenerabili archiepiscopo splendidi nominis Constantinopolitanæ

et Maximo uenerabili episcopo Antiochiæ Syriæ

et Iuuenale uenerabili episcopo Hierosolymitano

et cetera sancta et œcumenica synodo [hodie] quæ secundum sancta diualia diui et clementissimi domini in Calchedonensi ciuitate congregata est, omnibus residentibus ante cancellos sancti altaris,

magnificentissimi et inlustres iudices dixerunt: Diuus et clementissimus noster dominus rogatus a Maximo et Iuuenale sanctis episcopis præcepit nos inter eos audire de his quæ uertuntur capitulis. et conuenientes memorati uenerabiles uiri certa ad inuicem nulla interueniente scriptura statuerunt, quæ nobis manifesta constituerunt ac si consensu iuste esse statuta. hæc itaque necessarium arbitrati sumus et in conspectu sanctæ synodi singula instruere, ut et de uestro decreto et ex nostra sententia quæ placuerint, roborentur.

Maximus reuerentissimus episcopus Antiochiæ Syriæ dixit: Placuit mihi et reuerentissimo episcopo Iuuenali [quos] post multam altercationem ad concordiam ut sedem Antiochinæ urbis, quæ est sancti Petri, habere duo Fenices et Arabiam, sedem uero Hierosolymitanam habere tres Palæstinas, si tamen id uenerabili patri nostro archiepiscopo Romæ maioris Leoni placuerit, qui cupit ubique sanctorum patrum canones infringibiles permanere. et rogamus ex sententia uestræ magnificentiæ et sanctæ synodi per scripturam hæc roborari.

Iuuenalis uenerabilis episcopus Hierosolymitanus dixit: Eadem mihi placuit ut sanctam quidem Christi Anastasim tres Palæstinas habere, sedem uero Antiochiæ duas Fenices et Arabiam. rogo et ego ex sententia uestræ magnificentiæ et sanctæ synodi hæc roborari.

Pascasinus et Lucensis uiri uenerabiles episcopi et Bonifatius presbyter uicarii sedis apostolicæ per Pascasinum uenerabilem episcopum dixerunt: Ea quæ concordantibus fratribus nostris Maximo uenerabili Antiochenæ ecclesiæ episcopo et sancto et uenerabili Iuuenali Hierosolymitano ⟨episcopo⟩ bono pacis placuisse noscuntur, id est ut Antiochena ecclesia duas Fenices et Arabiam habeat, Hierosolymitana uero tres Palæstinas habeat, etiam nostræ humilitatis interlocutione firmentur, ut nulla in posterum super hoc negotio supra dictis ecclesiis controuersia relinquatur.

Qua interlocutione Græce interpretata per Beronicianum uirum deuotum agentem in rebus et secretarium sacri consistorii

Anatolius uenerabilis archiepiscopus gloriosissimæ Constantinopolitanæ dixit:

AO

3 pascasio *AO, corr. O* lucullensio *AO* 4 uicario *AO* archiepo *A* 5 uu *AO* 7 uenerabili] urb *AO* 8 eocomenica *AO* hodie *deleui* diui] diu *AO, corr. O* 9 calcedonense *AO* 12 rogitus *AO, corr. O* 13 quibus *AO* 14 interuenientes *AO, corr. O* constiterunt *O*corr 15 necessario *AO* 19 quos *deleui* ut [= ὥστε] *scripsi* et *AO* 20 anthinociæ *A* 21—23 si tamen—permanere] *desunt in ΓΦ* 21 id est *AO, corr. O* 22 leonis *AO*, corr. *O* ubi *AO, corr. O* 23 exencia *A* 24 synodi *om. AO, corr. O* hoc *O* 26 cristianam stasim *AO* 27 exsencia *A* sca *O* synodo *AO* 29 lucullensis *AO* uu *AO* 30 urb epo *AO* 31 uen *O* ur *A* 32 episcopo *addidi* 34 firmetur *AO* 37 secretum *AO, corr. O* 38 anatholio urb archiepo *AO, corr. O*

Quæ conplacita sunt inter beatissimum episcopum Maximum Antiochiæ et uenerabilem episcopum Hierosolymitanum Iuuenalem, et ex mea interlocutione firma manebunt, ut sancta quidem ecclesia Antiochenæ urbis duas Fenices et Arabiam habeat, sancta uero ecclesia Hierosolymitanorum tres Palæstinas habeat, ut deinceps unaquæque ecclesia aduersus alteram propter hanc rem nullam habeat altercationis querelam.

Omnes uniuersi uenerabiles episcopi uociferati sunt, quorum nomina infra scripta sunt: Et nos hæc ipsa dicimus ⟨et⟩ consentimus eis quæ a patribus dicta sunt.

Magnificentissimi et gloriosissimi iudices dixerunt: Opus et hic factum est sanctæ trinitatis et diui clementissimi nostri imperatoris propositionis, ut ea quæ iurgantur, ab eis qui altercari poterant, uni consilio deciderentur uoluntatique. ad concordiam igitur Maximi sancti episcopi Antiochensium et Iuuenalis sancti episcopi Hierosolymitani factus consensus, sicuti singulorum expositio *, firma ex nostra sententia et decreto sanctæ synodi in perpetuo tempore permanebit, id est ut Maximus quidem sanctus episcopus siue sancta Antiochiensium ciuitas duas Fenices et Arabiam sub potestate sua habeat, Iuuenalis uero sanctus episcopus Hierosolymitanus siue sancta ecclesia quæ sub ipso est, tres Palæstinas sub potestate sua habebit, sopitis secundum præceptum diui et clementissimi nostri domni uniuersis praumaticis aliisue promeritis ⟨a⟩ partibus litteris diuinis et multæ in eis adscriptæ hac scilicet causa.

Et alia manu: Edantur

Exemplum de Græco in Latino

4 Consulatu domni Marciani p̄p aug̅ et qui nuntiatus fuerit, vi k̅l̅ Noub̅ Calchedone d. 27 m. Oct a. 451 secundum præceptum diui clementissimi domni nostri Marciani p̄p aug conuenientibus in sancta ecclesia sanctæ martyris Euphemiæ

magnificentissimo et gloriosissimo magistro militum ex consule et patricio Anatolio et magnificentissimo ⟨et⟩ gloriosissimo præfecto sacri consistorii Palladio et magnificentissimo et gloriosissimo magistro sacrorum officiorum Vincomalo,

conuenientibus etiam et Pascasino et Lucensio uiris reuerentissimis episcopis et Bonifatio uiro reuerentissimo presbytero uicario sancti archiepiscopi senioris Romæ Leonis

et Anatolio uiro reuerentissimo archiepiscopo magnissimi nominis Constantinopolis

et Maximo uiro reuerentissimo episcopo Antiochiæ Syriæ

et Iuuenali uiro reuerentissimo episcopo Hierosolymitano

et cetera sancta synodo quæ ex sanctione diui et clementissimi domini nostri in Calchedonensi ciuitate congregata est, quorum nomina supra scripta,

residentibus uniuersis ante cancellos sancti altaris,

Maximus uir reuerentissimus episcopus Antiochiæ dixit: Deprecor magnificentissimos et gloriosissimos iudices et sanctam hanc uniuersalem synodum humanitatem

4 *Græce non habetur, uersio fere eadem extat in Gestorum uersionibus* Φ[cr] *post actionem VII*

AO

3 ut] et *AO* 8 et *addidi* 9 est *A*[corr]*O* et *A* 10 præposicionis *AO* 11 qui] quæ *AO* deciderent *AO* 13 *excidit* ἐδήλωσεν 14 et] stet *AO* decreta *AO* decretum *O*[corr] synodus *AO, corr. O* 15 ciuitatem *AO, corr. O; postulatur* ecclesia 16 habeant *AO, corr. O* iuuenalem *AO, corr. O* sc̅m̅ ep̅m̅ hierosolimitanum *AO, corr. O* 17 soptis *O* 18 domini *A* 19 a *addidi* hæc *A* causa sæcularia *A* 26 et[2] *om. AO* perfecto *A* 29 senioribus *A* 31 constantinopolitani *AO* 35 est *om. AO*

exercere in Domnum qui fuit Antiochiæ episcopus, et statuere ei certos sumptus de ecclesia quæ sub me est.

Pascasinus et Lucensius uiri reuerentissimi episcopi et Bonifatius presbyter uicarii sedis apostolicæ per Pascasinum uirum reuerentissimum episcopum dixerunt: Sanctus ac beatissimus papa qui episcopatum sancti ac uenerabilis Maximi episcopi Antiochenæ ecclesiæ confirmauit, iusto satis iudicio eius meritum approbasse uidetur. siquidem memoratus uir reuerentissimus episcopus Maximus suo arbitrio Domno uoluit esse consultum, ut sumptus ei de sua ecclesia miserationis intuitu, prout æstimauerit, largiatur, ut contentus alimoniis quiescat in posterum.

Qua confessione Græce per Veronicianum uirum deuotum secretarium sacri consistorii translata Anatolius uir reuerentissimus episcopus Constantinopolitanus dixit: Laudo et ego conpassionem beatissimi episcopi Antiochiæ Maximi, in quibus spontanea uoluntate ipse tales preces obtulit, ut sumptus præstaret Domno, qui fuit episcopus ecclesiæ sanctæ quæ sub eo est, præter hoc prædicto nihil requirente.

Iuuenalis episcopus Hierosolymitanus dixit: Amplector et ego consilium sancti episcopi Antiochiæ Maximi.

Vniuersa sancta synodus uociferata est: Decibiles merito beniuolentiæ archiepiscopi. omnes cogitatum eius laudamus. hæc decet eius existimationi. humanus cogitatus pontificis.

Magnificentissimi iudices dixerunt: Amplectente sancta synodo arbitrium Maximi uiri religiosi episcopi Antiochensium quod de Domno probauit, et nos idem consentimus, quæ sunt eius arbitrii, derelinquentes de Domni honorificentia.

Et alia manu: Edantur.

d. 23 m. Oct. a. 451

Consulatu piissimi et amatoris Christi Flauii Marciani primum et qui nuntiatus
5 fuerit, x kl Nouebr

Chalcedone metropolim Bithyniæ prouinciæ sancta maior et œcumenica synodus, quæ dei gratia et sanctione piissimorum imperatorum uirorum religiosorum ⟨episcoporum⟩ congregata est, statuit ea quæ eius sunt

Quædam quidem de instantia beatissimorum episcoporum operata est, ut Maximo Antiochensium maioris ciuitatis et Iuuenali Aeliensium gratia redderetur. iustum etenim est ut memoria placitorum pax obtineat. plurimis itaque ab utrisque dictis in conspectu totius sanctæ maioris synodi, magnificentissimorum et gloriosissimorum iudicum sub præsentia, conuenit utrisque ut duas quidem Fenices et Arabiam supra alias Orientalis prouinciæ sub sede Antiochensium ecclesiæ degere et sufficere earum regentiæ et nihil aliquando amplius quærere, tres uero Palæstinas sub sede esse Hierosolymæ ecclesiæ ⟨et⟩ sufficere earum regentiæ et nihil in posterum quærere. conuenit etiam et omnia quæ hic acta sunt et pragmatice gesta et multa uel si quid aliud siue per episcopos siue per imperatores aut iudices facta sunt utrisque partibus. uacua esse omnino. hæc præfati beatissimi episcopi non ex decreto iudiciario, sed ex communi consensu complexi sunt et consenserunt. accipiunt igitur * * tuli-

---

AO

10 uerocianum *AO* 17 est] est quorum nomina his *AO* 18 æstimationis *AO* 24 consultu *O* flauio *AO* 25 x *O* d *A* 26 maiore theotoco [theotocon *A*] nomica *AO* 27 qua *O* 27/28 episcoporum *addidi* 29 quædam *scripsi* quidam *AO* 32 totius] ius *AO*, *corr. O* 33 utriusque *A* 34 prouinciæ = *diœceseos* egere *O* agere *A* 34. 36 sufficere = ἀρκεσθῆναι 34 eorum *AO* 35 quæreret *AO* 36 et *addidi* sufficeret *AO* 37 hic] *coniecerim* de his 38 epo *A* utriusque *AO* 39 iudiciarii *AO*, *corr. O* 40 *lacunam statui*, accipiunt *dictum est de ceteris episcopis; in eis quæ secuntur, afferuntur uerba synodi*

mus eundem beatissimum episcopum Maximum petentem humanitatem de Domno qui fuit episcopus Antiochiæ, ut ei communicationem ut plebeo præstari tantummodo et sumptus ex eadem quæ sub eo est sancta ecclesia, in eo statu durante in quo est, et nihil amplius requirente. pariter et nos decernimus et decreto communi firmamus hæc quæ supra scripta, et immouentia et firma sancimus.

Pascasinus et Lucensis et Iulianus episcopi sancti et Bonifatius presbyter uicarii beatissimi papæ Leonis dixerunt: Beatissimus papa, caput uniuersalis ecclesiæ, apostolicæ dignitatis honore conspicuus Leo priuilegia Antiochenæ ecclesiæ reformari secundum ueterum patrum statuta constituit ideoque et nos Fenicem primam uel secundam simulque Arabiam, quas nuper amiserat, reuocari ad ius pristinum sancta synodo consentiente decreuimus, quia hoc præstantibus inlustrissimis præcelsisque iudicibus pacis studio utrisque episcopis placuit ⟨ut⟩ contentionem prouinciarum diuisio quiete mitigaret. unde sanctorum locorum prædictus antistes tres Palæstinas, quas olim tenuit, inconcusse possideat, Antiochenus uero memoratas iustitia exigente reciperet, quatenus dissensionę depulsa sacerdotalis concordia inuiolata seruetur. laudantes namque uotum reuerentissimi Antiochiæ urbis Maximi quod circa Domnum eiusdem quondam ciuitatis antistitem spontanea uoluntate dignanter ostendit, ut humanitatis solacia ab ecclesia consequatur, nostra interlocutione firmamus, ita ⟨ut⟩ CCL solidos annis singulis consequatur nihilque amplius requirere audeat, sed in eo statu communione tantum fruatur et requie.

Pascasinus episcopus statui et suscripsi
Lucensis episcopus statui et suscripsi
Et ceteri episcopi infra scripti ita suscripserunt ut supra scriptum est.

EXPLICIT QVAE ACTA SVNT ANTEQVAM ALIQVA IN CALCHEDONENSI CONCILIO STATVERENTVR

ADLOCVTIO IMP̄ MARCIANI

7 Cum in sancta Chalcedonensis synodo conuenissent, præsente augusta Pulcheria dixit: Vbi primum etc. *cf. supra p.* 5. 6.

EXPLICIT ALLOCVTIO IMPERATORIS MARCIANI INCIPIT CONSTITVTIO AD SYNODVM CALCHEDONENSEM

8 Imperator Marcianus. Tandem aliquando quod summis uotis atque studiis optabamus, euenit, remota est de orthodoxa Christianorum lege contentio; tandem

8 *Græcum exemplar extat in Gestis 23; Latinum habetur in Rustici uersione Gestorum* III 104 *atque in Collectionibus Quesneliana XXVI et Hispana cum codice Albigensi*

AO; inde a 29 accedunt Q [= aetwx], S [= defmt], t, Φr [= CDY], P [cod. Vatic. 5750, alim Bobbiensis]
1 eodem *AO* domo *AO, corr. O* 2 antiochia *O* 3 et *Ballerini* ut *AO* 6 luculensis *O*corr iuliano *O* 10 miserat *AO, corr. O* 11 *malim* decernimus 12 studio *Ballerini* studiis *AO* ut *addidi* 13 mitigare *A* 14 recipiat *Ballerini* 15 dissensionem *AO, corr. O* sacerdotali *AO* seruentur *AO* 18 consequantur *O* ut *add. Ballerini* 19 statuto *O* 22 Lucensis—suscripsi *om. O* 23 ut—est *scripsi* qui snpra scripti sunt *AO* 27 presentes *O*

29 IMPERATORIS *om. A* 29/30 INCIPIT—CALCHEDONENSEM *AO* INCIPIT CONSTITVTIO DIVAE MEMORIAE MARCIANI DE SYNODO CALCHEDONENSI *Q* INCIPIT EDICTVM IMPERATORVM IN CONFIRMATIONE CONCILII CALCIDONENSIS *St* inc̄ . . . [*legi non possunt*] imp̄p̄ ualentiniani et marchiani informatio totius concilii calchedonensis uel abdicatio hereticorum *P* De prohibitis disputationibus a christianis edictum ciuibus nostris constantinopolitanis *CD* [*de eis quæ præcedunt et lectionibus codicis Y cf. Gesta Latina* III 104 31 imperator marcianus *AO* imper̄ ualentinianus et marcianus augusti *CDP* imperatores ualentinianus et marcianus aug̅g̅ [augnsti et marcianus *S*de] uniuersis populis *St, Q*x *corr. om. Q* 32 orthodoxia *S*demt

remedia culpabilis erroris inuenta sunt et discors populorum sententia in unum consensum concordiamque conuenit. e diuersis enim prouinciis religiosissimi sacerdotes Calchedonam uenerunt iuxta nostra præcepta et quid obseruari in religione debeat, perspicua definitione docuerunt. cesset igitur iam profana contentio. nam uere impius atque sacrilegus est qui post tot sacerdotum sententiam opinioni suæ aliquid tractandum relinquit. extremæ quippe dementiæ est in medio et perspicuo die commenticium lumen inquirere. quisquis enim post ueritatem repertam aliquid ulterius discutit, mendacium quærit. nemo itaque uel clericus uel militans et alterius cuiuslibet condicionis de fide Christiana publice turbis coadunatis et audientibus tractare conetur in posterum, ex hoc tumultus et perfidiæ occasionem requirens. nam iniuriam facit iudicio religiosissimæ synodi, si quis semel iudicata ac recte disposita reuoluere et publice disputare contendit, cum ea quæ nunc de Christiana fide statuta sunt, iuxta apostolicas expositiones et statuta sanctorum patrum trecentorum decem et octo et centum quinquaginta definita esse noscuntur. nam in contemptores huius legis pœna non deerit, quia non solum contra fidem bene compositam ueniunt, sed etiam Iudæis et paganis ex huiuscemodi certamine profanant ueneranda mysteria. igitur si clericus erit qui publice tractare de religione ausus fuerit, [a] consortio clericorum remouebitur; si uero militia præditus sit, cingulo spoliabitur. ceteri etiam huius criminis rei de hac sanctissima urbe pellentur, pro uigore iudiciario etiam competentibus suppliciis subiugandi. constat enim hinc hæreticæ insaniæ exordia fomitemque præberi, dum publice quidam disputant atque contendunt. uniuersi ergo quæ a sancta synodo Calchedonensi statuta sunt, custodire debebunt, nihil postea dubitaturi. hoc itaque nostræ commoniti serenitatis edicto abstinete profanis uocibus et ulterius desinite de diuinis disputare, quod nefas est, quia non solum diuino iudicio peccatum hoc, prout credimus, punietur, uerum etiam legum et iudicum auctoritate coercebitur.

d. 7 m. Febr. a. 452 DAT̄ VII ID FEBR̄ CONSTANTINOPOLIM SPORACIO CONSVLE

5 ucre impius—12 contendit. 21—26 *adfert Facundus 12, 2 p. 800*

AO, Q [= *aetwx*], *S* [= *defmt*], *t*, Φ^{r} [= *CDY*], *P*

2 ex S^{f} et $Q^{t}S^{mt}t$ enim *om. t* reuerentissimi Φ^{r} 3 calcidona $S^{demt}t$ calcidonam S^{f} chalcedoniam *D* in *om. A* 4 prespicua *SP* discessit *St* 5 uero *t* qui *om. t* tot *om. YP* sententia $S^{demt}P$ opinionis *SP* suæ uel S^{de} uel S^{f} 6 reliquid *P Fac.* prespicuo *SP* 7 enim *om. t Fac.* 8 alterius *O* et] sed *O* se *A* uel $\Phi^{r}P$ 9 publice aliquid *AOQ, corr.* Q^{x} turbis Φ^{r} terminauit [terminabit Q^{tw} terminare Q^{a} *corr.*] *AOQ* terminata *StP,* Q^{x} *corr. om. Fac.* congregatis populis *Fac.* 9/10 et exaudientibus *t* 10 præsumat *Fac.* et *om. CD* inquirens *P* 11 iudicio r̄eūe *CY* iudiciorum est *D* religiosissimi $AOQS^{efmt}t$, *corr.* Q^{x} qui *AO* 12 ea quæ] nequæ *AO* 13 constituta *D* instituta *P* sunt iuxta *om. AO* instatuta *A* instituta $OS\Phi^{r}P$ 14 centum quinquaginta *om. CD* noscantur *CD* in] et *t* 15 dederit *t* 16 iudei *t* cum iudeis Q^{x} *corr.* pagani *t* huiusmodi Φ^{r} 17 a *om. AOQ, corr.* Q^{x} 18 remoueatur *P* fuerit *P* autem *D* 19 pellantur $S^{f}P$ iudicario *AOt* 20 hic *CD* in *t* 21 præberi] oriri S^{f} *ex corr.* quidem *tY* quædam *P* uniuersa S^{f} *corr., Fac.* 22 a *om. AO* calchedonense *Y* calcedonensis *A* calchedone *CDFac.* in calchedona *P* calcidoneo [calcedoneo S^{dt}] *St, corr.* S^{f} custodiri S^{f} *corr. Fac.* debebant *Y* debeant *Fac.* 23 dubitari $OQ^{wx}S^{fmt}t$ *Fac., corr.* OQ^{x} dubitantes Φ^{r} communiti *Ot* commonitionis S^{f} *corr.* serenitatis $t\Phi^{r}$ sinceritatis *AOQSP* tranquillitatis *Fac. om.* S^{f} a profanis PQ^{a} *corr.* 24 desinete *Q, corr.* Q^{ax} de *om. t* non *om. AO* 25 hoc *om. AOQ* uerum] rerum *AO* legum *om. AO* 27 DATA $AOQ^{wx}Y$ datum Q^{t} proposita *t* EXPLICIT PROPOSITA *S* VI *AO* K̄L *AOQSt* Constantinopolim *om. t* SPORAGIO *O* CESPARACIO [*om.* S^{d}] *S* paratio : sporatio ūc [ūūā *CD*] et qui fuerit [fuerat *Y*] nuntiatus Φ^{r} consulibus *CD om. Y* aug̅ *t* *subscr* 11 alia sacra ad palladium præfectum prætoriorum de eodem concilio *P, sed ipsa sacra non perscribitur*

INCIPIT ALIA CONSTITVTIO DIVAE MEMORIAE MARCIANI IN SYNODO CALCHEDONENSI

9 Imperator Marcianus augustus Palladio præfecto præt. Venerabilem catholicæ orthodoxorum fidei sanctitatem manifestam et indubitatam uniuersis constituere cupiens nostra serenitas, ut maior erga diuinitatis obsequia hominibus religio traderetur, tantam atque talem synodum ex omnibus pæne prouinciis coadunatis episcopis in Calchedonensi ciuitate colligi iussit atque ibi plurimis diebus tractatu habito quod uerum et infucatum Christianæ fidei esset, inuenit. uotis etenim et orationibus plurimis exorauere diuinitatem quatenus sancta et plena eos ueritas non lateret, secutique sunt statuta uenerabilium patrum, ea uidelicet quæ apud Nicæam trecentorum decem et octo sanctorum episcoporum sunt sententia definita, similiter et quæ centum quinquaginta in hac amplissima coadunati urbe constituerunt, atque ea quæ apud Efesum pridem statuta sunt, cum beatissimæ recordationis Cælestinus Romanæ urbis et Cyrillus Alexandrinæ ciuitatis episcopi inuenere ueritatem, quo tempore etiam Nestorianus error exclusus est eius auctore damnato. quibus ita rite et uenerabiliter apud Calchedonam inquisitis Eutyches, qui plura adfirmabat inlicita, cum sua adsertione deiectus est, ne decipiendorum ulterius ei hominum præberetur facultas. ordinatis itaque religiose et fideliter quæ uenerandam orthodoxorum fidem fundasse noscuntur, ita ut nulla in posterum dubitatio uel illis qui calumniari diuinitati adsolent, relinqueretur, sacro nostræ serenitatis edicto uenerandam synodum confirmantes ammonuimus uniuersos ut de religione disputare desinerent, quoniam unus et alter tanta secreta inuenire non posset, maxime cum summo labore et amplissimis orationibus tot uenerabiles sacerdotes nisi deo, ut credendum est, auctore ad indaginem ueritatis non potuerint peruenire. uerum sicut manifesta ratione cognouimus, non desinunt quidam in eadem peruersitatis insania permanere et de religione publice contendere populis coadunatis et mysteria diuina Iudæorum paganorumque sub obtutibus publicare et profanare quæ rectius colenda sunt quam inquirenda. oportuerat itaque in eadem pertinacia consistentes statuta dudum animaduersione conpesci, ut pœna corrigeret quos reuerentia iussionum emendare non potuit. uerum in hoc secuti consuetudinem nostram noscentes præ omnibus quod diuinitas pietate lætetur, pœnam nocentum credidimus differendam, iterata hac sancientes nostræ clementiæ iussione ut in futurum prohibitis omnes abstineant nec conuenticula colligant super religione certantes, quia

9 *Græcum exemplar extat in Gestis 22; Latinum habetur in Rustici uersione Gestorum III 105 et in Collectione Quesneliana XXVII*

AO, *Q* [=*aetwx*], Φ^{r} [=*CDY*]

1 INCIPIT—CALCHEDONENSI *AO* INCIPIT—MARTIANI X̄P̄IANIS CATHOLICIS IN SYNODO CONVENIENTIBVS *Q* DE EO [item de eodem *Y*] AEDICTVM S̄C̄D̄ Φ^{r} 2 Imperator—præt̃ [præter *O*] *AO* IDEM AVḠ [idem agustarum Q^{a} iduum augustarum Q^{a} *corr.*] PALLADIO P̄Ē PRĀĒ [PF PRAEF̄ Q^{t}] *Q* CIVIBVS N̄R̄ĪS CONSTANTINOPOLI IDEM AVGVT̄ *CD* idem augusti constantinopolitanis ciuibus nostris *Y* uenerabile *CD* 3 s̄c̄itate AQ^{w} 4 n̄r̄æ *O* 5 tantum *AOCD* coadunati *Y* 6 tractu *O* quid Q^{x} 7 x̄p̄iana *CD* esse *AOQY*, *corr.* Q^{ax} enim *Y* 8 quatenus] quæ nos *Y* 9 sequuti *CD* istatuta *A* instatuta *O*, *corr.* *O* 10 quæ *om.* *AOQ*, *corr.* Q^{a} 11 quæ *om.* *D* 12 pridem Φ^{r} [=Γ] fide *AOQ* de fide Q^{x} *corr.* romæ *AO* 13 inuenere ueritatem Q^{x}, Q^{a} *corr.* inuenerunt tatem *A* inuenire ueritatem $A^{corr}OQ\Phi^{r}$ 14 errore *O* damnat *AO* itu *C* igitur *D* uenerabili [uenerabile Q^{t}] *AOQ*, *corr* Q^{ax} 16 eiectus *D* nec *O* recipiendorum *Q* ei hominum *OCD* hominum ei *Y* et hominum *A* ei et hominum A^{corr} ne [*om. spatio rel.* Q^{a}] hominum *Q* 17 fidem orthodoxorum *D* 18 illi *AO* diuinitatis *Q*, *corr.* Q^{ax} 18/19 relinquerentur *AO* linqueretur Φ^{r} 20 desiderent *y* 22 est *om.* *D* ad] aut *CD* indagine *O* 23 potuerit *AO* 24 publice de religione Φ^{r} 27 anima aduersionem *A* 29 nocentes *AOQ* monentes Q^{a} *corr.* 29—30 præ—sancientes *om.* *AOQ* 29 letatur *y* 30 hac] a *CD* sanctientes *CD* sentientes *y* n̄r̄ā *AOQ*, *corr.* Q^{a} iussionem *AO* 31 ne Φ^{r} religionem *AOQ*

in huiusmodi peruersitate et uanitate detecti et statutas dudum suscipient pœnas et iudiciario motu, prout religiosis temporibus conuenit, punientur. oportet enim Calchedonensem synodum sequi, in qua omnibus diligenter quæsitis ea definita sunt quæ pridem tres prædicti cœtus apostolicam fidem secuti omnibus obseruanda præfixerunt.

d. 13. m. Mart. a. 452 DAT III ID MART CONSTANTINOPOLI SPORACIO VC CONS ET QVI FVERIT NVNTIATVS

Eodem exemplo scripta Palladio u ill præfecto Orientis Valentiniano u ill præfecto Illyrici Tatiano u ill præfecto urbi Vincomalo u ill magistro officiorum et cons designato

10 LEO PAPA AD SYNODVM CALCHEDONENSEM

Omnem quidem etc. *edita est in Leonis epistularum Collectione Grimanica 64*

11 LEO PAPA ANATOLIO EPO PRO SYNODO CALCHEDONENSI

Ad declinandam etc. *edita est in Leonis epistularum Collectione Grimanica 44*

12 LEO PAPA MARCIANO AVG PRO CONCILIO CALCHEDONENSI

Credebamus clementiam etc. *edita est in Leonis epistularum Collectione Grimanica 46*

13 LEO PAPA SCAE SYNODO CACLHEDONENSI

Optaueram quidem etc. *edita in Leonis epistularum Collectione Grimanica 52*

14 LEO MARCIANO AVGVSTO PRO SYNODO CALCHEDONENSI

Sanctum clementiæ etc. *edita est in Leonis epistularum Collectione Grimanica 50*

15 Imperator Marcianus augustus Palladio pp. Licet iam sacratissima constitutione mansuetudinis meæ cautum ac definitum sit quæ in eos seueritas exercenda sit qui Eutychetis uel Apollinaris hæreticam peruersitatem secuti a religione et fide catholica deuiarunt, Alexandrinæ tamen urbis ciues atque habitatores tantis sunt Apollinaris infecti uenenis, ut necessarium fuerit ea quæ ante iam sanximus, repetita nunc etiam lege decernere. oportet enim ut sit numerosa seueritas sanctionum, ubi est licentia crebra culparum; custodiendæ præterea orthodoxæ fidei cura tanto a serenitate mea adhiberi impensior debet quanto res humanas diuina præcedunt. quicumque ergo uel in hac sacra urbe uel in Alexandrina ciuitate uel in omni Aegyptiaca diocesi diuersisque aliis prouinciis Eutychetis profanam peruersitatem secuntur et ita non credunt ut trecenti decem et octo sancti patres tradiderunt catholicam fidem in Nicæna

---

15 *extat præterea in Coll. Quesnel. XXVIII et Hispana, inde a* 27 quicumque *in Cod. Iustin.* I 5, 8

AO, Q [=aetwx], Φ^r [=CDY]

1 in *om. y* 2 puniantur *AOQ, corr.* Q^{ax} 3 qua *AOQ, corr.* Q^a 4 cœtos *Q, corr.* Q^{ax} præfixerunt *AO* prædixerunt *Q* tradiderunt Φ^r 5 DATA *AOY* datum *Q* ciuibus constantinopolitani dat *CD* VI Φ^r VII Q^a constantinopolim *Y* sporace *Q, corr.* Q^a sperace *AO* VC *om.* Φ^r CONS—NVNTIATVS *Q* CONSVLE *AO* et qui fuerit nuntiatus conss Φ^r 6—8 Φ^r [=Γ] *om. AOQ* 6 et eodem *CD* scriptu *CD* picto *CD* u ill *om. Y* 6/7 pftor *CD* pprtor *D* 7 urbis *Y* 16 SCAE *om. A*

AO, Q [=aetwx], S [=defmt]

inscr. INCIPIT ALIA MARCIANI AVG CONSTITVTIO DE FIDE CATHOLICA OBTINENDA ET DE EVTYCIANISTIS ET APOLLINARISTIS EORVMQVE POENIS *Q* INCIPIT ALIA MARCIANI AVGVSTI ADVERSVS SVPRA MEMORATOS HERETICOS *S* 20 Imperator Marcianus] idem *Q, corr.* Q^x præfecto prætorii *AOS* iam O^{corr} etiam *AOQ* iam [etiam S^f] iamque *S* 21 nrae *AO* exserenda *Q, corr.* Q^x 22 qui] quæ *AO* eutyches *AO* heretica peruersitate *AO* 23 catholica qua S^{det} catholica que S^m alexandrina *A* tam *A* tum *Q, corr.* Q^x autem Q^a *corr.* tanti *AOQ, corr.* OQ^x sint *S* 24 repetitio *AO* repetitæ O^{corr} 24/25 etiam nunc *S* 25 leges O^{corr} decernerent *O* est *om. AOQ* 26 custodienda [custodiendam S^m] *S*, Q^x *corr.* cur *AO, corr. O* 26/27 seueritate *AO* 27 debeat *AO* diuinæ O^{corr} 28 ergo uel *om. Cod.* omne *AO, corr. O* 28/29 diocese AOS^{demt} 29 profana peruersitate *A* 30 nicea *S*

ciuitate fundantes, centum quoque et quinquaginta alii uenerabiles episcopi qui in hac alma urbe Constantinopolitana postea conuenerunt, et sicut Athanasius et Theofilus et Cyrillus sanctæ recordationis episcopi Alexandrinæ ciuitatis credebant, quos etiam Ephesena synodus, cui beatæ memoriæ Cyrillus præfuit, in qua Nestorii error expulsus est, in uniuersis secuta est, quos et nuper uenerabilis Calchedonensis synodus est secuta prioribus conciliis sacerdotum ex omni prorsus parte consentiens nihilque adimens sacrosancto symbolo neque adiciens, sed Eutychetis dogmata funesta condemnans, sciant se esse hæreticos Apollinaristas. Apollinaris enim facinorosissimam sectam Eutyches et Dioscorus mente sacrilega sunt secuti. ideoque hi omnes qui Apollinaris uel Eutychetis peruersitatem secuntur, illis pœnis, quæ diuorum retro principum constitutionibus contra Apollinaristas uel serenitatis nostræ postmodum sanctione contra Eutychianistas uel hac ipsa augustissima lege contra eosdem decretæ sunt, nouerint se esse plectendos. idcirco Apollinaristæ, hoc est Eutychianistæ, quibus etsi est in appellatione diuersitas, tamen in hæresis prauitate coniunctio et dispar quidem nomen, sed idem sacrilegium, siue in hac alma urbe diuersisque prouinciis siue in Alexandrina ciuitate siue intra Aegyptiacam diocesim sunt neque ita credunt ut prædicti uenerabiles patres credebant neque uiro reuerentissimo Alexandrinæ urbis antistiti Proterio fidem orthodoxam tenenti communicant, secundum sacratissimas diuorum retro principum constitutiones quæ de Apollinaristis promulgatæ sunt, non habeant potestatem faciendi testamenti et condendæ ultimæ uoluntatis neque id capiant quod ipsis ex testamento cuiusquam fuerit derelictum, nihil etiam ex donatione aliqua consequantur, sed si quid in ipsos uel liberalitate uiuentis uel morientis fuerit uoluntate conlatum, id fisco nostro protinus addicatur, ipsi uero in nullos aliquid ex facultatibus suis donationis titulo et iure transfundant. episcopos quoque uel presbyteros aliosque clericos illis creare et habere non liceat, scientibus tam his Eutychianistis uel Apollinaristis qui ausi fuerint cuiquam episcopi uel presbyteri uel clerici nomen inponere, quam his qui conati fuerint inpositum sibi nomen sacerdotale retinere, pœnam se exilii cum facultatum suarum amissione subituros. eos uero qui antehac catholicarum ecclesiarum clerici uel orthodoxæ fidei monachi fuerunt et relicto uero et orthodoxo omnipotentis dei cultu Apollinaris uel Eutychetis hæresim et dogmata abominanda sectati sunt uel postea sectabuntur, omnibus pœnis quæ uel hac uel prioribus legibus aduersus hæreticos constitutæ sunt, iubemus teneri et extra

---

28—p. 26, 2 eos qui—sanxerunt *om. Cod.*, *adferuntur* 1 7, 6 *non sine mutationibus*

AO, *Q* [=*aetwx*], *S* [=*defmt*]

1 et *om. AO* ep̄is *AO*, *corr. O* 2 hac *SQ*[x] *corr. om. AOQ Cod.* ciuitate *Q*[wx] et[1] *om. S* 3 s̄ci *Q* recordationis *om. AOQ* ēps *AO*, *corr. O* 4 ephesena *O* ephesana *A* ephesina *Q* efesitana *S* 5 calcidone *S*[dfm] calcedone *S*[et] 6 consentientibus *S* 7 a sacrosancto *S* 8 apollinaristæ *AOQ*, *corr. OQ*[x] ergo *AO* 9 sunt secuti *om. S*, secuti sunt *add. ex corr. S*[f] 10 peruersitate *Q*, *corr. Q*[x] qua *S*[de] qua a *S*[fmt] quæ a *S*[f] *corr.* 11/12 sanctionem *AOQ*[tw]*S*[emt], *corr. S*[e] 12 decreta *AOQS*, *corr. OS*[f] 13 apollinaristas *S*, *corr. S*[f] 14 est tamen *S*, *Q*[x] *corr.* 16 siue[1]] uel *S* intra—diocesim *S Cod.* in egiptiaca diocesi [diocensi *A* diœcesi *O*] *AOQ* 17 ut] quod *S*, *corr. S*[f] 18—24 secundum—transfundant *om. Cod.* 19 sacratissima *O* sacratissimam *A*, *corr. O* 21 adquirant *S* cuiusquam *om. AO* 23 id fisco] idcirco *AO*, *corr. O* protinus fisco nostro *S* 24/25 quoque *om. Cod.* 25 illis *om. Cod.* non liceat] prohibemus *Cod.* 26 uel[2] *om. AO*, *corr. O* 27 quem *A* qui *om. A* conati] passi *Cod.* positum *AO* 27/28 sacerdotalem *Q*[aetw]*S*[de] 28 se *SQ*[x] *corr. om. AOQ Cod.* cum *S*, *Q*[x] *corr.*, *Cod. om. AOQ* et *Q*[a] *corr.* amisionem *O*[corr]*Q*[a] *corr.* se subituros *Cod.* 29 ante hæc *O* catholica [catholicæ *S*[f] *corr.*] rome eclesiarum æcclesiarum catholicarum *O* fuerant *S* 30 heresi *AO*, *corr. O* 31 post hæc *S*, *Q*[x] *corr.* 32 hac uel *om. S* hæc *AO*, *corr. O*

ipsum quoque Romani imperii solum pelli, sicut de Manichæis præcedentium legum statuta sanxerunt. uniuersi præterea Apollinaristæ uel Eutychianistæ non ecclesias, non monasteria sibi constituant, parasynaxis et conuenticula tam diurna quam nocturna non contrahant neque ad domum neque ad possessionem cuiusquam neque ad monasterium uel ad quemcumque alterum locum operaturi sectæ funestissimæ congregentur. quod si fecerint et hoc factum fuisse domino uolente constiterit, post rem in examine iudicis adprobatam domus uel possessio in quam conuenerint, fisco sine dilatione societur, monasterium uero eius ciuitatis orthodoxæ ecclesiæ in cuius territorio est, iubemus addici. si uero ignorante domino, sciente uero qui pensiones domus exigit uel conductore uel procuratore uel actore prædii parasynaxis et conuenticula interdicta collegerint, conductor uel procurator siue actor uel quicumque [est] in domo uel in possessione uel monasterio receperint ac passi fuerint inlicitas parasynaxis conuentusque celebrare, si uilis et abiectæ condicionis sunt, fustibus publice et in pœnam suam et in aliorum coerceantur exemplum; si honestæ uero personæ sunt, decem libras auri multæ nomine fisco nostro cogantur inferre. nullum præterea Apollinaristam uel Eutychianistam ad aliquam iubemus adspirare militiam nisi cohortalinam uel limitaneam; si qui uero extra cohortalinam uel limitaneam inuenti fuerint militare, soluto cingulo honestorum hominum et palatii communione priuentur nec in alia quam in ea in qua nati sunt ciuitate uel uico ac regione uersentur. si qui uero in hac alma urbe nati sunt, tam sacratissimo comitatu quam omni per prouincias metropolitana ciuitate pellantur. nulli insuper Eutychianistæ uel Apollinaristæ publice uel priuatim aduocandi cœtus et circulos contrahendi et de errore hæretico disputandi ac peruersitatem facinorosi dogmatis adserendi tribuatur facultas, nulli etiam contra uenerabilem Calchedonensem synodum liceat aliquid uel dictare uel scribere uel edere atque emittere aut aliorum super eadem re scripta proferre. nemo huiusmodi habere libros et sacrilega scriptorum audeat monumenta seruare. quod si qui in his criminibus fuerint deprehensi, perpetua deportatione damnentur; eos uero qui discendi studio audierint de infausta hæresi disputantes, decem librarum auri, quæ fisco nostro inferendæ sunt, iubemus subire dispendium. omnes uero huiuscemodi chartæ ac libri qui funestum Eutychetis, hoc est Apollinaris fuerint dogma complexi, incendio concrementur, ut facinorosæ peruersitatis uestigia ipsa flammis

---

AO, Q [=*aetwx*], *S* [=*defmt*]

2 instituta S^{demt} uniuersis *AOS*^{m} 3 construant *Cod.* 4 neque[1]] quæ *AO, corr. O* 5 alterum Q^{a} *corr.*, Q^{x} *corr.*, *Cod.* alium O^{corr} alterno *AO*Q^{aet} alternum Q^{w} alterius S^{efmt} *om.* S^{d} loco *AO, corr. O* operaturi *AOQ* operatoris S^{demt} operatores O^{corr}, Q^{x} *corr.*, S^{f} *uariæ corruptelæ in Cod.* 6/7 post rem] postremo *Q, corr.* Q^{x} 7 examinatione *S* qua *AO*Q^{x} *Cod.* 7—8 fisco—uero] uel monasterium *Cod.* 9 adici *O* 10 exiget *AO, corr. O* parasynaxes Q^{x} *corr.*, S^{f} et] hec S^{demt} 11 interdictæ *Q, corr.* Q^{x} conuenerint *S* 12 est *AOQ om. S* eos Q^{x} *corr.*, *Cod.* domum *S*, Q^{x} *corr.*, *Cod.* in *om. S* possessionem uel monasterium *S*, Q^{x} *corr.*, *Cod.* passi *S*, Q^{x} *corr.*, *Cod.* pari *AOQ* inlicita *S* 12/13 parasynaxes Q^{x} *corr.* 13 celebrari *SCod.* 14 exerceantur *S* 15 libræ *S, corr.* S^{f} multati [multationis S^{f} *corr.*] nominis *S* cogentur *AOQ* 16/17 nisi—limitaneam *om.* S^{m} *Cod.* 16 nisi ad S^{deft}, Q^{x} *corr.* 16/17 coortallinam S^{dft}, Q^{x} *corr.* cohortollianam *AOQ* 17 si—limitaneam *om. AQ*S^{t}, *corr. A* quis *AO*S^{t} extra—limitaneam] in quacumque militia *Cod.* coortallinam $S^{demt}Q^{x}$ *corr.* cohortollianam *AO* 19 alia quam *O*Q^{aet}, Q^{w} *corr.*, S^{t} aliquam *A*$Q^{wx}S^{def}$ aliquem S^{m} aliqua nisi S^{f} *corr.*, Q^{x} *corr.* aliqua nec *Cod.* in ea *om. AOCod.* quis *AO* 20 prouinciam *S* 21 pellantur ciuitate *Q* 22 conuocandi *Cod.* 22/23 et de—adserendi *om. AO* 22 de *om. Q* heretico errore *Q* 23 ac] aut *S* peruersitate *Q* 24 calcidonensem S^{dfm} 25 edere *AOQCod.* legere *S* mittere *AO*S^{f} conferre *AO* 26 sacrilegas *AO*$Q^{t}S^{demt}$, *corr. O* audeant S^{demt}, *om.* S^{d} 27 fuerant S^{d} 28 de infrusta *A* de infrausta *O* dein frustra Q^{ae}, *corr. O* 29 *post* dispendium *add.* ultimo etiam supplicio coerceantur qui illicita docere temptauerint *Cod.* 31 facinerosæ *AO* facinorosæ semper Q^{x} *corr.*

ambusta depereant. æquum namque est ut immanissima sacrilegia par pœnæ magnitudo percellat, Palladi, parens karissime atque amantissime. inlustris igitur et magnifica auctoritas tua quæ hac sacratissima constitutione decreuimus, in hac alma urbe diuersisque prouinciis ac præcipue in Alexandrina ciuitate et per uniuersam Aegyptiacam diocesim edictis ex more propositis ad omnium notitiam faciat peruenire, ut cuncta quam statuimus in eis qui rei fuerint deprehensi, seueritas protinus exerceatur, scientibus moderatoribus prouinciarum eorumque apparitionibus, defensoribus etiam ciuitatum quod si ea quæ legis huius religiosissima sanctione custodienda decreuimus, aut neglexerint aut aliqua permiserint temeritate uiolari, denarum librarum auri multam fisco cogentur inferre et insuper existimationis suæ periculum sustinebunt.

Ea quoque quæ de paganis per omne Romanum imperium æqualiter ualitura perennitatis nostræ lege decreuimus, instantissime in eos exerceantur quosquos constiterit profanos ritus ac simulacrorum impios cultus et interdicta sibi sacrilegia celebrare.

DAT̄ KL AVḠ CONSTANTINOPOLIM DIVO VALENTINIANO AVḠ ET ANTHEMIO V̄C̄ CONS̄ d. 1 m. Aug. a. 455

AO, Q [=*aetwx*], *S* [= *defmt*]

1 ut æquum *AO, corr. O* par] per *O om.* O^{corr} pœna *AO, corr. O* 2—7 Palladi—exerceatur *om. Cod.* 2 parens *S* pater *Q om. AO* 5 diœcesem *O* diœcessem *A* omnem *Q, corr.* Q^{x} faciet *AO* 6 per cuncta Q^{x} *corr.* quam O^{corr} quæ *AOQS* eos *S,* Q^{x} *corr.* 7 apparitoribus *S,* Q^{x} *corr.* 9 decreuerint *AO* aut neglexerint *om. AO* 10 multam O^{corr} multa *AOQ* multati *S* cogantur *S Cod.* et insuper *AOQ* insuper etiam *S Cod.* extimationis AS^{fm} 11—13 *om. Cod.* 11 quæ Q^{x} *corr.,* S^{f} *om.* $AOQS^{deml}$ omnem *QS, corr.* Q^{x} 12 quosquos AOQ^{w} quos $Q^{aetx}S$ 13 ritos *Q, corr.* Q^{ax} cultos *Q, corr.* Q^{awx} sacrilega *AOQ, corr.* OQ^{ax} 14 data AS^{m} datum $Q^{t}S^{df}$ dant S^{t} sub die [die *om.* S^{m}] k̄l̄d̄s̄ āḡs̄ *S* auḡ² *AOQ* VIII *S* VIII auḡt̄ Q^{x} *corr.,* a. VIII *Cod.* uiris c̄c̄ *S om. Cod.*

EX CANONVM COLLECTIONE QVAE DICITVR PRISCA

R = Codex Vaticanus Reginensis 1997 s. VIIII
J = Codex Bodl. Mus. 101 s. VI/VII
B = Collectio Sanblasiana
  b = Codex S. Pauli in Carinthia XXIX 1 s. VIII
  c = Codex Coloniensis 213 s. VIII
  l = Codex Lucensis 490 s. VIII
  p = Codex Parisinus 3836 s. VIII
  z = Codex Parisinus 4279 s. VIIII
P = Codex Parisinus 2796 s. VIIII
L = Collectio codicis Vaticani
  α = Codex Vaticanus 1342 s. X
  β = Codex Barberinus 679 s. VIII
W = Codex Wirceburgensis Mp. theol. fol. 146 s. VIIII
Q = Collectio Quesneliana
  a = Codex Atrebatensis 644
  e = Codex Einsidlensis 191
  t = Codex Parisinus 3848[a]
  w = Codex Vindobonensis 2141
  x = Codex Vindobonensis 2147

Indicis extat forma duplex, altera in R, altera in JBLP. deest in QW; nam qui initio codicis W longo spatio a canonibus separatus inter aliorum conciliorum indices habetur, Dionysianus est

INCPT TITL· CANON· CALCIDONENSIVM

I De his qui pretio honorem distrahunt
II De accusatione episcoporum
III Vt clerici conductores non sint
IIII De monachis minime promouendis
V De episcopis qui se de ciuitate sua transferunt
VI Vt nullum absolute liceat ordinari
VII De professis monachis uel clericis
VIII De dispensatoribus ecclesiæ
VIIII Si quam clericus cum clerico causam habeat
X Vt nullus clericus duabus ecclesiis militet
XI De epistolis dandis
XII Vt in una prouincia unum debere esse metropolitanum episcopum
XIII Vt in aliena ciuitate clerici non ministrent
XIIII De clericis ne indiscrete nubere permittatur
XV De diaconissis uelandis
XVI De uirginibus et monachis
XVII De parrocias rusticas
XVIII De coniuratis
10 Credimus in unum deum patrem omnipotentem, factorem cæli et terræ uisibilium omnium et inuisibilium; et in unum dominum Iesum Christum filium dei unigenitum, ex patre natum ante omnia sæcula, deum ex deo, lumen ex lumine, deum uerum ex deo uero, natum non factum, homousion patri, hoc est eiusdem cum patre substantiæ, per quem omnia facta sunt, qui propter nos et propter nostram salutem descendit et incarnatus est de spiritu sancto et Maria uirgine, homo factus passus est sub Pontio Pilato, sepultus tertia die resurrexit, ascendit in cælos, sedet ad dexteram patris, iterum uenturus in gloria iudicare uiuos et mortuos, cuius regni non erit finis; et in spiritum sanctum, dominum et uiuificatorem, ex patre procedentem, cum patre et filio adorandum et conglorificandum, qui locutus est per prophetas; [et] in unam catholicam atque apostolicam ecclesiam. confitemur unum baptisma in remissione peccatorum. expectamus resurrectionem mortuorum et uitam futuri sæculi. amen.

11 Sufficerat quidem ad plenissimam pietatis agnitionem et confirmationem cautissimum hoc et salutare diuinæ gratiæ symbolum; de patre enim et filio et spiritu sancto doctrinam perfectam edocet et incarnationem dominicam fideliter suscipienti-

9 *Gesta Chalcedon.* 5, 32 10 *Gesta Chalcedon.* 5, 33 11 *Gesta Chalcedon.* 5, 34

L [= $\alpha\beta\gamma$], S [= *defmt*], K [= *n* (*usque ad* 1 pullulantium), *s*]

1 sectarum *om.* LK^n, *corr.* L^γ 1—p. 85, 1 confirmationem—praedicationem ueritatis *om.* K^n 3 INCIPIT Symbolum K^s nicæa $L^\beta K^s$ 6 de S de S 7 de S 8 terra $S^{df}K^s$ nos homines K^s 9 est[1]] et K^s tertio K^s 10 est *om.* S^fK^s et[3] *om.* $L^{\alpha\gamma}$ in *om.* S^{de} 10/11 sanctum spiritum K^s 12 aliquando *om.* S 13 nullis] non K^s extantibus] substantibus $L^{\beta\gamma}$, *corr.* L^γ *in mg.* substantiis L^α 14 uel] aut $L^\beta K^s$ hos *om.* SK^s, L^γ *corr.* 16 Et—ipsum] Symbolum K^s sanctorum *om.* K^s 17 et] hac L^β ac K^s 18 inuisibilium conditorem S 19 de S de S de S 21 sunt quæ in cælo [cælis S^f] et quæ in terris S, L^γ *corr.* nos homines K^s 22 et] ex S^fK^s passus est] crucifixus est pro nobis K^s est *om.* S^d 23 et sepultus K^s in] ad K^s 24 uenturus est K^s 25 spū scō L, *corr.* $L^{\alpha\gamma}$ dm̄ L^λ et[1] *om.* S^{det} 26 coadorandum K^s glorificandum S et[2] LS^f *corr.*, *om.* SK^s in *om.* L^λ unam scām L^λ 27 et K^s babtismum S^{ft}, *corr.* S^t remissionem $L^\gamma K^s$, *corr.* L^γ 28 et expectamus L^γ et *om.* $L^\beta S$, *corr.* S^f 29 sufficeret K^s et confirmationem *om.* L^α 29/30 captissimam [et aptissimam L^α *corr.*] scm L cautissimam L^γ *corr.* sapientissimum K^s 30 hunc L, *corr.* $L^{\alpha\gamma}$ salutarem $L^{\alpha\beta}$, *corr.* L^α 31 Domini K^s

bus manifestat. sed quoniam hi qui prædicationem ueritatis destruere nituntur, quasdam propriæ hæreseos nouitates parturiunt (quidam enim mysterium pro nobis actum diuinæ dispensationis audent corrumpere et uocem illam diuini partus factam ad uirginem denegant, alii temperamentum confusionemque inducentes et unam esse naturam carnis et deitatis insensate conponentes passibilem unigeniti diuinam naturam tali confusione prodigiose diuulgant), idcirco omnem aduersus ueritatem opponendam ab ipsis machinationem uolens excludere sancta et magna uniuersalis synodus antiquam prædicationem inmobilem docens statuit præcipue trecentorum decem et octo sanctorum patrum fidem incontaminatam manere. et propter eos qui spiritui sancto aduersantur, centum quinquaginta patrum paulo posteriore tempore in urbe Constantinopolitana conuenientium de substantia spiritus sancti traditam doctrinam conroborat, quam etiam illi omnibus insinuauerunt, non quod in præcedentibus aliquid deesset, adicientes, sed de spiritu sancto eorundem intellectum aduersus eos qui deitatis eius dominationem nituntur adimere, scripturarum testimoniis plenius manifestantes. propter eos sane qui dispensationis mysterium temptant corrumpere et purum hominem esse qui ex sancta uirgine Maria natus est, inpudenter diuulgant, beatissimi quondam Cyrilli Alexandrinæ ecclesiæ sacerdotis synodicas epistulas tam ad Nestorium quam ad ceteros per Orientem congruas et sibi consentientes suscepit ad confutationem quidem Nestorianæ amentiæ, interpretationem uero eorum qui religioso zelo salutaris symboli cupiunt intellectum. quibus et epistulam sancti ac beatissimi primæ sedis archiepiscopi Leonis scriptam ad Flauianum sanctæ recordationis archiepiscopum ad perimendam Eutychetis malignitatem, quæque magni Petri confessioni concordat, et communem quandam paginam existentem contra eos qui non recte glorificant, ad confirmationem catholicæ religionis euidenter subiunxit. nam et eos qui in duos filios dispensationis dominicæ mysterium scindere moliuntur, execratur et eos qui passibilem diuinitatem unigeniti filii audent adserere, de concilio sacerdotum repellit et eos qui in duas naturas Christi temperamentum uel confusionem argumentantur, aduersatur et qui cælestem aut alterius cuiusque substantiam existere formam serui quam ex nobis adsumpsit, insaniendo adserunt, procul abicit et eos qui duas quidem ante adunationem naturas domini delirant, unam uero post adunationem confingunt, anathema facit.

Consentientes igitur sanctis patribus unum eundemque filium confiteri dominum nostrum Iesum Christum consona uoce pariter edocemur, perfectum eundem in diuinitate, perfectum eundem in humanitate, deum uerum et hominem uerum eundem ex anima rationali et corpore, secundum diuinitatem unius cum patre naturæ, secundum humanitatem eundem unius naturæ nobiscum, per omnia similem nobis absque Hebr. 4, 15
peccato, ante sæcula quidem ex patre natum secundum diuinitatem, in nouissimis uero diebus eundem propter nos et propter nostram salutem ex Maria uirgine dei genetrice

L [$=\alpha\beta\gamma$], S [$=defmt$], K [$=ns$]

2 per proprias heresis uocum *K* 2/3 dominicæ dispensationis mysterium—actum *K* 3 audentes K^s audientes K^n 3/4 uocem—uirginem] uocabulum theotocos quod est dei genetrix in uirgine denegantes *K* 4 alii autem K^s 6 prodigo ore L^α 7 hæc s̄c̄a [s̄c̄ae K^n] *K* et uniuersalis K^n 10/11 patrum—posteriore [paulo posteriore patrum K^n] in urbe—centum quinquaginta conuenientium *K* 11 conroborauit *K* 12 quod in SL^γ *corr.* in quod *L* quod *K* 14 planius *L*, *corr.* L^γ 16 Maria *om.* *K* 16/17 cyrilli alexandrinæ quondam [quoddam K^n] *K* 18 et—consentientes *om.* *K* 19 saluatoris K^n 20 s̄c̄ae ac beatissimæ sedis K^n 21 ēp̄i *L* 22 eutychis *K* quæque] quæ cum L^α Petri] patris K^n confessione LK^n 23 non *om.* K^s male credunt *K* 26 expellit K^n 27 duabus naturis K^s auersatur *K* 28 cuiuscumque substantiæ *K* 30 declarant K^s 33 edocemus $L^\alpha K^s$ et docemus K^n 35 rationale LS^{demt} et] et ex K^n 37 nouis K^n 38 propter[2] *om.* K^s

secundum humanitatem, unum eundemque Christum filium dominum unigenitum, in duas naturas inconfuse inmutabiliter indiuise inseparabiliter cognoscendum, in nullo naturarum differentias propter unitatem perimendas, magis autem salua utriusque naturæ proprietate et in una coeunte persona unoque statu concurrente, non in duabus personis partiendum uel diuidendum, sed unum eundemque filium unigenitum deum uerbum dominum Iesum Christum, sicut ab exordio prophetæ de eo et ipse nos erudiuit et patrum nobis tradidit symbolum. his itaque cum omni undique subtilitate et diligentia a nobis ordinatis statuit sancta et uniuersalis synodus aliam fidem nulli licere proferre aut scribere aut edere aut sapere aut docere aliter; qui autem audent aut exponere aliam fidem aut proferre aut docere aut tradere alium symbolum uolentibus conuerti ad scientiam ueritatis ex gentibus aut ex Iudæis uel hæreticis quibuscumque, si quidem episcopi aut clerici fuerint, alienos esse episcopos ab episcopatu et clericos a clero; sin uero monachi uel laici fuerint, anathema fieri.

INCIPIVNT CAPITVLA SVPRA SCRIPTI CONCILII CALCIDONENSIS

12 I De canonibus uniuscuiusque concilii conseruandis

II Quod non oporteat episcopos aut quoslibet ex clero per pecunias ordinari

III Quod non oporteat episcopos clericos et monachos prædia sæcularia uel causas suscipere

IIII De honore monachis conpetente et ut nullus eorum temptet ecclesiastica aut sæcularia inquietare negotia nec alienum seruum præter conscientiam domini eius suscipere

V Quod non liceat episcopum uel quemlibet ex clero de alia ad aliam transmigrare ciuitatem

VI Quod non oporteat absolute quoslibet ordinare nisi in propria

VII De clericis et monachis non manentibus in suo proposito

VIII De clericis qui sunt in tochiis monasteriis atque martyriis quæ sub potestate episcoporum uniuscuiusque ciuitatis existunt

VIIII Quod non oporteat clericos prætermisso episcopo ad sæcularia iudicia commeare

X Quod non liceat clerico in duabus ecclesiis ministrare

XI Quod oporteat egenis epistolia tribui, honestiores autem conmendaticiis litteris adprobari

XII Quod nequaquam in duos metropolitanos prouincia diuidatur

XIII Quod non oporteat extraneos clericos sine commendaticiis litteris ministrare

XIIII Quod non liceat clericos uxorem sectæ alterius accipere, nisi forte sponderit se ad ueram fidem uenire

XV De diaconissis mulieribus ut nisi quadragenarias non liceat ordinari

XVI De monachis uel puellis deo dicatis quod non liceat eis nuptiis iungi

XVII De ecclesiis in parrociis per XXX annos ab episcopo habitis uel de renouatis urbibus

XVIII De conspiratione clericorum quod Græci fratrias dicunt

XVIIII Quod oporteat per prouincias bis in anno concilia fieri

---

L [= *αβγ* (*usque ad* 13)], *S* [= *defmt*], *K* [= *ns* (*usque ad* 13)]

2 duabus naturis *K* 3 differentia *K*ⁿ humanitatem *K*ˢ perimendam *K*ⁿ 4 coeunte *om.* *K* unoque statu *LS* unaque substantia [subsistentia *K*ˢ] *K* 6 dnm urm *S*ᵈ, *S*ᵉ *corr.* nos ihs̄ xps *K* 8 et *om.* *K*ⁿ 9 edere *LS* componere *K* uero *K*ˢ 10 aliud *K* 11 exigentibus *K*ⁿ ex gentilibus *S*ᵉᶠᵗ, *S*ᵈ *corr.* aut *om.* *S* ex² *om.* *K*ⁿ 13 fieri[sit *S*ᵗ sint *L*ᵅ 14—p. 87, 10 *om.* *S*ᵈ 16 ordinare *S*ᵐ 26 totis *S*ᶠᵗ 30 non oporteat *S*ᵐ 38 annis *S*, *corr.* *S*ᶠ

XX Quod minime clericos in aliam ciuitatem transmigrare liceat nisi eos qui proprias amiserint ciuitates

XXI De episcoporum aut clericorum accusatoribus quales debeant suscipi in accusatione

XXII Quod non liceat clericis post mortem sui episcopi res ad eum pertinentes diripere

XXIII De clericis et monachis uel excommunicatis qui præter uoluntatem sui episcopi ad urbem regiam ueniunt

XXIIII Quod non liceat monasteria diuersoria sæcularia fieri

XXV Quod non oporteat post obitum episcopi ordinationem alterius episcopi diu differri

XXVI De œconomis, id est dispensatoribus singularum ecclesiarum habendis

XXVII De his qui sibi rapiunt uxores

DEIN SEQVANTVR REGVLAE ECCLESIASTICAE ORDINASTAE A SVPRA SCRIPTO CONCILIO

13 De canonibus uniuscuiusque concilii conseruandis

I A sanctis patribus in unaquaque synodo usque nunc prolatas regulas tenere statuimus.

Quod non oporteat episcopos aut quoslibet ex clero per pecunias ordinari

II Si quis episcoporum accepta pecunia ordinationem fecerit et in nundinationem deduxerit inadpretiabilem gratiam atque ordinauerit episcopum siue chorepiscopum seu presbyterum seu diaconum aut quemcumque alium qui connumeratur inter clericos, aut accepta pecunia ordinauerit œconomum defensorem siue paramonarium, quicumque ergo hæc temptauerit siue conuictus fuerit, ipse quidem subeat gradus sui periculum et qui sic ordinatur, nullum habeat fructum ex huiusmodi mercimonio et creatione probrosa, sed sit alienus aut dignitatis aut sollicitudinis eius quam per pecunias impetrauit. sed et [ille] qui in his tam turpibus et inlicitis lucris intercessor apparuerit, si quidem clericus fuerit, de proprio decidat gradu; si uero laicus siue monachus, anathema sit.

Quod non oporteat episcopos clericos et monachos prædia sæcularia uel causas suscipere

III Peruenit ad sanctam synodum quia de his qui in clero connumerantur, quidam propter turpia lucra alienarum possessionum conductiones et causas sæculares suscipiant et se ipsos quidem a ministeriis sanctis per desidiam separent, ad domos autem sæcularium concurrant et substantiarum eorum gubernationes auaritiæ causa suscipiant. decreuit ergo sancta et magna synodus neminem deinceps horum, hoc est episcopum siue clericum aut monachum conducere possessiones aut inmiscere se sæcularibus procurationibus posse, nisi forte qui legibus ad minorum ætatum tutelas siue curationes inexcusabiles adtrahuntur aut cui ipsius ciuitatis episcopus ecclesiasticarum rerum commiserit gubernacula uel orphanorum aut uiduarum quæ indefensæ

S [= *d* (*inde a* 11), *efmt*]
8 *post* 9 *coll.* S^{e}

D [= *cod. Montepessulanus* 58 *inde a* 16 *cf. Gestorum Latinorum actionem* XV], *S* [= *defmt*], *t* [*usque ad* 25, *cf. præfationem*]

11 SINODVS CALCIDONENSIS *t* *præm.* FINIVNT [EXPLICIVNT S^{f}] CAPITVLA S^{ef} DEIN *om.* S^{mt} SECVNTVR S^{fmt} 12 *inscriptiones omnes om. t* 13 synodus *t* usque *om. t* 15 *inscriptiones omnes om. D* 16 regum episcoporum *t* nundinationem] ordinationem $S^{f}t$ 17 deduxerit $S^{fmt}t$ deduxerit et S^{de} adduxerit *D* 18 seu[1] *om. Dt* diaconem *t* non numeratur S^{dem} numeratur S^{t} 19 et economum *t* 20 ipsi—subeant *t* subiaceat S^{de} 22 aut—aut *D* et—et *St* pecuniam *D* 23 imperauit *t* ille *om. D* qui in *om. t* 23/24 apparuerit *D* apparuit *St* 24 decidatur *t* siue *St* aut *D* 25 anathematizetur *D* 27 in *S* 28 turpia lucra *D* turpi [turpis S^{f}] lucri gratia [gratiam S^{df}] *S* aliorum S^{defm} malorum S^{t} 29 separant *S* 30 earum *D* 31 igitur *S* 32 inmiscere se S^{e} inmiscere *D* miscere se S^{m} miscere S^{dft}

sunt, aut earum personarum quæ maxime ecclesiastico indigent adminiculo propter timorem dei. siquis uero transgressus fuerit statuta, hic ecclesiasticæ correptioni subiaceat.

De honore monachis conpetente et ut nullus eorum temptet ecclesiastica aut sæcularia inquietare negotia nec alienum seruum præter conscientiam domini eius suscipere

IIII Qui uere et pure solitariam eligunt uitam, conuenienti digni sint honore; quia tamen quidam habitu monachi utentes ecclesiasticos actus ciuilesque conturbant circumeuntes indifferenter ciuitates nec non et monasteria se ipsos præsumptione propria commendantes, placuit neminem sibi aut ædificare aut constituere monasteria aut oratorii domum sine conscientia ipsius ciuitatis episcopi, eos uero qui per singulas ciuitates seu possessiones in monasteriis sunt, subiectos esse episcopo et quieti operam dare atque obseruare ieiunio et orationibus in locis in quibus semel deo sese deuouerint, permanentes et neque communicare ecclesiasticas neque sæculares aliquas adtrectare actiones relinquentes propria monasteria, nisi forte iubeantur propter urguentes necessitates ab ipsius ciuitatis episcopo. et neminem seruorum suscipi in monasterium, ut sit cum eis monachus, nisi cum domini proprii conscientia. prætereuntem uero hæc decreuimus extra communionem esse, ut non nomen dei blasphemetur; conuenit uero ciuitatis episcopo curam et sollicitudinem necessariam monasteriis exhibere

Quod non liceat episcopum uel quemlibet ex clero de alia ad aliam transmigrare ciuitatem

V Propter eos episcopos siue clericos qui de ciuitate ad ciuitatem transeunt, placuit definitiones datas a sanctis patribus habere propriam firmitatem.

Quod non oporteat absolute quoslibet ordinare nisi in propria

VI Neminem absolute ordinare presbyterum uel diaconum nec quemlibet alium in ecclesiastica ordinatione constitutum, nisi manifeste in ecclesia ciuitatis siue possessionis aut in martyrio aut in monasterio. et qui ordinatur, mereatur ordinationis publicatæ uocabulum, eos uero qui absolute ordinantur, decreuit sancta synodus uacuam habere manus inpositionem et nullum eius tale factum ualere ad iniuriam eius qui eum ordinauit.

De clericis et monachis non manentibus in suo proposito

VII Eos qui semel in clero taxati fuerint siue in monasteriis, decreuimus neque ad militiam neque ad honores sæculares uenire, aut eos qui hoc ausi fuerint et non eius rei pænitere maluerint, ut ad hoc idem reuertantur, quod ante non obtentu dei proposuerant sibi, anathema esse.

De clericis qui sunt in ptochiis monasteriis atque martyriis quæ sub potestate episcoporum uniuscuiusque ciuitatis existunt

VIII Clerici in ptochiis et in monasteriis aut martyriis constituti sub potestate sint eius qui in ea est ciuitate episcopi secundum traditionem sanctorum patrum nec per

---

S [=*defmt*]. *t* [*inde a* 21] *D*

1 ecclesiasticum—adminiculum *S* 2 hic *D* hæc *S* 2/3 subiaceat correptioni *D* 6 conuenientem digni sunt *D* digni sint conuenienti *S* qui S^{defm}, *corr.* S^{d} 7 habitum $S^{e}D$ 8 se *S* si *D* presumptione $S^{m}D$ presumptioni S^{deft} propria *D* propriæ *S* 12 ieiunia et orationes *S* sese $S^{f}D$ esse S^{demt} 13/14 adtractare *S* 17 ut non *D* ne *S* dn̄i *S* 22 esse datas *t* 24 uel—alium *om. D* uel *om. t* diaconem *t* 26 aut in monasterio *om.* S^{mt} 28 ualere] abere *t* eius *D* ipsius *St* 31 fuerint facere *S* 33 ut] aut S^{de} 33/34 proposuerunt *t* 34 sibi] siue *t* 35 tociis *S* p̄thois *t* 37 et—martyriis *om. D* aut in *t* 38 eorum ciuitate est *D* ep̄s *St* traditiones S^{m} 38—p. 89, 1 sanctorum—præsumptionem *om. D*

præsumptionem recedant a suo episcopo. eos uero qui ausi fuerint rescindere huiusmodi ordinationem quocumque modo uel si noluerint subiacere proprio episcopo, si quidem fuerint clerici, paternarum ordinationum subiaceant condemnationibus; sin autem monachi seu laici sunt, excommunicentur.

Quod non oporteat clericos prætermisso episcopo ad sæcularia iudicia commeare

VIIII Si clericus aduersus clericum habeat negotium, non relinquat suum episcopum et ad sæcularia iudicia concurrat, sed primum negotium ipsum agitetur apud proprium episcopum et ita si fuerit iudicium ipsius episcopi, apud arbitros ex utraque parte electos audiatur negotium. si quis uero contra hæc fecerit, canonum subiaceat correptionibus. et si clericus aduersus suum seu alium episcopum habeat causam, apud audientiam synodi prouinciæ eius conqueratur. si uero contra ipsius prouinciæ metropolitanum episcopum episcopus siue clericus habeat controuersiam, pergat aut ad ipsius dioceseos metropolitanum episcopum aut certe ad Constantinopolitanæ regiæ ciuitatis sedem et ibi proprium negotium exequatur.

Quod non liceat clerico in duabus ecclesiis ministrare

X Non licere clericum in ecclesiis duarum ciuitatum ordinari, sed in ea in qua ab initio ordinatus est et cuius expetierat ante perfugium; et si propter uanæ gloriæ desiderium utpote ad ecclesiam maiorem confugerit, [iubemus] eum ecclesiæ propriæ restitui, id est ubi ab exordio ordinatus est, et ibi tantummodo ministrare. si uero quis iam translatus est ab alia ad aliam ecclesiam, nihil habeat commune cum priore ecclesia siue sub ea ecclesia constitutis martyriis siue ptochiis uel xenodochiis aut eorum negotiis. eos uero qui ausi fuerint post ordinationem huius magnæ et uniuersalis synodi agere quæ prohibita sunt, statuit sancta synodus cadere de proprio gradu.

Quod oporteat egenis epistolia tribui, honestiores autem commendaticiis litteris adprobari

XI Omnes pauperes et indigentes ecclesiasticis auxiliis cum probatione epistolii siue pacificis, quæ dicunt ЄΙΡΗΝΙΚΑ ecclesiastica, tantummodo proficisci statuimus et non commendaticiis epistulis, quia commendaticias quas dicimus epistulas eos tantum accipere conuenit, qui in opinione sunt clariore, ut eis tantummodo præbeantur.

Quod nequaquam in duos metropolitanos prouincia diuidatur

XII Peruenit ad nos eo quod quidam præter ecclesiasticas ordinationes affectantes potentiam per pragmaticum sacrum unam prouinciam in duas diuidant et ex hoc inuenientur duo metropolitani episcopi in eadem et una esse prouincia. statuit igitur sancta synodus deinceps nihil tale adtemptari a quolibet episcopo, eos uero qui tale aliquid temptauerint, cadere de proprio gradu. siquæ uero antea ciuitates

---

S [=*de/mt*], *tD*

2 quodcumque *D* 3 si *S* 4 siue *t* 7 apud] per S^{f} 7/8 epm proprium *S* prouintiæ epm *t* 8 iudicio *D* arbitrio sex *D* 9 electos] clericos *D* fuerit *D* 11 conqueratur $DS^{m}S^{d}$ *corr.* conquiratur $S^{det}t$ inquiratur S^{f} 12 ac metropolitanum *S*, *corr.* S^{f} 13 ad[1] *om.* *D* diocesis *St* metropolitanum epm *D* epos *St* 16 ciuitatium *D* ea in qua *SD* eam quam *t* 17 ante *om.* *t* si *om.* *t* propter] presbr S^{t} 18 iubemus *St* *om.* *D* eum *om.* *D* 20 qui S^{f} ad *Dt* in *S* 21 ea *D* *om.* *St* eptociis *D* tociis *S* pthois *t* xedociis *D* exsynodociis *t* 24 non oporteat S^{mt}, *cf.* p. 86, 30 25 adprobare S^{f} 27 pacifici *Dt* dicuntur *S* ЄΙΡΗΝΙΚΑ *D* irinica S^{f} *corr.* irinicas *S* thirinica *t* statuemus *D* 28 dicemus *D* eos *St* quos *D* 29 in *St* non *D* clariore $DS^{mt}t$ clariores S^{def} ut *St* et *D* 32 fraumaticum *t* 33 inuenientur *Dt* inueniuntur *S* 35 aliquid tale *St* antea *om.* *D*

per pragmaticum imperialem metropolitano decoratæ sunt nomine, solo fruantur honore et qui ecclesiam eius regit episcopus, incolumi scilicet metropolitano episcopo iure proprio reseruato.

Quod non oporteat extraneos clericos sine commendaticiis litteris ministrare

XIII Extraneum clericum et lectores extra suam ciuitatem sine commendatitiis litteris proprii episcopi nusquam penitus [liceat] ministrare.

Quod non liceat clerico uxorem sectæ alterius accipere, nisi forte sponderit se ad ueram fidem uenire

XIIII Quia in quibusdam prouinciis conceditur psaltis et lectoribus uxores accipere, statuit sancta synodus prorsus non licere huic alterius sectæ uxorem accipere. si quis uero præuenit et habet iam de tali conubio filios, si forte præuenerunt eos iam apud hæreticos baptizare, debent eos offerre catholicæ ecclesiæ, ut ibi communicent. qui uero adhuc baptizati non sunt, omni modo non posse eos in hæretica ecclesia baptizari nec matrimonio iungi hæretico, Iudæo uel pagano, nisi forte spoponderint se uenire ad orthodoxam fidem, dum coniungitur personæ orthodoxæ. si quis uero hanc definitionem sanctæ synodi præterierit, regularum condemnationi subiaceat.

De diaconissis mulieribus ut nisi quadragenarias non liceat ordinari

XV Diaconissam non debere ante quadraginta annos ordinari, et hanc cum diligenti probatione. si uero susceperit ordinationem et quantocumque tempore obseruauerit ad ministerium et postea se nuptiis tradiderit iniuriam faciens dei gratiæ, hæc anathema sit cum eo qui in illius nuptias conuenerit.

De monachis uel puellis deo dicatis quod non liceat eis nuptiis iungi

XVI Si qua uirgo se dicauerit deo, similiter et monachus, non licere eis nuptiis iungi. si uero inuenti fuerint hoc facientes, maneant excommunicati; statuimus uero posse in eis facere humanitatem, si ita probauerit loci episcopus.

De ecclesiis in parrociis per triginta annos ab episcopo habitis uel de renouatis urbibus

XVII Per singulas ecclesias rusticanas parœcias siue in possessionibus permanere immobiles apud eos qui eas tenent episcopos et maxime qui eas sine uiolentia iam per triginta annos tenentes gubernauerunt. si uero intra triginta annos [etiam] facta fuerit aut fiat de eis dubitatio, licere eis qui se dixerint læsos, propter eas mouere apud synodum prouinciæ [certamen]. siquis uero putauerit se a proprio metropolitano grauari, apud principem ipsius dioceseos aut apud Constantinopolitanæ ciuitatis sedem

---

D, *S* [=*defmt*], *t*

1 praumaticum *t* imperiale S^f *corr.* metropolitano DS^ft metropolitani nominis honore S^{demt} honore *Dt* *om.* *S* 2 suam *t* incolomi scilicet *D* incolumes licet *t* scilicet priuilegio S^{de} priuilegio S^{fmt} metropolitani episcopi S^f 6 n̄uquam *t* liceat *om.* *Dt* 9 conceditur prouinciis *t* concedetur *D* psalmistis *S* et lectores S^m id est [id est et S^f] lectoribus et cantoribus S^{de} id est cantoribus et lectoribus *t* 10 accipere uxorem *S* 11 uero] enim S^{de} peruenit *t* tale *DS*, *corr.* S^f peruenerunt *t* præuenerint *S* 12 comunicet *t* 14 matrimonium *D* per matrimonium *t* iungere S^f sponderint S^{fm} spoponderit S^t sponderit *t* 15 orthodoxæ *om.* *D* orthodoxæ dî S^f 16 sanctæ—condemnationi *om.* *t* prætereat *D* condemnatione *D* condemnationibus *S* 18 et *om.* *t* 19 quantumcumque *t* 20 hanc *t* 22 uel puellis S^{efmt} puellisque S^d 23 dedicauerit *St* eos *D* 24 statuemus *D* 25 eos *t* facere *om.* *t* 26 annis S^{demt} 27 parœchias *D* parrocias *S* parrochias *t* 28 qui eas[1]] qua *t* 29 etiam *St* *om.* *D* 30 eis[1]] his *t* moueri *D* 31 certamen *S* *om.* *Dt* metropolitani *D*

agat iudicium, sicut iam dictum est. si uero quælibet ciuitas per auctoritatem imperialem renouata est aut si renouetur in posterum, ciuilibus et publicis ordinationibus etiam ecclesiarum parœciarum sequatur ordinatio.

De conspiratione clericorum quod Græci fratrias dicunt

XVIII Coniurationum et conspirationum crimen, quod apud Græcos dicitur fratrias et publicis etiam legibus certum est penitus inhiberi, hoc multo magis in sancta dei ecclesia ne fiat, conuenit abdicari. siqui uero clerici seu monachi inuenti fuerint coniurantes aut fratrias uel factiones aliquas conponentes suis episcopis aut aliis clericis, omni modo cadant de proprio gradu.

Quod oporteat per prouincias bis in anno concilium fieri

XVIIII Venit in nostras aures quia in prouinciis probati synodici conuentus episcoporum minime celebrentur et quod inde multæ quæ correctione opus habeant ecclesiasticæ res neglegantur. statuit igitur hæc sancta synodus secundum patrum regulas bis in anno in unum conuenïre per singulas prouincias episcopos, ubi metropolitanus probauerit, et sic corrigere singula quæ emerserint. qui uero noluerint conuenire episcopi constituti in suis ciuitatibus et hoc maxime cum in sui corporis sanitate consistant, etiam omnibus aliis urguentibus et inexcusabilibus negotiis liberi sint, licere eos fraternæ caritatis ammonitionibus corripi.

Quod minime clericos in aliam ciuitatem transmigrare liceat, nisi eos qui proprias amiserint ciuitates

XX Clericos in singulis ecclesiis constitutos, sicut iam decreuimus, non licere in alterius ciuitatis ecclesiis ordinari, sed adquiescere in ea in qua ab initio fecit principium ministrandi, extra eos qui proprias ciuitates perdiderunt et ex necessitate ad alias ecclesias migrauerunt. si uero quicumque episcopus post definitionem istam ad alium episcopum pertinentem clericum susceperit, placuit hunc qui suscepit, et eum qui susceptus est, tam diu excommunicatos manere quam diu ipse clericus ad propriam reuertatur ecclesiam.

De episcoporum aut clericorum accusatoribus quales debeant suscipi in accusatione

XXI Clerici seu laici qui accusauerint episcopos aut clericos, temere atque indifferenter non debent suscipi in accusationem, nisi prius eorum opinio fuerit perscrutata.

Quod non liceat clericis post mortem sui episcopi res ad eum pertinentes diripere

XXII Non licere clericis post mortem sui episcopi rapere pertinentes ad eum res, sicut iam ex præcedentibus regulis statutum habetur. si uero hæc fecerint, periclitari eos in proprio gradu.

S [=*defmt*], *tD*

1 iam *om. t* 3 parrociarum *S* parrochiarum *t* 5 quod crimen *Dt* 6 dei *om. D* 7 siquis S^{deft}, *corr.* S^{f} si *t* 8 uel *St* aut *D* 11 peruenit *S* quod *S* 11—12 probati synodici [probatis sinodicis *t*]—inde *Dt* statuta [statuta minime S^{d}] ep̄orum concilia minime celebrentur et ob [ob *om.* S^{d}] hoc probati—inde S^{de} statuta ep̄orum concilia minime celebrentur et ob hoc S^{fmt} 12 correctionem [correptionem S^{f}] *S* 13 neglegatur *t* 13/14 bis annum *D* 14 in uno $S^{d}t$ uno S^{t} 16 constituti *om. D* in² *om. t* constant *t* 17 et *om. t* 21 constitutis *t* 22 in qua] quam *t* 23 extra eos *Dt* exceptis illis *S* 25 placuit *D* placuit sc̄ae [sc̄o S^{m}] synodo *S* et] hæc *t* 26 ipse *om. t* 29 clericus siue laicus *St* accusauerit *St* 30 prescrutata *S* scrutata *t* 32 sicuti *St* 32 ex DS^{de} et S^{mt} in S^{f} *om. t* uidetur *D* 32/33 periclitari [periclitare S^{de}] se nouerint *S* 33 de *D*

De clericis et monachis uel excommunicatis qui præter uoluntatem sui episcopi ad urbem regiam ueniunt

XXIII Venit in aures sanctæ synodi quia clerici quidam et monachi nihil sibi habentes iniunctum a proprio episcopo, interdum uero etiam illi qui ab eo fuerant excommunicati, ueniant ad hanc regiam ciuitatem Constantinopolitanam et multi temporis in ea conterentes spatia perturbationes tranquillitati ecclesiasticæ inferant et diuersorum domos corrumpant. statuit igitur sancta synodus hos primum quidem commonere per defensorem Constantinopolitanæ sanctæ ecclesiæ ut exeant de regia ciuitate; si autem in eodem proposito inprobe perdurauerint, etiam inuitos eos eici per eundem defensorem, ut ad sua loca perueniant.

Quod non liceat monasteria diuersoria sæcularia fieri

XXIIII Quæ semel consecrata fuerint monasteria cum iudicio sui episcopi, manere in perpetuum et pertinentes eis res conseruari ipsi monasterio et non ulterius posse ea fieri sæcularia habitacula. qui uero permiserint hæc fieri, subiaceant his condemnationibus quæ per canones constitutæ sunt.

Quod non oporteat post obitum episcopi ordinationem alterius episcopi diu differri

XXV Eo quod quidam metropolitanorum, sicut ad nos perlatum est, neglegunt sibi creditos greges et differunt ordinationes facere episcoporum, placuit sanctæ synodo intra tres menses fieri ordinationes episcoporum, nisi forte inexcusabilis necessitas coegerit ordinationis tempus amplius propagari. si autem quis episcoporum hæc non obseruauerit, ipsum quidem debere ecclesiasticæ condemnationi subiacere, reditus uero eiusdem uiduatæ ecclesiæ integros reseruari apud œconomum eiusdem ecclesiæ.

De œconomis, id est dispensatoribus singularum ecclesiarum habendis

XXVI Quia in quibusdam ecclesiis, sicut ad nos peruenit, sine œconomo episcopi res ecclesiasticas tractant, placuit omnes ecclesias episcopos habentes habere et œconomos de proprio clero qui gubernent ecclesiastica cum arbitrio sui episcopi, ut non sine testimonio sit gubernantia ipsa rerum ecclesiasticarum et ex hoc eueniat dispergi eiusdem ecclesiæ res et sacerdotali dignitati obtrectatio generetur. si uero quis hæc non obseruauerit, diuinis subiaceat regulis.

De his qui sibi rapiunt uxores

XXVII Eos qui sibi rapiunt uxores, uel eos qui eis auxilium præstiterint, statuit sancta synodus, si quidem clerici fuerint, cadere de proprio gradu, si uero laici, anathema esse.

S [=*defmt*], *tD*

3 peruenit *S* s̄c̄i *t* 4 uero *om. t* etiam *om. Dt* 5 multis temporibus *S* 6 conterentes spatia *D* conterentes *t* consistentes *S* 7 quidem primum *St* 8 āēcle s̄c̄e *t* 9 perdurauerunt *t* 12 semel *om. t* suo *t* 13 perpetuo *St* pertinens *t* eis *D* ad ea [eos *S*[eml]*t*] *St* ipsis monasteriis *S*[f] et[2]] ut *t* 14 his *om. t* 15 per canone constituta *t* 17 eo quod *Dt* qnm *S* ad nos *om. t* 17/18 creditos sibi *St* 18 facere ordinationes facere *t* s̄c̄o *DS*[e] s̄c̄a *t* sinodus *t* 19 in *D* menses tres *t* 20 prorogari *S*[f] sin *t* 21 quidem *D* uero *t* *om. S* condemnationis *t* 22 uiduata *t* integros] intra *t* seruari *t* eoconomum *D* 25 economum *t* 26 clerico *t* ecclesiastica *D* ecclesiæ res *S* āēclas *t* 27 gubernatio *S* ipsarum *St* et *om. D* ueniat *t* 28 degeneretur *t* si uero siquis *t* 29 regulis subiaceat *D* 31 uel eos *om. t* 32 *pergit* bonifatius prbt̄ s̄c̄ae ēc̄clæ romane statu et sucscrip̄ et ceteri ēp̄i diuersarum prouinciarum uel ciuitatum suscripser̄ *D* *subscr.* finiunt [explicuerunt *S*[ml] expliciunt *S*[f]] regulæ sequuntur [dein secuntur *S*[f]] subscribtiones *S*

14 Sequuntur subscriptiones

Pascasius episcopus ciuitatis Lillibitanæ uicem agens beatissimi episcopi Leonis definiens subscribsi (1)

Lucensius episcopus ciuitatis Asculitanæ idem uicem agens sanctissimi episcopi Leonis definiens ss (2)

Bonifatius presbyter urbis Romæ uicem agens apostolicæ sedis definiens ss (3)

Anatolius episcopus Constantinopolitanæ ciuitatis nouæ Romæ definiens ss (4)

Maximus episcopus Antiochenus definiens ss (5)

Iuuenalis episcopus Ierosolimitanus definiens ss (6)

Thalasius episcopus Cappadociæ Cæsariensis definiens ss (8)

Quintillus episcopus Eracliæ Macedoniensis uicem agens sanctissimi uiri episcopi Anastasii ciuitatis Thessalonicensis definiens ss (7)

Stefanus episcopus Efesitanus definiens ss (9)

Lucianus episcopus Bizensis uicem agens sanctissimi episcopi Quiriaci Eracliæ Thraciensis definiens ss (10)

Eusebius episcopus Galatiæ Anquriensis definiens ss (11)

Diogenis episcopus Quizicensis definiens ss (12)

Petrus episcopus Corinthensis definiens ss (13)

Florus episcopus Sardensis definiens ss (14)

Eunomius episcopus Nicomidiensis definiens ss (15)

Anastasius episcopus Niciensis definiens ss (16)

Eleutherius episcopus Calchidonensis definiens subscribsi (18)

Item omnes episcopi quingenti uiginti definientes subscripserunt.

15 Et posteaquam recitatum est, piissimus imperator ad sanctum concilium dixit: Dicat sanctum concilium si ex consensu omnium episcoporum definitio quæ nunc lecta est, prolata sit.

16 Omnes reuerentissimi episcopi responderunt: Omnes sic credimus. una fides una sententia. omnes hoc idem sentimus. omnes consentientes subscripsimus. omnes orthodoxi sumus. hæc ⟨est⟩ fides patrum. hæc est fides apostolorum. hæc est fides recte credentium. hæc est fides quæ orbem terrarum saluauit. Marciano nouo Constantino, nouo Paulo, nouo Dauid. ⟨anni Dauid⟩ imperatori. piissime domine auguste, uita ei.

17 Et post has uoces piissimus et fidelissimus imperator ad sanctam synodum dixit: Veneranda catholica fides a sancta et uniuersali synodo secundum patrum expositionem manifestata est. etsi laborem uestræ reuerentiæ et conuicium fecimus, maximas gratias agimus omnipotenti saluatori deo quia multorum errantium circa fidem amputata discordia in unam eandemque fidem omnes nunc conuenimus sperantes celerem uestris precibus et meliorem super omnes nos pacem a deo donari.

14—17 *cf. Gesta Chalcedon.* 6, 9—12

S [=*defmt*], *t*

1 *om. t* 2 leuitane *t* beatum *t* leonis epsa S^{f} leonis S^{m} 3 *adscripsi numeros subscriptionum Græcarum* 4 lucentius S^{m} ascolininanei *t* ausculitane S^{m} idem *om. t* 4/5 leonis epsi S^{f} leonis S^{mt} 11 macedonensis S^{de} 12 tesalonice *t* 14 quiriaci epi *t* 16 ankirensis S^{f} anchirensis *t* 17 diogenes [diugenes S^{d}] S 18 coritensis S 19 sardiensis S^{mt} sardiniensis S^{def} 20 conomius S^{t} eunemius S^{de} nicomediensis S 23 idem S^{fmt} *om. t* quingenti uiginti *t* DCXXX S 29 omnes—sumus *om. t* hæc fides patrum *t om. S* est[1] *addidi* 31 anni Dauid *addidi ex Γ* 32 domne S^{de} 33—p. 94, 3 *bis scripsit* S^{f} 34 a sancta *om. t* et *om.* S^{d} uniuersalis *t* 36 saluatori *om.* S^{d} 38 a *om. t* de S^{d}

18 Sancta synodus iterum exclamauit: Hæc digna uestri imperii. hæc propria uestri imperii. hæc correctio uestri imperii. digne fidei, digne Christo, digne imperii et imperii et fidei. propter ea pacificatur orbis terræ.

19 Et post has uoces piissimus et fidelissimus imperator ad sanctam synodum dixit: Veneranda[m] catholica[m] fide[m] a sancta et uniuersali synodo secundum patrum expositionem manifestata[m] iuxta legem et conuenientem esse nostra tranquillitas probauit omnem in posterum contentionis occasionem circa suam fidem amputari. si quis igitur idiota uel militarius seu clericus publice de fide turbam congregans sub obtentu disputationis tumultum fecerit, si quidem idiota proscriptus, expellatur a regia urbe; militarius uero seu clericus gradus sui periculum sustinebunt et aliis pœnis subiacebunt.

EXPLICIT EXPOSITIO SINODI INCIPIT EDICTVM IMPERATOVM IN CONFIRMATIONE CONCILII CALCHIDONENSIS

Imperatores Valentinianus et Marcianus augusti uniuersis populis. Tandem aliquando *etc. edita est supra p.* 21. 22

INCIPIT SACRA VALENTINIANI ET MARCIANI AVGVSTORVM POST CONCILIVM CALCHIDONENSE EDITA IN ADFIRMATIONEM EIVSDEM CONCILII ET DAMNATIONEM HAERETICORVM

Imperatores Valentinianus et Marcianus augusti Palladio pp. Diuinæ semper potentiæ *etc. edita est uol.* 3 p. 349—352

INCIPIT ALIA MARCIANI AVGVSTI ADVERSVS SVPRA MEMORATOS HAERETICOS

Imperator Marcianus augustus Palladio pp. Licet iam iamque *etc. edita est supra p.* 24—27

Addo quæ de canonibus Chalcedonensibus exhibentur in Epitoma quæ fertur Hispana:

EX CONCILIO CALCEDONENSE

I Vt omnium conciliorum statuta teneant.

II Episcopus presbyter uel quilibet ex clero si per uenalitatem ordinatus fuerit, et qui ordinat et qui ordinatur, deponatur; si uero œconomus uel actuarius, anathema sit.

18—19 *cf. Gesta Chalcedon.* 6, 13—14

S [=*defmt*], *t* [*usque ad* 18], *VM* [*inde a* 24]

1 Hæc *om. t* 1—3 hæc²—imperii *om. t* 2 digne¹—imperii³] digniter S^d fidei—digne³ *om.* Sf_1 3 fide *t* 4 has *om. t* 5 uenerandam catholicam fidem *St, correxi ex Γ* 6 manifestatam *S* manifestandam *t, correxi ex Γ* et *om.* S^f conueniente *t, postulatur* conueniens 7 oms S^{mt} suam *St, postulatur* sanctam *cf.* εὐαγοῦς *Γ* 8 militarium *t* ostentu S^e ostento S^d 9 proscriptus *t* prescribtus *S* 10 pœnis] penitus *t* *post* 10 *add.* item placuit ut de libertis in capite factis tam de colonis siue de familiaribus lex romana constituit ut ad clericatus oficium nullatenus adspirarent. set modo salubri ordinatione censuimus ut de talibus uenientes ad clerum, si necesse fuerit, subdiacones ordinentur et nullo modo ad superiorem oficii gradum promoueantur, et si episcopo nesciente aliqui ordinati sunt, omni modo deponantur *t* 11 EXPOSITIO SINODI *S* CONCILIVM CALCIDONENSEM *t* 13 augusti et marcianus S^{de} 16 ADFIRMATIONE $S^{fmt}t$ DAMNATIONE $S^{fmt}t$ 17 augusti *om. t* pp] pape *t* prefecto pretorii *S* 19—21 *om. t, sed pergit* INCIPIT EPLA LEONIS PAPE AD MARCIANVM IMPER DIRECTA CALCIDONENSIS. Leo eps marciano aug. mag [sic] munere *etc.* = *Leon. ep. coll. Grim.* 54 20 pp] prefecto pretorii *S* 25 *numeros om. M* concilium *V* teneat *V* teneant firmitatem *M* 26 si *om. V* uenalitate *V* 27 ordinant *V* si uero *M* sibeo *V* actuarii *V*

III Vt nullus clericorum conductores efficiantur. episcopus curam habeat orfanorum uel uiduarum.

IIII Nullus monachos sine episcopi conscientia monasterium faciat. monasteria sub potestatem episcoporum suorum sint et ne uagentur absque potestate episcopi uel abbatis.

V Episcopus siue clericus de alia ecclesia in aliam non transferat se.

VI Nullus sine loci nominatione aut presbyter aut diaconus aut quicumque ordinetur.

VII Quicumque clericus monachos ad sæculariam militiam reuersus fuerit, anathema sit.

VIII Clerici monachi laici qui proprio episcopo noluerint subiacere, excommunicentur.

VIIII Clerici si habuerit causam, ab episcopum suum audiatur aut ad metropolitanum; si uero contra episcopum suum siue metropolitanum, ad regiam ciuitatem causentur.

X In duas ecclesias unus non ordinetur clericus, nisi ubi prius; aut certe in secundam, ut causam non habeat in priorem.

XI Episcopus pauperibus faciat epistolas per loca.

XII In una prouincia duo non sint metropolitani.

XIII Clericus ab alio episcopo sine epistola non recipiatur.

XIIII Nullus clericus hereticam uxorem accipiat.

XV Diaconissa ante XL annos non ordinetur et post ordinationem si maritum acceperit, anathema sit.

XVI Siqua deuota uel monachos post professionem nupserit, excommunicetur.

XVII Post XXX annos nullus repetat diocesem suam; si uero renouata fuerit ciuitas, ecclesiasticus ordo seruetur.

XVIII Siquis clericus uel monachos coniurationes fecerit, deponatur.

XVIIII Duas uices in anno synodus fiat et episcopus monitus qui non fuerit, corripiatur.

XX Qui clericum alienum susceperit, episcopus et clericus excommunicetur.

XXI Quicumque clericum uel episcopum accusauerit, passim non recipiatur, nisi opinio eorum perscrutata fuerit.

XXII Clerici res pertinentes episcopi post mortem non rapiant.

XXIII Clerici uel monachi sine conscientia episcopi sui regiam ciuitatem habitantes proiciantur.

XXIIII Semel consecrata monasteria cum iudicio episcopi sui nullatenus possunt fieri sæcularis habitatio.

XXV Mortuo episcopo infra tres menses ordinetur alter.

XXVI Omnes episcopi œconomos habeant.

XXVII Raptores excumunicentur.

VM

1 nulli *M* 3 monachus *M* 4 et ne *V* nec *M* 7 nominationem *V* aut[2] *om. V* 8 monachus *M* a *V* secularia *V* sæcularem *M* militia *V* conuersus *M* 10 noluerit *V* excummunicetur *V* 11 habuerint *M* epo suo *M* audiantur *M* ad metropolitanō *V* a metropolitano *M* 13 duabus ecclesiis *M* in *om. V* secunda *M* 14 causa *V* priori *M* 15 locas *V* 16 sit *V* 17 alio epm̄ *V* aliis ep̄is *M* 18 eritica oxore *V* 19 annorum *M* si *om. V* 21 monachus *M* nuperserit *V* 22 recipiat *V* diocesim *M* ciuitas renouata fuerit *M* 23 eclesiastica *V* reruetur *V* seruentur *M* 24 monachus *M* coniurationis *V* 25—26 *om. M* 25 synodus *scripsi* ordus *V* fuerit *V conicias* adfuerit corripiat *V* 28 fuerit præsentata *M* 29 morte *V* rapeat *V* 30 regia ciuitate *M* 32 consagrata *V* iudicium *V* possit *V* 32/33 fyeri secula . . . [*de ultimis litteris non constat*] habitatio *V* sæcularia habitacula fieri *M* 35 *om. M* œconumus habeat *V* 36 excumunicetur *V*

EX COLLECTIONE CODICIS
MEERMANO-WESTREENIANI

W = Codex Meermano-Westreenianus [Hagensis 9] s. VIII
t = Codex Albigensis 2

INCP CALCHEDONENS CONCILII

I Qui a sanctis patribus per singula concilia usque nunc expositi sunt canones, continere iustificamus.

II Siquis episcopus per pecuniam ordinationem fecerit et in uenalitatem deduxerit [et] indistractibilem gratiam et ordinauerit per pecuniam presbyterum siue diaconum uel quemlibet in clero numeratum aut promouerit ⟨per⟩ pecuniam œconomum aut defensorem aut quemlibet de canone turpis lucri gratia, qui hoc arguatur temptasse, periclitetur erga proprium gradum et is qui ordinatus fuerit, nihil per mercatam adquirat ordinationem uel promotionem, sed sit alienus dignitatis uel cura quam ⟨per⟩ pecuniam adquisierit. siqui uero mediator detegatur tam turpibus et inlicitis datis, huiusmodi si quidem clericus est, proprio deiciatur gradu; si uero laicus aut monachus, anathematizetur.

III Peruenit ad sanctam synodum quod eorum qui in clero adnumerantur, quidam turpis lucri gratia alienorum prædiorum efficiuntur conductores et sæcularia negotia suscipiunt, dei quidem ministerium neglegentes, sæcularium autem occurrentes dominus, ut substantiarum dispensationem suscipiant auaritiæ causa. statuit ergo sancta et magna synodus nullum deinceps, non clericum, non monachum aut conducere possessiones aut causis subintroducere semet ipsos, his autem qui intra ætatem sunt, inexcusabilem procurationem uel similiter ciuitatis episcopus ecclesiasticarum mandauerit curam gerere rerum aut orfanorum aut uiduarum sine prouisione existentium et præcipue qui ecclesiastico indigent adiutorio propter timorem domini. quodsi quis transgredi statuta de cetero temptauerit, huiusmodi ecclesiasticis subiacebit increpationibus.

IIII Qui uere et sincere singularem adpetunt uitam, conpetentem mereantur honorem; sed quoniam quidam sub monachili prætextu ecclesiastica uel ciuilia conturbant negotia circumeuntes passim in ciuitatibus nec non et monastiria sibi instituere præsumentes, placuit nullum quidem nusquam ædificare aut instituere monastirium uel oratorium sine conscientia ciuitatis episcopi, per singulas uero ciuitates uel regiones monachos subiectos esse episcopo et quietem amplecti et intentos esse tantummodo ieiunio et orationi, quibus locis renuntiauerunt, perseuerantes, neque uero ecclesiasticis aut sæcularibus insolentes esse negotiis aut miscere se deserentes monastiria, nisi forte præcipiantur propter aliquam curam necessariam a ciuitatis episcopo. nullum uero recipere in monastiriis seruum obtentu monachi sine conscientia domini. transgre-

---

primus edidit ex codice Parisin. 1451 F. Maassen in Geschichte der Quellen etc. I 945 sq.

W, t [inde a 13]

5 et *delevi* 6. 9 per *add. Maassen* 6 eoconomum *W* 9 curam *W* 13 clerico adnominantur *t* 14 eficiantur *t* 15 suscipiant *t* occurrit *t* 16 et *t* 18 etate *t* ecclesia *W* 19/20 ordinauerit *t* 21 quia *W* indigeant *t* 22 de cetero *t* decreto *W* 24 singularem *t* monachum *W* 25 quidem *t* 26 sibi instituere *W* subinstituere *t* 27 quidam *W* instruere *W* 29 epo esse *t* 31 misceri *t* deserentis *W* 32 curam aliquam *t* a *om. W* 33 in monasteriis recipere *t* obtentum *W*

dientem uero nostram hanc definitionem statuimus excommunicatum esse, ne nomen dei blasphemetur, episcopum tamen ciuitatis competentem prouidentiam facere monasteriorum.

V De his qui transmigrant de ciuitate in ciuitatem episcopis aut clericis placuit qui de huiusmodi statuti sunt canones a sanctis patribus, habere propriam firmitatem.

VI Nullum debere absolute ordinare presbyterum uel diaconum nec quemlibet in ecclesiastico gradu, nisi specialiter ecclesiæ ciuitatis aut possessionis aut martyris aut monasterii qui ordinandus est, pronuntietur. qui uero inpronuntiabiles ordinantur, statuit sancta synodus in irritum esse huiusmodi manus inpositionem et nusquam posse ministrare in iniuriam ordinantis.

VII Qui semel in clero deputati ⟨sunt aut⟩ monachorum uitam expetierunt, statuimus neque ad militiam neque ad dignitatem aliquam sæcularem uenire aut hoc temptantes et non pænitentes, ut reuertantur in id ipsud quod propter deum prius elegerunt, anathematizari.

VIII Clerici xenodochii pauperum uel monasteriorum uel martyrum sub potestate [sint] uniuscuiusque ciuitatis episcoporum secundum sanctorum patrum traditiones permaneant et ne per contumaciam subsannent suos episcopos. audentes uero frustrare huiusmodi [non subditi] dispositionem quocumque modo non subditi proprio episcopo, si quidem sunt clerici, canonum subiaceant increpationi; si uero laici uel monachi existant, excommunicentur.

VIIII Siquis clericus aduersum clericum habet causam, non deserat proprium episcopum et ad sæcularia iudicia excurrat, sed prius actionem uentilet apud proprium episcopum aut certe consilio eiusdem episcopi apud quos utræque partes uoluerint, de iudicatione experiantur. quodsi quis præter hæc faciat, canonibus subiacebit. quod si clericus habet causam aduersus proprium episcopum aut certe alium episcopum, apud synodum ⟨prouinciæ⟩ iudicetur. quodsi apud eiusdem prouinciæ metropolitanum episcopus uel clericus habet ⟨causam⟩, subsequatur primatem dioceseos ar regiæ Constantinopolis sedem ⟨et⟩ apud ipsum iudicetur.

X Non licere clericum in duarum urbium simul pronuntiari ecclesiis, in qua uel initio ordinatus est uel in quam confugit quasi potiorem gloriæ inanis cupiditate; hoc uero facientes reuocari in suis ecclesiis in quibus ab initio ordinati sunt, et ibi tantummodo ministrare. si uero iam quis translatus est ex alia in aliam ecclesiam, nihil prioris ecclesiæ aut sub ea martyrum uel inopum habitationis siue xenodochiorum communicet rebus. quisquis uero ausus fuerit post terminum magnæ et generalis huius synodi agere aliquid eorum quæ renuntiata sunt, statuit sancta synodus deici proprio gradu.

XI Omnes inopes uel indigentes subsidium cum probatione per apostolicum uel pacificis ecclesiasticis tantummodo proficisci et non commendaticiis pro eo quod commendaticias litteras conuenit honoratioribus tantummodo præstari personis.

XII Peruenit ad nos quod quidam extra ecclesiastica statuta * * unam in duo diuisisse, ut hinc duo metropolitani sint in una prouincia. statuit ergo sancta synodus ulterius

---

W, *t* [*usque ad* 3]

5 propria *W* 7 possessionis *Maassen* passiones *W* 8 inpronuntiabilis *W* 11 sunt aut *addidi* uita *W* 15 exynodotii *W* 16 sint *deleui* 16/17 traditionis permaneat *W* 17 contumatia *W* subsanent *W* 18 non subditi *deleui* 22 uentilent *W* 23 utrique *W* 24 subiecit *W* 26 prouinciæ *addidi* 27 causam *addidi* 28 et *addidi* 30 qua *W* 33 priori *W* exonodochiorum *W* 35 renuntiata] ΑΝΗΓΟΡΕΥΜΕΝΩΝ *pro* ΑΠΗΓΟΡΕΥΜΕΝΩΝ deieci *W* 39 honoratoribus *W* 40 *lacunam notaui, cf. I'*

quidem nihil tale temptari ab episcopis; qui uero hoc temptauerit, deici proprio gradu. quantæcumque uero ciuitates litteris imperialibus metropolitanæ honore sunt nominis, tantum fruantur honore et qui ecclesiam eius gubernat episcopus, sine dubio saluo eius quæ secundum ueritatem metropolis est, proprio iure.

XIII Peregrinos clericos uel lectores in alia ciuitate sine commendaticiis litteris proprii episcopi nullatenus alicubi ministrare.

XIIII Quoniam in quibusdam prouinciis conceditur lectoribus uel psalmistis matrimonia inire, statuit sancta synodus non licere cuiquam ex his hæreticam uxorem accipere. quos autem constat de talibus coniugiis filios suscepisse, si quidem præcesserunt ex his editos baptizare apud hæreticos, offerre eos communioni catholicæ ecclesiæ, non baptizatos autem non posse ultra baptizare apud hæreticos, sed neque copulari nuptiis hæreticorum aut Iudæorum aut paganorum, nisi forte promittant transferre se ad orthodoxam fidem copulandam personam catholico. si quis hunc terminum transgreditur sanctæ synodi, canonum subiacebit increpationi.

XV Diaconissam non ordinari mulierem ante annum quadragesimum, et hanc cum summa probatione. si uero suscepta manus inpositione tempus aliquantum permanens in ministerio semet ipsam dedat nuptiis iniuriam inrogans dei gratiæ, huius-
[16] modi anathematizetur eumque qui ei copulatur. uirginem se ipsam offerentem domino deo similiter non licere nubere: quodsi inuentæ fuerint hoc facientes, sint excommunicatæ. pænitentes autem factæ ⟨et⟩ exomologesim facientes, habere auctoritatem in earum humanitatem eiusdem loci episcopum.

[17] XVI Quæ per singulas ecclesias rusticæ sunt parrociæ siue in possessionibus, permanere inconcussæ apud detinentes eas episcopos, præterea si per tricennium eas sine ui obtinentes rexerunt. quodsi intra tricennium facta est uel fiat de his altercatio, licere dicentibus læsos se de his mouere apud sanctam synodum prouinciæ eiusdem. si quis uero læsus fuerit a metropolitano, apud primatem dioceseos uel Constantinopolitanam sedem ⟨iudicium⟩ experiatur, sicut dictum est. siqua uero etiam ex imperiali potestate deducta est ciuitas aut si nuper deducitur, ciuilibus et publicis institutionibus et ecclesiasticarum parrociarum ordo subsequatur.

[18] XVII Coniurationis siue conuentionis crimen etiam ab exteris legibus omnino prohibetur; multo magis in dei ecclesia hoc fieri prohibere conuenit. siqui uero clericorum uel monachorum repperiantur coniurantes ant concinnationem adinuenientes proprio episcopo aut clericis suis, deiciantur omnimodis proprio gradu.

[19] XVIII Peruenit ad nostras aures in prouinciis statuta concilia episcoporum non fieri et ex hoc plurima neglegi quæ correctionem indigent ecclesiasticarum causarum. statuit ergo sancta synodus secundum patrum regulas secundo in anno in id ipsum conuenire in unaquaque prouincia episcopos ubi metropolitanus episcopus probauerit, ad corrigenda singula quæ oborta fuerint. qui uero non conuenerint episcopi residentes in suis ciuitatibus et hoc in sanitate degentes et totius inexcusabilis necessitatis uel impedimento existentes liberi, fraterne increpentur.

[20] XVIIII Clericos in ecclesia ministrantes, sicut iam statuimus, non licere in alterius ciuitatis statui ecclesia, sed contentos esse in quibus ab initio ⟨ministrare⟩ meruerunt,

---

W

2 ciuitatis *W* 5 peregrinus clericus *W* cōmendatis *W* 10 editus *W* 17 dedat *scripsi* det ad *W* 20 et *addidi* 21 eorum *W* ēpōr *W* 23 detentis *W* *postulatur* præcipue sine] si *W* 24 obtinentis *W* 25 læsus *W* se] sed *W* 26 primatim dioceseus *W* 26/27 constantinopolitanum *W* 27 iudicium *addidi* 35 correptionem *W* indigente *W* 37 unaqueque *W* 38 conuenerit *W* 38/39 resedentibus *W* et[1]] ex *W* 40 existentis *W* 41 clericus *W* 42 contentus *W* ministrare *addidi*

prætcr illos sane qui amittentes proprias ⟨prouincias⟩ ex necessitate in aliam ecclesiam transierunt. siqui uero episcopus post hoc statutum ad alium episcopum pertinentem suscipiat clericum, placuit excommunicatum esse ⟨et susceptum et⟩ suscipientem, donec transmigrans clericus ⟨ad⟩ propriam remeauerit ecclesiam.

[21] XX Clericos uel laicos accusantes episcopum passim et sine probatione non recipi ad accusandum, nisi prius arguatur eorum existimatio. [22] non licere clericos post mortem proprii episcopi diripere pertinentes ad eum facultates, sicut et primis canonibus denuntiatum est, aut hoc facientes periclitari erga proprios gradus.

[23] XXI Peruenit ad aures sanctæ synodi quod clerici quidam uel monachi, quibus nihil commissum est a proprio episcopo, interdum excommunicati ab eo, conuolantes ad regiam Constantinopolitanam urbem diu in ea degere communicationis excitantes et conturbantes ecclesiasticam tranquillitatem nec non et deprauantes domus quorundam. statuit ergo sancta synodus huiusmodi admoneri primum quidem per defensorem Constantinopolitanæ ecclesiæ sanctæ de egrediendo regiam ciuitatem; quodsi talibus causis persistant inpudenter, coactos per eun⟨dem⟩ defensorem expelli et sua loca conprehendere.

[24] XXII Quæ semel dedicata sunt monasteria consilio episcoporum, permanere perpetuo monasteria et pertinentes ad ea facultates seruare monasterio et non posse ultra fieri ea sæcularia habitacula. qui uero indulserint hoc fieri, subiacere canonum sententiis.

[25] XXIII Quoniam quidam metropolitanorum, quantum rumore conperimus, neglegentes commissos sibi greges differunt ordinationes episcoporum * * nisi forte inexcusabilis necessitas procuret prolongari dilationis tempus. qui uero hoc non fecerit, subiacere eum ecclesiasticæ increpationi; reditus tamen uiduatæ ecclesiæ apud ⟨œconomum⟩ eiusdem ecclesiæ reseruari.

[26] XXIIII Quoniam in quibusdam ecclesiis, ut fama fert, extra œconomos episcopi ecclesiasticas tractant facultates, placuit omnem ecclesiam habentem episcopum et œconomum habere de suo clero dispensantem ecclesiastica secundum ordinationem sui episcopi, ut ne sine testimonio sit dispensatio ecclesiæ et ex hoc dispergantur ecclesiasticæ facultates et detractio sacerdotio procuretur. quodsi hoc non fecerit, subiacere eum diuinis statutis.

[27] XXV Qui rapuerint mulieres sub nomine cohabitandi, cooperantes aut coniuentes raptoribus statuit sancta synodus, si quidem clerici sint, deici proprio gradu, si uero laici, anathematizentur.

expliciunt

W

1 prouincias *addidi* 3 et susceptum et *addidi* 4 ad *addidi* 5 clericus uel laicus *W* 6 clericus *W* 7/8 ΑΝΗΓΟΡΕΥΤΑΙ *pro* ΑΠΗΓΟΡΕΥΤΑΙ 8 proprius *W* 9 synodus *W* 11 diu in ea degere *scripsi* diuinæ adegere *W* communicationis] *coniecerim* commotiones 12 ecclesiasticarum *W* 13 defensione *W* defensiore *W*[corr] 14 de egrediendo *scripsi* degrediendum *W* 15 coactus *W* eum *W* 18 permanentis *W* 20 quidem *W* quantorum ore *W* 21 *lacunam notaui, cf. V* 22 procurrit *W* procurit *W*[corr] 23 uidua ecclesia caput *W* œconomum *addidi* 25 œconomo *W* 26 œconomum *W* 31 cooporantis *W* cohibentis *W*

EX COLLECTIONE QVAE DICITVR THEODOSII DIACONI

θ = Codex Veronensis LX s. VII

INCP SYNODVS CALCHIDONENSIS

1 Sancta ac magna uniuersalis synodus quæ secundum dei gratiam et sanctionem piissimorum ac uenerabilium imperatorum nostrorum Valentiniani et Marciani in Calchedonensi ciuitate Bithyniæ congregata in basilica sanctæ gloriosissimæ martyris Euphemiæ, determinauit quæ in subiectis habentur

2 Dominus noster et saluator Iesus Christus fidei agnitionem discipulis suis firmans ait: pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis, quatenus nullus Ioh. 14, 27 aduersus proximum suum discrepet in dogma religionis, sed ueritatis æque demonstretur prædicatio. sed quia non desinit diabolus sua zizania super pietatis [religionem] inserere semina et aliquid nouius contra ueritatem semper adinuenire, propterea dominus consuetus prouidere generi humano hunc piissimum et fidelem æmulatorem ueræ religionis excitauit regem, qui uniuersos apud se conuocauit sacerdotum auctores, ut omnium nostrorum domini [nostri] Iesu Christi gratia iuuante omnis falsitatis pestis a Christi expellatur ouibus et eas ueritatis ipsius germen inpinguet. quod etiam et fecimus communi decreto erroris uidelicet expellentes dogmata et absque ullo errore patrum renouantes fidem, symbolum trecentorum decem et octo cunctis prædicantes et tamquam proprios qui [in] hanc sacramenti expositionem ediderunt, suscipientes patres. post hæc subscripserunt qui etiam in magna urbe Constantinopolim conuenerant CL, qui et ipsi eandem adsignauerunt fidem. statuimus igitur et nos omnem sequentiam et ordinem fidei omnesque dispositiones custodire, sed etiam et ea quæ in Epheso olim uenerabilium determinauit concilium, cuius auctores sanctæ recordationis Cælestinus urbis Romanæ et Cyrillus Alexandrinæ ecclesiæ uisi sunt esse, præfulgere quidem rectam et inuiolatam fidem expositam a CCCXVIII sanctis ac beatissimis patribus qui in Nicæa temporibus diuæ memoriæ Constantini dudum imperatoris congregati sunt, tenere autem et ea quæ a CL uenerandis patribus in Constantinopolitana urbe definita sunt ad exquisitionem quidem eorum quæ tunc ebullierunt hereses, confirmationem uero ipsius catholicæ adque apostolicæ fidei nostræ.
3 Iam ergo nunc trecentorum decem et octo et CL patrum sententia sufficiebat quidem ad perfectionem religionis et ad agnitionem stabilitatis, sed et prudentissimum ac salutare diuinæ gratiæ symbolum. de patre autem et filio et sancto spiritu quod perfectum [meum] est, docet et de domini incarnatione qui fideliter suscipiunt, ostendit. sed quia hi qui ueritatis adtemptant infringere prædicationem, per proprios errores nouas parturierunt uoces, alii quidem de domini dispensationis mysterio, quod propter

1. 2. 3 *Gesta Chalcedon.* 6, 8. 5, 31. 34

Θ

3/4 calcedouenses Θ   8 æque] eaque Θ   9 religionem *deleui*   10 semina Θ, *del.* Θ   12 sacertum Θ   13 nr̃i Θ, *deleui*   15 errores Θ   16 cuncti Θ   17 hanc *scripsi* in hac Θ   expositionem Θ expositione Θcorr   19 eadem Θ   20 *postulatur* custodientes   25 ad Θ   26 urbem Θ   qua Θ   29 ad[1]] a Θ   31 est *scripsi* meum et Θ

nos gestum est, interrumpere conantes et sanctam uirginem theotocon uoce abnegantes, alii uero confusionem et mixturam [mixtam] inducentes et unam naturam carnis atque diuinitatis esse adfirmantes indiscrete et passibilem unigeniti diuinam naturam dicentes, idcirco uniuersam eis aduersum ueritatem excludere machinam uolens hæc præsens sancta et magna synodus uniuersalis prædicationem iam superius docens inmobilem statuit præcedenter quidem trecentorum XVIII sanctorum patrum fidem esse inlibatam.

INCP STATVTA SCA SYNODVS CALCHEDONENSIS

4 Piissimus noster imperator [Constantinopolitanæ] pp aug ad sanctam synodum dixit: Lassati estis nimio spatio fatigationem sustinentes; expectate ergo tres dies uel quattuor adhuc et præsentibus magnificis nostris iudicibus singula quæ uultis, mouete, congruum præsidium meremini. ante uero quam perfectæ formulæ de omnibus dentur, nemo uestrum a sancta discedat synodo.

Definitiones ecclesiasticæ pronuntiatæ a sancta et uniuersali synodo quæ Calchedonæ congregata est

5 Acta septimæ cognitionis Calchedonensis

I Canones qui a sanctis patribus usque ad hanc synodum tenuerunt, tenere iustum duximus.

II Siqui episcopus per pecunias ordinationem fecerit et in pretium adduxerit inemptam gratiam et ordinauerit episcopum per pecunias uel chorepiscopum uel presbyterum uel diaconum uel alterum quemlibet clero adnumeratum uel si instituerit per pecunias œconomum uel defensorem uel custodem uel alterum canonis propter turpem proprium quæstum, qui hoc conatur, conuictus periclitabitur de suo gradu et qui ordinatur, nihil iuuetur de ordinationis institutione, quæ per quæstum facta est, sed sit alienus a dignitate uel cura quam per pecunias impetrauit. si uero et intercedens aliquis uisus est turpibus et infandis dationibus, si quidem clericus fuerit, de suo excidat gradu, si uero laicus aut monachus, anathematizetur.

III Venit ad sanctam synodum quia quidam de clericis propter turpe suum lucrum alienarum possessionum fiant conductores et negotia sæcularia suscipiant, ministeria quidem dei neglegentes, ad sæcularium uero concurrentes domos et dispensationem substantiarum accipientes propter amorem auaritiæ. definiit igitur sancta et magna synodus ullum de reliquo nec episcopum nec clericum neque monachum nec conducere possessionem neque causis se immittere sæcularibus, nisi forte ex legibus uocetur ad inpuberum inexcusabile tutoris officium uel si episcopus ciuitatis de ecclesiasticis ei præceperit curare causis ⟨uel⟩ de pupillis et uiduis destitutis et de personis quæ maxime ecclesiastico egent præsidio. si uero aliquis prætergredi definita de reliquo quonatus fuerit, ecclesiasticis subiaceat pœnis.

IIII Qui uere et sincere singularem eligunt uitam, condecenti digni sunt honore; quoniam uero quidam monachorum habitum utentes ecclesias et ciuiles causas pertur-

---

4 *Gesta Chalcedon.* 6, 23

Θ

2 confusione Θ mixtam *deleui* 3 indiscretam Θ diuina Θ 4 machina Θ 5 prædicatione Θ 6 precedentem Θ 8 constantinopolitanæ *deleui* 16 teneri Θ 18 ordinationem fecerit *scripsi* ordinatus fuerit Θ 19 inemptam *scripsi* inoptam Θ 33 inexcusabilem Θ 34 curari Θ uel *addidi* 37 condemnenti Θ

bant circumeuntes in ciuitatibus nec non et monasteria sibi constituentes, placuit neminem ullo modo ædificare neque instituere monasterium uel oratoriam ædem sine uoluntate ciuitatis episcopi, monachos uero qui sunt per singulas ciuitates et prouincias, subiectos esse episcopo et quietem diligere et operam dare ieiunio et orationi, in quibus locis abnuntiauerunt, obseruantes, neque uero ecclesiasticis neque sæcularibus causis frequentare nec communionem habere relinquentes sua monasteria, nisi forte præceptum eis fuerit propter necessariam utilitatem ab episcopo ciuitatis. nemo uero suscipiat in monasteriis seruum ut monachus fiat, sine uoluntate sui domini. prætergredientem uero hanc nostram definitionem definiimus excommunicatum eum esse, ut nomen dei non blasphemetur, episcopum uero ciuitatis oportere congruam prouidentiam facere monasterii.

V De transferentibus se a ciuitate in ciuitatem episcopis uel clericis placuit ut positi de eis canones a sanctis patribus habeant suam uim.

VI Nullum absolute ordinare nec diaconum nec presbyterum neque omnino aliquem eorum qui sunt in ecclesiastica ordinatione, nisi specialiter in ecclesia ciuitatis uel in possessione uel in martyrio uel monasterio ordinandus prædicetur. et eos uero qui absolute ordinantur, definiit sancta synodus irritam habere huiusmodi ordinationem et in actu inualidam ad iniuriam ordinantis.

VII Eos qui semel in clero ordinati sunt, uel monachos definimus neque ad militiam neque ad sæcularem dignitatem uenire; quodsi hoc ausi fuerint nec ad pænitentiam uenerint ut conuertantur ad hoc quod propter deum elegerunt, anathematizentur.

VIII Clericis qui ptochiis uel monasteriis uel oratoriis præpositi sunt, in unaquaque ciuitate sub episcopo secundum sanctorum patrum traditionem perseuerent et ne per audaciam contemnant suum episcopum. qui uero audent contradicere huic dispositioni quolibet modo et non se subiciunt proprio episcopo, si quidem clerici sunt, canonicis subiaceant pœnis; si uero laici uel monachi, sint excommunicati.

VIIII Siquis clericus cum clerico causam habet, non relinquat suum episcopum et ad sæcularia iudicia currat, sed prius negotium exerceat apud suum episcopum uel etiam cum uoluntate eiusdem episcopi apud quos utræque partes uoluerint, negotium peragatur. si uero quis præter hæc fecerit, canonicis pœnis subiaceat. si uero et clericus habet causam cum suo uel cum altero episcopo, apud synodum prouinciæ causam dicat. si uero cum eiusdem prouinciæ metropolitano episcopo ⟨episcopus⟩ uel clericus ambigit, perueniat ad principem dioceseos uel ad regiæ Constantinopoleos sedem et apud ipsum causam dicat.

X Ne liceat clericum in duarum ciuitatium simul ecclesiis militare, in qua prius ordinatus est et in qua confugit ut ad maiorem uidelicet propter cenodoxiæ desiderium; hoc uero facientes restitui ecclesiæ in qua ab initio ordinati sunt, et ibi solum ministrare. si uero quis se transtulerit ex alia ad aliam ecclesiam, nihil de priore ecclesia uel de oratoriis quæ sub ea sunt, uel ptochiis uel xenodochiis rerum communicet. audentes uero post definitionem magnæ et uniuersalis huius synodi agere aliquid de nuper interdictis definiit sancta synodus excidere eos de suo gradu.

XI Omnes pauperes et egentes præsidio cum probatione ⟨cum⟩ epistulis uel pacificis ecclesiasticis solis iter agere definimus et non cum commendaticiis eo quod epistulæ commendaticiæ honestis præstari soleant personis.

Θ

3 uero *scripsi* uel Θ 8 monasterii Θ 23 sub] ab Θ 32 episcopus *addidi* 33 ābicit Θ peruениant Θ 37 restituisse Θ 38 qui Θ 39 qui Θ communicant Θ 42 predio Θ cum *addidi* 43 epistulæ *scripsi* episcopale Θ

XII Venit ad nos quod quidam contra ecclesiasticas leges concurrentes ad potestates per pragmaticas unam prouinciam in duas diuiserunt, ut ex hoc duo metropolitæ essent in una prouincia. definiit igitur sancta synodus de reliquo quidem nihil tale huiusmodi temptari ab episcopo; qui uero temptauerit, excidat de suo gradu. quæcumque uero iam ciuitates per litteras imperiales metropolitano honorificatæ sunt nomine, sole fruantur honore et episcopus qui eandem ecclesiam gubernat, uidelicet seruato secundum ueritatem metropolitanis suo iure.

XIII Peregrinos clericos uel lectores in altera ciuitate sine commendaticiis litteris sui episcopi nullo modo alicubi ministrare.

XIIII Quoniam in quibusdam prouinciis concessum est lectoribus ⟨et⟩ psaltis uxorem ducere, definiit sancta synodus non licere aliquem eorum alterius sectæ uxorem accipere. eos uero qui de talibus nuptiis filios procreauerint, si quidem occurrerunt baptizari ex eis procreati apud hæreticos, offerre eos communioni catholicæ ecclesiæ; non baptizatos uero non posse eos apud hæreticos baptizari neque quidem copulari eos nuptiis hæretici uel Iudæi uel pagani, nisi forte promiserit se conuerti in orthodoxam fidem quæ coniungitur persona orthodoxo. si uero aliquis hanc definitionem transgressus fuerit sanctæ synodi, canonicæ subiaceat pœnæ.

XV Diaconissam non ordinari mulierem ante quadraginta annos, et hanc cum diligenti probatione. et si suscipiens ordinationem et tempus aliquod perseuerans ministerio semet ipsam tradiderit nuptiis contemnens dei gratiam, huiusmodi anathematizetur cum illo qui cum ea copulatus est.

XVI Virginem quæ semet deuouit domino deo, similiter et monachum non licere ad nuptias uenire; si uero reperti fuerint hoc facientes, sint excommunicati. definimus uero habere auctoritatem in eis misericordiæ localem episcopum.

XVII Rurales parœcias ⟨uel⟩ in possessionibus manere inconcussas apud episcopos qui tenent eas, et præcipue si tricennali anno inuiolabiliter retinentes ædificauerunt. si uero intra XXX annos facta est aliqua de eis uel fit ambiguitas, licere eis qui se dicent esse læsos, de his mouere apud synodum prouinciæ. si uero alicui nocetur a suo metropolita, apud principem dioceseos uel apud Constantinupolitanam sedem causam dicere, sicut prædictum est. si uero et aliqua ex imperiali potestate noua facta est ciuitas uel renouata, ciuiles et publicas formulas et ecclesiasticarum parœciarum ordines sequantur.

XVIII Coniurationis et factionis crimen et apud sæculares leges prohibitum est; multo magis in deo ecclesia interdici oportet. quicumque igitur clerici uel monachi inuenti fuerint coniurantes uel factiosi uel insidias machinantes episcopis uel conclericis, excidant omni modo de suo gradu.

XVIIII Venit ad nostras aures quod in prouinciis canonicæ synodi non fiant ab episcopis ⟨et⟩ ex hoc multa negleguntur quæ egent emendatione, ecclesiasticarum rerum. definiit igitur sancta synodus secundum patrum canones per singulos annos secundo concurrere per singulas prouincias episcopos ubi metropolitanus episcopus constituerit, et emendare singula quæ emergunt. non conuenientes uero episcopos, sed residentes in suis ciuitatibus et hoc in sanitate degentes et ab omni inexcusabili et necessaria occupatione existentes liberos fraterne argui.

Θ

4 tali Θ 10 et *addidi* 12 filias Θ 15 orthodoxa Θ 17 subiaceant Θ 25 parochias Θ parœchias Θ corr uel *addidi* 26 trecennali Θ 27 ΩΙΚΟΔΟΜΗCAN *pro* ΩΙΚΟΝΟΜΗCAN 28 a] ad Θ 32 ordinem Θ 37 in prouinciis quod Θ canonici Θ 38 et *addidi* et ecclesiasticarum Θ 43 arguit Θ

XX Clericos in sua ecclesia existentes, sicut iam definiuimus, non licere in alterius ciuitatis ordinari ecclesia, sed contentos in illa esse in qua ministrare ab initio meruerunt, præter illos qui perdiderunt suas patrias et ex necessitate in alteram ecclesiam transierunt. si uero aliquis episcopus post hanc definitionem ad alterum episcopum pertinentem susceperit clericum, placuit excommunicari et susceptum et suscipientem, donec qui se transtulit clericus in suam reuersus fuerit ecclesiam.

XXI Clerici et laici qui accusant episcopos uel clericos sine causa et inprobabiliter, non suscipi in accusationem, nisi prius discussa fuerit eorum opinio.

XXII Non licere clericis post mortem sui episcopi rapere res ad eum pertinentes, sicut et pridem a canonibus interdictum est, et hoc facientes periclitari suo gradu.

XXIII Venit ad aures sanctæ synodi quod clerici quidam et monachi nulla sibi causa iniuncta a suo episcopo, est etiam quando se excommunicantes ab eo, ueniunt ad hanc regiam Constantinopolim et diu in ea commorantes tumultus et perturbationes faciunt ecclesiastico statui et euertunt etiam quorundam domus. definiuit sancta synodus huiusmodi admoneri quidem prius per defensorem Constantinupolitanæ sanctæ ecclesiæ; si uero in isdem causis perdurauerint inpudenter, et inuitos eos per eundem defensorem expelli et ad sua loca uenire.

XXIIII Quæ semel consecrata sunt monasteria cum uoluntate episcopi, permanere in perpetuo monasteria et pertinentes ad ea res custodiri monasterio et non posse fieri ea sæcularia habitacula. concedentes uero hoc fieri subiacere canonum pœnis.

XXV Quoniam quidam metropolitanorum, sicut repperimus, neglegunt commissos sibi greges et differunt ordinationes episcoporum, placuit sanctæ synodo intra III menses fieri ordinationes episcoporum, si forte inexcusabilis necessitas non quoegerit extendi protelationis tempus. si uero hoc non fecerit, subiacere eum ecclesiasticæ pœnæ; reditus uero uiduatæ ecclesiæ saluos aput eiusdem œconomum ecclesiæ custodiri.

XXVI Quoniam in quibusdam ecclesiis, sicut repperimus, sine œconomis ⟨episcopi⟩ res ecclesiasticas tractant, placuit omnem ecclesiam episcopum habentem œconomum habere de suo clero dispensantem ecclesiasticas res cum uoluntate sui episcopi, ut ne sine testimonio sit dispensatio ecclesiæ et ex hoc dispergantur eiusdem ecclesiæ res et detractio infligatur sacerdotio. si uero hoc non fecerit, subiacere eum sacris canonibus.

XXVII Hi qui rapiunt mulieres sub nomine matrimonii, uel qui ad auxilium rapientium ueniunt, definiit sancta synodus, si quidem clerici fuerint, excidere eos a suo gradu; si uero laici, anathematizentur.

EXPLIC̄ STATVTA CALCED̄

θ

2 ciuitatem θ   4 aliquis *scripsi* alius θ   12 etiam] et tam θ   14 statuit θ   uertunt θ   21 repperrimus θ   23 non *ex corr. add.* θ   24 *ante* pœnæ *superscripsit m. recentior* oportet θ   25 redditus θ   26 episcopi *addidi*   27 tractatur θ   28 uolumptate θ   30 sacerdotium θ

INDICES

I

INSVNT

II

VOCABVLA

uocabula Græca rariora

res grammaticæ quædam

index translationum

CORRIGENDA

p. 10, 3 *deleas* ⟨nostra⟩
p. 87, 11 *legas* ORDINATAE

ACTA CONCILIORVM OECVMENICORVM

IVSSV ATQVE MANDATO

SOCIETATIS SCIENTIARVM
ARGENTORATENSIS

EDIDIT

EDVARDVS SCHWARTZ

TOMVS ALTER
VOLVMEN TERTIUM
PARS PRIMA



MDCCCCXXXV

WALTER DE GRUYTER & CO.

VORM. G. J. GÖSCHEN'SCHE VERLAGSHANDLUNG — J. GUTTENTAG, VERLAGS-
BUCHHANDLUNG — GEORG REIMER — KARL J. TRÜBNER — VEIT & COMP.

BEROLINI ET LIPSIAE

CONCILIVM VNIVERSALE CHALCEDONENSE

EDIDIT

EDVARDVS SCHWARTZ

VOLVMEN TERTIUM

PARS PRIMA

EPISTVLARVM ANTE GESTA COLLECTIO. ACTIO PRIMA

MDCCCCXXXV

WALTER DE GRUYTER & CO.

VORMALS G. J. GÖSCHEN'SCHE VERLAGSHANDLUNG — J. GUTTENTAG, VERLAGS-BUCHHANDLUNG — GEORG REIMER — KARL J. TRÜBNER — VEIT & COMP.

BEROLINI ET LIPSIAE

PRÆFATIO

Iussu Leonis papæ initio a. 450 gesta synodorum Constantinopolitanæ a. 448 et Ephesiæ a. 449 simul cum libellis atque epistulis Latine uersa additoque ipsius Leonis tomo quem ad Flauianum synodumque Ephesiam destinauerat, in collectionem redacta sunt, quæ in codice Nouariensi 30 extat et in huius tomi uolumine II parte I edita est. ipsius concilii Chalcedonensis Leoni præsto fuerunt siue quæ ab initio Latine concepta erant, sicut sententia de Dioscoro damnando, quam protulerunt legati pontificis in actione altera et ille episcopis per Gallias constitutis ep. 112 scripsit, atque allocutio quam Marcianus augustus in actione sexta pronuntiauit, siue translata fidei definitio, præterea breuis relatio ex gestis authenticis petita de actionibus altera et sexta et de his quæ de diocesibus inter Maximum et Iuuenalem partiendis atque de Domno Antiocheno Chalcedone acta sunt, de quibus omnibus in præfatione ad eorum editionem in altera uoluminis II parte agendum erit. de ceteris præter ea quæ legati Romam reuersi ore, non scriptis relationibus narrauerunt, Latinum se nihil habere ipse Leo fatetur in epistula 60 d. 11. m. Mart. a. 453 scribendo ad Iulianum episcopum Coensem, qui Constantinopoli illius res agebat: *gestorum synodalium quæ omnibus diebus concilii in Calchedonensi ciuitate confecta sunt, parum clara propter linguæ diuersitatem apud nos habetur instructio et ideo fraternitati tuæ specialiter iniungo ut in unum codicem uniuersa facias congregari, in Latinum scilicet sermonem absolutissima interpretatione translata, ut in nulla parte actionum dubitare possimus neque ullo modo esse possit ambiguum quod ad plenam intellegentiam te fuerit studente perductum.* at exemplarium authenticorum translatio erat labor Herculeus; ne munus quidem editioni gestorum paulo post Marciani auspiciis paratæ Latinitatem reddendi Iulianus suscepit caruitque per longum temporis spatium sedes apostolica non minus uniuersorum gestorum Chalcedonensium accurata notitia quam canonum. quorum post uersionem Dionysii alteram primis sæculi sexti decenniis ibidem, id est Romæ gesta quoque Latine translata esse olim putaui atque etiam in uol. I part. I præfatione p. XIII exposui, sed in his rebus tot diuersa dispersaque consideranda sunt, ut diem die doceri memores esse debeamus neque quicquam tam anxie uitare quam pertinaciam in errore. in actione XVII qui lecti sunt canones Constantinopoli a. 381 decreti, eis instar eorum quæ Græce sunt [17, 18 p. 455, 1] συνοδικὸν τῆς β̄ συνόδου, in uersionis Latinæ omnibus recensionibus inscriptum est SYNODICVM PRIMI CONCILII SVB NECTARIO EPO CONSTANTINOPOLIS EPISCOPORVM CENTVM QVINQVAGINTA, ut clare distingueretur hoc primum concilium ab altero quod a. 553 Constantinopoli habitum est ab Iustiniano. obstare uidetur quod in epistula qua sententiam canonicam Rustico et Sebastiano notam fecit paulo post d. 18. m. Mart. a. 550 [cf. Gesta concil. Constantinop. L V 558 M VIIII 360. 361], Vigilius ex gestis Chalcedonensibus 4, 90 canonem Antiochenum 5 secundum uersionem quæ dicitur antiquam allegat. at die 14. m. Mai.

a. 553 scripsit in Constituto [Coll. Auell. 83, 236], antequam multa adfert ex actionibus de Iba desumpta, quæ cum uersione antiqua concordant: *de epistola quoque uenerabilis uiri Ibæ quondam Edessenæ ciuitatis episcopi . . . diligenti . . . inuestigatione quæsiuimus . . . et quia Græcæ linguæ . . . sumus ignari, nunc per nostros qui eiusdem linguæ uidentur habere notitiam, gesta sancti uenerandique Calchedonensis concilii in synodalibus codicibus diligentissime perquirentes dilucide aperteque repperimus* etc. non igitur ei præsto erat translatio omnium concilii gestorum dudum confecta, sed certarum partium tantummodo quibus ei opus erat. eadem utitur in epistula quam post concilium scripsit d. 23. m. Febr. a. 554; ibi enim præter multos longosque locos ex gestis illarum de Iba actionum excerptos habentur definitio fidei [t. IIII 2 p. 138 sq.] et pauca ex gestis actionis tertiæ [p. 155, 25 sq.] et quartæ [p. 154, 29—155, 14] desumpta, quæ et ipsa consonant cum uersione antiqua. ortam illam esse iam clarescit, sicut plurima alia, ex controuersia de tribus capitulis atque ita quidem, ut primo eæ partes gestorum transferrentur quæ in certamine tractabantur, sequerentur ceteræ, dum plene consummatum est opus et Latina facta gestorum editio quæ inde a Marciani temporibus fere non mutata manserat. quando uero opus istud cœptum sit et quomodo non Vigilii, sed eorum uirorum studio ac labore creuerit, qui strenue atque intrepide siue cum siue contra papam capitula illa defendebant, luculentior Vigilio testis est Facundus episcopus Hermianensis. qui dum Constantinopoli degit uel antequam Vigilius illuc uenit d. 25. m. Ianuar. a. 547, libros de defensione trium capitulorum scribere coepit sicut in proœmio narrat, sed examine episcoporum a Vigilio habito interruptus denuo susceptos aliquanto post perfecit. neque enim uideo cur uiri docti Victori Tonnonensi episcopo harum certe rerum perito credere noluerint ad annum 550 adnotanti [Chron. min. ed. Mommsen 2. p. 202]: *eo tempore* [quo episcopi Africani Vigilium a communione secluserunt] *duodecim libri Facundi Hermianensis ecclesiæ episcopi refulsere.* dici solet istos libros adeo parcere Vigilio ut post illius quod dicitur iudicatum, quod promulgatum est d. 11. m. Apr. 548, eos scriptos esse negandum sit. uerum est in illis pontificem pæne non tangi, acerrime uero peti in epistula contra Mocianum, quæ paulo post scripta est [cf. p. 814[c] cum 4, 3 p. 707[d]. 708[a]]. at istam emittere ausus est Facundus ex loco abdito, postquam Vigilium ab Africano concilio excommunicatum esse comperit, magnum illud et laboriosum opus diligenter elucubrauit Constantinopoli, ubi libertatem libros plurimos perquirendi cauendum erat ne amitteret; nuntio de decreto Africano nondum perlato occasionem aperte certandi nondum nactus maluit dissimulando aduersus pontificem [cf. 4, 3] pugnare neque aliter quam aduersus ipsum augustum, in eos tantum inuehi ausus quos fatalium edictorum auctores fuisse accusat.

Locos ex gestis Chalcedonensibus Facundus allegat hosce:

actio	1, 26. 34	=	Fac. 5, 3 p. 713	
	527	=	2, 6 p. 688	
	3, 26—28	=	5, 3 p. 714	
	4, 9	=	5, 3 p. 714,	plenam sententiam continet, quæ Græce tantum extat, deest in omnibus Latinæ uersionis recensionibus
	10, 7	=	7, 5 p. 737	
	11, 5	=	10, 4 p. 775	
	73 VIII	=	5, 4 p. 718. 7, 5 p. 738	
	77—79	=	5, 4 p. 719	

79—89 = 5, 2 p. 712
123. 124 = 5, 2 p. 711
126. 127 = 5, 2 p. 711
138 [tota epistula] = 6, 3 p. 724. 725. loci singulares adferuntur 2, 3 p. 681. 682. 6, 4 p. 727. 7, 1 p. 733. 2 p. 734. 4 p. 735. 736. 5 p. 738. 7 p. 741. 742
139 = 5, 2 p. 712
161 = 5, 1 p. 709. 2 p. 712, uidentur ipsa uerba Latina quæ legati interlocuti sunt, allegari
162 = 5, 3 p. 713
163 = 5, 1 p. 711
20 allocutio
ad Marcianum = 1, 1 p. 666. 667
,, = 1, 4 p. 671
,, = 2, 2 p. 680.

præterea nomina et numeros ex catalogis episcoporum qui adfuerunt actioni 2—6, atque ex subscriptionibus actionis sextæ commemorat 5, 3 p. 714, quæ ex Græcis exemplaribus non minus commode petere poterat quam ex translatione. omnino enim tenendum Facundum Græcæ linguæ admodum peritum fuisse: fortius atque diutius Africani barbariæ et ignorantiæ sæculi restiterunt quam incolæ urbis Romæ.

Locis illis quos Facundus exscripsit, cum uersione antiqua collatis manifestum fit eos ad illam prope accedere neque tamen ita ut ex ea sicut ex libro in usum communem edito transscripti esse uideantur. iterum iterumque sermo abit in plus minus diuersa aliaque adhibentur uocabula propter studium exemplar Græcum accurate reddendi. res igitur, sicut supra dixi, ita processisse uidetur, ut gestorum editio Græca, præcipue earum partium quibus in defendendis tribus capitulis maxime opus erat, transferri inciperet uel ante Vigilii aduentum ab illis episcopis et clericis qui Constantinopoli degebant, ut pugnam contra edicta de tribus capitulis susciperent, neque quicquam obstat quominus Facundus eiusmodi operæ se non negasse putetur. opere progrediente consilium natum est gestorum uniuersam editionem Latine transferre, perfectum est postquam Vigilius scripsit Constitutum, paulo post concilium quod a. 553 habitum est.

Continet hæc uersio quæ auctore Baluzio antiqua dicitur, quamuis paucis annis a recensionibus eam secutis distet, nihil nisi gestorum easdem actiones quas editio primaria Græca, I—XVII præter actionem XVI, atque de corollario quod in Græcis post gesta exhibetur, ea tantummodo quæ ad ipsum concilium pertinent, allocutionem ad Marcianum [20] et epistulam ad Leonem [21]. in hac uero editione signatur littera Φ^a. ordo et numeratio actionum a Græcis non differunt præter actionem XVII, quæ in Φ^a est XVI. omissæ sunt epistularum collectiones quæ ante actionem primam et post alteram in Græcis et uersionis Latinæ recensionibus Φ^{cr} habentur. etsi breui tempore bis correcta et renouata est, tamen hæc prima translatio per sæcula mansit in usu; adhibitam eam esse a pontificibus Pelagio II Gregorio I Martino I, in Gallia quoque Hincmari Remensis tempore diuolgatam esse docte demonstrauit Baluze in Nou. Coll. Conc. 959 sq. codices sunt hi:

Vaticanus Reginensis 1045 [*R*] a plus uno librario scriptus, ni fallor, sub finem s. VIII uel initio s. VIIII.

Vaticanus Barberinus 680 [*B*] s. VIIII. in f. 1^r notatum est
Ioachimus Morsius [sic] *VC Geuerarlo Elmhorstio* [Hamburgensi, mortuo a. 1621] *anno æræ Christianæ* | *CIC DCXV* |
tum manu diuersa *Nicolai Heinsii ex libris Jani Rutgersii* [secuntur litteræ detritæ] *CIↃDCXXXVII p. ch.*

binis columnis scriptus est. initio haud pauca desunt, fol. 1 columnæ prioris linea prima est *neque uolens doctrinæ p̄sentis sc̄i* [p. 158, 30]. neque usque ad finem seruatus est; desinit in actione XVII, quæ, sicut dixi, in Φ^a est XVI.

Parisinus 16832 [*N*] olim ecclesiæ Parisiensis ex dono Claudii Joly cantoris et canonici eiusdem ecclesiæ [1607—1700]. secuntur gesta concilii quinti; eos qui codicem scribendum curauerunt, illud pro orthodoxo habuisse etiam ex *claui* quæ præmissa est [cf. p. 27 not. 1—4], elucet.

His codicibus adnumerandæ sunt correcturæ quæ codici Vaticano 1319 [*V*] s. XIII ab ipso librario haud raro lineis compluribus antiquæ scripturæ rasura deletis illatæ sunt ex codice quem a tribus quos enumeraui, diuersum esse constat. ceterum inter omnes codices Φ^a primum locum tenet *R*, artius inter se conexi sunt *BN*.

Post breuissimum tempus uersio Φ^a cum correcta est tum aucta Epistularum ante Gesta collectione, quam Baluzium secuti Ballerini et Fridericus Maassen collectionum Græcarum longe antiquiorum ratione non habita Rustico non recte adscripserunt. quomodo Latina collectio ex Græcis conflata sit præter ep. XXXII, quæ illic non habetur, exposui in uol. 1 part. 1 præfatione p. XIII; notandum est Leonis tomum [ep. VII] totum in hac uersionis recensione, quam littera Φ^c signaui, perscriptum fuisse, non tantummodo loco suo commemoratum, sicut a Rustico. de actionum ordine numerisque mutatis commodius disputabitur in præfationibus partium quæ sequentur. codices huius recensionis Φ^c in Epistularum ante Gesta collectione atque actione I sunt hi:

Bobbiensis [*P*], in duo nescitur quo tempore uolumina discissus, quorum alterum, Vaticanus 5750, a. 1618 iussu Pauli pontificis V Romam delatum est, alterum, Ambrosianus E 147 sup. a Federigo Borromeo cardinali a. 1606 in bibliothecam Ambrosianam transportatum; cf. quæ de his coenobii S. Columbani cessionibus potius quam priuationibus G. Mercati in doctissimis prolegomenis exposuit *de fatis bibliothecæ monasterii S. Columbani Bobiensis*, quæ præmissa sunt Codicum e Vaticanis selectorum uol. XXIII p. 134 sq.; hoc unum addo me in una de cistis quibus nunc codicis Ambrosiani folia omnia e compage soluta seruantur, inuenisse schedulam chartaceam quæ continet paulo ampliorem notationem ea quam Mercati p. 136 enarrat ab Antonio Olgiato primo Ambrosianæ bibliothecæ præfecto in codicibus ex monasterio Bobbiensi oriundis esse inscriptam:

CONCILII CHALCEDON. CODEX
antiquissim^{s} ac ferme sæculum quo illud habitum est attingens
qui ex Biblioth. a D. Columbano Bobij instituta exiuit, fuitq,
ILL^{mo} FEDERICO CARD^{I} BORRHOM^{o}
B. CAROLI PATRVELI
Bibliothecam Ambrosianam adornanti, et manuscriptos codices undique conquirenti
a Religiosiss^{e} s. Benedicti Patribus munere uicissim
ab ipso Illustriss^{o} donatis
humanissime oblatus anno MDCVI.

Ant° Olgiato, qui primus eam bibliot. tractauit Præf°
In Prima et Vltima actione nonnulla desiderant (*sic*).

pars Vaticana dimidio fere altera minor continet p. I Cælestini epistulam ad Nestorium [t. I 2 p. 7 sq.], quæ a rebus Chalcedonensibus aliena est*); p. 12 Epistularum ante Gesta Collectionem non sine Leonis tomo (huius ceterarumque Leonis epistularum uarias lectiones, postquam codicem contuli, me prætermisisse non pænitet); p. 79 allocutionem concilii ad Marcianum [cf. uol. I part. III præf. p. XIII], p. 92 Marciani edictum *Tandem aliquando* [cf. in uol. 2 Rerum Chalcedonensium Coll. Vatican. 8], quod num ex Gestis Chalcedonensibus desumptum sit, dubito; p. 94 actionem primam usque ad p. 286 quæ clauditur uerbis *principibus porrectæ sunt* [p. 166, 27]. codicem anticum Bobbiensem ingentis magnitudinis conieceris compage quaternionum soluta in duo fragmenta discissa esse casu, non dolo seu quouis consilio; certe inter istas partes haud pauca perierunt. Ambrosiani enim p. I incipit a uerbis *frui iustum est* [p. 175, 17]. in fine quoque multa dudum interciderunt, antequam codex in Ambrosianam saluatus est; desinit in paginæ 452 uerbis *deo amantissimis et metro-*, quæ sunt in actione 15, 127. accurate codicem descripsit uir uenerandæ memoriæ Ehrle in prolegomenis ad Codicum e Vaticanis selectorum uol. V. scriptus est in monasterio Bobbiensi s. VII in librorum antiquorum membranis ablutis a tribus eodem tempore librariis; scripturæ omnium trium exempla phototypa præsto sunt in Codicibus Latinis antiquioribus, quorum partem primam edidit Oxoniæ E. A. Lowe. non bene illi monachi munere scribendi functi sunt; uocabula sæpe uel omittebant uel iterabant; orthographiam parum callebant, præcipue *e* et *i*, *u* et *o*, *um* et *o* tanta pertinacia confundere soliti, ut hæc enotare omnia laboris sit et nimii et inutilis. quæ ab ipsis, ut uidetur, librariis secundum exemplar transscriptum correcta sunt, adnotare fere semper prætermisi; præterea hic illic inueniuntur correcturæ hominis antiqui, sed diuersi, puto, ab ipsis librariis, audacter et friuole interpolantis, cf. p. 10, 16. 13, 11. 106, 28. 135, 29. 160, 7. 203, 3. 209, 18. lectiones codicis propriæ paucis exceptis [cf. e. g. p. 7, 28/29] librariorum incuriæ debentur; ubicumque ceteris codicibus accedunt, eas *P* sua antiquitate testatur ad exemplaria recedere quæ dimidio fere sæculo ab ipsa recensione Φ^c distant.

Codicis rudera quæ longam in monasterio incuriam feliciter effugerunt, per duo fere sæcula Mediolani et Romæ non lecta, nedum collata latuerunt, dum Angelus Mai primo Ambrosianæ tum Vaticanæ bibliothecæ præfectus sub gestis Chalcedonensibus reliquias librorum antiquorum Frontonis Symmachi Ciceronis etc., Gothicorum quoque detexit. ardore incognitos antiquitatis thesauros in lucem proferendi abreptus scripturæ tantum quæ sub gestis Chalcedonensibus per sæcula latuerat, operam dedit, illa transscribendo saluare priusquam uenenis codicem inundaret, utpote molestam incepti uere gloriosi dilationem prætermittens. uenenis profuse adhibitis, quo factum est ut qui olim erat Gestorum Chalcedonensium codex propter aetatem æstimabilis et lectu facillimus, haud pauca damna subiret; quæ rubro picta erant non multa, interierunt pæne omnia; non infrequenter lectio difficilis est propter membranarum ueneno infectarum fuscum colorem, etiam magis propter confusionem litterarum primo et postea scriptarum, quarum neutræ claritate eminent; denique accidit præcipue in codicis Ambrosiani fine ut foliorum partes usque ad interitum

*) Contulerunt A. Mai in *Iuris ciuilis anteiustinianei reliquiis ineditis* p. 143 sq. partis tertiæ et ego ipse, sed nihil inueni nisi aut aliunde nota aut uitia.

corroderentur. multa tamen, ne dicam plurima, etiam nunc lectioni certæ et multo faciliori quam antiqua patent. curæ præclari codicum antiquorum restitutoris Ehrle debetur ut codicis Vaticani diligenter et caute purgati extet exemplum phototypum in Codicum e Vaticanis selectorum uolumine v codici ipsi adeo simile, ut pro eo haberi possit; Ambrosianum autumno a. 1933 ipse in bibliotheca Ambrosiana contuli uirorum qui illam regunt curantque, auxilio liberaliter adiutus, inprimis præfecti uiri reuerentissimi Galbiati. quibus omnibus hoc loco ex animi sententia gratias refero.

Montepessulanus 58 bibliothecæ ordinis medicorum [*D*], in quam post magnæ seditionis Gallicæ turbas peruenit ex thesauris Iohannis Bouhier præsidis Diuionensis, qui amicus erat Stephani Baluze, scriptus est s. X ab uno librario idemque totum codicem plurimis adeo impleuit uariis lectionibus ut ille duorum codicum iam instar sit factus. codex non correctus pertinet ad recensionem Φ^c; incipit f. 7^r postquam f. 6 præter paucas lineas initio folii uacuum remansit, inde ab epistula XV, quæ non recte XIIII numeratur [cf. p. 12, 9]; de codice correcto [D^{corr} sine D^{mg}] infra inter codices Rustici editionis [Φ^r] disputabitur. ceterum exemplar Φ^c, quod in codice *D* non correcto transcriptum est, nultis scripturæ uitiis laborabat, quæ quando singularia erant, non omnia enotaui. multa uero antiquiora esse testatur consensus cum *P* uel cum *M*.

Casinensis 2 [*M*] s. XII a plus uno librario scriptus continet primo gesta Ephesena ex editione Rustici et synodicon quod ille gestis adiecit. utraque edidi in t. I uoll. 3 et 4; codicem descripsi in præfatione uol. 4 p. XVI sq. secuntur Epistularum ante gesta Chalcedonensia collectio capitulatione instructa, quæ præter *M* non extat, atque ipsa gesta usque ad locum quendam actionis de Sabiniano et Athanasio Perrensibus, finem facit Leonis epistularum collectio Casinensis, de qua cf. huius tomi uol. 4 præf. p. X sq. hæc omnia huius Vaticanique codicis 1319 communia sunt; textus uero ipse et epistularum et gestorum quæ in hac prima parte edita sunt, differt præter paucos locos quos rubricator codicis Vaticani 1319 ex archetypo desumpsit, qui in ceteris partibus idem atque codicis *M* est. de tota ratione quæ inter duos codices intercedit, accuratius disseram in partis tertiæ præfatione, postquam omnia edita atque lectorum examinationi præsto sunt; hic unum exposuisse sufficiat, unde rectius iudicetur de codicis origine, quem in cocnobio Casinensi scriptum esse t. I 4 p. XVII præpopere censui. in codicis *M* exemplari inde a loco qui p. 158, 3 incipit a BASILIUS usque ad p. 176, 26 *eadem quæ sanctissima* unus aut plures quaterniones exciderunt; usque ad p. 170, 29 D̄ AD EUM lacuna suppleta est ab ipso librario codicis *M* ex codice editionis Rustici Parisino 11611 [*C*], quem infra describam. res inde manifesta est quod litteræ unciales quas illius codicis librarius in interlocutionum inscriptionibus pingere solet, in codice *M* spatiis relictis omissæ sunt, ut a rubricatore insererentur; postquam huiusmodi laboris tæduit, cetera inde a p. 170, 29 librarius non suppleta prætermisit. per spatium igitur quod est inter p. 158, 3 et p. 170, 29, codex *M* codicibus Φ^r adnumerandus est. scriptum ergo esse eum totum eodem loco quo codex ille Parisinus, neque in monasterio S. Benedicti Casinensi certissimum est; illic enim codex *C* numquam fuit.

Hæc de codicibus qui totius recensionis Φ^c scripti sunt; restant nonnulli qui eius certas quasdam continent partes. quorum antiquissimus est

Veronensis LIX [57] s. VI [*U*], quem post alios uiros doctos descripsi t. I 5, 2 p. II sq. XIII sq. continet testimonia patrum quæ ex gestis concilii Epheseni prioris in altero a. 449 lecta iterum in concilio Chalcedonensi prolata sunt [I, 917 p. 203, 17—210, 30]; quoniam præter hæc gesta quoque actionum Chalcedonensium de Theo-

doreto et Iba in codice extant ex recensione gestorum Φ^c, manifestum est in bibliotheca capitulari Veronensi codicem illius recensionis extitisse non multis annis ipsa recensione posteriorem. lectiones tamen antiquitate magis quam bonitate commendantur.

Monacensis 6243 [*F*], olim Frisingensis, quem sæculo magis VIII quam VIIII adscribere debui, post Cælestini epistularum collectionem, de qua egi in t. I 2 p. VIII sq., continet partem litterarum Cyrilli ad Nestorium quæ primo Constantinopoli a. 448, tum Ephesi 449, denique Chalcedone [I, 240] lectæ sunt. incipit illa pars ab eisdem uerbis *ait ergo sanctum* [p. 83, 6] atque excerptum quod in florilegio Leonis epistulæ 104 [uol. 4 p. 129, 7] et in eo collectionis Hispanæ capitulo quod est de synodo Ephesena prima [cf. t. I 5, 2 p. VI. 338, 20] habetur, desumptum ex antiquissima epistulæ uersione, quam ex collectione Quesneliana edidi t. I 5 p. 337 sq. atqui codicis *F* textus non est illius uersionis antiquissimæ, sed uersionis gestorum Chalcedonensium Φ^c; concinunt enim lectiones plerumque cum Φ^{ac}, frequenter cum Φ^a et hoc uel illo codice Φ^c, numquam autem cum solis codicibus Φ^a. confectam esse hanc recensionem constat inter annum 553 et annum 564, quo anno Rusticus Gesta coepit emendare [cf. p. 27, 4]. at recentissima pars collectionum et Quesnelianæ et Frisingensis est Collectio Veronensis de schismate Acaciano [*Abhndlg. d. Bayer. Akad. d. Wiss. N. F.* 10, cf. ibid. p. 274 sq.], quæ non posterior est initio certaminis quod a. 498 inter Symmachum et Laurentium ortum est. neque prætermittatur in neutra ullum certaminis de tribus capitulis uestigium reperiri. conicio igitur istud excerptum in codice Frisingensi insertum esse loco antiquioris desumpti ex ea uersione quæ extat in collectione Quesneliana.

Berolinensis 78 [*b*] olim Floriacensis s. VIIII et Sichardi Antidotum aduersus omnes hæreses [*s*], de quibus disserui t. I 5, 2 p. I sq. IIII, continent ex gestis Ephesenis quæ lecta sunt in synodo Ephesena altera indeque Chalcedone [I, 921] prolata, *exemplar expositionis symboli transformati* [p. 213, 4—215, 21] ex gestorum Chalcedonensium recensione Φ^c, sed distant ab illa plus uno gradu. nam non in illo symbolo tantum, sed etiam in aliis a re Chalcedonensi alienis inter se simillimi sunt.

Horum codicum omnium, et *PDM* et *UFbs*, lectiones multo rarius ita concinunt, ut, sicut in codicibus Φ^a fit, ad unum exemplar possint referri et in apparatu una littera Φ^c signatæ a Φ^a et Φ^r discerni. sæpissime uero in apparatu debent litteræ Φ^a et Φ^c coniungi. noua enim recensio Φ^c ita plerumque introducta est, ut præter partes quæ in Φ^c addebantur, non noui scriberentur codices, sed uersionis antiquæ exempla corrigerentur plus minus plene atque constanter. quod eo facilius fiebat, quoniam in recensione Φ^c uersio antiqua potius additamentis mutabatur quam correctione lectionum. plura de recensione Φ^c in præfationibus partium secundæ et tertiæ erunt dicenda; hic breuiter adnoto eam etiam magis defensoribus trium capitulorum deberi quam uersionem antiquam Φ^a. in illa enim, non apud Rusticum demum, quod non recte ante decem fere annos posui in *Abhndlg. d. Bayer. Akad. d. Wiss.* XXXII 2 p. 18, canones ex iusto et antiquo loco qui erat post actionem sextam, deiecti sunt in finem, ut actiones speciales, præcipue eæ quæ sunt de Theodoreto et Iba, canonibus non iam postpositæ, sed præcedentes generalem illorum auctoritatem acquirerent, cf. Pelagii papæ II locum quem ex ep. III ad episcopos Histriæ [t. IIII 2 p. 127] l. c. allegaui.

Vnus de firmissimis trium capitulorum defensoribus conciliique a Iustiniano habiti aduersariis Rusticus diaconus ecclesiæ Romanæ fratrisque Vigilii papæ filius postquam ante mortem Iustiniani de loco exilii in Thebaide Aegyptia feliciter fugit et in monasterio Acœmetarum latebram inuenit urbi regiæ sine periculo propinquam [cf. *Abhndlg. d. Bayer. Akad. d. Wiss. N. F.* 10 p. 205], illic codice recensionis Φ^c cum

aliis Græcis et Latinis collato emendato adnotato ἔκδοσιν Gestorum Chalcedonensium cum epistularum collectionibus quæ illis adiunctæ erant, confecit antiquis quales carminum Homericorum olim fiebant, eo comparabilem, quod unum erat exemplar in bibliotheca, puta, Acœmitarum, repositum, unde aut noua exempla transscribi aut uetusta corrigi possent. quod quamuis raro, tamen factum est. unum certe ἐκδόσεως a Rustico paratæ exemplum quocumque itinere in Galliam peruenit ibique ætate Caroli magni eiusque successorum plus semel transcriptum est. quæ inter apographa, ut nunc res se habet, eminet

codex Parisinus 11611 [*C*], olim Sangermanensis 368, in illam bibliothecam ex monasterio Corbeiensi transportatus. præter quaterniones ultimos qui continebant actionem de sede Constantinopolitana et quæ secuntur, atque interciderunt, integer est. scriptus est s. VIIII pulcerrime, sed non sine uitiis, quæ librarius codicis non commisisse uidetur, sed de exemplari scrupulose transcripsisse; pleraque enim communia habet cum codice C^b, qui infra describetur [cf. p. 27, 2. 3. 12. 29, 1/2. 5. 11. 21. 30, 1/2. 15. 32, 25. 33, 5. 35, 4. 8. 37, 10. 38, 21. 41, 11. 42, 9. 43, 30. 32. 48, 5. 26. 49, 21. 50, 14. 51, 6. 8. 16. 24. 29. 56, 21. 28. 57, 23. 60, 17. 61, 1. 7. 10. 12. 62, 1. 16. 63, 27. 64, 10. 66, 30. 69, 18. 70, 4. 7. 11. 12. 18. 19. 71, 24. 72, 3. 73, 3. 4. 21. 75, 21. 76, 3. 8. 9. 77, 14. 18. 78, 28. 79, 22. 80, 1. 82, 15. 83, 20. 84, 15. 85, 13. 88, 8. 10. 89, 10. 19. 21. 22. 91, 17. 29. 92, 2. 7. 27. 93, 16. 22/23. 94, 13. 18. 25. 95, 16. 30. 97, 16. 27. 98, 26/27. 99, 9. 100, 24. 101, 5. 24. 102, 11. 22. 103, 10. 22. 105, 8. 28. 106, 18. 107, 14. 19. 108, 8. 20. 109, 29. 110, 7. 26. 112, 2. 11. 23. 113, 7. 19]. correcturæ sunt raræ. episcoporum uel iudicum uel omnino eorum qui uerba faciunt, introductiones primo pingere solet litteris uncialibus; si longiores sunt, transit ad litteras minusculas, sed solitis minores. Rustici notas habet multas, sed minime omnes; signa quibus ad textum referuntur, frequenter desunt neque ipsæ notæ ad suum semper locum accurate ponuntur.

Ex hoc codice transscriptus est codex Vaticanus 1319 [*V*], quantum ad textum, diligentissime, unde sequitur et illum sicut codicem *M*, in monasterio Corbeiensi scriptum esse; notas Rustici uero plurimas omisit. ut uitia exemplaris corrigeret, sumpsit librarius non indoctus, sicut supra [p. VIII] dixi, codicem uersionis antiquæ [Φ^a] neque tamen unum de illis quas enumeraui, eiusque lectiones multas non sine uiolentia textui quem ipse scripserat, intulit, raro margini adscripsit. apparet codicem abiciendum esse in Epistularum ante Gesta collectione, quæ in uersione antiqua non extat; in gestis quoniam correcturæ, quæ instar codicis Φ^a sunt, adnotandæ erant, etiam ipsas ante correcturam lectiones in apparatum recepi, quæ cum *C* congruunt; uitia codicis *V* propria plerumque omisi.

De parte quæ in codice *M* ex codice *C* transscripta est, egi supra p. X.

Codice *C* non minoris æstimaretur codex Parisinus 1458 olim Colbertinus 2576 [C^b] eodem fere tempore scriptus quo ille, si mansisset integer. iam eius non supersunt nisi 32 folia quæ continent p. 22, 24 — p. 113, 28 *iam a nobis dictum est.* notas Rustici habuit etiam plures quam *C*, sed ita detritas, ut cum iis quæ extant etiam in *C*, conferri aliquo modo possint, de iis quæ solæ in C^b manserunt, fere desperandum sit.

Hæc detrimenta, quantum ad textum pertinet, etsi non compensantur, minora tamen fiunt ope codicis Montepessulani *D*, qui ab ipso librario collatus est aut cum ipso codice C^b aut cum eius simillimo [cf. p. 28, 8. 30, 7. 32, 5. 37, 8. 40, 20. 43, 23. 65, 3. 73, 5. 77, 5. 83, 17. 85, 10. 97, 19. 107, 19. 112, 10. 113, 24]. uaria lectio et inter lineas scripta est et in margine; quod his lectionibus plerumque præmittitur *al(iter)*, inde non alia significatur origo quam earum quæ inter lineas exhibentur. ex eodem codice desumptæ sunt primæ XIIII epistulæ, quæ in exemplari recensionis Φ^c

interciderant. notas Rustici *D* non habet præter eas quibus sub singulis actionibus Rusticus adnotat quo tempore actionem tractauerit.

Codex Parisinus 2777 olim Colbertinus 5034, quem codicibus CC^b paulo antiquiorem esse iudicauerim, numquam plura continuit quam Epistularum ante gesta collectionem.

Hi codices omnes quin pro uno habeantur utpote ex uno exemplari Constantinopoli in Galliam portato deriuati, nihil obstat; diuersus est ab illis unus

codex Veronensis LVIII (56) [*Y*]. scriptus est s. X binis columnis litteris pulcris, quæ minores sunt in inscriptionibus uerborum quæ faciunt episcopi. primus eum descripsit Scipio Maffei in opusculis adiectis libro qui prodiit Tridenti a. 1742 *Istoria Teologica* p. 72. exhibet editionem Rustici ordine tamen eorum quæ apud Rusticum post actionem de Dioscoro et post ultimam de sede Constantinopolitana habentur, mutato [cf. præfationem uol. I part. 3 p. XVIII sq.]. Epistularum ante gesta collectioni præmittit capitulationem, quæ ex codice *M* deriuata est. num hæc recensioni Φ^c, illa Rustico adscribenda sit, non facile dictu est. recensionis Φ^c quod unus codex *M* hanc habet, *Y* illam, causam suspicioni certam non præbet. codex *P* testis non magnæ auctoritatis est et *D* initio recensionem Φ^r sequitur, qui autem præter *Y* editionem Rustici exhibent codices, unius instar testis sunt. sed in eo hæreo quod codicem *Y* haud raro inueni ad *M* accedentem; capitulatio igitur singulo exemplari et Φ^c et Φ^r deberi potest. utut hæc se habent, constat in *Y* quæ Rusticus de suorum laborum tempore subscripsit, omissa esse omnia neque illius notas usquam in margine extare, librariis uero siue codicis ipsius siue exemplaris præsto fuisse. p. 40, 16 Rusticus adnotat se *singulas interlocutiones*, scilicet legatorum Romanorum Latine in concilio prolatas, *a foris*, id est in margine, *ita* posuisse *ut Acumitensium codex Græcus Latine contineat*, sequitur interlocutio Lucensii diuersa ab ea quæ ex interpretatione Græca retro uersa extat non in Φ^{ac} tantum, sed etiam fere non mutata in codicum CC^b textu. uocabulis *annotatio circumducta* ad illam notam quæ incipit a *singulas interlocutiones* per certa signa relatis monet Rusticus ne illa interlocutio quæ ex codice Acumitensium in margine exhibetur, in ipsum textum inferatur. at hoc ipsum in *Y* factum est textu qualis in Φ^{acr} extat, eliminato. similiter paulo infra p. 41, 5. 7 additamenta ad interlocutionem Græcam Eusebii Dorylæensis a Rustico ex codice Acumitensium Græco translata margini adscribuntur, in *Y* inferuntur in textum ipsum; cf. præterea p. 36, 15. 42, 30. 78, 4. 83, 23/24. 88, 6/7. 93, 13. 95, 5. 154, 11 cf. 16. 219, 25. 227, 15. exhibet igitur codex *Y* editionem Rustici ex illius notis correctam.

Post Chalcedonensia habet *Y* in ultimi folii laciniis

INCIP̄ EPISTOLA FIDEI CA|THOLICAE IN DEFENSIONE |

TRIVM CAPITVLORVM

Mouet quosdam et re|*quirunt quæ sit* | *trium capitulorum* | *causa* etc.

ceterorum pauca tantum supersunt. in margine superiore scripta sunt sæculo, puto, decimo quinto *tota epistola, si uere inspiciatur, est omnino suspecta et pestiferæ hæresis nestorii et theodori mopsuesteni claret fetore respersa. cuius auctor hic non ponitur sed hodie totaliter ignoratur.* epistula publicata est in Lucæ d'Achéry Spicilegio 3, 307 editionis Parisin. 1723, sub nomine Facundi contra Veronensis eiusque apographi auctoritatem, cf. Ballerinos in Leonis editione I p. 1520 [= PL 54, 1438].

Notum est bibliothecam canonicorum Veronensium per longum tempus in loco asseruatam esse propter uicinum flumen Athesis aquæ periculis exposito [cf. Maffei

l. c. p. 56. 57], unde multi grauia damna perpessi sunt, fere nullus uero tam male habitus est quam codex *Y* gestorum Chalcedonensium. madore corrosis marginibus duæ columnæ exteriores sæpe lectu difficiles sunt, non raro deletæ; ultima folia prorsus interciderunt. atqui in bibliotheca Vaticano anno 1910 codices uidi quattuor hosce:

Vat. membr. 1321 [*y* in gestis] incipit a prima actione Epistularum ante gesta collectione omissa, post gesta habet epistulam fidei catholicæ, sicut *Y*, et Cypriani de sacramento dominici calicis [ep. 63]. aliquibus interpositis secuntur Facundi libri XII et epistula ad Mocianum. ex armis quæ in f. 1 picta sunt, concluditur codicem scriptum esse iussu Angeli Capranicæ, qui cardinalis fuit a. 1460–1478. uitiis minime immunis est, melior tamen ceteris.

Vat. membr. 1323 [*y* in Epistularum ante gesta collectione] continet initio Epistularum ante gesta collectionem, deinde gesta ipsa, in fine eadem atque Vaticanus 1321, num etiam Facundum, nescio. adhibui ad epistularum recensionem.

Vat. chart. 4166 male scriptus, eadem habet atque Vat. 1323. Facundo caret.

Vat. membr. 5405 ex Epistularum collectione non habet nisi ultimam, deinde gesta, in fine eadem atque Vat. 4166. Facundo caret. arma in f. 1. picta sunt Græci Ludouici Podachatarii qui cardinalis fuit inde a d. 28. m. Sept. a. 1500 usque ad a. 1504 siue 1506.

Codices duos quos littera *y* signaui, de codice *Y* deriuatos esse lectiones conferendo iterum iterumque expertus sum neque idem de duobus ceteris ualere dubito; concludo præterea in fine codicis Veronensis integri non epistulam tantum quæ dicitur catholicæ fidei, sed etiam illum Cypriani de dominico calice libellum extitisse. facere tamen non potui quin in eo hærerem quod bibliotheca capitularis Veronensis sæculo decimo quinto neglecta et pæne ignota iacebat, ubi non uidebam quomodo non minus quattuor codices diuersis temporibus transscribi potuissent. obiciat quis codicem Romam esse portatum non sine aliqua ueritatis specie, quoniam duo certe apographa iussu cardinalium scripta sunt. at si codex Romam uenisset, ibi, sicut haud pauci alii, mansisset neque in bibliotheca capitulari perrexisset madore corrumpi. has dum uerso dubitationes, incido in locum quendam epistulæ 9, 10 Ambrosii Camaldulensis ab Angelo Mai in Iuris ciuilis anteiustinianei reliquiis p. 150 partis tertiæ allegatum. scribit ibi Ambrosius ad Albertum Griffonium Bononiensem inter alia hæc:

> Adpetit Pontifex Eugenius uolumen quoddam de Chalcedonense [*sic*] Synodo uetustissimum, quod ipso Gaspare [monacho uel nouicio Fratrum Prædicatorum Bononiensium] præsente in Conuentus ipsius Bibliotheca notaui. Est enim Synodus ipsa uel celeberrima tempore Marciani Augusti, et Leonis Papæ conflata, in qua sexcenti triginta, ni fallor, Episcopi ex toto orbe confluxere, per actiones digesta; quam sequuntur Facundi cuiusdam uiri libri credo XIV [sunt XII] super ista Synodo. Scribit item Pontifex Priori, et conuentui, ut illum ad se Codicem mittat legendum, uel etiam fortasse transscribendum, et restituendum.

Paulo post d. 26. m. Iunii 1434 (priori epistulæ tempus non adscriptum est) scribit ad eundem [ep. 9, 11]:

> Negocium aliud conuehendi ad Pontificem Eugenium peruetusti Codicis, ubi gesta Chalcedonensis concilii per actiones digesta continentur, cum commento Facundi, maximum in modum commendo dignitati tuæ.

Codicem peruetustum dicit doctus monachus more illius sæculi, quem non ante sæculum XIII fratres Dominicani in suum usum transcribendum curauerunt ex duobus Veronensibus 58 et 61, non inepte gestis Chalcedonensibus adiungendo Facundum. quin enim codex ille Bononiensis fuerit exemplum illis quattuor quos supra enu-

meraui, nullus dubito præsertim cum unus de illis ceteris antiquior, Vatic. 1321, et gesta et Facundum contineat. ceterum a. 1434 codex Bononia portatus est Florentiam, quo Eugenius papa IIII illo ipso anno propter tumultus Romæ ortos confugerat; quæ fata postea ei contigerint, nescitur, etsi eum apud papam fuisse in synodis Ferrariensi et Florentina ueri non est dissimile. constat uero eum redditum non esse Dominicanis Bononiensibus, postquam papa a. 1443 Romam rediit. ibi codex per aliquot annos transcribi solebat; post a. 1500 interiit.

Lectiones Vaticanorum 1321 et 1323 non attuli nisi ubi in Veronensi nihil iam dispicere potui; ubicumque sufficiunt ut Veronensis cum ceteris codicibus Φ^r consentire agnoscatur, tacui.

In collectione dogmatica codicis Montepessulani 308, quæ synodo sexta recentior est, extant non nulla quæ ad concilium Chalcedonense pertinent; enumerata sunt t. IIII 2 p. XXX. qui initio perscriptus est tomus Leonis, eum ex gestis Chalcedonensibus non desumptum esse demonstratur lectionibus [cf. uol. II 1 p. 24 sq.]; secuntur ex codice quodam editionis Rustici desumptæ epp. VIIII. X. XIII. III. I ex Collectione ante Gesta, definitio fidei, excerptum ex allocutione synodi ad Marcianum, interlocutio Diogenis Cyziceni ex prima actione p. 67, 28—68, 5, ex eadem *exemplar expositionis symboli* = p. 213, 4—215, 21. omissa est in inscriptione uocabulum *falsati* neque pauca in ipso textu, unde eum qui collectionem codicis Montepessulani instituit, symbolum illud pro orthodoxo habuisse proditur. similem errorem, non intentionem contra concilium alterum Constantinopolitanum pugnandi detexi in collectione codicis Vaticani t. I 5, 2 p. VIIII.

Quæ collectioni canonum decretaliumque Hispanæ [*S*], de cuius codicibus egi in uol. 4 præf. p. VI, inserta sunt *decreta papæ Leonis aduersus Eutychen*, ea non desumpta esse ex epistularum collectionibus quæ cum gestis Chalcedonensibus conexæ sunt, facili opera intelleget siquis lectionum apparatus in uolumine 4 perlustrauuerit. una tamen epistula non ipsius Leonis, sed Petri Chrysologi episcopi Rauennatis, quæ in Epistularum ante Gesta collectione est III, desumpta ex Græca collectione B 3, miro quodam modo in ista decreta defluxit. primarium textum Latinum qui in Græca editione uersioni Græcæ præcedebat, unus exhibet Rusticus; partem illius priorem [p. 6, 3—17] casu quodam amissam supplet recensio Φ^c translatione ex Græco retro uersa [p. 7, 1—16]. at Hispana et duo codices s. VIIII qui ex ea pendent, Paris. 2317 et Leningradensis F I 10, habent priorem tantum partem, textum uero præter pauca quæ ex Græco fluxerunt, primarium. cuius miraculi hæc erit explicatio quod partis illius p. 6, 3—17 qui in Φ^c perierat textus Latinus primarius, margini codicis alicuius Φ^c adscriptus fuit et a collectionis Hispanæ redactore pro uero epistulæ totius textu habitus receptusque est.

Primus uniuersorum gestorum Chalcedonensium uersionem Latinam *frater Petrus Crabbe Machliniensis ordinis diui Francisci de obseruantia*, sicut se ipsum nominat in dedicationibus operi præmissis, edidit in CONCILIORVM OMNIVM TAM GENERALIVM QVAM PARTICVLARIVM tomo primo, cuius altera editio, qua utor, prodiit Coloniæ Agrippinæ ex officina Ioannis Quentel a. MDLI, duobus annis ante Crabbii mortem. gestis atque concilii allocutioni ad Marcianum adnectuntur hæc a gestorum ceteris codicibus aliena:

1. Sacra Marciani *Licet iam iamque* [*sic*]. edetur in Rerum Chalcedonensium collectione Vaticana 15 [uol. II 2]. textus Crabbii proxime ad Hispanam accedit.

2. Exemplar epistolæ Paschasini et aliorum de damnatione Dioscori Alexandrini quondam episcopi. non extat nisi in Leonis epistularum collectione Corbeiensi [uol. 4 p. 155, 31—156, 26].

3. Narrationis ordo de prauitate Dioscori Alexandrini. extat in Collectione Veronensi de schismate Acaciano, de cuius codicibus egi in *Abhndlg. d. Bayer. Akad. d. Wiss. N. F.* 10 p. 262 sq. edita est ab Ottone Günther in Collectionis Auellanæ appendice II p. 791 sq.

4. *Incipit Fides Romanorum. Credo in unum Deum* etc. edita sunt a Paschasio Quesnel in appendice ad Leonis epistulas et a Bandinio in Bibliotheca Leopoldina Laurentiana 1, 113. de codicibus cf. Ballerinorum adnotationes ad editionem Quesnelianam 3 p. 279 [PL 56, 583] et Maassen p. 395.

5. *Atticus episcopus, qualiter formata epistula fiat. Græca elementa* etc. extat in multis codicibus, cf. Ballerinos 3, 452 et Maassen p. 523.

His subdita est nota hæc:

Exemplar hoc Chalcedonensis concilij desumptum est ex bibliotheca monasterij fratrum ordinis Cruciferorum in ciuitate Aqueñ. Anno nanque domini 1468. in Aqueñ passagio, reuerendissimus dominus Petrus Ferrici, legatus Romanus in causa Leodieñ, postea cardinalis, excopiari exemplar disposuit ex uetustissimo codice, eidem monasterio a quodam Aqueñ decano, dono dato: quod plurium iudicio, scriptum, non multo longe post huius Chalcedoneñ concilij tempora, præsumitur. Tantæ quidem uetustatis fuit, ut nisi cum difficultate legeretur, et unus duntaxat in Colonieñ ciuitate excopiare præsumeret.

Est subscriptio apographi ex codice isto uetustissimo desumpti, quo apographo Crabbe ad editionem parandam usus est, eo laudandus quod quæ illic concilii gestis annexa inuenit ex collectionibus Quesneliana et Hispana a clerico non indocto, puto, s. VIIII uel X corrasa, abicere noluit. codex erat unus de illis Rustici editionis exemplaribus, qualia sunt CC^b. continet enim post actionem de Dioscoro, quæ in Φ^{cr} est tertia, omnia illa quæ in præfatione uol. I part. III, p. VIII sq. enumeraui et Rustici propria esse probaui, præterea subscriptiones notasque nonnullas Rustici. neque uero a Crabbio ita scrupulose est expressus, ut illius editio codicis instar possit haberi. satis licenter enim apographon codicis uetusti correxit uel potius interpolauit notisque Rustici suas ipsius immiscuit. præter eum codicem quoque ex Hispana deriuatum adhibuit, id quod proditur inscriptione p. 736 ex Hispana desumpta.

Editionem Crabbianam Laurentius Surius recudendam curauit in tomo secundo CONCILIORVM OMNIVM TVM GENERALIVM TVM PROVINCIALIVM, qui prodiit Coloniæ apud Geruuinum Calenium et heredes Iohannis Quentelii a. 1567, repetitus multisque typothetarum uitiis locupletatus est *Sixti V pontificis maximi auspiciis* Venetiis 1585. papa enim magna opera non minus edendi quam ædificandi cupidus parabat editionem conciliorum œcumenicorum Græcam et Latinam, cui commodum erat instrumentum illa repetitio editionis Surianæ Veneta. auctor nescio an magis quam minister propositi papalis erat Antonius Carafa cardinalis 1568—1591; cf. epistulam P. Comituli ad cardinalem Pinellum [1585—1611], quam in codice quodam Ambrosiano detexit H. Opitz [cf. præf. uol. I p. III p. VIIII] et quæ narrat Petrus Morinus in opusculis et epistolis quas postumas edidit I. Quétif Parisiis 1675 p. 355. opus publico sumptu fiebat [Morin. p. 328] neque qui operariorum munere fungebantur, se ipsos usquam nominauerunt; per Morini uero epistulas, quæ diu post illius mortem [1608] in lucem prodierunt, constat summam laboris in conciliis certe Ephesena et Chalcedonensi apud illum fuisse [cf. l. c. p. 316. 324. 346. 368. 374]. qui natu Parisiensis, Francogallice dictus *Pierre Morin*, adulescens nonnullos annos in Italia commoratus, sed patris iussu domum reuersus, post eius mortem a. 1575 iterum profectus Romæ constitit et propter raram pro illo tempore linguarum Græcæ Orientaliumque

peritiam inter eos habitus est qui *materiam apostolicæ typographiæ* suppeditarent, et præterea ad *munus scribæ conuentus typographici* prouectus est [l. c. p. 319]. postquam Antonius Carafa d. 12. m. Ian. a. 1591 mortuus est, cura conciliorum operis peruenit ad Federigum Borromeum a Sixto papa v a. 1587 purpura decoratum. qui muneri suscepto non multum operæ dedisse uidetur; cum a. 1594 Roma discederet ut archiepiscopus diocesin Mediolanensem gubernaret, penes Vallicellis patres deposuit quæ ex illa materia apud eum erant, posteaque depositi partem exiguam repetiit [l. c. p. 368. 319]. subrogatus est ei a. 1595 Franciscus de Toleto Hispanus a. 1593 in cardinalium collegium receptus [l. c. p. 346]. qui ut operis statum dispiceret, a Morino petiit ut quæ in conciliis Epheseno et Chalcedonensi laborasset, ad eum mitteret. quamuis inuitus, quoniam neutrum concilium ita perpolierat, ut edi ea posse putaret [cf. l. c. p. 351. 352], tradidit cardinali [l. c. p. 353, scripta sunt mense Augusto a. 1595] *postremas concilii Epheseni partes . . . in duobus tomis* [cf. p. 346] . . . *præterea Concilium Ephesinum Græcum manuscriptum* [i. e. cod. Vatican. 1177, cf. t. I I, I p. XVIII] *et idem Græcum impressum in Germania* [i. e. editionem Commelinianam]. *ad hæc Concilium Chalcedonense Græcum manuscriptum* [i. e. cod. Vatican. 1178] *et Latinum impressum* [i. e. editionem Surii Venetam, cf. uol. I part. 3 præf. p. VIIII] et *Græco-Latinum manuscriptum* [i. e. a Morino ipso scriptum] *in duobus tomis, quæ itidem nondum absoluta sunt. hanc ob causam oro Illustrissimam Amplitudinem Vestram ut hæc penes se potius haberi uelit, quo eorum facilior sit usus.* Morinus enim sexagesimum quartum annum agens nouique, putauerim, domini impatiens iam se ab his laboribus recepit. quid postea in opere strenue incepto et magis magisque lente tractato actum sit, erui nequit nisi ex bibliothecæ Vaticanæ archiuiis; uidetur editio iterum iterumque esse protracta atque dilata, dum a. 1608 tomus primus, a. 1609 tomus secundus CONCILIORVM GENERALIVM ECCLESIAE CATHOLICAE Pauli v pont. max. auctoritate ex typographia Vaticana prodierunt.

Quas olim [t. I I, I p. XVIIII] laudes tribui editioni Romanæ concilii Epheseni, eæ Petro Morino debitæ erant; minus placent quæ in Chalcedonensi præstitit. quod audacter ex uersione Latina uocabula Græca sine codicum auctoritate in textum induxit, non uituperarim, ne ægre tulisse uidear quod laborem longum et molestum mihi imposuerit; mira est incuria qua in fine magnam lacunam ex codice frequenter adhibito supplere neglexit [cf. uol. I part. 3 præf. p. VIII]. infeliciter rem egit in uersione Latina. duæ patebant uiæ: aut noua erat conficienda translatio nullo alio fine proposito nisi ut sensus uerborum Græcorum clare atque dilucide euaderet, aut uersio quæ tradita erat, accurate, non dicam ex multis codicibus, sed certe ex uno non admodum corrupto edenda. quæ consideratio non prorsus eum fugit; haud paucis locis nouam translationem margini adscripsit, traditam in textu retinuit. sed propositi non tenax iterum iterumque uersionem quam in Surio inuenit ne eam quidem integram, siue elegantiorem reddidit siue ex Græcis correxit. inde euenit ut uersio Latina editionis Romanæ neque lectori commoda esset Græca intellegere desideranti neque utilis editori Græca recensenti.

Hunc defectum cum probe cognouisset, Stephanus Baluze iureconsultus doctrina et sagacitate alteri iureconsulto illius sæculi Henrico Valois comparabalis munus suscepit magnum et arduum ut ex codicibus genuinam uersionem Latinam restitueret non aliter quam in concilio Epheseno fecit. in hoc satis esse duxit unum anticum codicem edere, quia codices Italos, in quibus illius uersionis altera extat recensio, non nouit; difficilior res erat in gestis Chalcedonensibus, quorum in codicibus Latinis non

unam eandemque uersionis formam extare probe perspexit. quam difficultatem omnia edendo superare ueritus satis habuit codices qui ei præsto erant, cum editione Labbeana, quæ Romanam presse sequitur præter quasdam Labbei notas marginales inutiles, diligenter et accurate conferre, *immenso*, sicut ait, *ac pæne incredibili labore,* sed ratus *futurum aliquando post se aliquem qui serio cogitare uelit de noua et accurata conciliorum omnium editione adeoque uolet haud dubie dare integram et emaculatam ueterem istius concilii Chalcedonensis uersionem Latinam*; eum uero gauisurum *sic omnia ab illo annotata, ut eum maiore laboris parte* leuauerit [Noua Coll. Conc. p. 980]. sincerius nemo has adnotationes admiratus est quam ego, qui primus et unus eas cum codicibus conferendo accurate examinaui, sed laborem a uiro optimo non leuatum esse ueritas me cogit confiteri. nam ex codicibus quos ille contulit, *N* qui præsto erat in ecclesia Parisiensi, *D* tum Diuionensi, quem Bouhier liberaliter commodauit, *C* concesso a Iohanne Mabillon congregationis S. Mauri bibliothecæ Sangermanensi præposito, C^a et C^b qui in bibliotheca erant Colbertina, quam ipse administrabat, cognouit sane inter uersionem antiquam Rusticique editionem distinguendum esse, sed ne has quidem restituere potuit: *N* inter codices Φ^a infimum locum tenet et codice *Y* opus est ut uitia codicum CC^bC^a corrigantur. multo uero grauius est quod *D* solus clarum et præcisum recensionis Φ^c imaginem non exhibet, hac uero a duabus ceteris non discreta totius uersionis Latinæ et recensio certo caret fundamento et historia manet obscura.

Nouo illi editori qualem Baluze diuinat, duo præstanda sunt ut textum secundum unam certam et in codicibus traditam recensionem constituat et duas ceteras ab illa clare distinctas apparatu proponat. muneri singulari tres unius operis formas in unum sine confusione coniungendi aptæ sunt rationes a solito editionum criticarum more diuersæ. textus quidem ipse superstrui debet editioni Rustici quippe quæ complurium codicum ope duas antiquiores correxerit, etsi hic illic siue uitium exemplaris cui correcturas notasque intulit, emendare prætermisit siue lectionem falsam elegit. facile ab ἐκδόσει Rustici discernitur uersio antiqua, quæ tribus codicibus sine grauibus discrepantiis tradita est. omnes igitur locos quibus a textu Rustici discrepat, lineolis parallelis inclusi uariisque codicum Φ^a lectionibus apparatum proprium destinaui, ita tamen ut eas lectiones codicum Φ^c uel Φ^r, quæ ad eadem uocabula atque lectio codicum Φ^a pertinent, uno eodemque loco colligerem. ex hoc igitur apparatu cui VERSIO ANTIQVA inscripsi, lectiones Φ^a Φ^{ac} Φ^{ar} (quæ raræ sunt) facili opera peti possunt recensionisque summa cognosci, in apparatum inferiorem sepositæ sunt lectiones et recensionis Φ^c non frequentes et codicum singulares, quæ quamuis molestæ in editione principe abici non possunt. num consecutus sim ut et textus commode legatur et recensiones eius sine nimio labore dinoscantur, iudicent prudentes.

Monachii mense Februario a. h. s. XXXV

E. Schwartz

EPISTVLARVM
ANTE GESTA COLLECTIO

Φ^c = Versio Gestorum Chalcedonensium antiqua correcta

- *P* = Codex Bobbiensis [Vaticanus 5750] s. VII
- *D* = Codex Montepessulanus 58 s. X [inde ab ep. XV]
- *M* = Codex Casinensis 2 s. XII

Φ^r = Versio Gestorum Chalcedonensium antiqua correcta atque edita a Rustico

- *C* = Codex Parisinus 11611 s. VIIII
- *D* = Codex Montepessulanus 58 s. X [usque ad ep. XIIII]
- C^a = Codex Parisinus 2777 s. VIII
- C^b = Codex Parisinus 1458 s. X
- *Y* = Codex Veronensis 58 s. X
- *y* = Codex Vaticanus 1323 s. XV ex Y descriptus

Z = Codex Montepessulanus 308 s. X

S = Collectio canonum et decretalium Hispana

- *d* = Codex Escorialensis i d 2 ad finem perductus a. 976
- *f* = Codex Escorialensis i d 1 s. X
- *e* = Codex Escorialensis e i 12 s. X
- *m* = Codex Matritensis 1872 s. XI
- *t* = Codex Matritensis 10041 s. XI

I Rescriptum de fide factum manu propria Flauiani archiepiscopi Constantinopolitani datum ab eo poscenti imperatori

II Epistula Leonis archiepiscopi Romæ ad Eutychen

III Epistula Petri Rauennensis ad Eutychen presbyterum

IIII Epistula sanctissimi archiepiscopi Romæ Leonis ad Flauianum archiepiscopum Constantinopolitanum

V Epistula Flauiani archiepiscopi Constantinopolitani ad Leonem archiepiscopum Romæ

VI Epistula sanctissimi archiepiscopi Romæ Leonis ad Faustum presbyterum

VII Epistula encyclia siue synodica sanctissimi archiepiscopi Romæ Leonis ad Flauianum archiepiscopum Constantinopolitanum cum istis epistulis ob hoc in ordine suo posita non est, quia in gestis sancti et uniuersalis concilii Chalchedonensis tertiæ actionis inserta est

VIII Epistula Flauiani archiepiscopi Constantinopolitani scripta ad eundem episcopum senioris Romæ Leonem

VIIII Epistula sanctissimi archiepiscopi Romæ Leonis ad Iulianum episcopum Coensem

X Epistula sanctissimi archiepiscopi Romæ Leonis ad Faustum Marcianum et reliquos archimandritas

XI Epistula sanctissimi archiepiscopi Romæ Leonis ad imperatorem Theodosium

XII Epistula Leonis archiepiscopi Romani ad Pulcheriam augustam

XIII Epistula sanctissimi archiepiscopi Romæ Leonis scripta ad secundum concilium Ephesenum contra Eutychen, quæ perducta quidem est, occulta uero propter quod non fuerit concessa publicari episcopis a Dioscoro

XIIII Epistula sanctissimi archiepiscopi Romæ Leonis ad imperatorem Theodosium qua rogauit speciale concilium in Italia fieri et in nullo alio loco eo quod contraria sit canonibus secunda synodus Ephesena

XV Epistula alia sanctissimi archiepiscopi Romæ Leonis et sanctæ synodi ad imperatorem Theodosium culpans Ephesenum concilium

---

M, Y [*quae abscissa sunt, supplentur apographo y = cod. Vat. 1323*]
inscr. hec sunt que premissa sunt gesta concilii calchedonensis *M* 3 scripta ad *M* 4 rauenne rescripta *M* presbyterum *om. M* 9 pbrm̄ *Y* et marcianum *M* 10 archiepiscopi *om. M* 11—13 cum—inserta est *om. M* 14 archiepm̄ *M* 16 ciuitatis romæ *M* cohensium *M* 17 et marcianum *M, cf. uol. 4 p. 11, 32* 18 archimandritas constantinupolitanos *M* 21 sanctissimi—scripta *Y* eiusdem *M* 22—23 contra—Dioscoro *om. M* 24 sanctissimi—leonis *Y* eiusdem *M* 25 qua—fieri *Y* pro concilio in italia faciendo *M* 26 ephesinam *M* 27 alia—synodi *Y* eiusdem alia *M* 28 concilium quod aduersus s̄cissimum flauianum ēpm̄ facta est petentis aliud concilium in partibus italie celebrari *M*

XVI Epistula Leonis archiepiscopi et sancti concilii quod Romae **collectum est,** ad Pulcheriam augustam

XVII Epistula Hilari diaconi Romani ad Pulcheriam augustam

XVIII Epistula Gallæ Placidiæ augustæ ad Pulcheriam augustam

XVIIII Sacræ litteræ diuinæ memoriæ Valentiniani et Placidiæ nec non et Eudoxiæ augustæ ad Theodosium principem ut iuberet in partibus Italiæ concilium celebrari

XX Epistula Gallæ Placidiæ ad Theodosium imperatorem

XXI Epistula Liciniæ Eudoxiæ augustæ ad Theodosium

XXII Rescriptum Theodosii ad Valentinianum augustum

XXIII Epistula Theodosii rescripta ad Gallam Placidiam

XXIIII Epistula Theodosii ad Eudoxiam augustam

XXV Epistula sanctissimi archiepiscopi Romæ Leonis et eius sancti concilii ad clericos et honoratos et omnem populum Constantinopolitanum

XXVI Epistula sanctissimi archiepiscopi Romæ Leonis ad archimandritas Constantinopolitanos

XXVII Epistula Valentiniani et Marciani ad archiepiscopum Romæ Leonem

XXVIII Alia epistula piissimi imperatoris Marciani ad archiepiscopum Romæ Leonem

XXVIIII Epistula Pulcheriæ augustæ ad eundem sanctissimum archiepiscopum Romæ Leonem, quæ significat reuerentissimum Anatolium Constantinopolim errore relicto episcopum confirmatum subscriptione maximæ epistulæ eius dogmaticæ ad sanctum Flauianum directæ, eius Flauiani etiam corpus significat suæ sedi perductum et Apostolorum basilicam depositum et alia quæ tenor sacrorum apicum eius demonstrat

XXX Sacræ litteræ missæ a Valentiniano et Marciano ubique ad religiosos episcopos quatenus omnes in Nicæa conuenirent

XXXI Item aliæ sacræ similiter litteræ eorundem piissimorum imperatorum ubique ad deo amantissimos episcopos

XXXII Sacræ item litteræ missæ ad synodum in Nicæa a Valentiniano et Marciano

XXXIII Item sacræ litteræ missæ a piissima et Christianissima augusta Pulcheria ad consularem Bithyniæ Stratigium ut curam haberet circa disciplinam synodi perhibendam, antequam placeret ad Calchedonam mutari concilium

XXXIIII Sacræ litteræ missæ sancto concilio quod Nicæa conuenerat, ut deberet Calchedona migrare

XXXV Item exemplar imperialium litterarum quæ Nicææ missæ sunt sancto concilio, dum adhuc piissimus imperator in Thracia resideret, ut deberet indifferenter Calchedona migrare.

M, Y

1 Leonis archiepiscopi] eiusdem *M* 4 placide *M* 5/6 diuinæ—augustæ] directe tam a domno nr̄o ualentiniano quam a diue memorie placidia nec non et eudoxia augusta *M* 6 principem *Y* diue memorie *M* 7 epistola—imperatorem *Y* Domino uictori theodosio triumphatori semper augusto filio placidia galla piissima perpetua augusta mater *M* 9 ep̄la theodosii rescripta *M* augustum *om. M* 12 sc̄issimi—leonis *Y* leonis pape *M* 12 sancti *om. M* 13 honoratos *Y* nobiles constantinupolis *M* omnem *Y om. M* 14 sc̄issimi—leonis *Y* eiusdem *M* 16 Romæ *om. M* 17 Alia *om. M* romanum *M* 18 eundem *om. M* Romæ *om. M* 19—22 quæ—demonstrat *om. M* 22 demonstrant *y* 23 ad *Y* 25 Item—littere *Y* similiter alie sacre littere *M* 27 item *om. M* 28 item *om. M* xp̄ianissima et piissima *M* 29 stratigio *M* 29—30 ut—concilium *om. M* 30 calchedoniam *Y* 31 conuenerat *y* concurrerat *M* 33 item *y* similiter *M* qui *M* nicea *M* missa *M* 34 traciam *M*

RESCRIPTVM DE FIDE FACTVM MANV PROPRIA FLAVIANI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI DATVM AB EO POSCENTI IMPERATORI

1 Flauianus episcopus Constantinopolitanus piissimo et amatori Christi imperatori nostro Theodosio salutem. Nihil ita conuenit sacerdoti dei et dogmatibus erudito
diuinis quam paratum esse ad satisfactionem omni poscenti eum rationem de spe 1 Petr. 3,15
quæ in nobis est, et gratia. non enim erubesco euangelium dei; uirtus enim Rom. 1, 16
dei est ad salutem omni credenti. quia igitur et nos misericordia regis omnium Christi dei sacerdotium tale euangelii sortiti sumus, sapimus recte atque inculpabiliter, semper scripturas diuinas sequentes et expositiones sanctorum patrum qui Nicæa conuenerunt, et centum quinquaginta qui hic congregati sunt, et qui in Epheso sub sanctæ memoriæ Cyrillo, qui fuit Alexandrinus episcopus. et prædicamus dominum nostrum Iesum Christum, ante sæcula quidem ex deo patre sine principio natum secundum diuinitatem, in nouissimis autem diebus eundem propter nos et propter nostram salutem ex Maria uirgine secundum humanitatem, deum perfectum et hominem perfectum eundem in assumptione animæ rationalis et corporis, consubstantialem patri secundum diuinitatem et consubstantialem matri eundem secundum humanitatem. ex duabus utique naturis confitentes Christum post incarnationem ex sancta uirgine et inhumanatum in una subsistentia et in una persona unum Christum, unum filium, unum dominum confitemur. et unam quidem dei uerbi naturam, incarnatam tamen et inhumanatam dicere non negamus, eo quod ex ambobus unus atque idem sit dominus noster Iesus Christus. eos uero qui aut duos filios aut duas subsistentias aut duas personas annuntiant et non unum eundem dominum Iesum Christum filium dei uiui prædicant, anathematizamus et alienos esse ab ecclesia iudicamus et ante omnes Nestorium impium anathematizamus et sapientes quæ eius, ac loquentes ea et abscidantur huiusmodi a filiorum adoptione promissa recte credentibus.

Et post haec adiecit et annotationibus subscripsit: Domine Christe, adiuua nos, deus.

Et iterum: Hæc scripsi mea manu ad satisfactionem uestræ potestatis et ut confundantur qui calumniam facientes nostræ bonæ et simplici in Christo conuersationi.

B̄ EPISTVLA LEONIS ARCHIEPISCOPI ROMAE AD EVTYCHEM SCRIPTA

2 Desiderantissimo filio Eutychi Leo episcopus. Ad notitiam etc. *Leonis ep. 1.*

---

1 *Græce extat in Epist. coll. H 1* *hac uersione Latina usus est Liberatus 11 p. 67 G., altera* [Λ̲ⁱ] *habetur in Innocentii Maronitæ ep. de collatione cum Seuerianis 34* [*t. IIII 2 p. 174 sq.*]

Φ^c [= *PM*], Φ^r [*CD*C^a*Y*], *Z*

1—2 *om.* C^a 1 *præmittunt* PRINCIPIUM *PY* 1/2 cons̄ archiep̄p̄ *P* 2 *in fine add.* hinc incip̄ actio prima synodi calcidonensis *P* 3 constantinopolis Φ^c*Y* 4—5 dogmata—diuina *M* 5 ratione *Y* 6 est in nobis *M* et *om. Z* 8 tale *om. M* sapimusque *Y* 9 in nicea C^a M^{corr} *Z Lib.* 14 Maria *om.* C^a*Z* 16/17 et—humanitatem *om. Z* 17 itaque *Y* 18 substantia *P* 19 dm̄ *y* uerbi dei *y* 20 incarnata *Z* ambabus Φ^c*y* unus *M*P^{corr} *om. P*Φ^r*Z* 21 noster *om. M* 22 unum et *M* 23 uiui *om. P*C^a*Z* esse *om. M*C^a*Z* 24 et] ut *Z* quæ *om. y* ea quæ eius sunt Φ^c 25 ea et *om.* Φ^c 27 et *om.* C^a*Z* subscripsit *MY* subscripsi C^a*Z* scripsit *CD* et suscribsit *P* ihū xp̄e *M* ihū *Z* 28 deus *om. Y Lib.* 30 qui *om. MY Lib.* conuersationis *P*

---

2 ADNOTATIONES RVSTICI uol. 4 p. 3. 3 ia(cet) epistolis $C^{mg}D^{mg}$
Græca uersio extat in Epist. coll. B 2

Φ^c [= *M*], Φ^r [= *CD*C^a*Y*]

31 II Φ^c *numeri Græci ex C* incipit epistola *Y* romani *P om. M* scripta [*om. M*] ad eutychen pbr̄m̄ Φ^c scripta *om. Y* 32 eutyche pbr̄o *MΓ*

Γ̄ EPISTVLA PETRI EPI RAVENNENSIS AD EVTYCHEM PRBM SCRIPTA

3 Dilectissimo et honore digno filio Eutychi presbytero Petrus episcopus Rauennae. Tristis legi tristes litteras tuas et scripta mæsta mærore debito percucurri, quia sicut nos pax ecclesiarum, sacerdotum concordia, tranquillitas plebis gaudere facit gaudio cælesti, ita nos affligit et deicit fraterna dissensio, præsertim cum talibus oriatur ex causis. triginta annis humanae leges humanas adimunt
Ies. 53, 8 quæstiones: Christi generatio, quæ diuina lege scribitur inenarrabilis, post tot sæcula disputatione temeraria uentilatur. quid Origenes principiorum scrutator incurrerit, quomodo Nestorius lapsus sit disputans de naturis, non latet prudentiam tuam. magi Iesum in cunabulis deum mysticis muneribus confitentur, et sacerdotes qui sit qui uirginali partu de spiritu sancto natus est, dolenda interrogatione disquirunt.
Lc. 2, 14 cum uagitus daret Iesus in cunis, gloria in excelsis deo cælestis clamat exercitus,
Phil. 2, 10 et modo, quando in nomine Iesu omne genu flectitur cælestium, terrestrium et infernorum, originis eius quæstio commouetur. nos, frater carissime, una
2 Cor. 5, 16 cum apostolo dicimus: etsi nouimus Iesum secundum carnem, sed nunc iam non nouimus, nec possumus iniuriosa perscrutari qui iubemur honorem dare, timorem reddere et expectandum non perscrutandum iudicem confitemur.

Haec breuiter respondi, frater, litteris tuis, plura rescripturus, si ad me frater et coepiscopus noster Flauianus aliqua de hac causa scripta misisset. si enim tibi displicet, quoniam scripsisti, electum iudicium, nos quomodo de his iudicare poterimus, quos neque uidimus propter absentiam et quid intellexerunt, eorum taciturnitate nescimus? iustus mediator non est qui sic unam partem audit, ut nihil alteri parti reseruet. in omnibus autem hortamur te, frater honorabilis, ut his quæ a beatissimo papa Romanae ciuitatis scripta sunt, oboedienter adtendas, quoniam beatus Petrus, qui in propria sede et uiuit et præsidet, præstat quærentibus fidei ueritatem. nos enim pro studio pacis et fidei extra consensum Romanæ ciuitatis episcopi causas audire non possumus.

Et alia manu: Incolumem tuam dilectionem dominus tempore longissimo conseruare dignetur, carissime et honorantissime fili.

Inde a 3 Tristis *usque ad 17 pro exemplari Latino in* Φ^c [= *PM*] *extat hæc uersionis Græcæ uersio Latina:*

---

3 *Græca uersio extat in Epist. coll. B 3*

Φ^c [= *PM usque ad 3 et inde ab 18*], Φ^r [= *C, D (inde a 9 multa abscissa), C^a Y*], *Z, S* [= *defmt. usque ad 18 tuis*]

1 Γ̄ *CD* III Φ^c C^a*Y* epla Φ^c C^a*ZS* incip epistola *Y* INCIP *CD* rauenniensis *CD* rauennatis C^a*Z* rauennæ Φ^c scripta [scriptam *P* rescripta *M*] ad eutychen Φ^c euticetem *S* scripta *om. YS* *post inscriptionem habet* ubi contra eius errores illi abto exemplo respondit *S* 2 honore digno Φ^{cr} *Z* merito honorabili *S* eutycheti *PS* 2/3 rauennensium *P om. S* 3—17] *horum loco* Φ^c *uersionis Græcæ habet uersionem Latinam; infra editur* 3 Tristis legi *om. CDC*^{a}*Z* et *om. CD* 3/4 percurri S^{def} 6 humana legis humanas *CD* humanæ leges *Y* leges humanas Y^{corr} 9 est *S* 11 dolenda et *CD* 12 uagitum *S* clamabat *S*Γ 13 genus S^{dt} 14 ei *S* carissime *om. S, cf. M*Γ una *om.* C^a*SZ cf. M* 16 iniuriose C^a*ZS* pscrutari *C* replicare *S* iubemus C^a 17 et timorem *S* expectandum non perscrutandum *Y* expectare dum non perscrutandum *CDC*^{a}*Z* expectare non discutere quem *S, cf.* Γ 18 breuiter] in omnibus *S* tuis litteris *M* 18—29 plura—fili *om. S* 19 tramisisset *Y* 20 quoniam] quemadmodum C^a*Z* 21 uidemus *Y* intellexerint C^a*Z* 23 hortamur] honoramus *Y* te *om. MD* 24 papa—ciuitatis] romanæ ciuitatis antistite C^a*Z* romanæ ciuitatis *Y* 28 Et—manu *om* Φ^r*Z* in tempore *Z* 29 dignetur *om D*

Tristissimus legi tristes tuas epistolas et litteras tuas tristis congrua tristitia
percucurri, quia sicut nos pax ecclesiarum et concordia sacerdotum uel tranquillitas
populi gaudere facit cælesti lætitia, ita nos opprimit ac deicit fraterna discordia, et
præcipue quando ex talibus causis emergit. triginta annis leges humanæ quæstiones
damnant humanas: Christi generatio inenarrabilis quæ diuina lege conscripta est,
post tanta sæcula cogitatione superba requiritur. quid enim Origenes antiquarum
rerum perscrutator sustinuit, quomodo Nestorius lapsus est tractando de naturis,
non latet tuam sapientiam. magi Christum in cunabulis deum donis mysticis
confitentur, et sacerdotes qui sit qui uirginali partu ex spiritu sancto natus sit, nimia
perscrutatione perquirunt. quando uocem dabat Christus in cunabulis, gloria Lc. 2, 14
in excelsis deo cælestis militia conclamabat, et nunc, quando in nomine Iesu Phil. 2, 10
Christi omne genu flectitur caelestium, terrestrium et infernorum, de
principio natiuitatis eius quæstio commouetur. nos autem, frater, cum apostolo
dicimus: etsi cognouimus dominum secundum carnem, sed iam nunc non 2 Cor. 5, 16
cognoscimus neque possumus iniuriosa perscrutari qui iubemur honorem dare,
timorem reddere et expectandum, non perscrutandum iudicem confitemur.

EPISTVLA S̄CISSIMI ARCHIĒPI ROMAE LEONIS AD FLAVIANVM ARCHIĒPM CONSTANTINOPOLITANVM

4 Dilectissimo fratri Flauiano episcopo Leo episcopus. Cum Christianissimus etc.
Leonis ep. 3

EPISTVLA FLAVIANI ARCHIĒPI CONSTANTINOPOLITANI AD LEONEM ARCHIĒPM ROMAE

5 Sanctissimo et deo amantissimo patri et consacerdoti Leoni Flauianus in domino
salutem. Nihil est quod stare faciat diaboli nequitiam, incontentibile malum,
plenum ueneno mortifero. sursum atque deorsum circuit quærens quem percutiat, Iac. 3, 8
quos conturbet, quem deuoret, unde et uigilare et sobrii esse ad orationes et propin- 1 Petr. 5, 8
quare deo et fatuas quæstiones respuere et patres sequi et non transgredi terminos 2 Tim. 2, 23
æternos ex scriptura sancta didicimus. deponens itaque tumorem luctus, lacri- Prou. 22, 28
marum multitudinem, quoniam eorum qui sub me constituti sunt, clericus captus
est nec eum saluare præualui neque lupo præripere, licet animam meam paratus
fuissem ponere pro eo, ut raptus est, ut exiliuit odio habens uocantis uocem et ad
perditorem maxime currens et memorias quoque paternas declinans et eorum itinera
prorsus abhorrens, pergo in hunc sermonem.

Φ^c [=*P usque ad* 10 causis, *M*]
1 tristissimas *M* tristissime *P* 3 opprimet Φ^c deicet *M de P non constat* 4 *post* causis *des. P propter folii defectum* emerget *M*

---

4 *Græca uersio extat in Epist. coll. B 4*

Φ^c [=*P inde a* uol. 4 p. 4, 23 libellum, *M*], Φ^r [=*CDC^aY*]
17 IIII *MC^aY* incip̄ ēpla *CDY* 18 constantinopoli *MD* 19 episcopo *om. M*

---

5 *Græcum exemplar extat in Epist. coll. H 3, altera uersio Latina in Collectione Nouariensi de re Eutychis 3*

Φ^c [=*PM*], Φ^r [=*CDC^aY*]
21 V *MC^aY* INCIPT̄ EPISTOLA *CDY* 22/23 Sanctissimo—salutem *om. C^a* 22 sanctissime et deo amantissime *CD* 23 nequitia *CDC^a* incontemptibile Φ^r incontemtibile *P* incomptibile *M* 24 sursum enim *M* 25 τίνας ταρdξηι pro τίνα σπαρdξηι turbet *C^a* quos *Y* 27 ex *om. C^a* deponentes *C^aY* 28/29 captus clericus est a fero dæmone *P* [=Γ] 30 uocantes *C^a*

[Mt. 7, 15. 16] Sunt quidam in uestibus ouium, intus autem lupi rapaces, quos ex fructibus [1 Ioh. 2, 19] agnoscimus. isti primo quidem uidentur ex nobis esse, sed non sunt ex nobis; si enim fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum. quando uero suam euomuerint impietatem, dolum qui in eis est, erumpentes et adprehendentes infirmiores et eos qui ad eloquia diuina sensus inexercitatos habent, secum eos contrahunt ad [2 Petr. 3, 16] perditionem, subuertentes et iniuriantes paternas doctrinas sicut et sanctas scripturas ad perditionem suam. quos oportet præscientes cauere, ne malitia eorum quidam [Ps 139, 4] seducti abscidantur a propria firmitate. exacuerunt enim linguas suas sicut serpentes; uenenum aspidum sub labiis eorum, sicut de his clamauit propheta. talis igitur nobis quidam nunc apparuit Eutyches dudum presbyter et archimandrita; tamquam ea quæ nostra sunt, sapiens et rectam fidem in se habens, Nestorii quidem impietati resistens et pugnam aduersus eum simulans, trecentorum uero decem et octo sanctorum patrum de fide confectam expositionem et sanctæ memoriæ Cyrilli ad Nestorium scriptam epistulam et eiusdem similiter ad Orientales, quibus omnes consenserunt, conatus euertere et antiqua impii Valentini et Apollinaris [Mt. 18, 6] mala dogmata renouare (nec timuit regis ueri præceptum dicentis quicumque scandalizauerit unum de pusillis istis minimis, melius erat ut suspenderetur mola asinaria circa collum eius et mergeretur in profundum maris), impudenter autem omnem abiciens et pellem quæ eum circumdabat, excutiens aperte coram sancta synodo uestra confirmabat dicens dominum nostrum Iesum Christum non oportere ex duabus naturis post inhumanationem in una subsistentia et in una persona a nobis agnoscendum neque carnem domini consubstantialem nobis esse tamquam ex nobis adsumptam et unitam deo uerbo secundum subsistentiam, sed dicebat uirginem quidem quæ eum peperit secundum carnem, consubstantialem nobis esse, ipsum autem dominum non sumpsisse ex ea carnem nobis consubstantialem, sed domini corpus non esse quidem corpus hominis, humanum autem corpus, quod ex uirgine est, omnibus expositionibus sanctorum patrum resistens. sed ne cuncta percurrens inmensitatem litteris faciam, gesta quæ dudum in eo confecta sunt, direximus tuæ sanctitati, in quibus et sacerdotio eum uelut in talibus captum et monasterii dispositione et nostra communione priuauimus, quatenus et tua sanctitas cognoscens ea quæ eius sunt, omnibus qui sub tua reuerentia constituti sunt deo amantissimis episcopis manifestam faciat eius impietatem, ne forsitan ignorantes ea quæ sapit et in quibus aperte captus est, tamquam ad consortem fidei litteras aut aliter confessiones ad eum repperiantur efficere.

Omnem cum uestra beatitudine in Christo fraternitatem ego et qui mecum sunt, plurimum salutamus.

Φ^c [$=PM$], Φ^r [$=CDC^aY$]

1 uestium *M* fructibus eorum *M* 2 agnoscemus C^a cognoscimus Φ^c, *corr. P* primum C^a uidentes C^a uidebantur *P* 3 si enim—nobiscum] cum C^a 4 dolo *CY*, *corr. C* 5 sensos *M* 5/6 et ad perditiones *y* 6 sed uertentes *M* 7 malitias *M* 8 sicut *om. M* 9/10 propheta clamauit C^a 10 nunc apparuit] nuncupauit *M* et *om. y* 12 resistit *P* pugnans *M* 13 uero *om. P* de fide] fidem *P* confactam *CD* et *om. Py* 14 subscriptam *M* 15 conatur *P* antiquam PC^aY 16 malaque *M* reuocare *Y* dicens *P* 18 collo *CD* profundo *Y* malis *M* 18/19 inpudentiam *P* 20 synodum C^a uestra] ὑμῶν pro ἡμῶν 21 humanationem *Y* unam subsistentiam *M* 21/22 unam personam *M* 22 consubstantiale *M* 23 uerbum C^a consistentiam *C* consubsistentiam C^{corr} *D* 24 qui Φ^c 24/25 esse nobis consubstantialem *CD* 25 carne CDC^a 27 nec *M* 29 est *M* captum *om.* C^a 30 monasterio *M* 32 faciet *CD* 33 aperte *om. Y* sortem *P* 34 efficerit *P* effecerit *M* 35 uestram PC^a beatitudinem $\Phi^c C^a$

Et alia manu: incolumis in domino et orans pro nobis doneris nobis, deo amantissime pater.

EPISTVLA SANCTISSIMI ARCHIEPISCOPI ROMAE LEONIS AD FAVSTVM PRBM

6 Dilectissimo Fausto presbytero Leo episcopus. Gratum semper etc. *Leonis ep. 4*

Ƶ Epistula encyclia siue synodica sanctissimi archiepiscopi Romæ Leonis ad Flauianum archiepiscopum Constantinopolitanum, quæ non posita cum istis epistulis, eo quod in gestis sancti et uniuersalis concilii Chalcedonensis tertiæ actionis inserta sit. *edita est in Coll. Nouar. de re Eutychis 5* [*uol. 2 p. 24—33*]

H̄ EPISTVLA FLAVIANI ARCHIEPI CONSTANTINOPOLITANI SCRIPTA AD EVNDEM ARCHIEPM SENIORIS ROMAE LEONEM

8 Sanctissimo et beatissimo patri et consacerdoti Leoni Flauianus in domino salutem. Pietate et recta prædicatione uerbi ueritatis nihil honorabilius sacerdotibus, sicut nosti, deo amantissime. omnis enim nostra spes atque salus et retributio promissorum bonorum in his est. propterea omnia facienda a nobis sunt et laborandum pro uera fide et expositionibus dogmatibusque sanctorum patrum, quatenus per omnia et inter omnes concussiones rerum integra hæc et inuiolata saluentur atque custodiantur. necessarium itaque fuit nunc etiam uidentes nos lædi orthodoxam fidem et renouari Apollinaris et Valentini hæreses ab Eutyche monacho non hoc despicere, sed in aperto hoc pro cautela populi reuelare. iste enim iste Eutyches absconditum in se langorem malæ sectæ retinens insiliens nostræ mansuetudini inuerecunde et inpudenter in multos impietatem propriam præsumpsit inferre, dicens ante inhumanationem quidem saluatoris nostri Iesu Christi duas naturas esse diuinitatis et humanitatis, post unitatem uero unam naturam factam, neque sciens quod dicit, neque de quibus adfirmat. (1 Tim. 1, 7) neque enim unitas conuenientium in Christo duarum naturarum, sicut et uestra religiositas nouit, proprietates suas in unitate confudit, sed manent in unitate perfectæ naturarum proprietates. adiecit

---

Φ^c [$=PM$], Φ^r [$=CDC^aY$],
1 et alia manu Φ^c *om.* Φ^r incolumes *M* et *om. P*

3/4 transscribenda *in mg. C*

Φ^c [$=M$], Φ^r [$=CDC^aY$]
Græca uersio extat in Epist. coll. H 4
3 VI MC^aY incipit epistola *Y* 4 filio fausto *P* [$=\Gamma$]
6 Ƶ *CD* VII MC^aY 7 archiepiscopum *om. M* 7/8 quæ—sit *om. et totam epistulam perscribit* Φ^c 7 quæ—posita *om. Y* epistolis ob hoc in ordine suo composita non est *Y* 8 eo quod] quia *Y* est *Y*

---

8 *Exemplar græcum extat in Epist. coll. H 5. Latina uersio altera habetur in Collectione Nouariensi de re Eutychis 4*

Φ^c [$=PM$], Φ^r [$=C, D$ (19—27 haud pauca abcissa), C^a], *Y*
10 H̄ *C* VIII C^aMY INCIPIT EPISTOLA *Y* CONSTANTINOPOLIS C^a 11 senioris *om.* C^a leonis *P* 16 ueritate fidei *M* 17 concursiones *M* et *om.* Φ^c 17/18 seruentur *P* 18 atque] at C^a necessariam *M* 19 apollonaris *CD* heresim [heresem *P*] et Φ^c 20/21 iste—iste] . . tet enim . . *Y* sed enim iste *y* iste² *om.* Φ^c 21 insilient *M* insilens *Y* 22 uerecunde *CD* inprudenter C^a 23 humanationem *P* 26/27 sicut—naturarum *om. M* 26 et *om. PCD* religiositas [religio *P*] nouit PC^aY re *CD* 27 confundit *P*

autem et aliam impietatem dicens corpus quod ex Maria factum est domini, non esse nostræ substantiæ neque humanæ consparsionis, sed humanum quidem illud uocabat, non tamen nobis consubstantiale neque genetrici eius secundum carnem. et hæc aiebat, cum in gestis Ephesi habitis a sancto et uniuersali concilio in epistula scripta ad impium damnatumque Nestorium aperte sic habeatur quia diuersæ quidem ad unitatem ueram concurrere naturæ, unus autem ex ambabus Christus et filius, non tamquam naturarum differentia sit perempta propter unitatem, sed potius effecerint nobis unum dominum Iesum Christum diuinitatis et humanitatis per ineffabilem et inintellegibilem ad unitatem concursionem. et hoc non latet tuam sanctitatem, dum omnino legerit gesta quæ Ephesi sunt confecta. quæ pro nihilo ponens idem Eutyches arbitratur non se daturum pœnam præfinitam a sancto illo et uniuersali concilio, quoniam per hæc multi simpliciores ex eius eloquiis in fidei sermone læduntur. accusatum uero eum a reuerentissimo episcopo Eusebio et occurrentem in sanctum concilium et uoce sua sectam propriam retegentem alienumque existentem a recta fide damnauimus, sicut docebunt uestram sanctitatem omnia quæ super eo sunt gesta quæque direximus cum nostris his litteris. iustum autem est et hoc uobis, sicut arbitror, intimari quia idem Eutyches passus iustam canonicamque damnationem, cum debuisset secundis saluare priora et per pænitentiam perfectam multasque lacrimas placare deum nostrumque cor uehementer contristatum in eius ruina per ueram sanare pænitentiam, non solum hoc non fecit, sed etiam per omnia conturbare sanctam quæ apud nos est, ecclesiam festinauit, propositiones iniuriarum publice ponens et maledictionibus plenas, super hæc et preces offerens piissimo et Christo amantissimo nostro imperatori et easdem arrogantia et petulantia plenas, per omnia diuinas regulas conculcare conatus. sed his ita secutis litteræ nobis datæ sunt uestræ sanctitatis per admirabilem comitem Pansophium, per quas sumus edocti quia idem Eutyches libellos direxit uobis plenos omni fallacia atque calliditate, dicens iudicii tempore libellos se dedisse appellationis et nobis et hic conuenienti sancto concilio et appellasse uestram sanctitatem, quod nequaquam ab eodem factum est, sed etiam in hac parte mentitus est, tamquam per fallaciam mendacii subripere se uestris sanctis auribus putans. commotus itaque, sanctissime pater, in his omnibus quæ ab eo præsumpta sunt, et ob ea quæ in nos et sanctissimam ecclesiam facta sunt atque fiunt, consuete fiducialiter age secundum quod sacerdotio competit, propriamque faciens communem causam et sanctarum ecclesiarum disciplinam, simul decernere in damnatione aduersus eum regulariter facta et per propria scripta dignare, confortare autem et piissimi et Christo amantissimi nostri imperatoris

---

Φ^c [= *PM*], Φ^r [= *CDC*^{a}*Y*]

1 dicens est *D* 2 nostræ *om. CD* illud quidem *P* uocabat Φ^c Γ uocat [uacat C^a] Φ^r 3 genitricis Φ^c, *uaria lectio in* Γ carne *P* 4 agebat Φ^c *Y* in gestis in *P* habiti *M* in *om. M* 5 habetur C^a 6 ambobus *CDC*^{a} 8 effecerint *M* efficerent *P cf.* Γ effecerit Φ^r 9 inintelligibilem *P* intellegibilem *M*Φ^r 10 legeris *P* in ephesi *P* 11 arbitramur *M* 12—13 quoniam—uero] *sententiæ falso coniunctæ* 13 episcopo *om. CDY* 14 occurente *P* sectam] rectam *CD* recte gentem *CD* regentem Φ^c 15 existente Φ^c recte *CD* 16 eo sunt *om. P* eorum P^{corr} sint *Y* 17 passus iustam] passupius tam *CD* 18 saluatore *PC*^{a} 19 placere *CC*^{a}*Y*, *corr. C* placiret *P* placaret P^{corr} dō C^a dnm *P* 20 ruinam *PC*^{a}*Y* 21 perturbare *M* est *om. M* 22 plenus C^a 23 xpi amantissimo *CD* xpianissimo *PY* 23/24 plenas petulantia C^a 24 secutus C^a 25 pamsopium *P* 26 direxerit *PY* 29 eo *P* etiam et *Y* fallatium *CD* 31 ab *P* 31/32 scissima ecclesia Φ 32 finiunt C^a agere *P* 34 discernere *P* damnationem C^a*Y* eam C^a factam C^a 35 scriptura *D* in xpo amantissimi *M* nostro impi *P* nostri *om. Y*

fidem. causa enim eget solummodo uestro solatio atque defensione, qua debeatis consensu proprio ad tranquillitatem et pacem cuncta perducere. sic enim hæresis quæ surrexit, et turbæ quæ propter eam factæ sunt, facillime destruentur deo cooperante per uestras sacratissimas litteras, remouebitur autem et concilium quod fieri diuulgatur, quatenus nequaquam ubique sanctissimæ turbentur ecclesiæ.

Omnem quæ uobiscum est fraternitatem ego et qui mecum sunt, salutamus.

Incolumis in domino et orans pro nobis doneris nobis, religiosissime et sanctissime pater.

Θ̄ EPISTVLA S̄CISSIMI ARCHIĒPI ROMAE LEONIS AD IVLIANVM ĒPM COENSEM

9 Dilectissimo fratri Iuliano Leo. Licet per nostros etc. *Leonis ep. 5. Græca uersio extat in Epistularum collectione H 6*

9 ADNOTATIONES RVSTICI uol. IIII p. 6, 18 antiqua fraus Eutychianorum Nestoriano [nestoriane $C^{mg}D^{mg}$] nomine criminari catholicos $C^{mg}D^{mg}$ 20 deitatem uerbi ab assumpti hominis substantia Nestorius separabat C^{mg} 24 uerum hominem ihm̄ xpm̄ ia(cet) [sed D^{mg}] mediatorem dei et hominum [hominem C^{mg}] $C^{mg}D^{mg}$ 28 qui erat in forma dei, manens idem in forma serui homo natus $C^{mg}D^{mg}$ p. 7, 4 ueram ueri hominis totamque naturam $C^{mg}D^{mg}$ 9 in deitate trinitatis unius naturæ, in susceptione hominis unius personæ C^{mg} 13 optima et de unitione $C^{mg}D^{mg}$ 14 assumptam naturam beatificans C^{mg} 15 glorificata in glorificante C^{mg} 18 unitatem sui atque hominis [homo $C^{mg}D^{mg}$] deitatis præstat potestas $C^{mg}D^{mg}$ 21 in utroque est idem aliter C^{mg}, *cf.* C 25 nōt exultatio assumpti, non assumentis $C^{mg}D^{mg}$ p. 8, 3 copularet C^{mg} 21 iacet [*scripsi* a C^{mg}] nam non C^{mg}

Ī EPISTVLA S̄CISSIMI ARCHIĒPI ROMAE LEONIS AD FAVSTVM MARCIANVM ET RELIQVOS ARCHIMANDRITAS CONSTANTINOPOLIS

10 Dilectissimis filiis Fausto et Marciano et reliquis archimandritis Leo episcopus. Cum propter etc. *Leonis ep. 10. Græca uersio extat in Epistularum collectione H 7*

10 ADNOTATIONES RVSTICI uol. IIII p. 12, 8 in Christo nostram naturam $C^{mg}D^{mg}$

ĪA EPISTVLA S̄CISSIMI ARCHIĒPI ROMAE LEONIS AD IMPERATOREM THEODOSIVM

11 Gloriosissimo et clementissimo Theodosio augusto Leo episcopus. Quantum rebus humanis etc. *Leonis ep. 7. Græca uersio extat in Epistularum collectione H 10*

11 ADNOTATIONES RVSTICI uol. IIII p. 9, 22 iacet [in C^{mg} *om.* D^{mg}] merito reprobabili [reprobabilis $C^{mg}D^{mg}$] $C^{mg}D^{mg}$

ĪB EPISTVLA LEONIS ARCHIĒPI ROMAE AD PVLCHERIAM AVḠ

12 Quantum sibi etc. *Leonis ep. 8. Græca uersio extat in Epistularum collectione H 11*

12 ADNOTATIONES RVSTICI uol. IIII p. 10, 15 Nestorium dixisse solum hominem natum $C^{mg}D^{mg}$ 20 illius generis et seminis C^{mg} p. 11, 2 ordinem reddit heresiarchæ, si pænituerit $C^{mg}D^{mg}$

Φ^c[=*PM*], Φ^r[*CDC^aY*]

1 egit C^a defensionem C^a 2 et pacem *om.* *D* pace *C* heresim *M* 3 eum Φ^c*CD* 5 perturbentur Φ^c 6 sunt *M* saluta *spat.* *M* 7 religiosissimus *CD* 9 Θ̄ *C* VIIII $\Phi^c C^a Y$ *om.* *D* INC̄ EPISTOLA *Y* ciuitatis romane *M* coensium ciuitatis Φ^c 12—13 *om.* *P*, *add.* P^{corr} 12 Ī *C* X $\Phi^c C^a Y$ *om.* *D* INCIPIT EPISTOLA *Y* sanctissimi] eiusdem *M* et marcianum Φ^c 13 Constantinopolis *om.* *Y* 14 dilectissimo filio *P* archimandritis constantinopolis *Y* 16 ĪA *CD* XI $\Phi^c C^a Y$ INCIPT EPISTOLA *Y* epistulam *P* Romæ *om.* Φ^c 19 ĪB *CD* XII $\Phi^c C^a Y$ INCIPIT EP̄LA *Y* epistulam *P* ROMANI C^a rom̄ *PC* 20 *inscr.* gloriosissime et clementissime filie pulcherie auguste leo ēps Φ^c

ΙΓ S̄CISSIMI ARCHIĒPI ROMAE LEONIS EPISTVLA SCRIPTA AD SECVNDVM CONCILIVM EPHESENVM CONTRA EVTYCHEN QVAE PERDVCTA QVIDEM EST OCCVLTATA VERO PROPTER QVOD NON FVERIT CONCESSA PVBLICARI ĒPIS A DIOSCORO

13 Religiosa clementissimi etc. *Leonis ep. 12. Græca versio extat in Epistularum collectione H 8*

ΙΔ EPISTVLA S̄CISSIMI ARCHIĒPI ROMAE LEONIS AD IMPERATOREM THEODOSIVM QVA ROGAVIT SPECIALE CONCILIVM IN ITALIA FIERI ET IN NVLLO ALIO LOCO EO QVOD CONTRARIA SIT CANONIBVS SECVNDA SYNODVS EPHESENA

14 Gloriosissimo et clementissimo Theodosio augusto Leo ēps. Olim et ab initio etc. *Leonis ep. 25. Græca uersio extat in Epistularum collectione M 1*

14 ADNOTATIONES RVSTICI uol. IIII p. 26, 13 omnia ad se peruenisse $C^{mg}D^{mg}$ 30 omnia ab eo suspendi C^{mg} p. 27, 7 omnes offensiones $C^{mg}D^{mg}$

ΙΕ EPISTVLA ALIA S̄CISSIMI ARCHIEPI ROMAE LEONIS AD IMPERATOREM THEODOSIVM CVLPANS EPHESIVM CONCILIVM

15 Gloriosissimo et clementissimo Theodosio augusto Leo eps̄ et sancta synodus quæ in urbe Roma conuenit. Litteris clementiæ etc. *Leonis ep. 18. Græca uersio extat in Epistularum collectione M 12*

15 ADNOTATIONES RVSTICI uol. IIII p. 19, 24 de sancto Hilaro tunc diacono C^{mg} p. 20, 2 de sacerdotibus reiectis C^{mg} 23 omnia dixit C^{mg}

Ιϛ EPISTVLA LEONIS ARCHIEPI ET S̄CI CONCILII QVOD ROMAE COLLECTVM EST AD PVLCHERIAM AVGVSTAM

16 Gloriosissimæ et clementissimæ filiæ Pulcheriæ augustæ Leo episcopus et sanctum concilium Romæ collectum. Si epistulæ etc. *Leonis ep. 23. Græca uersio extat in Epistularum collectione H 12*

ADNOTATIONES RVSTICI uol. IIII p. 24, 28 omnibus C^{mg}

ΙΖ EPISTVLA HILARI DIACONI ROMANI AD PVLCHERIAM AVGVSTAM

17 Gloriosissimæ atque piissimæ Pulcheriæ augustæ Hilarus diaconus. Studium mihi etc. *Leonis ep. 26. Græca uersio extat in Epistularum collectione H 13*

ADNOTATIONES RVSTICI uol. IIII p 28, 2 omnia C^{mg} 7 quia quae iste nuntiauit ipse [ipsa C^{mg}] Leo papa rescripsit ad Pulcheriam augustam C^{mg}

Φ^c [$=PM$, *inde a* 11 PDM], Φ^r [$=C$, D (*usque ad* 10), C^aY]

1 ΙΓ C Ιϛ D XIII Φ^cC^aY 1—3 ēpla [epistulam P] eiusdem ad [ad *om.* M] inpium [secundum M] concilium ephesenum Φ^c 1 INCIPIT ĒPLA S̄CISSIMI—LEONIS SCRIPTA Y 2 occulta y pro eo quod C^a 6 ΙΔ CD XIIII Φ^cC^aY epistulam P INCIPIT ĒPLA Y sanctissimi—Leonis] eiusdem Φ^c 6/7 qua—fieri] pro concilio in italia faciendo Φ^c 7 et eo P et M 8 ephesina P EPHESIA CDC^a 11 ΙΕ C XV MC^aY XIIII D item epistola D INC̄ ĒPLĀ Y ALIA *om.* PDC, *corr.* C sanctissimi—Romæ *om.* M papæ D leonis et s̄cāē synodi Y leonis alia P eiusdem M 12 EPHESENVM Φ^c Y *in fine add.* QVOD ADVERSVS S̄CISSIMVM FLAVIANVM ĒPM FACTVM [facta M] EST PETENTIS ALIVD CONCILIVM IN PARTIBVS [in partibus *om.* M] ITALIAE CAELEBRARI DM 13 sancta *om.* P 14 rome collecta DM qui in urbe romana conuenit D^{mg} 16 Ιϛ C XVI Φ^aC^rY XV D INC̄ ĒPLĀ Y Leonis archiēpi] PAPAE LEONIS D eiusdem M s̄cique M 16/17 A PVLCHERIA AVGVSTA C^a PVLCHRIAM D 18 filiæ *om.* M 21 ΙΖ C XVII PMC^aY XVI D PVLCHRIAM D 22 pulchriae D, *corr.* D^{mg}

ΙΗ EPISTVLA GALLAE PLACIDIAE AVGVSTAE AD PVLCHERIAM AVGVSTAM

18 Galla Placidia piissima semper augusta Aeliæ Pulcheriæ piissimæ semper augustæ filiæ. Vt Romam frequentibus concursionibus adæque desideremus inspicere, causa nobis est amplectendæ religionis, ut terminis sanctorum nostram exhiberemus præsentiam, quos certum est pro sua uirtute in cælestibus constitutos neque inferiora despicere. nos itaque sacrilegum esse credimus, si sollemnium ordinem denegemus. cum igitur beato apostolo Petro nostram præsentiam dedissemus, illic multitudine sacerdotum reuerentissimus Leo papa circumdatus pro dignitate sui loci nos primus adiit. qui propter interpositam gemitus sui tristitiam desiderium pæne suum uerbis insinuare non poterat, uicit tamen constantia sapientiæ sacerdotis, ut lacrimas paululum retineret et causam uiolatæ fidei tamquam huius uindex manifesto sermone proferret. in quo sermone cognouimus nostris temporibus catholicam fidem esse turbatam, quam a diuo patre nostro Constantino nostri generis parentes hactenus seruauerunt. secundum uoluntatem namque cuiusdam prauum aliquid aduersus sacerdotem Constantinopolitanum exercitatum dicitur. nos itaque in Epheseno concilio, quo nullus ordinem sacerdotii custodiuit neque mensuram, sine consideratione diuinitatis omnia esse gesta cognouimus, quatenus præsumptio et iniustitia in quorundam damnationem obtinere dicatur, quæ nostris temporibus terribilia esse uidentur. debet itaque fides proprie ualere, sanctissima atque uenerabilis filia augusta. igitur tua clementia secundum catholicam fidem, quod semper nobiscum fecit, et nunc similiter conspirare dignetur, ut quicquid in illo tumultuoso miserrimoque concilio constitutum est, omni uirtute submoueatur et omnibus integris permanentibus ad apostolicæ sedis, in qua primus beatus apostolorum Petrus qui etiam claues regnorum cælestium suscipiens sacerdotii principatum tenuit, episcopatus causa mittatur. debemus enim primatum in omnibus inmortali conuersationi tribuere, quæ totum mundum propriæ uirtutis dominatione compleuit et nostro imperio orbem gubernandum seruandumque commisit.

ΙΘ SACRAE LITTERAE TAM A DOMNO NOSTRO VALENTINIANO QVAM A DIVAE MEMORIAE PLACIDIA NEC NON ET EVDOXIA AVGVSTA AD THEODOSIVM DIVAE MEMORIAE VT IVBERET IN PARTIBVS ITALIAE CONCILIVM CELEBRARI

19 Domino meo Theodosio gloriosissimo uictori ac triumphatori perpetuo imperatori et patri uictor Valentinianus gloriosus [uictor] ac triumphator semper augustus

18 *Græca uersio extat in Epist. coll. H 14*

*Φ*c [=*PDM*], *Φ*r [=*CC*a*Y*]

18 *post* 21 *coll. D* ΙΗ *C* XVIII *MC*a*Y* XX *D* 1 INCIPIT EPISTVLA *Y* PVLCHRIAM *D* 2 Aeliæ] helenæ *DC*a, *corr. D*mg pulchriæ *D* 3 Vt *om. P* 4 amplectendi *C*a amplectenda *D* exhibeamus *DM*, *corr. D*mg 6 discere *P* sacrilegium *Y* 8/9 loci nos] locinus *C* 9 pæne *om. M* 10 sapientiam *M* sapientia *P* 11 uiolecte *P* uiolenta *P*corr 15 aduersum *P* dicitur exercitatum *D* 16 epheso *C* quod *P* 18 damnatione *PDy* 19 ualere *om. P* 20 secundum] secundum tuam clementiam *C*a 21 illorum ultuoso *Y* tumultuosa *C* 22 miseroque *C*a 23 *postulatur* apostolicam sedem beatissimus *C*a beatissimorum *Y* apostolus petrus *PD* petrus apostolus *M* qui etiam *superflua* 24 episcoporum *D* epm̄ *M* episcm̄ *P* episcopatus *Φ*r τοῦ ἐπισκόπου [*sc. Flauiani*] Γ 26 uirtutes dominationes *C* 27 urbe *C*

19 *Græca uersio extat in Epist. coll. M 2. de tempore cf. Lietzmann, Petrus u. Paulus*2 *p. 98*

*Φ*c [=*PDM*], *Φ*r [=*CC*a*Y*]

ΙΘ *C* XVIIII *C*a*P* XIX *M* XVII *D* 28 INCIPIVNT SACRAE *Y* Littere directe *PM* 28—29 tam—augusta] VALENTINIANI IMPERATORIS *D* diuæ memoriæ ualentiniani et placidiæ nec non et eudoxiæ augustæ *y* 28 AD1 *C* 29 PLACIDA *C* placidie *M* diuæ memoriæ] AVGVSTVM *D* principem *y* 31 perpetuo] piissimo *M* 32 uictor1 *om. y* ualentianus *C* uictor *om. Φ*c, *corr. D, cf.* Γ

et filius. Cum aduenissem in urbem Romam ad diuinitatem placandam, sequenti d. 22. m. Febr. a. 450 die ad basilicam apostoli Petri processi et illic post uenerabilem noctem diei apostoli et a Romano episcopo et ab aliis cum eo ex diuersis prouinciis congregatis rogatus sum scribere uestræ mansuetudini de fide, quæ cum sit conseruatrix omnium fidelium animarum, dicitur perturbata. quam nos a nostris maioribus traditam debemus cum omni competenti deuotione defendere et dignitatem propriæ uenerationis beato apostolo Petro intemeratam et in nostris temporibus conseruare, quatenus beatissimus Romanæ ciuitatis episcopus, cui principatum sacerdotii super omnes antiquitas contulit, locum habeat ac facultatem de fide et sacerdotibus iudicare, domine sacratissime pater et uenerabilis imperator. hac enim gratia secundum sollemnitatem conciliorum et Constantinopolitanus episcopus eum per libellos appellauit propter contentionem quæ orta est de fide. huic itaque postulanti et coniuranti salutem nostram communem annuere non negaui quatenus ad tuam mansuetudinem meam petitionem ingererem, ut prædictus sacerdos congregatis ex omni orbe etiam reliquis sacerdotibus intra Italiam, omni præiudicio summoto, a principio omnem causam quæ uertitur, sollicita probatione cognoscens sententiam ferat quam fides et ratio ueræ diuinitatis expostulat. non debet enim nostris temporibus atque religione turbarum petulantia præualere, dum incommota fides hactenus fuerit conseruata. ad perfectiorem uero agnitionem uestræ diuinitatis direximus etiam gesta, per quæ et desideria et exclamationes omnium pietas uestra cognoscat.

K̄ 20 Domino uictori Theodosio triumphatori semper augusto filio Galla Placidia piissima et perpetua augusta mater. Dum in ipso ingressu ciuitatis antiquæ hanc curam habuissemus ut cultum beato Petro apostolo redderemus, in ipso adorando altari martyris reuerentissimus Leo episcopus, paululum se post orationem retinens, propter catholicam fidem apud nos defleuit, ipsum similiter summum apostolorum, quem nuper adieramus, testem obiciens, episcoporum multitudine circumsæptus, quos ex innumerabilibus ciuitatibus Italiæ pro principatu proprii loci seu dignitate collegit, et uerbis permiscens lacrimas ad communionem sui fletus nostros quoque gemitus prouocauit. non modicum detrimentum est ex his quæ gesta sunt, ut fides quæ tantis temporibus regulariter custodita est a sacratissimo patre nostro Constantino, qui primus imperio splenduit Christianus, nuper turbata sit ad arbitrium unius hominis, qui in synodo Ephesenæ ciuitatis odium et contentiones potius exercuisse narratur, militum præsentia et metu appetens Constantinopolitanæ ciuitatis episcopum Flauianum, eo quod libellum ad apostolicam sedem miserit ad omnes episcopos harum partium per eos qui directi fuerant in concilio a reuerentissimo episcopo Romæ, qui secundum definitiones Nicæni concilii consueti sunt interesse, domine sacratissime

---

20 *Græca uersio extat in Epist. coll. M 3*

Φ[c] [=*PDM*], *Φ*[r] [=*CC*[a]*Y*]

1 urbe roma *D* 4 cum sit *om. M* conseruatris *Y* conseruat res *M* 7 et *om. M* 9 et] ac *MY* 10 hæc *C*[a] 12 contionem *C* intentionem *C*[a] postolantiæ et *C*[a] 17 aduersus religionem *D, corr. D*[mg], fidei atque religioni *Y aliter* Γ 19 perfectionem *DC*[a]*Y* 20 desideriæ *C*[a] explanationem *D, corr. D*[mg] 21 *praem.* EPLA PLACIDIAE AD THEODOSIVM IMPERATOREM *D* INCIPIT EPISTOLA gallæ placidiæ ad theodosium imperatorem *Y* K̄ *C* XX *PC*[a]*Y* XVIII *D* Theodosio *om. C*[a]*Y* filio theodosio *Y* 22 et piissima *Y* et *om. M* 24 reuerentissima *P* 26 multitudinem *D* 27 pro *om. M* propriæ *D* siue *D* 29 fidem *P* quæ *om. P* 30 custodita est] custodiamus *M* 31 prius *D* in imperio *Φ*[c], *corr. D* xpiano *P* 33 præsentiæ *CD*[corr] præsentiam *DY* 34 miserit et *DM*Γ 35 romano *D, corr. D*[mg] 36 definitionem *D* constituti *C*[a]

fili uenerabilis imperator. hac itaque gratia tua mansuetudo tantis turbis resistens ueritatem inmaculatam fidei catholicæ religionis seruari præcipiat, ut secundum formam et definitionem apostolicæ sedis, quam etiam nos tamquam præcellentem similiter ueneramur, in statu sacerdotii inlæso manente per omnia Flauiano, ad concilii et apostolicæ sedis iudicium transmittatur, in qua primus ille qui cælestes claues dignus fuit accipere, principatum episcopatus ordinauit, quando scilicet decet nos huic maximæ ciuitati, quæ domina omnium est terrarum, in omnibus reuerentiam conseruare. diligentius autem etiam in hoc prouidete ne quod priscis temporibus nostra generatio custodiuit, sub nos imminui uideatur et per præsens exemplum scismata generentur inter episcopos ac sanctas ecclesias.

KA̅ EPISTVLA LICINIAE EVDOXIAE AVGVSTAE AD THEODOSIVM

21 Domino Theodosio inclito semper augusto et patri Licinia Eudoxia piissima et perpetua augusta. Omnibus notum est tuam mansuetudinem curam atque sollicitudinem habere Christianorum et catholicæ fidei in tantum ut iuberetis ad iniuriam eius nihil omnino faciendum. cum igitur feliciter Romæ fuissemus ingressi et in liminibus basilicæ sanctissimi Petri uenissemus, Leo beatissimus Romanæ ciuitatis episcopus etiam cum aliis plurimis episcopis postulationem nobis optulit, dicens omne dogma religionis per Orientem fuisse turbatum et accidisse quatenus tota Christianorum fides ad confusionem omnem perduceretur. nam Flauianum Constantinopolitanæ ecclesiæ episcopum propter inimicitias Alexandrini episcopi ingemescebat expulsum et hoc cum aliis episcopis postulauit, protestans et ipsorum uenerabilium locorum cultum et mansuetudinis nostræ salutem, quatenus ad tuam clementiam ex hac causa meas litteras destinarem, domine sanctissime pater et adorabilis imperator. salutans igitur iusta posco quatenus his litteris curam uestra tranquillitas præbere dignetur et quæ male gesta sunt, emendari præcipiat, donec omnibus quæ iam definita sunt, reuocatis ex integro causa fidei et Christianæ religionis, quæ mota est, in partibus Italiæ congregato concilio perquiratur. scriptum est enim hic omnem contentionem motam, quatenus Flauianus episcopus ex humanis rebus potuisset auferri.

KB̅ EPISTVLA THEODOSII RESCRIPTA AD VALENTINIANVM

22 Domino meo Valentiniano augusto Theodosius. Et Romæ peruenisse tuam mansuetudinem et petitionem oblatam a Leone reuerentissimo patriarcha in ipso litterarum textu a tua maiestate significatum est. et de tua quidem incolumi in

21 *Græca uersio extat in Epist. coll. M 4*
22 *Græca uersio extat in Epist. coll. M 5*

Φ^c [=*PDM*], Φ^r [=*CC^aY*]

1 fili et *M* 2 inmaculatæ *D* 4 instatuta *M* permanente *P* *ante* ad *superscr.* et *D* 5 et *erasit D* iudicio C^a 6 ornauit Φ^c [=Γ], *corr.* D^{mg} decet *om.* C^a 7 est omnium C^a tuarum *PMC*D^{mg} γεῶν *siue* πόλεων Γ 9 minui *P* 10 scismata] similia Φ^c, *corr.* D^{mg} generantur *Y* gerantur *M* in Φ^c, *corr. D* et *Y*
11 KA̅ *C* XXI *PM*C^a*Y* XVIIII *D* INCIPIT EPISTOLA *Y* THEODOSIVM IMPERATOREM Φ^c 13 augusta filia *DM* [=Γ] 13/14 curam—sollicitudinem *om.* C^a 15 fuissemus romæ *P* 17 attulit *C*D^{mg} 18 et hoc Φ^c [=Γ] 19 omnino Φ^c, *corr.* D^{mg} *om.* Γ 23 meas] has *D* eas D^{mg} *om. M* litteris *M* sacratissime Φ^c [=Γ], *corr.* D^{mg} et *om. Y* 24 iuxta *Y* litteris] γράμμασι *pro* πράγμασι 25 præberet C^a emendare *D*C^a 26 quæ iam] qua etiam *C* 27 congregatio *C* perquiratis *C*D^{mg} 28 enim *om.* C^a hinc *D*C^a, *corr. D* motum *M*
30 KB̅ *C* XXII *PM*C^a*Y* XXI *D* INCIPIT RESCRIPTVM theodosii ad ualentinianum aug̃ *Y* THEODOSII IMP̃RIS *D* VALENTINIANVM AVGVSTVM *D* 33 textu] ex *C*

Romana urbe reuersione gratias competentes diuinæ maiestati reddidimus, domine sanctissime fili et uenerabilis imperator; de his autem quæ dixit memoratus reuerentissimus uir, indicatum est ad eundem latius atque plenius, sicut arbitrati sumus, et agnouit nos in nulla parte a paterna religione et maiorum traditione resilisse. nihil aliud uolumus quam sacramenta paterna per successionem nobis tradita inuiolabiliter custodire. propter hanc igitur causam quoniam quosdam agnouimus sanctissimas ecclesias nocibili nouitate turbare, synodum decreuimus Ephesi fieri: præsentia quippe reuerentissimorum episcoporum cum multa libertate et integra ueritate et indigni sacerdotio remoti sunt, et qui iudicati sunt esse digni, suscepti sunt. nihil igitur ab his contrarium regulæ fidei aut iustitiæ factum esse cognouimus. omnis igitur contentio sacro iudicio examinata est; Flauianus autem, qui reus inuentus est læsibilis nouitatis, debitum recepit et hoc remoto omnis pax et omnis concordia regnat in ecclesiis et nihil aliud quam ueritas uiget.

K̅Γ̅

EPISTVLA THEODOSII RESCRIPTA AD GALLAM PLACIDIAM

23 Dominæ meæ Placidiæ uenerabili augustæ Theodosius. Ex litteris tuæ mansuetudinis nostra cognouit æternitas quid reuerentissimus patriarcha Leo a tua æternitate poposcerit. his itaque litteris indicamus quoniam de his quæ dicta sunt a reuerentissimo episcopo, plenius atque apertius sæpius scriptum est, ex quibus sine dubitatione manifestatum est nihil nos præter paternam fidem aut dogmata diuina uel definitiones reuerentissimorum episcoporum qui tam sub diuæ memoriæ Constantino in Nicæa ciuitate quam dudum nostro præcepto in Epheso congregati sunt, definisse aut decreuisse aut intellexisse, sed hoc solum in Epheso constitui iussimus, ut omnes qui nocibili læsione ecclesias sanctas turbauerunt, digne remouerentur. hæc sunt quæ non ad refragationem, sed ad concordiam et purum uinculum adorandæ religionis a reuerentissimis patribus sunt decreta; Flauianus autem princeps contentionis huius sacra sententia ab ecclesiasticis rebus expulsus est. hæc igitur sciens tua mansuetudo, domina sacratissima mater et uenerabilis augusta, nihil nos aliquando contrarium a tradita fide sentire, sicut a quibusdam dicitur, suspicemini aut cogitetis.

K̅Δ̅

EPISTVLA THEODOSII AD EVDOXIAM AVGVSTAM

24 Dominæ meæ Eudoxiæ uenerabili augustæ Theodosius. Semper equidem tui desiderii litteris delectamur et has tota animæ suauitate complectimur et omnibus tuis petitionibus consueuimus gratanter annuere, domina sacratissima filia uenerabilis

---

23. 24 *Græca uersio extat in Epist. coll. M 6. 7*

Φ[c] [=*PDM*], *Φ*[r] [=*CC*[a]*Y*]

1 gratia [gratias *D*[corr]] conpetenti *D* reddimus *CY*, *corr. Y* reddemus *D* 4 cognouit *C* nullam partem *C*[a] nihil enim *DM* [=Γ] 5 per ex *C*[a] successione *C* traditam *MC*[a] 6 custodiri *M* [=Γ] cognouimus *PC*[a]*Y* 7 nobili *MC*[a] 10 regulæ] rectæ *DM*, *corr. D*[mg] 13 ueritas pura *DM* [=Γ]

14 K̅Γ̅ *C* xxiii *PMC*[a]*Y* xxii *D* INCIPIT EPISTOLA *Y* AD PLACIDIAM AVGVSTAM *D* ad gallam *D*[mg] PLADICIAM *C*[a] 15 meæ *om. Φ*[c], *corr. D* 17 queque *C*[a] 18 sunt *DM om. PΦ*[r] ēpō sunt *Y* 19 manifestum *DCC*[a], *corr. CD*[mg] propter *C*[a] 20 difinitione *C*[a] diuinae *P* 21 nicena *M* quam qui *Φ*[c] 23/24 mouerentur *DM* 26 contentiones *C* 27 itur *C*[a] 29 cogetis *CD*[mg]

30 K̅Δ̅ *C* xxiiii *PMC*[a]*Y* xxiii *D* INCIPIT EPISTOLA *Y* THEODOSII IMPERATORIS *PD* AD *om. C* 32 suauitate] deuotione *M* 33 tuæ *Y* filia *om. M*

augusta. sed de præsenti causa, hoc est de Flauiano, qui fuit episcopus, quæ in hac causa subsecuta sint, reuerentissimo archiepiscopo Leoni perfecte nostra mansuetudo significauit; tuæ uero dulcedini hoc solum adprobauimus intimandum quia memoratus Flauianus sacro iudicio ab humanis rebus ablatus est, quatenus totius dubietatis contentio a sacris remoueretur ecclesiis, et nihil ulterius post hæc definire possibile est, cum iam semel ista decisa sint.

KE EPISTVLA SCISSIMI ARCHIEPI ROMAE LEONIS ET EIVS SCI CONCILII AD CLERICOS ET HONORATOS ET OMNEM POPVLVM CONSTANTINOPOLITANVM

25 Leo eps et sca synodus quæ in urbe Roma conuenit, clero honoratis et plebi consistenti Constantinopolim dilectissimis filiis in domino salutem. In notitiam etc. *Leonis ep. 19. Græca uersio extat in Epistularum collectione H 15*

KϚ EPISTVLA SCISSIMI ARCHIEPI ROMAE LEONIS AD ARCHIMANDRITAS CONSTANTINOPOLITANOS

26 Leo eps et sca synodus quæ in Romana ciuitate collecta est, Fausto Martino Petro magno heliæ presbyteris et archimandritis monasteriorum Constantinopolitanorum dilectissimis filiis in dno salutem. Quamuis ea etc. *Leonis ep. 24. Græca uersio extat in Epistularum collectione H 16*

26 ADNOTATIONES RVSTICI uol. IIII p. 25, 19 de ecclesiæ mac C^{mg}

KZ EPISTVLA VALENTINIANI ET MARCIANI AD ARCHIEPISCOPVM ROMAE LEONEM

27 Victores Valentinianus et Marcianus gloriosi triumphatores semper augusti Leoni reuerentissimo archiepiscopo gloriosæ ciuitatis Romæ. Ad hoc maximum imperium ueni dei prouidentia et electione senatus excellentissimi cunctæque militiæ, unde pro reuerenda et catholica religione Christianorum fidei, cuius auxiliis uirtutem nostræ potentiæ confidimus gubernari, tuam[que] sanctitatem principatum in episcopatu diuinæ fidei possidentem sacris litteris in principio iustum credimus adloquendam, inuitantes atque rogantes ut pro firmitate et statu nostri imperii æternam diuinitatem tua sanctitas deprecetur, ut et tale propositum atque desiderium habeamus quatenus omni impio errore sublato per celebrandam synodum te auctore maxima pax circa omnes episcopos fidei catholicæ fiat ab omni scelere pura et intemerata consistens.

ACTVM CONSTANTINOPOLIM CONSVLATV DOMNI VALENTINIANI PP AVGVSTI VII ET AVIENI VC

---

27 *Græcus textus extat in Epist. coll. M 10*

28 *Marcianus augustus leuatus est d. 24. siue 25. m. Aug. 450, cf. Chron. Pasch. p.* 590, 9

Φ^c [$=PDM$], Φ^r [$=CC^aY$]

1 præsentia CD^{corr} 2 hac *om.* C^a sunt *Y* 4 oblatus *C* 5 amoueretur Φ^c, *corr.* D^{mg} 7 KE *C* XXV $\Phi^c C^a Y$ XXIIII *D* INC EPLA *Y* EPLA PAPAE LEONIS *D* epla leonis papæ *M* sci *om. DM* clerum *D* 8 honeratos *C* nobiles constantinopolis *DM* omnem *om. DM* 10 constantinopoli consistenti C^a dilectissimis—salutem *om.* DMC^a, *corr.* D^{mg} ad DC^a

12 KϚ *C* XXVI $\Phi^c C^a Y$ XXV *D* INC EPLA *Y* EPLA PAPAE LEONIS *D* epla eiusdem *M* ARCHIMANDRITAM *C* constantinopolis *DM* 13 quæ *om. DM, corr. D* roma D^{corr} est *om. DM, corr. D* 14 heliæ *om.* C^a et ceteris pbris *DM* monasteriorum *om. DM* 14/15 constantinopolitanis *M om. D* constantinopolitarum CD^{mg} 15 dilectissimis—salutem *om. DM, corr.* D^{mg}

17 KZ *C* XXVII $C^a MY$ XXVI *D* INCIPIT EPISTOLA *Y* epla piissimi *M* MARCIANI IMPERATORVM *D* AD PAPAM LEONEM *D* romanum *M* 18 gloriosissimi semper triumphatores augusti *Y* 19 epo *PD, corr. D* romane *M* 20 nos uenire—militiæ contigit *D* cunctique C^a 21 reuerentia *Y* 22 confidimus] credimus PC^a tuamque Φ^{cr} Γ *uitio antiquissimo* 23 credidimus *DM, corr. D, cf.* Γ 24 atque *D, corr.* D^{mg} 25 et *om. D* talem *DM* quatenus] quæ nos *D, corr.* D^{mg} 28 actus *C* acta *M* constantinopoli *D* consolatus *C* constatu *M* domini C^a domni nri *DM* perpetui *D* piissimi *M* VII *om. P* abieno *DM* auenieni CD^{mg} uc consulibus [consule *M*] *DM cf.* Γ

KH EPISTVLA PIISSIMI IMPERATORIS MARCIANI AD ARCHEPISCOPVM ROMAE LEONEM

28 Leoni reuerentissimo episcopo ecclesiæ gloriosissimae ciuitatis Romæ Marcianus. De studio et oratione nostra sanctitas tua non dubitat quoniam ueram Christianorum religionem et apostolicam fidem firmam uolumus permanere et ab omni populo pia mente seruari; denique sollicitudinem nostræ potentiæ ex recta religione et propitiatione saluatoris nostri consistere non ambigimus. quapropter reuerentissimos uiros quos ad nostram pietatem sanctitas tua direxit, libenter et sicut decebat, animo grato suscepimus. superest ut si placuerit tuæ beatitudini in his partibus aduenire et synodum celebrare, hoc facere religionis affectu dignetur: nostris utique desideriis uestra sanctitas satisfaciet et sacræ religioni quæ utilia sint, decernet. si uero hoc onerosum est ut tu ad has partes aduenias, hoc ipsum nobis propriis tua sanctitas litteris manifestet, quatenus in omnem Orientem et in ipsam Thraciam et Illyricum sacræ nostræ litteræ dirigantur, ut ad quendam definitum locum, ubi nobis placuerit, omnes sanctissimi episcopi debeant conuenire et quæ Christianorum religioni atque catholicæ fidei prosint, sicut sanctitas tua secundum ecclesiasticas regulas definiuit, sua depositione declarent.

Missæ sunt enim diuinæ syllabæ a diuæ memoriæ Pulcheria ad eundem uirum sanctissimum nuntiantes deo amicissimum archiepiscopum Constantinopolitanum Anatolium omni errore seposito nuper missæ epistulæ ad sanctæ memoriæ Flauianum absque ulla mora subscripsisse et sustineri iam ut quædam synodus fieret in partibus Orientis. et corpus uero eiusdem sanctæ memoriæ Flauiani Constantinopolim fuisse perductum, ut in Apostolorum basilicam sepeliretur. episcopi etiam qui unanimes [erant] sanctæ memoriæ Flauiano ad exilium fuerant destinati, et hos reuocandos fore, ut ad recipiendas ecclesias suas synodi sententiam sustinerent.

KΘ EPISTVLA PVLCHERIAE AVGVSTAE AD S̄CISSIMVM ARCHIEPM̄ ROMAE LEONEM

29 Leoni reuerentissimo episcopo ecclesiæ gloriosæ ciuitatis Romæ Pulcheria augusta. Litteras tuæ beatitudinis cum decenti omni episcopo ueneratione suscepimus. per

28 *Græcus textus extat in Epist. coll. M 8* 17—24 *Græcus textus extat in Epist. coll. M 9*
29 *Græcus textus extat in Epist. coll. M 9*

Φ[c] [=*PDM*], *Φ*[r] [=*CC*[a]*Y*]

1 KH *C* xxviii *PMC*[a]*Y* xxvii *D* INCIPIT ALIA EPISTOLA *Y* MARCIANI IMPERATORIS *D* AD PAPAM LEONEM *D*, *corr. D*[mg] romanum *M om. P* 2 reuerentissimo—rome leoni *M* gloriosissimæ] reuerentissimæ *Φ*[c], *corr. D*[mg] marcianus augustus *D* 3 de] dei *M* tua s̄citas *D* 5 sollicitudinem et fortitudinem *M* τὴν ἀμεριμνίαν καὶ τὴν ἰσχὺν Γ *lectionem falsam ex codice Φ*[c] [=*PD*] *recepit Rusticus* rectam *C*[a] 7 docebat *C*[a] 8 suscipimus *PDC*[a], *corr. D* si placuerit] suplicauerit *C*[a] 9 et religionis *D* 10 s̄cæ *P* religionis *C*[a] utilitatis *M* sunt *DY* decernit *CC*[a] 11 ipsud *D* 12 omni oriente *C*[a] in[2] *om. PM* 13 ad *om. PC*[a]*Y* 14 religione *C* 15 diuiniuit *C*[a] 16 dispositione *Φ*[c] declaret M

17—24 *om. Φ*[c], *Y* [*sed cf. infra*], *add. D*[mg] 17 a diuæ *C*[a] adicie *CD*[mg] uerum *C* 18 amiciss̄ *C* amicis sunt *D*[mg] 19 ad sancte *C*[a] ad scitem *CD*[mg] 20 ullam oram *C*[a] 21 uero *om. D*[mg] 22 ut *om. C*[a] basilica *D*[mg] 22/23 unianimes *C*[a] 23 erant *deleui*

26 KΘ *C* xxviiii *PC*[a]*Y* xxix *M* xxviii *D* INCIPIT EPISTOLA *Y* AD PAPAM LEONEM *D*, *corr. D*[mg] ad] ad eundem *Y* *post* Leonem *habet* quæ significat reū anatholium constantinopolim errore relicto ēpm̄ confirmatum subscriptione maxime eius epistolæ dogmaticæ ad scm flauianum directæ cuius flauiani etiam corpus significat suæ sedi perductum et in apostolorum basilicam depositum et alia quæ tenor sacrorum apicum eius demonstrant *Y* 26 gloriosissimæ *CD*[mg] romane *M* 27 uestræ *D*, *corr. D*[mg] episcopali *DM* suscipimus *D*

quas tuam fidem puram et talem agnouimus qualis debet cum sanctitate sacro præberi templo; ego uero similiter ac meus dominus tranquillissimus imperator meus coniunx in eadem semper et mansimus et manemus, omnem prauitatem atque pollutionem et maleficium declinantes. sanctissimus igitur gloriosæ Constantinopolis episcopus Anatolius in eadem fide permansit atque religione et tuarum litterarum apostolicam confessionem conplectitur, illo errore sublato qui ab aliquibus nunc ortus est, sicut ex eius quoque litteris clarius tua sanctitas agnoscere poterit. et epistulæ namque similiter catholicæ fidei quam ad sanctæ memoriæ Flauianum episcopum tua beatitudo direxit, sine aliqua dilatione subscripsit. et propterea tua reuerentia quocumque modo perspexerit, significare dignetur, ut omnes etiam totius Orientis episcopi, Thraciæ atque Illyrici, sicut etiam nostro domino piissimo imperatori meo coniugi placuit, in unam ciuitatem uelociter ab Orientalibus partibus ualeant conuenire et illic facto concilio et de catholica confessione et de his episcopis qui ante hoc segregati sunt, sicut fides et Christiana pietas exigit, te auctore decernant. super hæc autem sciat tua sanctitas quoniam præcepto nostri domini et tranquillissimi principis mei coniugis in gloriosa ciuitate Constantinopoli sanctæ memoriæ episcopi Flauiani corpus allatum est et in basilica Apostolorum, in qua consueuerunt præcessores episcopi sepeliri, competenter est positum. et hos similiter episcopos qui propter eandem causam, quoniam cum sanctissimo Flauiano ad concordiam fidei catholicæ concurrerant, exilio deportati sunt, reuerti robore pragmatici sui præcepit, quatenus per adprobationem synodi atque sententiam omnium episcoporum conuenientium episcopatum et ecclesias proprias recipere decernantur.

Ā SACRAE LITTERAE MISSAE A VALENTINIANO ET MARCIANO VBIQVE AD RELIGIOSOS EPISCOPOS QVATENVS OMNES IN NICAEA CONVENIRENT L IIII 66 M VI 551

30 Imperatores Cæsares Valentinianus et Marcianus uictores et triumphatores maximi semper augusti ad omnes ubique reuerentissimos episcopos. Omnia ad ueram fidem et Christianam orthodoxam religionem tendentia præponenda aliis rebus L III 67
existimamus; deo enim propitio existente et nostrum imperium et communes causas meliores fore confidimus. quia igitur dubitationes quædam circa orthodoxam fidem motæ sunt, sicut indicant et litteræ sanctissimi archiepiscopi felicissimæ Romæ Leonis, placuit nobis proprie sanctum concilium fieri in Nicæa Bithyniæ ciuitate, quatenus cunctis concordantibus ueritate examinata et uacanti omni studio quo quidam iam abusi religionem turbauerunt orthodoxam, uera ac saluberrima fides sic omni mundo manifestetur, ut de cetero omnis quæstio et dubitatio auferatur. unde

30 *Exemplar latinum constitutionis omnibus episcopis destinatæ; deest textus Græcus*

Φ^c [$=PDM$], Φ^r [$=CC^aY$]

ADNOTATIONES RVSTICI 13 ut pro Flauiano et Eusebio, sic pro Theodoreto et Iba similiter C^{mg}

1 qualem *D*, *corr.* D^{mg} 2 templum *D* coniunxi *C* coniux Φ^c C^a 4 et maleficium *om.* Φ^c constantinopolitanus C^a 5 permansit fide Φ^c litterarum et *D* 6 complectimur C^a 7 namque C^aY nam eiue CD^{corr} *om.* Φ^c 8 beatitudine C^a 9 subscripsisset C^a 10 prospexerit *M* totius *om. D* episcopi *om. D* 12 orientis *D*, *corr.* D^{mg} 14 et *om.* C^a 15 præceptori C^a domni *DY* 16 constantinopolim *PM* constantinopolis *Y* 17 consuerunt *PY* consueuerunt *ex* conuerunt *corr. D* 18 sepelire *C* positus *PM* 19/20 concurrerunt *M* 20 reuerti] roborenti *M* 21 una conuenientium *DM*

23 Ā *C* XXX PC^aMY XXVIIII *D* INCIPIT SACRAE *Y* ad *Y* 25 et² *om.* PDC^a, *corr. D*, ac *M* 26 maximi *om. P* 27 et xpianam et *DM* p̄ponentia *C* 29 qui C^a 30 indicant et CC^a indicant Φ^c et indicant *Y* sanctissimi *om. Y* senioris romæ *DM om.* C^a 31 fieri *om. DM*, *corr. D* ciuitate celebrare *M* 32 et ueritate C^aY uocanti *M* quod MC^a 33 religione *M* orthodoxa MC^a ortodaxam *C* 34 ut *om. M*

tua sanctitas cum quantis approbauerit reuerentissimis episcopis sub suo sacerdotio constitutis sanctarum ecclesiarum, expertas habentibus diuinas scripturas et scientiam et doctrinam orthodoxæ et ueræ fidei præ cunctis eminentibus ad memoratam Nicænam
M vi 554 ciuitatem proximis Kalendis Septembribus aduenire festinet. quisquis enim generalem et omni mundo utilem futuram synodum refutauerit, peccat equidem et circa diuinitatem ipsam et pietatem nostram offendet. agnoscat autem et tua sanctitas quoniam nostra pietas aderit in ipso concilio, nisi quædam publicæ et ineuitabiles curæ nos in expeditum fecerint occupari.

ΛA SIMILITER ALIAE SACRAE LITTERAE EORVNDEM PISSIMORVM IMPERATORVM VBIQVE AD DEO AMANTISSIMOS EPISCOPOS

31 Victores Valentinianus et Marcianus gloriosi ac triumphatores semper augusti. Omnibus rebus oportet præponi diuina; deo enim omnipotente propitio consistente ea quæ communis rei publicæ sunt, et custodiri et meliorari confidimus. quoniam igitur dubietates quædam circa orthodoxam religionem nostram factæ uidentur, sicut etiam epistula religiosissimi episcopi gloriosæ ciuitatis Romæ Leonis ostendit, hoc proprie nostræ mansuetudini placuit ut sanctum concilium in Nicæna ciuitate prouinciæ Bithyniæ celebretur, quatenus conuenientibus rationibus et omni ueritate perscrutata et ablatis de medio studiis quibus dudum quidam abutentes sanctam et orthodoxam perturbauere religionem, uera fides nostra in omni tempore clarius agnoscatur, ut de cetero nulla possit esse dubitatio siue discordia. unde tua sanctitas cum quibus ei placuerit religiosissimis episcopis et quos ex ecclesiis sub cura tui sacerdotii constitutis fide dignos et ad orthodoxæ religionis doctrinam præparatos esse probauerit, ad prædictam Nicænam ciuitatem intra diem Kl Septembrium uenire festinet. nouerit enim tua religio et nostram diuinitatem affuturam uenerando concilio, nisi forte quædam utilitates publicæ in expeditu nos occupauerint.

Deus te custodiat per multos annos, sanctissime et uenerabilis pater.

d. 23. m. Mai 451 DAT̄ X KL̄ IVN̄ CONSTANTINOPOLIM CONS̄ DOMNI MARCIANI P̄P̄ AVḠ PRIMO ET QVI FVERIT NVNTIATVS

L IIII 69 ΛB SACRAE LITTERAE MISSAE AD SYNODVM IN NICAEA A VALENTINIANO ET MARCIANO

32 Studii nostri est congruenter decerni ea quæ sanctæ et orthodoxæ religionis existunt, quatenus omnis ambiguitas perimatur et decens pax sanctissimis et catholicis

---

31 *uersio facta est ex textu Græco constitutionis Anatolio destinatæ* [Epist. coll. M 13]; *altera uersio extat in Rerum Chalcedonensium Coll. Vaticana 1*

32 *Græcus textus deest*

Φ^{c} [=*PDM*], Φ^{r} [=*CC^{a}Y*]

1 qui cum D^{corr} 2 constituti *C*, *postulatur* constitutarum 3 nicæam *DC^{a}Y*, *corr.* D^{mg} 4 festinent C^{a} 5 equidem] et quidem C^{a} 6 ipsam et pietatem *om.* C^{a} offendit C^{a}*D* 7 quoniam etiam *DM* in ipso] ipsi Φ^{c}, *cor.* D^{mg} 8 nobis *C*D^{mg} in *om. D* facerint *C* fecerit *DM*, *de P non constat*

9 ΛA *C* XXXI *PMC^{a}Y* XXX *D* ITEM *DY* ELIAE C^{a} *om. D* similiter litteræ *Y* IMPERIVM *C*D^{mg} *om. D* 12 oportent *M* omnipotenti *DC^{a}* 14 ambiguitates *DM*, *de P non constat*, *corr.* D^{mg} 15 iam C^{a} romane *M* 16 nicea *DM* 16/17 prouintia *C* 19 perturbauerunt *D* perturbauerit *P* perturbare *Y* ueram *Y* 20 esse *om. DM*, *corr. D* seu discordia generari *DM* 21 et quos ex ecclesiæ *superscr. D* ex *om.* C^{a}*Y* 22 præparatas *D* 23 cognouerit *M* niceam ciuitatem *MY* ciuitatem niceam *D* die *M* 25 expedita *PM*Φ^{r} expeditos *D* 27 data *MC^{a}Y* X *om. CD*, *corr. D* kalendarum *M* iun̄ *Y* iunias C^{a} iuniarum *M* ian̄ *P* ian̄r̄ *C* ianuarum, *superscr.* ria *D* domini C^{a} domni n̄r̄i *DM* martiniani C^{a} p̄p̄] papæ *C* piissimi *M*

29 ΛB *C* XXXII *PMC^{a}Y* XXXI *D* INCIPIT SACRAE ITEM *Y* A *om. C*

reddatur ecclesiis. hoc enim omnibus rebus præponendum existimamus. quia igitur uolumus interesse sancto concilio, retinent uero nos publicæ et necessariæ utilitates in expeditu, dignetur uestra religio non arbitrari graue nostræ tranquillitatis præsentiam sustinere, sed orare quatenus ea quæ inter manus habemus, deo auxiliante disponentes bene illic uenire possimus, ut nostra pietate præsente decernantur quæ omnem discordiam quæstionemque submoueant et confirment ueram ac uenerandam orthodoxorum fidem.

ΛΓ SACRAE LITTERAE MISSAE A PIISSIMA ET XPIANISSIMA AVGVSTA PVLCHERIA AD CONSVLAREM BITHYNIAE STRATIGIVM VT CVRAM HABERET CIRCA DISCIPLINAM SYNODI PERHIBENDAM ANTEQVAM PLACERET DE NICAEA AD CALCHEDONAM MVTARI CONCILIVM M vi 555

33 Intentio nostræ tranquillitatis est ante ciuiles causas sanctas Christi ecclesias eisque dicatos in pace consistere et orthodoxam fidem, quam continere iudicamus imperium, inperturbatam et inmotam ab omni hominum genere custodiri. unde dudum parua quadam emergente discordia multam curam habuimus ut undique multitudo sanctorum episcoporum simul congregaretur in Nicæa, quatenus uniuersorum concordia omnis turba de medio tolleretur et in futuro firma et inmobilis fides uenerabilis præualeret. quia ergo secundum nostram sanctionem reuerentissimi quidem episcopi uniuersi conuenerunt sustinentes potestatis nostræ præsentiam, quæ non post multum deo cooperante aderit, quidam autem, sicut agnouimus, cum sint soliti conturbare et confundere deo placitam disciplinam, superuenientes in Nicæa clerici ac monachi atque laici tumultus facere temptant, contendentes absque his quæ nobis placuerunt, necessarie has pias litteras ad tuam direximus claritatem, quatenus cum omni uirtute eos qui præter nostram euocationem aut permissionem suorum episcoporum ibidem commorantur, clericos siue intra hunc ordinem constitutos, siue aliqui eorum a propriis episcopis sunt remoti, uel monachos atque laicos quos nulla ratio ad concilium uocat, omni modo debeas ciuitate et ipsis locis expellere, ut cum omni disciplina considente sancta synodo sine aliqua commotione atque contentione quæ a domino Christo reuelata fuerint, communiter ab omnibus confirmentur. scito enim quia si quis de cetero inuentus fuerit tumultuosus ibidem commorari aut ante præsentiam nostræ tranquillitatis aut certe post præsentiam, non fortuitum tibi imminere periculum.

---

33 *Græcum exemplar extat in Epist. coll. M 15*

Φ^c [=*PDM*], *Φ^r* [=*CC^aY*]

1 exæstimamus *C* 2/3 utilitatis *C^a* 3 in expeditu *PC* in expedito *C^a* in [*add. D^corr*] expeditum *D* in expedita *M* inexpeditos *Y* 4 p̄sentia *C* inter] in *PY* 5 possumus *P* 6 semoueant *D* 7 orthodoxam *D*

8 ΛΓ *C* XXXIII *PMC^aY* XXXII *D* ITEM SACRAE *Y* 9 STRATEGIVM *D* STRAGIVM *CD^mg* 10 calcedoniam *D* concilium *om. M* 11 nr̄a et *C* 12 constituere *Y* et *om. C^a* qua *Y* 13 τὴν ἡμετέραν βασιλείαν Γ genera *C^a* custodire *D* 14 parua *DD^mg* praua *D^corr* quidem *Y* multa *C^a* 15 multitudo] multa cura *C^a* 16 et omnis *M* et[1] *om. C^a* ut *P* 17/18 reuerentissimorum *M* 18 uniuersi ep̄i *D* 19/20 audiuimus *Y* 20 solliciti *P* 21 nicæam *Py* pertemptant *DM* 22 absque] atque *Y* nobis *om. M* placuerint *D* necessaria *C* diximus *D* 25 alii *D* a] ac *C* qui *y* ep̄i *Y* 25/26 monachus atque laicus *C* 26 euocat *D* omni modo] omnino *PY* 27 disciplinam *C* consedente *D* considentes *Y* 29 qui *D* 30 aut[1]] ut *Y*

L IIII 74 M VI 558 $\overline{\Lambda\Delta}$ SACRAE LITTERAE MISSAE SC̄O CONCILIO QVOD NICAEA CONCVRRERAT VT DEBERET CHALCEDONA MIGRARE

34 Victores Valentinianus et Marcianus gloriosi ac triumphatores maximi semper augusti deo amabili synodo. Festinantes ad sanctum uenire concilium retinuit nos causa publicarum et nimis necessariarum rerum; agnouimus autem ex his quæ a uestra sanctitate scripta sunt, quoniam plurimi uestrum propter corporis infirmitatem aliasque diuersas causas laborant. unde licet plurimarum publicarum causarum nobis sit hic remorandi necessitas, tamen præponendam omnibus curam sanctæ et orthodoxæ fidei iudicamus. a reuerentissimo namque Leone archiepiscopo felicissimæ urbis Romæ reuerentissimi episcopi et presbyteri uenerunt et poposcerunt a nostra tranquillitate quatenus omni modo nos adesse debeamus sancto concilio, adfirmantes quoniam non paterentur illic absente nostra pietate uenire. secundum petitionem uero uestræ sanctitatis nos ipsi ualde quærentes uelociter sanctissimum uestrum concilium celebrari festinamus ad uos citius aduenire. unde, si perspicit uestra religio, in Calchedonensium ciuitatem uenire dignamini. illic enim percurremus, licet hic nos publicæ causæ retineant, quoniam quæ prosint ueræ et orthodoxæ fidei et paci et disciplinæ sanctarum et catholicarum ecclesiarum, omnibus arbitramur esse præponenda. nec dubitamus quoniam etiam uestræ sanctitati hoc placebit, ne etiam angustia ciuitatis amplius uos faciat laborare et absente nostra tranquillitate sanctum concilium longius protrahatur. orare ergo dignamini pro nostro imperio quatenus et hostes subditi nobis efficiantur et pax in uniuerso orbe firmetur et Romanæ res secure consistant, quod etiam nunc uos facere iudicamus.

Deus uos custodiat per multos annos, sanctissimi.

M VI 559 $\Lambda\epsilon$ SIMILITER EXEMPLAR IMPERIALIVM LITTERARVM QVAE NICAEAE MISSAE SVNT SANCTO CONCILIO DVM ADHVC PIISSIMVS IMP̄ IN THRACIA RESIDERET VT DEBERET INDIFFERENTER CALCHEDONA MIGRARE

35 Imperatores Valentinianus et Marcianus uictores semper augusti sancto concilio quod Nicæa per dei uoluntatem nostra sanctione collectum est. Dudum quidem et per alias diuinas nostras litteras indicauimus uestræ religioni quatenus in Calche-
L IIII 75 donensium ciuitatem ueniretis, ut ea quæ de sancta et orthodoxa fide a sanctis patribus nostris sunt definita, confirmaretis, ne diutius orthodoxorum multitudo diuersis

34 *Græcum exemplar extat in Epist. coll. M 14, altera uersio Latina in Gestorum coll. Vatic. 2*

35 *Græcum exemplar extat in Epist. coll. M 16, altera uersio Latina in Gestorum coll. Vatic. 3*

Φ^c [=*PDM*], Φ^r [=*C*C^a*Y*]

1 $\overline{\Lambda\Delta}$ *C* XXXIIII *M*C^a*Y* XXXIII *D* INCIPIT SACRAE *Y* IN NICEA *D* CONVENERAT C^a conuenerunt *Y* 2 CHALCEDONAM *C* CALCHEDONA *PM*C^a*Y* CALCEDONA *D* calcedoniam D^{mg} 4 conuenire *DM* 7 unde licet] uidelicet *C*D^{mg} publicarum causarum] rerum publicarum Φ^c, *post* publicarum *superscr.* causarum *D* 8 hic *om.* Φ^c, *corr. D* rememorandi C^a 10 reuerentissimi—presbyteri *om.* Φ^c, *corr.* D^{mg} 11 omnino donos C^a 12 illic ⌈ illi Φ^{cr} 14 peruenire *Y* 15 ciuitate C^a 15/16 percurrimus $\Phi^c$$C^a$ percucurremus *C*D^{mg} 16 retinenti nent C^a prosint] prope sunt *Y* 17 pace *C* 19 nec *Y* 21 nobis subditi *Y* 23 custodiat uos *M* s̄c̄issimi patres *M*

Φ^c [=*PDM*], Φ^r [=*C*C^a, C^b (inde a 24), *Y*]

24 $\overline{\Lambda\epsilon}$ *C* XXXV *PM*C^a*Y* XXXIIII *D* similiter] ITEM *Y* NICAEA Φ^c 26 CALCHEDONAM *CY* CALCHEDONIAM C^b IN CALCHEDONA C^a 27 imperator *D* uictores ac triumphatores *DM* 28 in nicæa *D* et n̄r̄ā̄m̄ sanctionem *D* 29 et *om. Y* diuinis C^b nostras diuinas *M* 30 ciuitate C^a a *om.* C^a 31 confirmaretis—multitudo] cum *P*

modis errando seduceretur, sed ut omnes dominum nostrum et saluatorem Christum, sicut congruit et sicut sanctissimi patres nostri decreuerunt, confiteantur. nos enim propter feruentissimum fidei zelum publicarum rerum necessarias utilitates in præsenti distulimus, multum desiderantes ea quæ orthodoxæ et ueræ sunt fidei, tranquillitatis nostræ præsentia confirmari. nam ea quæ Illyrico contigerunt, et ad uestras aures peruenisse confidimus, quæ licet dei uoluntate competentia uindicta contigerint, tamen publicarum rerum utilitas exigebat ad Illyricum nostræ tranquillitatis profectum. sed quoniam, sicut prædictum est, nihil orthodoxæ fidei et ut hæc roboretur, præponendum esse iudicamus, propterea hunc quidem expeditum interim superponimus et nunc proprie uestram uenerationem per has sacratissimas nostras litteras adhortamur quatenus sine ulla dilatione apprehendatis Calchedonensium ciuitatem, quoniam Attico diacono regiæ ciuitatis sanctissimæ et catholicæ ecclesiæ referente nostræ tranquillitati cognouimus uestram sanctitatem formidare ne forte Eutychis sectatores aut alter aliquis seditiones aut tumultus aliquos præparare pertemptent. qua gratia significamus uobis ut prædictam causam nullatenus formidantes adueniatis in Calchedonensium ciuitatem. speramus enim de dei clementia quia praeter aliquam turbam atque tumultum omnibus secundum orthodoxam et ueram fidem iuste et deo placite constitutis unusquisque uestrum ad propria sub celeritate reuertetur. festinate itaque aduenire et nullam dilationem negotio facere, ne per uestram segnitiem dilationem habeat inuentio ueritatis. nobis enim studium est diuinitate propitia prosperum finem accipiente causa uelociter iterum ad expeditum felicissimum remeare.

Deus uos custodiat per multos annos, sanctissimi ac deo amantissimi patres.

DAT̄ X K̄L̄ OCT̄B̄ HERACLEA d. 22. m. **Sept.** a. 451

EXPLICVERVNT QVAE ANTE GESTA PRAEMISSA SVNT

Φ^c [= *PDM*], Φ^r [= CC^aC^bY]

5 nostra *M* 6 credimus C^b *scripserim* competenti uindicata C^a 7 exigebant *C* 11 ūras C^a 14 aliquis *om. M* 15 pertemptet *M* 16 formidetis et *M* 18 constitutus *D* 19 reuertitur $PMCC^b$ utique *M* ergo *Y* 21 properum *P* 23 patres *om. M* 24 data *MY* kalendarum *M* octobris C^bD octobrium *M* heraclia *M* 25 *om.* PDC^aY, *add.* D^{mg}

GESTA ACTIONIS PRIMAE

Versio antiqua = Φ^a

R = Codex Reginensis 1045 s. VIII
B = Codex Barberinus 680 s. VIIII
N = Codex Parisinus 16832 s. VIIII

Versio antiqua correcta = Φ^c

P = Codex Bobbiensis [= Vaticanus 5750 + Ambrosianus E 147 sup.] s. VII
D = Codex Montepessulanus 58 s. X
M = Codex Casinensis 2 s. XII
U = Codex Veronensis 59 s. VI
F = Codex Monacensis 6243 s. VIIII
b = Codex Berolinensis 78 [Philipps. 1671] s. VIIII

s = Antidotum contra diuersas omnium fere sæculorum hæreses. Basileæ, mense Augusto MDXXVIII. Edidit Ioannes Sichardus

Versionis antiquæ correctæ editio Rustici = Φ^r

C = Codex Parisinus 11611 s. VIIII
C^b = Codex Parisinus 1458 s. VIIII
V = Codex Vaticanus 1319 s. XII
Y = Codex Veronensis 58 s. X
y = Codex Vaticanus 1321 s. XV ex *Y* transscriptus
Z = Codex Montepessulanus 308 s. X

|| NVNC INCIPIVNT GESTA PRIMA CONCILII CALCHEDONENSIS
RVSTICVS EX LATINIS ET GRAECIS EXEMPLIS MAXIME ACOEMIT MONAST EMENDAVI

CONCILII CALCHEDONENS ACTIO PRIMA

IN NOMINE DNI NRI IHV XPI COEPIT EMENDARI D K MAR X IND XII || d. 21. m. Febr. a. 564

1 Consulatu domni nostri Marciani pp augusti et qui fuerit nuntiatus, sub die octauo Id Octb indic IIII Calchedona d. 8. m. Oct. a. 451

secundum præceptionem sacratissimi et piissimi domni nostri Marciani pp aug congregatis in sancta ecclesia sanctæ martyris Euphimiæ gloriosissimis iudicibus, || hoc est ||

2 1 magnificentissimo et gloriosissimo magistro militum et ex consule ordinario ac patricio Anatolio

2 magnificentissimo et gloriosissimo præfecto prætorio Palladio

3 et magnificentissimo et gloriosissimo præfecto urbis Tatiano

---

Φ^a [$=RN$], Φ^c [$=PDM$], Φ^r [$=CVC^bY$]

ADNOTATIONES RVSTICI 6 Acumitens non habet CC^b *signum in textu deest, rettulit ad* indic IIII [*postulatur V*], *quæ in* Γ *non extant, Baluze* 7 sacratissimi] Acumit diuinissimi CC^b

uicies septies consul septies et Flauius Marcianus pontifex inclitus Germanicus inclitus Sarmaticus inclitus Alamannicus inclitus Francicus inclitus tribuniciæ potestatis uicies septies imperator consul semel de prohibitis disputationibus a Christianis edictum ciuibus nostris Constantinopolitanis

Imper Valentinianus et Marcianus augusti. Tandem aliquando etc. *editum est in Gestorum Chalcedonensium Collectione Vaticana 8*

105 De eodem edictum secundum ciuibus nostris Constantinopolitanis

Idem augusti. Venerabilem catholicæ etc. *editum est in Gestorum Chalcedonensium Collectione Vaticana 9*

Interpretatio legis Theodosii iunioris, quam pro Eutyche seductus a Chrysaphio promulgauit, quam nunc ideo posui ut quia beatæ memoriæ principis Marciani lex hanc subsecuta destruxit, etiam tali collatione noscatur quid amplectendum quidque uidendum sit de hæreticis Nestorianis et fide catholica

106 Olim quidem prius Nestorius, qui fuit Constantinopolitanus episcopus, noua et pestifera præter illa quæ tradita sunt, temptans inducere dogmata Christianorum puræ et orthodoxæ fidei a sancta synodo est eiectus, quæ Ephesi ex uniuerso orbe principali sanctione conuenit. quæ sancta synodus pariter confirmauit etiam catholicam fidem ab episcopis qui Nicææ congregati sunt, traditam et nos confirmantes quæ salubriter definita sunt ab eodem sancto concilio quod Ephesi congregatum est, t. 1 3 p. 181 generalem promulgauimus legem quæ tam prædictum Nestorium quam eos qui ei similia sapiunt, damnat, præcipientes ne Christiano saltem nomine censerentur, sed ut Simoniani potius uocarentur, quoniam blasphemiam Simonis dilexerunt. definiuimus etiam certis eos debere ultionibus subiacere, quas continet præfata præceptio. quoniam uero præsenti tempore dum post illam iam pridem quietæ essent ecclesiæ, Flauianus Constantinopolitanus episcopus et Eusebius alter episcopus perniciosas seductiones sequendo Nestorii schismata et sectiones ecclesiis iniecerunt, præcepimus rursus in eiusdem ciuitatis Ephesiæ sanctissima ecclesia undique denuo conuenire concilium, ut cum omni subtilitate uera fide firmata a sanctis ecclesiis iniecta per eos hæresis auferretur. hæc ipsa igitur sancta synodus definiuit obtinere quidem fidem quæ Nicææ a trecentis X et VIII patribus tradita est, excludi uero ab episcopatu non solum

104. 105. 107. 108. 109. 110. 106 *post relationem concilii ad Leonem papam in fine Gestorum habet Y*

14—23 *præceptio aliter ex Græco uersa extat in Gestorum concilii quinti collatione V* [*L* IIII 472 *M* VIIII 250. 251]

CDY

ADNOTATIO RVSTICI 23 *post* præceptio *in textum intrusa* hic iam male *CD*

1 et flauianum *CD* efftauius *Y* 2 armaticus *CD* fracicus *CD* franccus *Y* 3 uicies septies] *postulatur* ter de — Christianis *om. Y* 4 nostris *om. Y* 5 Imper̄ — augusti *om. Y* 7 item de *Y* eo *CD* 7/8 ciuibus — augusti *CD* idem augusti constantinopolitanis ciuibus nostris *Y* 7 constantinopoli *CD* 8 uenerabile *CD* 10 theudosii *C* iunioris imp̄ *Y* chrisophio *Y* 11 promulgauit ad scm̄ flauianum et socios eius *Y* quam — quia *CD* quamque iniustissimam legem *Y* marciani principis *Y* 12 hanc *om. Y* 12/13 etiam — catholica *CD* licet nestorii quæ in ea continetur damnationem ipse quoque firmauerit *Y* 12 quidem plectendum *CD* 15 dogmatum *CD* 19 eadem *CD* 20 legem *Cy* fidem *D* quæ *om. y* tam *y* et a *CD* 21 xp̄o ano *C* xpianos *D* 23 certis *y* ceteris *CD* eorum *y* p̄fecta *CD* 24 illa *CD* quieta esset ecclesia *Y* 25 pernitiones *D* 26 seductiones *y* precipimus *CDy* 27 ephesia *D* utique *D* denuo *om. y* 28 ut] et *y* 29 auferetur *CD* auferatur *y* fidem *y* finem *CD* 30 nicea *y* et *om. D*

Flauianum et Eusebium, sed et Domnum, qui fuit Antiochenus episcopus, et Theodoretum et alios quosdam, qui eadem præfatæ hæreseos cæcitate participant et ob hoc sacerdotalibus indigni sunt sedibus. et nos igitur eiusdem sanctæ synodi decreta laudamus atque firmamus, hanc orthodoxam fidem putantes atque nominantes quæ a cccx et viii exposita est et firmata in sanctis conciliis quæ Ephesi congregata sunt. ut uero et in reliquum tempus perfectissima fiat totius solutio quæstionis, iubemus ut in omni orbe terrarum huic ipsi fidei quæ in Nicæam prolata est, undique episcopi uniuersi suscribant per metropolitanos singulorum locorum et hoc ipsum nobis per proprias eorum litteras intimetur. omnino autem nullus qui Nestorii ac Flauiani et eorum qui eiusdem sententia hæreseos detinentur, ullo modo episcopus ordinetur, sed et si quis iam maligno præuentu est ordinatus aut si quis de cetero per concursum fuerit simulationemque prouectus, is orthodoxorum proiciatur decreto pontificum. et nec usque ad uerbum eidem sanctæ fidei uel adiciatur aliquid uel dematur. sed nec habeat aliquis aut legat aut transcribat proferatue Nestorium uel terminos eius aut codices noxios et maxime quos contra solas Porphyrius edidit Christianas litteras, neque Theodoreti scripta, sed quicumque huiusmodi codices habet, publice illos proferat et cunctis uidentibus igni tradantur. et eos qui hanc religionem colunt, uel doctores eorum nullus neque in ciuitate neque in agro neque in suburbano suscipiat neque eos secum patiatur habere consessum; alioquin rebus eius publicatis ipse perpetuo exilio relegabitur. quisquis hoc egerit uel qualislibet extiterit uel quisquis codices interdictam fidem Nestorii ac Theodoreti continentes aut interpretationes eorum uel qui uocantur sermones allocutorii, siue traditiones, isdem tormentis subiaceat, uel si ea quæ sunt ab illis composita, alterius nomine fuerint prænotata.

106a Lex hæc de Nestorio recte continens, contra orthodoxos uero peruerse, et pro illa nihilo minus utilitate inserta est, ut sciat lector quia sequens lex principis Marciani ideo nominatim de Iba nihil dixit, quoniam nec in ista sic legitur, sed specialiter ab ista damnatos specialiter soluit, generaliter uero et illa generaliter attigit. sicubi autem de Iba in huius legis quæ sequitur, exemplaribus inuenitur, ut superfluum deputetur, quia et nos ita nos alicubi posuisse recolimus, quod ex uerioribus Acumitorum exemplaribus duximus emendandum.

De infirmandis quæ contra sanctæ memoriæ Flauianum episcopum Constantinopolitanæ urbis, et confirmandis quæ postea pro eo a sancta synodo Calchedonensi statuta sunt

107 Idem augusti, id est Valentinianus et Marcianus Palladio præfecto prætoriorum Orientis. Gloria numquam gloriosi morte perimitur nec pereunt cum deficiente

inde a 14 sed nec *aliter ex Græco uersa extant l. c.*
107 *Græce extat in Gestis Chalcedonensibus 24*

CDY(y)

1 domum *CD* antiochene *y* 2 p̄fata *y* ab *D* 6 solatio *CD* 7/8 suscribant — locorum undique ēpı uniuersi *y* 10 ac] aut *y* 11 p̄uentū *C* aut] ut *D* 13 ne *y* 14 aut²] uel *y* 15 Porphyrius] *i. e. Nestorius, cf. t. 1 3 p. 68, 15* 15/16 xpıanas litteras edidit *y* 16 xpıanos *CD* 19 suburbana *y* consensum *y* 20 ipso perpetuorum *CD* 21 ac *CD* aut *y* 22 aut *y* ut *CD* 23 ulterius *C*

25—34 *om. Y* 29 ut *C* in *D* 30/31 acumitur *CD* 35 id est] idem *D* prææteriorum *CD* 36 *post* Orientis *add.* in defensione scæ memoriæ flauiani ēpı constantinopolitani *Y* deficient *CD*

uirtutes, immo etiam obitu existimatio augetur bonorum, quia omnis aduersum mortuos euanescit inuidia. inde tanto studio ac præconiis maiorum facta laudantur, inde optimorum maxima cum ueneratione memoria celebratur, inde magnorum animi uirorum exitus appetiuere gloriosos, quia compertum erat eos solummodo perpetuo mori quorum de uita ac morte taceretur. id ita esse etiam præsenti in tempore diuinum ostendit humanumque iudicium. cum enim falsa inuidia et improbe concinnata calumnia religiosæ ac uenerabilis recordationis Flauianus huius almæ urbis episcopus episcopatu fuisset expulsus, quamuis hoc fuit plenius retinere sacerdotium fidem quam acceperat, conseruare (is enim solus est qui esse meretur episcopus), tamen ita eius reliquias et expetiit hæc sacratissima ciuitas et recepit, ut beatior omni uiuente uideretur, ut exitus ille qui putabatur acerbus, optandus credatur fuisse, quo illam immortalem mercatus est laudem. secutum est illud quod meritis eius diuinitas præstitit, ut uenerabilis synodus innumerabilium pæne sacerdotum Calchedonam conueniret, quæ dum fidem diligenter inquirit auctoritate beatissimi Leonis episcopi æternabilis urbis Romæ et religionis fundamenta constituit, Flauiano palmam et sanctæ uitæ et mortis tribuit gloriosæ. ergo quoniam uenerabilis recordationis Flauianus tanto ac tali decoratus est testimonio, ut Eutyches qui contra senserat, cum sceleratis dictis suis ab omnibus uno ore damnaretur, aboleatur illa constitutio quæ subreptione sceleratorum post obitum sanctæ memoriæ Flauiani aduersus eum lata cognoscitur, cessetque in totum cuius initium fuit inicum, et iniusta sententia nihil obsit Eusebio quoque et Theodoreto religiosis episcopis, qui eadem lege continentur, quoniam non possunt sacerdotes constitutione damnari quos synodicum ornat super conseruanda religione decretum. expulsa itaque illa sanctione retineat uitæ gloriæque Flauianus quam meretur perpetuam laudem, ceteris constantiæ erga fidem futurus exemplum.

Illustris igitur et magnifica auctoritas tua hanc saluberrimam legem edictis propositis ad omnium notitiam faciat peruenire.

d. 6. m. Iul. a. 452[2] PALLADIO PRAEFECTO PRAET. DAT PRID. NON IVL CONSTANT SPORACIO VC ET QVI FVERIT NVNTIATVS CONSVLIBVS

De confirmandis quæ a sancta synodo Calchedonensi contra Eutychem et eius monachos statuta sunt

108 Idem augusti Palladio pfo præt et eodem exemplo Valentiniano pfo Illyrici, Tatiano pfo urbis, Vincomalo magistro officiorum et consuli designato. Diuinæ

108 *Græce extat in Gestis Chalcedonensibus* 25; *Latine præterea habetur in codice Albigensi* 2 *et in Collectione Hispana*

CDY

1/2 mortues *CD* 3 inde[1]] in *D* memoriæ *CD* 4 appetiere *D* perpetuæ *CD* 5 uita *Y* unca *CD* id ita *Y* indita *CD* 10 et[1] *om. CD* sacratissima hæc *Y* 12 quod *D* 13/14 calchedonat *C* chalcedone *D* 16 sanctæ] τοῦ παρωιχηκότος Γ uitæ *Y* ciuitate *CD* 18 ille acustitutio *CD* 20 leta *C* læta *D* 21 theodorato *Y* legem *CD* 26 illustris *y* illi *CD* 28 uiro illustri præfecto prætoriorum *Y* data *Y* sporace *Y* sporæ *C* sporie *D*

Φ^{r} [= *CDY*], *S* [*defmt*], *t*

30/31 INCIPIT SACRA [SCA *t*] VALENTINIANI [VALENTINI *t*] ET MARCIANI AGVSTORVM post concilium calcidonense [post — calcidonense *om. t*] edita [tS^{d}, S^{f} *corr.* editam S^{efmt}] in adfirmationem [adfirmatione S^{fmlt}] eiusdem concilii et damnationem [damnatione $S^{fmt}t$] hereticorum *St* 30 de *CD* item idem augusti de *y* confirmantis *C* contra] quæ contra *Y* 32 idem augusti *CD om. Y* imperatores ualentinianus et marcianus āā [āā *om. t*] *St* pfo præt] pape *t* 32/33 et eodem — designato *om. St* 32 et — exemplo *om. Y* 33 designatio *CD* 33/p. 91, 1 diuinæ — potentiæ *St* ample omnipotenti dō Φ^{r} *secundum* Γ

semper potentiæ referendæ atque agendæ sunt gratiæ quia auctores heresisque occulta nec latere concedit nec durare inpunita permittit, quorum unum malorum lædendi habet plurimam facultatem, alterum præuaricandi ceteris præstat exemplum. curæ igitur esse diuinitati hominum actus et maxime reuerentiam religionis proxime in confirmanda catholica fide euidenter apparuit, cum Eutychen sceleratorum dogmatum sectatorem nec latere, ut diu latuerat, siuit nec patefacto scelere passa est pœnam sceleris euitare. sententiis itaque diuinis humanisque damnatus synodicum decretum ut merebatur, excepit, reus diuinitati, cui faciebat iniuriam, reus hominibus, quos decipere conabatur. proxime etenim innumerabiles ex toto pæne orbe beatissimi episcopi Calchedone congregati improba prædicti Eutychetis una cum synodo eius causa habita expulere commenta secuti sanctorum definita maiorum quæ uel apud Nicæam a trecentis decem et octo constituta sunt uel in hac postea alma urbe a CL sunt episcopis declarata uel apud Ephesum, cum Nestorii est error exclusus præsidentibus Cælestino Romanæ urbis et Cyrillo Alexandrinæ ciuitatis episcopis. ea igitur quæ sunt iuxta pristinam disciplinam a uenerabili synodo Calchedone definita, illa fide qua deum colimus, per omnia seruanda censuimus atque censemus, quia ualde consequens est quingentorum uiginti sacerdotum pura mente deum colentium definita, quæ pro orthodoxorum fide sacrosancta secundum patrum regulas processerunt, summa cum ueneratione seruare. uerum quoniam principalis prouidentiæ est omne malum inter initia opprimere et serpentem morbum legum medicina resecare, hac lege decernimus eos qui Eutychetis decipiuntur furore, ad exemplum Apollinariorum, quos Eutyches secutus est quosque uenerabiles parentum regulæ, id est ecclesiastici canones et diuorum principum sacratissima scita condemnant, nullum episcopum, nullum habere presbyterum, nullos creare uel appellare clericos ipsumque Eutychen nomine presbyteri quo et indignus et spoliatus est, in totum carere. si qui tamen contra definita nostra episcopos presbyteros ceterosque clericos ausi fuerint creare, tam factos quam facientes uel præsumentes sibi clericorum gradum bonorum amissione perculsos exilio perpetuo præcipimus contineri. coeundi uel colligendi uel congregandi monachos aut ædificandi monasteria nullam eos iubemus habere licentiam, loca in quæ forte conuenire aliquando temptauerint, confiscari, si tamen

---

Φ^{r} [– *CDY*], *S* [= *defmt*], *t*

1 atque agendæ *S om. t* atque habendæ *y* [*cf.* Γ] aretribuæ [aretributæ *D*] habende *CD* quia [qui S^{dc} quæ S^{f} *corr.*] *St* quod Φ^{r} auctores [*addiderim* scelerum] heresisque [heresesque S^{fm} heresis S^{de}] occulta [occultas S^{f}] *St* scelera Φ^{r} *secundum* Γ 2 quorum unum [unum *om. t*] malorum *St* horum enim alterum Φ^{r} *secundum* Γ 3 habent *t* præuaricandi *t* precauendi *S* peccandi Φ^{r} p̄stet *CD* p̄sentat *t* 4 et *om. CD* 5 fide euidenter] fidenter *t* eutychem *CDt* 6 latueret *CD* siniit [sinit S^{m}] *S* scelere *om.* S^{f} penas *t* 7/8 damnatos synodico decreto *t* 7 synodum *D* 9 enim *t* urbe *t* 10 calcidone S^{em} calcidonam S^{f} caldonam *t* p̄dicatione *t* eutychis *Y* 11 sequutis *CD* qui *t* uel *om. t* 13 decreta Φ^{r} cum] cum ducentos quinquaginta duos *t* 13/14 quesedentibus *t* 14 romæ urbis papa *t* alexandrino *Y* ēpō $\Phi^{r}t$ 15 calcidone $S^{df}t$ 16 quæ *t* 17 quingentorum uiginti $\Phi^{r}t$ DCXX *S* sacerdotum *om. D* 19 seruare Φ^{r} conseruare *S* celebrare *t* uerum *om. St* quia *Y* prouidentia DYS^{fm} 20 inter initia] interentia *CD* serpentum $S^{dem}t$, *corr.* S^{d} serpentinum S^{f} 21 decernimus lege *t* euticis *t* decipiuntur furore Φ^{r}Γ decipiuntur errore *t* errore decipiuntur *S* 21/22 apolinariorum *Y* apolonariorum CDS^{m} appollianorum S^{d} 22 patrum *S* patres tum *Y* 23 diuorum [duorum S^{mt} *t*] principum *St* principum diuorum [diuinorum *Y*] Φ^{r} sacratissima scita [sacra *t*] $\Phi^{r}t$ sacratissimas sanctiones *S* 24 creare *S* ecreare *t* habere Φ^{r} *secundum* Γ 25 euticem *t* nomine presbiterii *S* presbiterii nomine *t* quod *t* et²] est et S^{dc} est *t*, *del.* S^{f} 25/26 si quis $S^{t}t$ sequi *D* 26 ausi] aut si *t* 27 creature *t* p̄rsumentes siue p̄sumentes *t* presumentes siue S^{f} gradus *St* 28 perculsus S^{demt} et ex filio *y* perpetuum *t* 29 monasterii Φ^{r} *secundum* Γ 30 locaque ipsa Φ^{r} *secundum* Γ in quæ S^{mt} in qua $S^{def}t$ si Φ^{r} *secundum* Γ forte ausi *St*

domino loci sciente conuenerint; quodsi ignaro, actorem conductoremue loci fustibus cæsos deportationem subire censemus. ipsos prætcrea nihil ex testamento cuiusquam capere, nihil eis qui eiusdem erroris sint, relinquere testamento, ad nullam eos patimur aspirare militiam, nisi forte ad cohortalinam uel limitaneam. si quis etiam extra prædictam militiam inuentus fuerit militare uel quia ignorabatur eius in religione peruersitas uel quia post adeptum cingulum ad hunc deuenit errorem, solutus militia infidelitatis suæ fructum hunc habeat, ut optimorum et palatii communione priuetur nec alibi quam in quo natus est uico uel ciuitate uersetur. quodsi qui eorum in hac alma urbe quod credi nefas est, geniti sunt, tam hac ciuitate uenerabili quam sacratissimo comitatu et omni excludantur metropolitana ciuitate. et hæc quidem generaliter circa omnes constituimus qui hac labe polluti sunt uel polluentur; eos autem qui antehac clerici orthodoxorum fidei et monachi qui idem quod Eutyches habitauere diuersorium (neque enim monasterium dicendum est quod religionis habuit inimicos), qui ad hoc usque insaniæ processerunt, ut relicto uenerabilis religionis cultu et synodico decreto quod totius pæne orbis Calchedone coadunati definiuere sacerdotes, infaustam Eutychetis sequantur assertionem, quia uera luce deserta tenebras eligendas esse crediderunt, omnibus pœnis quæ uel hac uel præcedentibus legibus aduersus hæreticos definitæ sunt, iubemus teneri, immo extra Romanum expelli solum, sicut præcedentes religiosissimæ constitutiones de Manichæis constituere, ne eorum uenenatis fraudibus sceleratisque commentis innocentum uel infirmorum animi decipiantur. comperimus præterea quædam eos in contumeliam religionis et inuidiam uenerabilis synodicæ definitionis fuisse mentitos conscriptisque libris et chartarum tomis plura finxisse quæ eorum insaniam aduersus ueram fidem aperte signarent, atque ideo præcipimus, ubicumque huiusmodi scripta reperta fuerint, ignibus concremari, eos uero qui uel scripserint uel aliis legenda tradiderint docendi studio uel discendi, censemus deportatione puniri. docendi etenim hanc infaustam hæresim, sicut pridem edictis serenitatis nostræ continetur, omnibus ademimus facultatem, quia ultimo supplicio coercebitur qui illicita docere temptauerit. eos uero qui sequendi studio audierint scelerata disserentem, decem librarum auri multa compescimus. ita enim materia subtrahetur erroris, si peccatorum et doctor defuerit et auditor, Palladi parens carissime atque amantissime.

Φ^{r} [= *CDY*], *S* [= *defmt*], *t*

1 sciente tempore *t* ignoro *CD* auctorem *y* actore S^{mt} auctore $S^{deft}t$ conductorem uel *D* conductoreue $S^{f}t$ loci conuenerint S^{f} *corr.* 2 cesos [ceso S^{d}] *S* cesus *t* cesum *y* cetum *CD* deportatione S^{demt} deportione *t om.* Φ^{r} subi *t* 3 in eis *t* eius *CD* nullas *CD* 4 cohortallinam *S* qui $\Phi^{r}S^{def}t$ 5 ex p̄ceptam *y* inuenti fuerint *St* 5/6 ignorabatur — quia *om. t* 5 ignoratur *y* 6/7 solus *t* 7 militiæ *CD* militiam $S^{t}t$ hunc *om. t* ut] et *CD* 8 alibi] aliquit *t* in qua natus *S*, *corr.* S^{f} in quatus *t* incolatus *y* 9 tam Φ^{r} et damnati de *St* 10 quam] tam S^{f} *corr.* et] quam S^{f} *corr.* 11/12 polluerunt *t* 12 eos illi *St* illi S^{f} *corr.* ante hoc *St*, *corr.* S^{f} hac ante *y* clerici fuere S^{f} *corr.* orthodoxæ S^{f} *corr.* qui idem Γ quidem $\Phi^{r}St$ qui habitant S^{f} *corr.* quod CDS^{f} *corr.* quo *St* qui *y* 13 habitauit S^{f} *corr.* enim *om. t* 14 adhuc *St* ad hanc S^{f} *corr.* insaniam S^{f} *corr.* precesserunt *y* ut *om. St*, *corr.* S^{f} 15 qui *y* calcidone $S^{defm}t$ 16 definire *t* decreuere Φ^{r} eutices *t* secuntur *St* uerba *t* ueram S^{de} uere S^{m} 16/17 lucem desertam S^{de} 17 quæ — uel[2]] subdi quæ a S^{f} *corr.* hæc *t* in hac S^{t} 18 legibus *om. t* aduersis *D* definita *St*, *corr.* S^{f} teneri *om.* S^{f} 19 pelli *Y* præcedentibus *t* recedentes *Y* 20 uenenati sunt *CD* innocentium *t* uel *St* et Φ^{r} 22 sinodici *S*, *corr.* S^{f} 23 meram S^{def} 24 ideo *om. t* scripta] ubi scripta *D* 25 tradenda legerint *D* 26/27 docendi — hæresim Φ^{r} delenda est enim hæc infausta heresis [hereses *t*] *St* 27/28 adimimus $\Phi^{r}S^{deft}$, *corr.* S^{f} 28 quia *t* 29 denarum *St* 30 multatione *S* multationem *t* maceriam *t* peccatoribus S^{f} *corr.* 31 fuerit *Y* et *om. t* Palladi — amantissime *om.* Φ^{r} parens carissime *S* p̄clare *t*

Illustris igitur et magnifica auctoritas tua edictis propositis omnibus faciat nota quæ iussimus, cognoscentibus moderatoribus prouinciarum eorumque officiis, defensoribus etiam ciuitatum quod si ea quæ mera fide et sancto proposito custodienda censuimus, aut neglexerint aut permiserint temerari, denarum librarum auri multa perculsi ut religionis legumque proditores etiam de existimatione laborabunt. legi.

Eodem exemplo scripta Valentiniano uill pfo Illyrici et Tatiano pfo urbis et Vincomalo mag officiorum et cons designato

DAT XV KL AVG CONSTANTINOPOLIM SPORACIO VC ET QVI FVERIT NVNTIATVS CONSVLIBVS d. 18. m. Iul. a. 452

RELATIO SCAE SYNODI CALCHEDONENSIS AD BEATVM PAPAM LEONEM GENERALITER DE OMNIBVS GESTIS

109 Sancta et magna et uniuersalis synodus quæ per gratiam dei et sanctionem piissimorum et amatorum Christi imperatorum nostrorum collecta est in Calchedonensium metropoli prouinciæ Bithyniæ sanctissimo et beatissimo Romanorum archiepiscopo Leoni. Repletum est gaudio os nostrum et lingua nostra exultatione: Ps. 125, 2
hanc tamquam propriam nobis prophetiam gratia coaptauit, a quibus pietatis est restitutio confirmata. quid enim fide sublimius ad lætandum? quid agnitione dominica festius ad coronas? quam nobis olim saluator ipse tradidit ad salutem inquiens: euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus Mt. 28, 19. 20
sancti, docentes eos seruare omnia quæcumque mandaui uobis, quam uelut auro textam seriem ex præcepto legislatoris uenientem usque ad nos ipse seruasti, uocis beati Mt. 16, 16
Petri omnibus constitutus interpres et eius fidei beatificationem super omnes adducens. unde et nos quippe ut inchoatore bonorum te ad utilitatem utentes, ecclesiæ filiis hereditatem sortemque ueritatis ostendimus, non singillatim faciente in occulto unoquoque doctrinam, sed uno spiritu, una conspiratione atque concordia confessionem fidei declarantes. et eramus in communi corona gaudii, quasi in imperialibus cenis deliciis spiritalibus epulantes, quas per tuas litteras Christus præparauerat inuitatis, et supercælestem sponsum inter nos conuersantem nos cernere putabamus. si enim ubi sunt duo aut tres congregati in nomine eius, ibi se in medio eorum fore per- Mt. 18, 20
hibuit, quantam circa sacerdotes peculiaritatem potuit demonstrare, qui et patriæ et labori suæ confessionis notitiam prætulerunt? quibus tu quidem sicut membris caput præeras in his qui tuum tenebant ordinem, beniuolentiam præferens, imperatores uero fideles ad ornandum decentissime præsidebant sicut Zorombabel Iesu, ecclesiæ tam- 1 Esra 3, 2. 8
quam Hierusalem ædificationem renouare circa dogmata innitentes. et fuerat

109 *Græce extat in Gestis Chalcedonensibus* 21 [uol. I p. 475]. *alia uersio quam Rusticus non nouisse uidetur, habetur post synodi allocutionem ad Marcianum in codd. Versionis antiquæ [RN] et in cod. Vatic.* 1322 [*A*] *eodem loco perscripta ab eodem librario atque codicis pars prior. edidi in calce huius actionis*

Φ^r [*CDY*]; *usque ad 8 accedunt*, *S* [·· *defmt*], *t*

ADNOTATIO RVSTICI 20 uestem XPYCHN CIPAN *CD in textu inter* ex *et* præcepto

1 illustris] illi *CD* in libris *t* itaque *St* magnifica — propositis] magna auctio tue dictis pro *t* tua *om. CD* 2 earumque *Y* eorum qui $C^{corr}D$ qui *C* 3 propositu *CD* 4 temptari *t* multatione S^{defm} multationem $S^{t}t$ 5 de *om.* Φ^r exaestimatione *CD* extimatione S^{de} estimatione S^{fmt} legi *om. St* 6/7 *om. StY* 7 designatum *CD* 8 DATA $YS^{fmt}t$ datum S^{de} datum uero [*cf.* Γ] *CD* constantinopolis *CD* CONSVLE *t* ASPARACIO *St* vc *om.* $S^{efmt}t$ consule S^{d} consulibus *om.* S^{d} 9 RELATIO *CD* explicit allocutio seu responsio sci calcedonensis concilii ad marcianum augustum [*cf. quæ p. 88 adnotaui*] incipit relatio *Y* SCA *CD* Calchedonensis] memoratæ *Y* beatissimum *Y* 9/10 de omnibus generaliter gestis *Y* 12 collectam *C* 15 gram *Y* 17 dni confestius *D* 21 constituis *C* constitutis *D* 22 inchoatorem *Y* uentes *CD* ut testes *Y* 28 ibi se *Y* ipse *CD* 32 fideles *Y om. CD*

utique aduersarius tamquam bestia extra caulas apud semet ipsum rugiens, nullum prævalens capere nisi semet ipsum ei ad capiendum iniecisset is qui Alexandrinorum quondam pontifex fuit. qui multa prius pessima operatus superuicit priora sequentibus. nam beatum illum inter sanctos Constantinopolis pastorem Flauianum apostolicam proferentem fidem et deo amicissimum episcopum Eusebium præter omnem canonum consequentiam deposuit atque damnauit et Eutychen pro impietate damnatum suæ tyrannidis decretis innoxium statuit et dignitatem quæ a uestra illi ablata fuerat sanctitate quippe ut ab eo qui hac gratia erat indignus, ille restituit et in sum-
Ps. 79, 14 mam sicut singularis ferus in uineam irruens, quam optimam repperit plantam euertit, quam uero quippe ut infructuosam eradicatam, rursus induxit, et eos quidem qui ea quæ pastorum sunt, sapiunt, abscidit, eos uero qui lupi demonstrati sunt, super oues imposuit. et post hæc omnia insuper et contra ipsum cui uineæ custodia a saluatore commissa est, extendit insaniam, id est contra tuam quoque dicimus sanctitatem, et excommunicationem meditatus est contra te, qui corpus ecclesiæ unire festinas. et dum de talibus pæniteri eum potius oporteret, dum deberet misericordiam lacrimis postulare, tamquam de factis sobriis exultabat, epistulam quidem tuæ respuens sanctitatis, omnibus uero dogmatibus ueritatis aduersans. et quidem oportebat eum mox inter illos, ex quorum se ipse statuit parte, relinquere; quoniam uero saluatoris profitemur nos esse discipulos, qui omnes homines saluos fieri uult et ad cognitionem ueritatis accedere, opere hanc in eo misericordiam festinauimus confirmare et eum cum fraterna mansuetudine ad iudicium uocabamus, non quasi temptantes abscidere, sed excusationis ei locum saluandi causa tribuentes. et orabamus eum declarari uictorem contra eos qui eum diuersis accusationibus inscribebant, ut festi celebri lætitia concilium consummantes in nullo superaremur a satana; sed ille in semet ipso inscriptam conuictionem conscientiæ habens refutatione iudicii accusationibus suis assensit et legitimas ad se factas tres euocationes abiecit. propterea ergo decretum quod ipse contra semet ipsum peccando protulerat, hoc, prout potuimus, leuigando firmauimus, lupum pastorali pelle nudantes, quam prius quoque figura tantummodo conuincebatur obtectus. usque ad hæc nobis tristia peruenientia cessauerunt, et bonorum gratia mox effulsit et unum zizaniorum euellentes mundo tritico uniuersum mundum cum uoluptate compleuimus et tamquam euellendi ac plantandi potestatem sumentes incisionem quidem unius tantummodo ingemuimus, bonorum uero ubertatem diligenter plantauimus. deus enim erat qui operabatur, et quæ suo sponso concilium coronauit ornata decore uictoriæ Euphemia, quæ tamquam propriam confessionem fidei definitionem suscipiens a nobis suo sponso per piissimum imperatorem et amicam Christi augustam obtulit, omnem quidem perturbationem contrariorum sedans, ueritatis autem confessionem roborans ut amicam et manu ac lingua uniuersorum decretis pro demonstratione suscriptam. hæc sunt quæ tecum, qui spiritu præsens eras et complacere tamquam fratribus deliberasti et qui pæne per tuorum uicariorum sapientiam uidebaris a nobis, effecimus; indicamus uero quia et altera quædam pro rerum ipsarum ordinata quiete et propter ecclesiasticorum statutorum

CDY

1 ipsos *Y* 2 quia *CD* 5 apostolicum *CD* 6 et *om. CD* 9 sicut *om. Y* 16 de factis *Y* defectis *CD* 18 ex *Y* ut *CD* testauit *Y* 19 ad *om. y* agnitionem *y* 21 consuetudine *y* 22 excusationibus *y* 24 concilium *om. y* illo *D* 25 conuinctionem *Dy* 26 se *om. Y* 29 conuincebantur *Y* tristitia *CDY* 31 ac plantandi *om. Y* 32 incisione *Y* 33 qui] quo *D* 34 aphemiæ *C* euphemiæ *D* 36 amicum — augustum *Y* 40 efficimus *CD* qui *Y* 41 ecclesiasticarum *Y*

definiuimus firmitatem, scientes quia et uestra sanctitas addiscens et probatura et confirmatura est eadem. eam namque consuetudinem, quæ ex longo iam tempore permansit, quam habuit Constantinopolitanorum sancta dei ecclesia ad ordinandum metropolitanos prouinciarum tam Asianæ quam Ponticæ uel Thracicæ, et nunc synodali decreto firmauimus, non tantum sedi aliquid Constantinopolitanæ præstantes quantum metropolitanis urbibus quietem congruam prouidentes, eo quod frequenter episcopis uitam finientibus multæ turbæ nascuntur absque rectore clericis ac populis remanentibus, qui per easdem sunt ciuitates, et ecclesiasticum confundentibus ordinem. quod nec uestram latuit sanctitatem, quam maxime propter Ephesios, unde quidam uobis sæpius inportuni fuerunt. confirmauimus autem et CL sanctorum patrum qui in Constantinopolim congregati sunt regulam sub piæ memoriæ maiore Theodosio, quæ præcepit post uestram sanctissimam et apostolicam sedem honores habere Constantinopolitanam, quæ secunda est ordinata, confidentes quia tenente apud uos apostolico radio et usque ad Constantinopolitanorum ecclesiam, consuete gubernando parcentes, hunc sæpius expandetis, eo quod absque inuidia consueueritis uestrorum bonorum participatione ditare domesticos. quæ igitur definiuimus ad interemptionem quidem totius confusionis, confirmationem uero ecclesiasticæ ordinationis, hæc sicut propria et amica et ad decorem conuenientissima dignare conplecti, sanctissime et beatissime pater. qui enim locum uestræ sanctitatis obtinent sanctissimi episcopi Paschasinus et Lucensius et qui cum eis est reuerentissimus presbyter Bonifatius, his ita constitutis uehementer resistere temptauerunt, procul dubio a uestra prouidentia inchoari et hoc bonum uolentes, ut sicut fidei, sic et bonæ ordinationis uobis deputetur effectus. nos enim curantes tam piissimos et Christi amicos imperatores, qui super hoc delectantur, quam clarissimum senatum et totam, sicut dicere conuenit, imperii ciuitatem oportunum credidimus esse honoris eius confirmationem ab uniuersali concilio celebrari et uelut hæc a tua sanctitate fuerint inchoata, eo quod fouere semper studeas, roborauimus præsumentes, dum nouerimus quia quicquid rectitudinis a filiis fit, ad patres recurrit, facientes hoc proprium sibi. rogamus igitur, et tuis nostrum decretis honora iudicium et sicut nos capiti in bonis adiecimus consonantiam, sic et summitas filiis quod decet, adimpleat. sic enim et pii principes conplacebunt, qui tamquam legem tuæ sanctitatis iudicium firmauerunt, et Constantinopolitana sedes suscipiet præmium, quæ omne semper studium uobis ad causam pietatis expleuit et semet ipsam uobis ad concordiam eodem zelo coniunxit. ut autem cognoscatis quia nihil cuilibet donando per gratiam fecimus aut per inimicitias aduersando, sed quippe ut nutu gubernati diuino, omnem uobis gestorum uim insinuauimus ad conprobationem nostræ sinceritatis et ad eorum quæ a nobis gesta sunt, firmitatem et consonantiam.

110 EPISTOLA SCISSIMI ET BEATISSIMI ATQVE APOSTOLICI DI GRATIA PER OMNIA PLENI LEONIS PAPAE omnia gesta sanctæ Calchedonensis synodi firmans et sola illa infringens quæ

CDY

SVBSCRIPTIO RVSTICI 37 *in fine* scripsi prid Kl Aprl fer tertia indictione [inditione *D* indictio *C*] XIII *CD* d. 31 m 505

1 definimus *Y* 2 eadem *om.* *Y* 4 pontificæ *CD* trachiæ *CD* et] te *Y* 5 sedi *Y* sed *CD* 6 uidentes *CD* 8 ordines *Y* 11 theodorio *CD* 12 precipit *y* sedem *y* fidem *CD* 13 tenentes *y* 14 ecclesia *CD* 16 participatio notare *Y* definimus *Y* 19 urm *CD* 22 et² *om.* *CD* 27 quo *Y* 28 sit *CD* facientis *Y* 29 cupiti *CD* 31 lege *Y* 32 sedis *CD* 35 ut in *CD* 38—p. 96, 2 INCP RESCRIPTVM BEATISSIMI PAPAE LEONIS AD RELATIONEM SCI CALCEDONENSIS CONCILII in quo cuncta quæ in eo gesta sunt adprobauit effetatis tantum constantinopolitanæ ecclesiæ priuilegiis indebitæ usurpatis *Y* 38 EPISTOLE *CD* 39 scæ chalcedonensis gesta synodi *D*

per ambitionem Constantinopolitanorum gesta sunt contra Nicæni statuta concilii, quæ subiecta epistola respondit ad relationem sanctæ synodi supra scriptam

Omnem quidem fraternitatem etc. *edita est in Leonis epistularum collectionibus 64* [*uol.* IIII *p. 70. 71*]

Appendicis instar hic edo relationis synodi ad Leonem [*109*] *uersionem quæ extat in codicibus Versionis antiquæ et in fine codicis A, cf. quæ adnotaui p. 93 ad 109*

EXEMPLAR RELATIONIS ARCHETYPAE SCAE MAGNAE ET VNIVERSALIS SYNODI QVAE IN CALCHEDONA METROPOLI CONGREGATA EST AD SCAE MEMORIAE PAPAM LEONEM

Sancta et magna et uniuersalis synodus quæ secundum dei gratiam et sanctionem piissimorum et dei amatorum nostrorum principum collecta est in Calche-
Ps. 125, 2 done metropoli Bithyniæ prouinciæ, sanctissimo ac beatissimo Leoni. Repletum est gaudio os nostrum et lingua nostra exultatione, quod hanc ut propriam nobis gratia prophetiam aptauit, quibus pietatis confirmatum est uotum. quid enim fide ad lætitiam superius? quid dominica agnitione ad exultationem clarius?
Mt. 28, 19. 20 quam ipse desuper nobis saluator ad salutem tradidit dicens: ambulantes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quæ demandaui uobis, quam ipse tamquam
Mt. 16, 16 auream catenulam præcepto inponentis deductam in nos conseruasti, uocis beati Petri omnibus interpres existens et illius fidei omnibus beatitudinem attrahens. unde et nos tamquam principi tibi huius boni ad utilitatem usi ueritatis filiis ecclesiæ sortem ostendimus, non per singulos singuli tamquam in secreto doctrinam facientes, sed communi spiritu, uno consensu et concordia fidei confessionem cognoscentes. et fuimus in communi exultatione spiritalibus tamquam imperialibus cenis epulationibus in cibis quas per tuas litteras Christus epulantibus apparauit, et cælestem
Mt. 18, 20 sponsum inter nos cernere uidebamur epulantem. si enim ubi sunt duo aut tres congregati in nomine ipsius, ibi ait se esse in medio eorum, quantam circa quingentos uiginti sacerdotes familiaritatem monstrabat, qui et patriæ et labori circa eum scientiam confessionis præposuerunt? quibus tu tamquam caput membris præpositus eras per eos qui tuam continent uicem, rectum consilium demonstrans, principes autem
1 Esra 3, 2. 8 fideles ad ornatum præsidebant sicut Zorobabel Iesu, ecclesiæ quemadmodum Hierusalem, ædificationem dogmatum renouare festinantes. et erat aduersarius tamquam bestia foris a septis secum fremens neminem habens quem capiat, nisi se ipsum ei ad prædam Alexandrinæ urbis factus olim præsul obiceret. qui dum multa prius mala fecisset, secundis priora celauit. beatum enim illum et in sanctis connumerandum Constantinopolitanæ urbis pastorem Flauianum apostolicam præferentem fidem et dei amatorem episcopum Eusebium contra omnem canonum disciplinam deposuit et impietate condemnatum Eutychen tyrannicis decretis suis restituit et a uestra sanctitate utpote ab inmerito gratia ablatam reddidit dignitatem et ut omnino ferox singularis incumbens uineæ, quam bonam inuenit plantationem euertit, infructuosam autem et abiectam introduxit, et pastoralem habentes sapientiam amputauit, lupos autem manifestatos ouibus introduxit. super hæc omnia etiam contra

Φa [= *RN*], *A*

7/8 CALCH̄ *N* CALCHEDONIAE *R* 9—11 Sancta — Leoni *om. A* 10/11 calchedoniæ *R* 13 gratiam Φa*A* propitiam *A* 17 quecumque mandaui *N* 24 apparuit Φa*A*, *corr. R* 25 uidebamus *A* 26 se *om.* Φa 27/28 scientia *R* 30 præsedebant *A* Iesu ecclesiæ *scripsi cl.* Γ *et Rustico* ecclǣ ihm̄ Φa*A* 32 foris]stris *A* 34 priore *R* 35 p̄ se ferentem *N* 38 ablata *A* 41 manifestos *R*

eum qui custodiam uineæ a saluatore susceperat, furorem suum extendit, dicimus autem de sanctitate uestra, et excommunicationem contra eum qui corpus ecclesiæ adunire festinauit, cogitauit. et cum oportuisset eum pro his pænitere et debuisset lacrimis postulare misericordiam, tamquam pro honestis lætabatur, epistulam quidem uestræ sanctitatis aspernens, omnibus autem ueritatis dogmatibus resistens. et oportuerat quidem eum mox in hac in qua se ipsum ordinauit parte relinquere; quoniam autem saluatoris disciplinam profitemur, qui omnes homines saluos esse uult et uenire ad cognitionem ueritatis, hanc opere in eo firmare misericordiam festinauimus et in iudicium fraterne conuocabamus, non tamquam resecare temptantes, sed satisfactionis ei locum ad medicinam præbentes. et orabamus superiorem eum existere uariis incusationibus quæ aduersus ipsum scriptæ sunt, quatenus clari cum celebritate conuentum dimittentes in nihilo a satana læderemur; iste autem inscriptum in se ipso conscientiæ habens testem recusatione iudicii accusationibus consensit et legitimas tres circa eum factas uocationes repudiauit. ideo ergo quam ipse contra suas culpas protulit sententiam, hanc ut possibile erat mediocriter firmauimus, pastorali lupum pelle denudantes, quo pridem habitu conuincebatur indutus. huc usque nobis constabat tristitia et statim bonorum gratia resplenduit et unum zizanium reuellentes totum mundum tritico puro cum uoluptate repleuimus et tamquam euellendi et plantandi potestatem suscipientes sectionem quidem usque ad unum coartauimus, bonorum autem fertilitatem diligenter plantauimus. deus enim operabatur et quæ conuentum thalami coronabat uenerabilis Eufimia, quæ sicut propriam confessionem fidei a nobis suscipiens definitionem suo sponso per piissimum principem et amatricem dei imperatricem optulit, omnem quidem aduersariorum perturbationem sopiens, ueritatis autem ut amicam confessionem confortans et manu et lingua omnium sententiis adsignans ad manifestationem.

Hæc sunt quæ tecum præsenti spiritu et ut fratribus fauere scienti, qui nobis in tuorum pæne comparuit sapientia, operati sumus; innotescimus autem quod et alia quædam de ordine rerum et regularum ecclesiasticarum constantiæ causa statuimus, scientes et uestram sanctitatem, si agnouerit, probaturam hæc et confirmaturam. qui enim ante multa tempora mos fuit, quem tenuit Constantinopolitana sancta dei ecclesia ad ordinandos metropolitanos Asianæ et Ponticæ et Thracicæ diocesis, et nunc per synodicam firmauimus sententiam, non tantum sedi Constantinopolitanæ aliquid præstantes quantum metropolitanis quietem prouidentes, propterea quia plurimi sæpe morientibus episcopis exoriuntur tumultus, dum sine regimine fuerint et clerici et populi qui in eis sunt, et ordinem ecclesiasticum confundant. quod uestram sanctitatem non latet, præsertim causa Ephesiorum, qui uobis sæpe molestiam ingesserunt. firmauimus autem et centum quinquaginta sanctorum patrum qui in Constantinopolim congregati sunt, canonem temporibus diuæ memoriæ magni Theodosii, qui pronuntiat post uestram sanctissimam et apostolicam sedem primatum Constantinopolim habere loci secundi, scientes quia radium apostolicæ uestræ sedis nimis potentem in Constantinopolitanam ecclesiam, more solito

Φa [= *RN*], *A*

3 adunare *A* 4 equidem *N* 6 partem *R* 8 agnitionem *R* 9 conuocamus *A* conuocabimus *N* 10 insistere *R* 12 ledemur *N* 13 recusationem *N* 14 circa eum tres Φa 16 hoc Φa 18 trico *N* uoluntate *A* 21 *postulatur* thalamo eufemia *N* 22 sui *N* 24 unicam *A* confirmans *A* 26 nobis *om. A* 27 conparauit *RA* 29 hæc *om. A* 30 mors *A* 31 traciacæ *R* traciæ *NA* 34 plurimis Φa*A* 35 cleri *A* 36 non *om. N* 38 diuinæ *R* 39 qui *om. N* 40 loci habere *R* 41 potestatem *N* ore *A*

protegentes, sæpius extendistis, dum sine inuidia consueti estis bona uestra familiaribus mutuari. quæ igitur statuimus ad amputandam omnem confusionem, ad confirmandam autem ecclesiasticam disciplinam, hæc ut propria et amica et ad ornatum apta conplecti dignare, sanctissime et beatissime pater. qui enim locum uestræ sanctitatis continent sanctissimi episcopi Pascasinus et Lucensius et qui cum eis est reuerentissimus presbyter Bonifatius, his ita constitutis uehementer resistere temptauerunt, procul dubio a uestra prouidentia inchoari et hoc bonum uolentes, ut quemadmodum fidei, sic et ordinis uobis inputetur restitutio. nos autem satisfacientes piissimis et amatoribus Christi principibus, qui pro hac causa gaudent, et clarissimo senatui et toti, sicut est dicendum, regiæ urbi congruum esse putauimus honorem eius ab uniuersali synodo confirmari et tamquam ex tua initium sumpserit sanctitate per hos quos fouere semper festinasti, confidenter firmauimus, scientes quia omne bonum quod a filiis fit, ad proprios recurrit parentes. rogamus igitur, honora et tuis sententiis nostrum iudicium et quemadmodum nos consensum in bonis capiti contulimus, sic et caput filiis quod decet, adinpleat. sic enim et piissimi principes curabuntur, qui tuæ sanctitatis sicut legem adfirmauerunt iudicium, et Constantinopolitana sedes uicissitudinem suscipiat, quæ uobis semper omne studium ad causam pietatis exhibuit et zelo se ipsam coniunxit uobis ad concordiam. ut autem sciatis quia nihil gratiæ causa aut offensionis efficimus, sed nutu diuino gubernati, omnem uobis gestorum uim insinuauimus ad consistentiam nostram et ad eorum quæ a nobis acta sunt, confirmationem et depositionem.

Et subscriptio

1 Anatolius episcopus Constantinopolitanus ualere me in domino ora, deoamantissime pater

2 Maximus episcopus magnæ ciuitatis Antiochiæ ualere me in domino ora, sanctissime et beatissime pater

3 Iuuenalis episcopus Hierosolymorum ualere me in domino ora, sanctissime et beatissime pater

4 Cyriacus episcopus Heracleæ metropolis subscribsi per deoamantissimum episcopum Lucianum ut supra

5 Diogenis episcopus metropolis Cyzici ut supra

6 Fotius episcopus Tyru metropolis ut supra

7 Florentius episcopus Sardensium ciuitatis metropolis Lydiæ ualere me ora, deoamantissime pater

8 Constantinus episcopus metropolis Bostræ ualere me ora, domine sanctissime et beatissime pater

9 Theodorus episcopus metropolis Damasci ualere me ora in domino, deoamantissime pater

10 Seleucus gratia Christi episcopus metropolis Amasiæ ualere me in domino ora, deoamantissime pater

20–21 omnem — depositionem *adfert Vigilius Coll. Auell.* 83, 286

Φa [*RN, usque ad* 28], *A*

1 extendentes *A* 5 paschasius *R* 9 Christi principibus *om. N* 13 recurreret *A* 16/17 constantinopolitanæ *N* 17 sedis Φa*A* 18 conduxit *A* 19/20 gubernanti *N* 22 et *om* Φa 23 me *A* uos Φa nos *R*corr oro Φa 23/24 dni amantissime Φa 25 urbis Φa 27 hierosolimitanus Φa oro *N* sc̄e *A* 33 metropoli *A*

11 Constantinus misericordia dei episcopus metropolitanus Meletenus ualere me in domino ora, reuerentissime pater

12 Francion episcopus metropolitanus Philippopolis ualere me in domino ora, ⟨deo⟩amantissime pater

13 Pergamius episcopus Antiochiæ Pisidorum metropolis ualere ⟨me⟩ in domino ora, deoamantissime pater

14 Lucianus episcopus Byzæ ualere me in domino ora, deoamantissime pater

15 Gregorius episcopus Adrianopolis ualere ⟨me⟩ ora, deoamantissime pater

16 Theodoritus episcopus Cyrri ualere me in domino ora, domine deoamantissime pater

17 Meletius episcopus Larissæ uices agens beatissimi episcopi Domni Apamiæ Syriæ suscribsi. ualere ora, sanctissime pater

18 Acacius misericordia dei episcopus ciuitatis Ariarathiæ ualere me in domino ora, deoamantissime pater

19 Iohannis episcopus Germaniciæ ualere me in domino ora, deoamantissime pater

20 Ioseph episcopus Iliopolis ualere me in domino ora, deoamantissime et sanctissime pater

21 Calogerus episcopus Claudiopolis ualere me ora, deoamantissime pater. et suscribsi per Eufrosynum diaconem

22 Heraclius misericordia dei episcopus Comanorum ualere me in domino ora, deoamantissime pater

23 Ibas episcopus Edessenæ metropolis ualere me in domino ora, deoamantissime pater

24 Sofronius episcopus Constantinæ ualere me in domino ora, deoamantissime pater

25 Vranius episcopus Emisæ ualere me in domino ora, deoamantissime pater

26 Eusebius episcopus Dorylæi ualere me in domino ora, deoamantissime pater

27 Ætherius episcopus Smyrnæ ualere me in domino ora, deoamantissime pater

28 Zenobius episcopus ut supra

29 Thomas episcopus Theodosiopolis ualere me in domino ⟨ora, deo⟩amantissime pater

30 Sabas episcopus Palti ualere me in domino ⟨ora⟩, deoamantissime pater, suscribens per Patricium episcopum

31 Patricius episcopus Neocæsariæ ualere me in domino ora, deoamantissime pater

32 Rinus gratia dei episcopus Iunopolis ualere me in domino ora, deoamantissime pater

33 Eudoxius episcopus poleos Chomatis ualere me in domino ora, sanctissime pater

34 Nicolaus misericordia dei episcopus Acarasseorum ualere me in domino ora, ⟨deo⟩amantissime pater

35 euodius episcopus saumatis ualere me in domino ora, deoamantissime pater

36 Tryfon episcopus ecclesiæ Chii ualere me in domino ora, deoamantissime pater

A

4 amantissime *A* 5 me *om. A* 8 me *om. A* 13 ariarthiæ *A* 23 ædissenæ *A* 27 æmissæ *A* 31 ora *om. A* 31/32 amantissime *A* 33 ora *om. A* 39 poleocomatis *A* 42 amantissime *A* 43 *Euolcium Zeumatis agnouit Baluze*

37 Paulus episcopus sanctissimæ dei ecclesiæ Filomelei ualere me in domino ora, domine pater

38 Theoctistus episcopus Tyrai ualere me in domino ora, sanctissime pater

39 Olympius episcopus Sozopolitanæ sanctissimæ dei ecclesiæ ualere me ora, deoamantissime pater

40 Iohannis humilis episcopus ciuitatis barbileorum ualere me ora, deoamantissime pater

41 Valerius episcopus ciuitatis Laodiciæ Fynicæ ualere me in domino ora, deoamantissime pater

42 Basilius episcopus ciuitatis Nacoliæ ualere me in domino ora, deoamantissime pater

43 Noe episcopus ciuitatis * ualere me in domino ora, deoamantissime pater

44 Vranius episcopus ciuitatis Ibororum ualere me in domino ora, deoamantissime pater

45 Manasses episcopus Theodosiopolis magnæ Armeniæ ualere me ora in domino, deoamantissime pater

46 Aurelius episcopus ora pro nobis, pater beatissime

47 Restitutianus episcopus ora pro nobis, sancte ac uenerabilis papa

48 Amachius episcopus ciuitatis Settorum ualere me in domino ora, deoamantissime pater

49 Meletius episcopus Larissæ ualere me in domino ora, deoamantissime pater

50 Fonteianus episcopus Sagalassi ualere me in domino ora, deoamantissime pater

51 Theodorus misericordia dei episcopus Antifelli Lyciæ ualere me in domino ora, deo amantissime pater

52 Melipthongus misericordia dei episcopus hiliopoli ualere me in domino ora, deoamantissime pater

53 Thalassius episcopus ciuitatis Parii ualere me in domino ora, deoamantissime pater

54 Alexander episcopus ciuitatis Seleuciæ Pisidiæ ualere me in domino ⟨ora⟩, deoamantissime pater

55 Musianus episcopus Limenorum ualere me ora in domino, deoamantissime pater

56 Florentius episcopus Lesbi Tenedi et litoris ualere me ora, deoamantissime pater

57 Epiphanius episcopus ciuitatis Midai ualere me ora, deoamantissime pater

58 Cyrus episcopus ciuitatis Siniandi ualere me in domino ora, sanctissime pater

59 Pancratius episcopus Libiadis ualere me in domino ora, sanctissime pater

60 Polychronius episcopus Antipatridis ualere me in domino ora, deoamantissime pater

61 Cyriacus episcopus ciuitatis Trognadorum suscribsi per presbyterum meum Chrysippum. ualere me in domino ora, sanctissime pater

62 Eunomius episcopus Nicomediæ metropolis ualere me ora, sanctissime pater

63 Anastasius episcopus Nicææ metropolis ualere me ora, sanctissime pater

---

A

1 filiomelei *A* 6 *postulatur* Bargyliorum 12 *excidit* Cephæ *uel tale quid* 15 theodoxiopolis *A* 19 sotorum *A* 24 antitelli *A* 26 *postulatur* Iuliopolis 28 patrii *A* 30 ora *om. A* 37 cyrrus *A* 38 Libiadis *Baluze* lybandi *A*

64 Sebastianus episcopus ciuitatis berissæ ualere me in domino ⟨ora⟩, deoamantissime pater

65 Iouinus episcopus sanctissimæ dei ecclesiæ Debeltorum ualere me ora, ⟨deo⟩-amantissime pater.

Similiter et reliqui omnes episcopi suscribserunt.

A

1 *postulatur* Beryæ   ora *om.* *A*   3/4 amantissime *A*   5 *subscr.* EXP̄ RELAT'O S̄C̄Ē SYNODI CALCHEDONENSI AD PAPAM LEONEM *A*

1 Consulatu domni nostri Marciani perpetui augusti et qui fuerit nuntiatus, XVI Kl̄ Nouemb̄ || Calchedone ||

d. 17. m. Oct. a. 451

secundum iussionem sacratissimi et piissimi domni nostri Marciani p̄p̄ aug̅ congregatis in sanctissima ecclesia sanctæ martyris Euphimiæ gloriosissimis iudicibus, hoc est

1 magnificentissimo et gloriosissimo magistro militum || ex || consule et patricio Anatolio

2 et magnificentissimo et gloriosissimo præfecto sacrorum prætoriorum Palladio

3 et magnificentissimo et gloriosissimo præfecto || urbis || Tatiano

4 et magnificentissimo et gloriosissimo magistro sacrorum officiorum Vincomalo

5 et magnificentissimo et gloriosissimo [ex] magistro Martiali

6 et magnificentissimo comite deuotissimorum domesticorum Sporacio

7 et magnificentissimo comite sacrorum priuatorum Genethlio

ad hæc et gloriosissimo senatu, hoc est

8 magnificentissimo et gloriosissimo ex præfectis et ex consule et patricio Florentio

9 et magnificentissimo et gloriosissimo ex consule ac patricio Senatore

10 et magnificentissimo et gloriosissimo ex magistro et || ex || consule et patricio Nomo

11 et magnificentissimo et gloriosissimo ex præfecto et || ex || consule et patricio Protogene

12 et magnificentissimo et gloriosissimo || ex || præfecto || [urbis] || Zoilo

13 et magnificentissimo et gloriosissimo ex præfecto || urbis || Theodoro

14 et magnificentissimo et gloriosissimo ex præfecto Apollonio

15 et magnificentissimo et gloriosissimo ex præposito Romano

16 et magnificentissimo et gloriosissimo ex præfecto Illyrici Theodoro

17 et magnificentissimo et gloriosissimo ex præfecto prætorio Constantino

18 et magnificentissimo et gloriosissimo ex præposito Artaxe,

---

Φ[a] [= *RBN*], Φ[c] [= *APDM*], Φ[r] [= *CVY*]

VERSIO ANTIQVA 1 INC̄P QVARTA COGNITIO EIVSDEM SINODI *Y* incipit eiusdem *M* CALCHEDONENSIS [santi calchedonensi *M*] CONCILII Φ[r]*DM* IN CALCHEDONA Φ[a] *om. A* 2—4 nostri *fere omnia deleta in P* 2 domini *R*[corr]*AMV* perpetui] PAPAE *R* 3 calchedona Φ[a]*AMV*[corr] calchedono *CV* chalcedono *D* 5 eufemiæ Φ[a]*PD* 6 hoc est *om. N* 7 et ex Φ[a]*MV*[corr] 10 urbis *om.* Φ[a]*APM* 12 ex magistro Φ[r]*D* martiale Φ[a]*A* marciano *M* 13 magnificentissimo et gloriosissimo *BNAPM* comite *om. N* sphoratio Φ[a]*CV* sphoracio *APM* 15 et *om. BN* 19 ex *om.* Φ[a]*DCV* 21 ex² *om.* Φ[a] 22 protegene *BNM* 23 ex *om.* Φ[a]*APM* urbis Φ[r]*D om.* Φ[a]*APM* [= Γ] 24 orbis *Y om.* Φ[a]*APM*

437 ΦΕ || Solemo || Constantinæ
438 ΦϚ Mara Dionysiadis
|| consentiens suscripsi ||
ΦΖ Theodorus episcopus Damasci || pro episcopis sub me constitutis ||
439 ΦΗ Iohanne Palmyræ
440 ΦΘ Dada || Chonocharum ||
441 ΦΙ Eusebio || Iabrodorum ||
442 ΦΙΑ Theodoro Danaborum
443 ΦΙΒ || Abramio alanorum ||
444 ΦΙΓ Petro Coradeorum
|| consentiens suscripsi ||

Φ^{a} [= *RBN*], Φ^{c} [= *APDM*], Φ^{r} [= *CVY*]

VERSIO ANTIQVA 1 aulii ungi *A* auliu uici *P* auliu comæ Φ^{a} 2 rufini Φ^{cr} 3 uarectorum *ADMY* uapeccatorum *P* baretio Φ^{a} 4 terum *Y* reorum Φ^{a}*A*, Σέων (i. e. Σιών) Γ 6 eusperum Φ^{c}*Y* eusebium *CV* esperium Φ^{a} similiter Φ^{a} 7 constantius Φ^{a}*M* bostrensium metropolis similiter Φ^{a} 7 et *om.* Φ^{cr} 7/8 absentibus ēpīs qui sub me sunt Φ^{a} 9 gerassis *CV* gerassi Φ^{c} gerasorum [= Γ] *BN* gerassorum *R* 10 zosso *Y* zosios *A* zisio *D* zosuæ *R* yosuæ *BN* ebuntorum *CV* sebuntorum *PM* subintrorum *AD* erbuntorum Φ^{a} 11 marco uhateno Φ^{a} 12 gauton helom Φ^{a} 14 chilonos Φ^{a} Neapolis *om.* Φ^{a} 15 Iohanne *om.* Φ^{cr} serre *M* reie *P* erras Φ^{a} 16 neuis Φ^{ac}, *corr.* *D*^{mg} 17 gaiano [gaineo *CVD*^{mg}] ciuitatis Φ^{r} gaianupoleos *AP* gaiunupoleos *M* gaiopoleos *D* gaiano Φ^{a} mida [onida *P*] Φ^{c}, *corr.* *D*^{mg} medabon [= Γ] eutimæ Φ^{a} 18 seuero ciuitatis Φ^{r}*D*^{mg} seuerupolis *A* seueropolis *D* seuiropolis *M* seuiropoleos *P* seuerus Φ^{a} maximianopolis *Y* maximianopoleos [maxianopoleos *R*] similiter Φ^{a} *om.* Φ^{c}, *corr.* *D*^{mg} 19 euthiimiæ *R* eutihimiæ *BN* seutimiæ Φ^{c} 20 solemon Φ^{a} solemo chi *M* 22 *om.* Φ^{a} 23 episcopus Damasci *om.* *BN* et metropolis qui sub me sunt ēpī Φ^{a} 25 crum [corum *D*^{corr}] honocha *CVD*^{corr} corum Φ^{c} poleschona charon Φ^{a} 26 iabrudorum *P* iobradorum *D* iabrorum *A* iambrudum ciuitatis Φ^{a} 27 nabadorum *M* dahaborum *BN* 28 abrahamio Φ^{a} arlanorum [= Γ] Φ^{a} 30 similiter Φ^{a}

6 pitanne *M* 11 CCCCLX *adscr.* *y* 13 zerabuenne *AP* zeraboennæ *D* zarabuene *M* 16 iobio ciuitatis *CV* geuispoleos *A* giuspoleos *D*, *corr.* *D*^{mg} gebispoleos *M* bispoleos *P* 20 constantiæ *Y* constantiane [= Γ] *M* 21 zionisiadis *Y* dyonyryadis *CVD*^{mg} dionissiadis *PM* dionyssanis *A* dionissamis *D* 24 CCCCLXX *adscr.* *y* 27 theodorum *CV* 29 caradeorum *P* cadeorum *AD*

ΦΙΔ Stephanus episcopus || Hierapoleos pro deoamantissimis episcopis sub me constitutis ||

445 ΦΙΕ || Vranio Surorum ||

446 ΦΙϚ Mara || Orimorum ||

447 ΦΙΖ Dauid || Europi ||

448 ΦΙΗ Cosma

449 ΦΙΘ || Mariano polis Rosafassy ||
|| consentiens suscripsi ||

10 DIVINISSIMVS ET PIISSIMVS DOMINVS NOSTER AD S̄CAM SYNODVM D̄: || Dicat sancta synodus || si || secundum consensum omnium sanctorum episcoporum definitio nunc relecta prolata est.

11 OMNES CLAMAVERVNT: || Omnes sic || credimus una fides una || uoluntas ||. omnes || id ipsum || sapimus. omnes consentientes suscripsimus. omnes orthodoxi sumus. hæc fides patrum. hæc fides apostolorum. hæc fides orthodoxorum. hæc fides || orbem terræ || saluauit. Marciano nouo Constantino, nouo Paulo nouo Dauid. annos Dauid imperatori. || pio ||, domine, uitam ei, nouo Constantino, nouo Marciano. uos || estis pax orbis. || pie domine uitam ei. || conseruet || uos fides uestra. Christum || quem || honoras, ipse te custodiat. || orthodoxam || fidem tu || roborasti ||. sicut apostoli, ita creditis. augustæ multos annos. uos lumina orthodoxiæ. propter hæc ubique pax est. lumina pacis, domine, tu custodi. luminaria mundi, domine, tu custodi. perpetua memoria nouo Constantino. quæ ex genere orthodoxa est,

10 VERSIO ANTIQUA Sacratissimus et piissimus dominus noster ad sanctam synodum dixit: Sancta synodus dicat si consensu omnium reuerentissimorum episcoporum pronuntiata est quae in praesenti relecta est definitio.

11 Omnes clamauerunt: Sic omnes credimus. una fides, una sententia. omnes idem sapimus. omnes consentientes suscripsimus. omnes orthodoxi sumus. haec fides patrum. hæc fides apostolorum. hæc fides orthodoxorum. hæc fides uniuersum mundum saluauit. Marciano nouo Constantino, nouo Paulo, nouo Dauid. anni Dauid imperatori. pie, domine, uitam ei, nouo Constantino, nouo Marciano. uos pax estis uniuersi mundi. pie domine, uitam ei. custodiat uos fides uestra. Christum honoras: ipse te custodiat. rectam fidem tu firmasti. sicut apostoli, ita credidistis. *cetera uideas* p. 177, 6

Φ^{a} [= *RBN*], Φ^{c} [= *APDM*], Φ^{r} [= *CVY*]

ADNOTATIONES RVSTICI 21/22 *ad* luminaria — custodi *referenda*] quod adieci, in solo Ac̄ū codice inueni C^{mg}

1 hieropoleos *Y* hieraspoleos Φ^{c} ierapolis metropolitanus Φ^{a} 1/2 et pro qui sub me sunt reuerentissimis ēp̄s Φ^{a} 1 dī amantissimis *APM* episcopis *om. A* 3 oranio Φ^{a} sororum *A* surumoru *P* suron Φ^{a} 4 de orimo Φ^{a} oriorimorum *P* 5 europu Φ^{a} 6 CCCCLXXX *adscr. y* 7 marianopolis *DY* marianupolis ΦΙΘ [ΦΙΘ *om. A*] *CVA* marinupolis *M* marianus [marinianus R^{corr}] Φ^{a} rosafasa Φ^{a} *om.* Φ^{c}, *corr. D* 8 similiter Φ^{a} *subscr.* CXXX F̄R̄S̄ CCCCLXX Φ^{a}

Φ^{cr} 9—22 9 diuinissimus $V^{corr}Y$ diuissimus CD^{mg} sacratissimus Φ^{c} noster dominus *MY* noster domnus *AD* 10 si *om. AD* consensum *om. CV* 12 omnes *om.* Φ^{c} 13 idem ipsum *A* 14/15 hæc² — orthodoxorum *om. Y* 15 orthodorum *C* 16 Paulo nouo *om.* Φ^{c}, *corr. D* annus *ACV* pio $\Phi^{r}D^{corr}$ pie V^{corr} *om.* Φ^{c} 17 piissime Φ^{c} domne CD^{mg} 18 conseruat *AD* honoratis *A* 19 credetis *A* crededistis A^{corr} credidisti *D*, *corr.* D^{mg} 20 lumen *Y* orthodoxæ *P* 21 tu *om. P* 21/22 luminaria — custodi *om.* Φ^{c} [*cf. Rusticum*], *corr. D* 21 mundi *om.* D^{corr} te *CV om. PM* 22 pertua *CV*

Φ^{a} [= *RBN*]

VERSIO ANTIQVA 23—33 30/31 nouo — ei *om. B* 33 creditis *BN*

deus eam custodiat. custodem fidei deus custodiat. eam quæ semper pia est, deus custodiat. pie orthodoxe quæ contraria est hæreticis, deus eam custodiat. omnes hæreticos tu fugasti. Nestorium et Eutychen tu persecuta es. absit inuidia a uestro imperio. digni fide, digni Christo, absit inuidia a uestro imperio. fideles imperatores sic honorantur. deus custodiat potestatem uestram. deus pacificet imperium uestrum. Marcianus nouus Constantinus. Pulcheria noua Helena. zelum Helenæ tu sectaris. uestra uita || munimen || cunctorum est. uestra fides ecclesiarum gloria est.

12 Et post has uoces || DIVINISSIMVS || ET PIISSIMVS || NOSTER DOMINVS || AD S̄CAM SYNODVM D̄: Licet laborem uestræ reuerentiæ fatigationemque fecerimus, tamen maximas gratias agimus omnium saluatori deo quia multorum errantium circa fidem amputata || discordia || in unam eandemque || religionem || omnes nunc || una uoluntate || conuenimus sperantes || celerrimam || uestris || ad diuinitatem || precibus et || circa omnia || pacem || nobis || a deo donari.

13 || OMNES CLAMAVERVNT: || Hæc digna uestro imperio. hæc propria uestri regni. hæc correctio uestri imperii, digne fide, digne Christo, digne imperio, digne fide et religione. propter hæc pacificatur orbis terrarum. hæc digna uestro imperio. per te orthodoxia firmata est, per te hæresis non est. cælestis rex, terrenum custodi, per te || firmata || fides est. cælestis rex, augustam custodi, per te fides firmata est. unus deus, qui hoc fecit. rex cælestis augustam custodi. digne pace, hæreticos tu fugasti. Nestorio et Eutychi anathema, anathema et Dioscoro. per uos fides, per uos pax. hæc oratio ecclesiarum, hæc oratio pastorum. Nestorio et Eutychi et Dioscoro anathema.

14 Et post has uoces || DIVINISSIMVS || ET PIISSIMVS || D̄N̄S̄ NOSTER || AD S̄CAM SYNODVM D̄: Pia et catholica fide a sancta et uniuersali synodo secundum patrum expositionem declarata iustum simul et || expediens || esse nostra tranquillitas approbauit omnem de cetero contentionis occasionem de sanctæ fidei religione penitus amputari. si quis igitur idiota uel militaris seu clericus publice de fide turbam congregans sub optentu disputationis tumultum fecerit, sciat quia si quidem idiota sit, ab urbe regia expelletur, militaris uero seu clericus gradus sui periculum sustinebunt et pœnis aliis subiacebunt.

Φ^c [= *APDM*], Φ^r [= *CVY*]

ADNOSTATIONES RVSTICI 1/2 *signum ante* 1 custodem *positum, alterum supplendum est post* 2 custodiat^2] quod adieci, a signo hoc ambo Græci codices habent $C^{mg}D^{mg}$ 9 et — uoces *signis inclusa*] Græci non habent $C^{mg}D^{mg}$

1/2 custodem — custodiat^2 [*cf. Rusticum*] *om.* Φ^c, *corr.* D^{mg} 1 ea CVD^{mg} 2 pio CVD^{mg} pie et V^{corr} 3 euticeten *D* est *Y* 4 a *om. CV, corr. V* digni^1 — imperio *om. CV* fidei *D* 5/6 pacifici et *CV, corr. V* 7 cautela Φ^c 9 sacratissimus Φ^c noster *om.* Φ^c imperator Φ^c 11 saluatori n̄r̄ō *Y* errantium *om. APD* 12 discordia est Φ^c eadem quæ *CV, corr. V* fidem Φ^c 12/13 una uoluntate *om.* Φ^c in una *Y* 13 celerem Φ^c ad diuinitatem *om.* Φ^c 13/14 præcipibus *CV* 14 meliorem super omnes nos [uos *M om. AP*] Φ^c 14 nobis *om.* Φ^c 15 s̄c̄ā synodus iterum clamauit Φ^c 16 regni] regni imperii [imperio *P*] *PY* imperii *om. P* digne^1] digni Φ^c*CV, corr. V* digni (*ter*) Φ^c digne imperio *om. M* 17 pacificat *P* digna est *P* 19 firma Φ^c 19/20 cælestis — est *om. M* 20 firma fides *PD* firma *A* 21 paci $D\Phi^r$ eutychete *P* 22/23 apostolorum *A* 23 eutyche *P* 24 sacratissimus Φ^c imperator Φ^c noster *om.* Φ^c 25 ad *Y om. M* 26 declaratam *Y* conueniens Φ^c, *corr.* D^{mg} 27 s̄c̄ā *AM* 28 amputare *PM* si quis] quisquis *D* 29 quidem] quem *P* 30 expellitur *AD* expellatur *PM* si militaris *A* siue *D* 31 et — subiacebunt *om. M*

15 OMNES CLAMAVERVNT: Multos annos imperatori. multos annos augustæ. pio et Christiano. ecclesias tu correxisti, orthodoxiam tu confirmasti. augustæ orthodoxæ multos annos. piæ et amatrici Christi. imperium uestrum deus custodiat. uos hæreticos expulistis. Nestorio et Eutychi et Dioscoro anathema. trinitas hos tres damnauit. in perpetuum maneat uestrum imperium.

11 VERSIO ANTIQVA augustæ multi anni. uos lumina rectæ fidei. propter hæc ubique pax. lumina pacis, domine, custodi. lumina orbis terrarum, domine, custodi. sempiterna memoria nouo Constantino. quæ ex genere orthodoxa est, a deo custodiatur. quæ semper pia est, a deo seruetur. custodem fidei deus custodiat. pie et orthodoxe aduersarium hæreticorum deus custodiat. omnes hæreticos tu expulisti. Nestorium et Eutychen tu fugasti. absit inuidia a uestro imperio, digni fide, digni Christo. absit inuidia amanti Christum imperio. fideles imperatores ita honorantur. deus custodiat potentiam uestram. deus pacificet imperium uestrum. Marcianus nouus Constantinus. Pulcheria noua Helena. Helenæ fidem demonstrasti. Helenæ zelum tu ostendisti. uestra uita omnium tutela. fides uestra gloria ecclesiarum.

12 Piissimus et sacratissimus dominus noster ad sanctam synodum dixit: Etsi laborem uestræ reuerentiæ et fatigationem fecimus, maximas gratias confitemur omnium saluatori deo quod multis errantibus circa fidem iam expulsa discordia in unam eandemque religionem consentientes omnes conuenimus sperantes celeriter ad meliora uestris orationibus uniuersalem nobis pacem a deo esse donandam.

18 Omnes clamauerunt: Ista digna tuo imperio. ista propria sunt uestri imperii. hæc perfectio uestri imperii, digne fide, digne Christo, digne et imperio et religione. propter hæc pacem habet uniuersus mundus. hæc digna tuo imperio. per te recta fides firmata est, propter te non est hæresis. cælestis imperator, terrenum custodi; per te firma est fides. cælestis imperator, augustum custodi. unus deus qui hoc peregit. cælestis imperator, augustum custodi. digne pace, hæreticos tu fugasti. Nestorio et Eutycheti anathema et Dioscoro. propter uos fides, propter uos pax. hæc oratio ecclesiarum, hæc oratio pastorum. Nestorio et Eutycheti et Dioscoro anathema.

14 Sacratissimus et piissimus dominus noster ad sanctam synodum dixit: Pia et catholica fide a sancta et uniuersali synodo secundum expositionem patrum manifestata iustum simul et expediens esse nostra serenitas adprobauit omnem in reliquo controuersiæ occasionem de religione sanctissima expellere. ergo si quis priuatus aut militans aut in clero conunmeratus puplice de fide multitudinem colligens sub intuitu disputationis tumultum fecerit, sciat quia qui priuatus est, a regali ciuitate expelletur; qui militat, circa suam militiam et clericus circa proprium gradum periclitabuntur et aliis submittentur pœnis.

Φ[c] [= *APDM*], Φ[r] [= *CVY*]

ADNOSTATIONES RVSTICI 2 *sine certa relatione, sed cf. Y*] amanti Christum [ammanti x̅p̅o̅ *C*[mg]] imperatori multi anni pio et amatori Christi *C*[mg]

2 Christiano] x̅p̅i̅a̅no amanti x̅p̅m̅ imperatori multi anni pio et amatori x̅p̅i̅ multi anni [*cf. notam C*[mg]] *Y* confortasti *PM* 3 multi anni orthodoxæ multos annos *CVD*[corr]

Φ[a] [= *RBN*]

6 anguste *BN corr. N* 20 eadem quæ [qui *N*] *BN* 21 donandum *B* 22 tua *R* imperii] imperio *BN* 25 firma *N* 27 digni *BN* 28 dioscori *N* 31 sacratissimus *BN* 33 et *om. B* 34 contrauersiæ *R* 36 est *om. B*

15 VERSIO ANTIQVA Omnes clamauerunt: Multi anni imperatori amanti Christum. imperatori multi anni piissimo et Christianissimo. ecclesias tu erexisti, rectam fidem tu confirmasti. multi anni augustæ orthodoxæ. multi anni piissimæ *pergit* p. 179, 1

16 || DIVINISSIMVS || ET PIISSIMVS || NOSTER || IMPERATOR AD S̄C̄A̅M̅ SYNODVM D̄: Quædam capitula sunt quæ ad honorem uestræ reuerentiæ uobis seruauimus, decorum esse iudicantes a uobis hæc regulariter potius formari per synodum quam nostra lege sanciri.

Et iubente || DIVINISSIMO || ET PIISSIMO PRINCIPE BERONICIANVS VIR DEVOTVS SECRETARIVS DIVINI CONSISTORII CAPITVLA ITA RELEGIT

PRIMVM CAPITVLVM

17 Eos qui uere et sincere solitariam arripiunt uitam, debito honore dignos efficimus; quoniam uero quidam sub prætextu solitariæ uitæ et ecclesias et communes conturbant causas, placuit nullum quidem || ædificare || monasterium præter uoluntatem episcopi ciuitatis neque in possessione præter uoluntatem domini possessionis, eos uero monachos qui per singulas ciuitates sunt atque prouincias, subici episcopo et quietem amplecti et intendere solo ieiunio et orationi et neque ecclesiasticis neque publicis inportunum rebus existere, nisi forte iubeatur eis propter necessariam causam ab episcopo ciuitatis. sed neque potestatem habere monachos suscipere in monasteriis suis seruos aut inscripticios præter uoluntatem dominorum.

CAPITVLVM SECVNDVM

18 Quoniam uero aliqui clericorum et monachorum pecuniæ amore languentes curis mundanarum rerum semet ipsos subiciunt conductores possessionum aut procuratores constituti aut domibus obseruantes tamquam dispensatores effecti, placuit huic sancto et magno concilio nullum clericum conducere possessiones aut curationem suscipere, nisi forte ei a proprio episcopo iubeatur ecclesiasticarum possessionum habere sollicitudinem. si quis autem post hunc terminum aut ipse conducere præsumpserit aut per alium quemlibet hanc curam suscipere, hunc || ecclesiastico || subdi supplicio; quod si in contentione perstiterit, dignitate nudetur.

CAPITVLVM TERTIVM

19 Clericos in ecclesia constitutos non licere alterius ciuitatis ecclesiæ deputari, sed permanere illic in qua ministrare ab initio deputati sunt, extra illos scilicet, qui amissis propriis prouinciis ex necessitate in alia ecclesia transierunt. si quis || uero || post hanc definitionem clericum alio episcopo competentem susceperit, placuit extra communionem fieri et eum qui susceptus est, et qui suscepit, donec clericus qui excessit, ad propriam reuertatur ecclesiam.

Φ^{c} [= *ADM*], Φ^{r} [= *CVY*]

5 sacratissimus Φ^{c} noster *om.* Φ^{c}, *corr.* *D* 7 firmari P^{corr} symbolum *A* 9 secundum iussionem diuinissimi et piissimi principis [*cf.* Φ^{a}] V^{corr} sacratissimo Φ^{c} deuotus *CV*, *corr.* *V* 10 diuino *CV*, *corr.* *V* ita *om.* *CV* recitauit *Y* 12 uitam arripiunt *P* eos dignos [= Φ^{a}] V^{corr} 13 et^{1} *om.* *Y* ecclesiasticas *AD* 14 disponere [OIKONOMEIN *pro* OIKOΔOMEIN] Φ^{c}, *corr.* D^{mg} 15 possessionem *APD*Φ^{r} positionem D^{mg} 17 sole *Y* solum Y^{corr} soli *DM* 18 regibus *CV*D^{mg} 20 scripticios *Y* 22 aliquid *Y* amore pecuniæ *D* 25 magna *CV*, *corr.* *V* curationum *CV*, *corr.* *V* 26 suscipiens *CV*D^{mg}, *corr.* *V* 27 ipse] in se *CV*, *corr.* *V* 28 ecclesiastico *om.* Φ^{c}, *corr.* *D* 29 subiaceat [= Φ^{a}] V^{corr} præsteterit *A* persisterit *Y* uideatur *M* priuetur *Y* 31 in alterius — ecclesia *M* deportari *A* 33 aliam *D* aliena *CV* ecclesiam *D* 34 uero *om.* Φ^{c} clericorum *MCV*, *corr.* *V* 35 susceperit *CV* 36 clericos *CV*, *corr.* *V*

15 VERSIO ANTIQVA amanti Christum. uestrum imperium deus custodiat. hæreticos uos eiecistis. Nestorio et Eutycheti et Dioscoro anathema. trinitas hos tres damnauit. in perpetuum uestrum imperium.

16 Sacratissimus et piissimus noster dominus ad sanctam synodum dixit: Aliqua sunt capitula quæ ad honorem uestræ reuerentiæ uobis seruauimus, iustum existimantes hæc a uobis regulariter per singulam synodum formari quam legibus nostris sanciri.

Et secundum iussionem diui et piissimi domini nostri Veronicianus deuotissimus * sacri consistorii capitula ita relegit

17 Qui uere et sincere in solitariam uitam migrant, debito honore eos dignos iudicamus; quia autem aliqui monachili habitu utuntur et ecclesias et res communes perturbant, placuit neminem ædificare monasterium sine uoluntate episcopi ciuitatis, neque autem in possessione sine uoluntate domini possessionis. monachos autem qui in unaquaque ciuitate et prouincia sunt, subditos esse episcopo et otium amare et solis ieiuniis et orationibus intentos esse, neque autem ecclesiasticis neque publicis negotiis se implicare, nisi forte aliquando iussi fuerint propter causam necessariam ab episcopo ciuitatis. neque potestatem habere monachos suscipere in suis monasteriis seruos aut adscripticios sine uoluntate dominorum.

18 Quia aliqui in clero constituti et monachi diuitiarum cupiditate detenti in curas hominum sæcularium semet ipsos inmittunt et conductores possessionum uel uilici fiunt uel domibus quasi dispositores obseruant, placuit huic magnæ et sanctæ synodo nullum clericum conducere possessionem uel suscipere procurationem, nisi forte a suo episcopo iussus fuerit curam ecclesiasticis possessionibus adhibere. si quis autem post hanc definitionem uel ipse conducere audeat uel si per alterum aliquem talem suscipiat curam ecclesiasticis pœnis iste subiaceat; si autem certans perseueret, eum dignitate nudari.

19 Clericis in ecclesia constitutis non liceat alterius ciuitatis ecclesiæ clericorum deputari, sed in illa esse constitutos, in qua seruire ab initio meruerunt, præter illos qui amissa patria propter necessitatem in aliam ecclesiam migrauerunt. si quis autem post hanc definitionem clericum ad alium episcopum pertinentem suscipiat, placuit eum excommunicari et susceptum et susceptorem, quousque ad propriam ecclesiam clericus reuertatur.

20 Et post hanc lectionem traditis capitulis || a diuinissimo || et piissimo || domino nostro religiosissimo || episcopo regiæ Constantinopolis Anatolio OMNES CLAMAVERVNT: Multos annos imperatori pio Christiano. Christum, quem colis, ipse te seruet. hæc fide digna sunt. sacerdoti imperatori multos annos. ecclesias tu erexisti, uictor bellorum, doctor fidei. multos annos augustæ piæ, amatrici Christi. orthodoxæ multos annos. uestrum imperium deus conseruet. hæreticos uos destruxistis. fidem uos custodistis. inuidia ab imperio uestro procul sit. imperium uestrum per sæculum sit.

Φ^{a} [= *RBN*]; *inde adfert Pelagius papa* II [t. IIII 2 p. 127, 22. 23] 4—6 firmari

5 reseruauimus *Pel.* 6 firmari *Pel.* ūrīs *BN* 8 *excidit* secretarius 10/11 indicauimus *BN* 11 qui Φ^{a} 18 aut *om. BN* adscriptios *R* 20 uici *N* 24 aliquem *RB* alterum *N* suscipiet *BN* 25 et ecclesiasticis *B* 26 clericorum *malim deesse* 30 susceptorum *BN*

Φ^{c} [= *APDM*], Φ^{r} [= *CVY*]

32 traditis *om. C* porrectis [= Φ^{a}] V^{corr} sacratissimo Φ^{c} principe Φ^{c} 33 nostro *om.* Φ^{c} reuerentissimo *ADM om. P* episcopo *om. P* 34 pio et [= Φ^{a}] V^{corr} conseruet *A* 36/37 orthodoxiæ *CV, corr. V* 39 per sæculum] perfectum *AD, corr.* D^{mg} in [*om. P*] perpetuum *PM*

21 Et post hæc || DIVINISSIMVS || ET PIISSIMVS || NOSTER DNS || AD SCAM SYNODVM D: Ad honorem sanctæ martyris Euphimiæ et uestræ pariter sanctitatis Calchedonensium ciuitatem, in qua sanctæ fidei concilium gestum est, metropolis priuilegia habere sancimus, nomine tantum hanc honorantes, salua uidelicet Nicomediensium ciuitati propria dignitate.

22 OMNES CLAMAVERVNT: Iustum iudicium imperatoris. digne sancta martyre. unum pascha orbis terrarum. circumuentiones episcoporum uos cohibetis. hæc sancta te custodiat. supplicamus, dimitte nos. pie imperator, dimitte nos.

23 || DIVINISSIMVS || ET PIISSIMVS || DOMINVS NOSTER || MARCIANVS PP AVG AD SCM CONCILIVM D: Multum quidem estis itinere fatigati laborem perferentes; uerumtamen sustinete tres adhuc aut quattuor dies et præsentibus magnificentissimis nostris iudicibus quæcumque uultis, mouete, || competens || adepturi || solatium ||. nullus uestrum antequam perfecti termini ex omnibus proferantur, a sancto concilio discedat.

20 VERSIO ANTIQVA Et post lectionem porrectis capitulis a diuinissimo et piissimo domino nostro reuerentissimo episcopo Anatolio regiæ ciuitatis omnes clamauerunt: Multi anni imperatori pio et Christiano. Christus quem colis, ipse te custodiat. hæc fide digna. pontifici imperatori. ecclesias tu correxisti., uictor bellorum, doctor fidei. multi anni augustæ piæ et amanti Christum. orthodoxæ multi anni. imperium uestrum deus custodiat. hæreticos uos deposuistis. fidem uos conseruastis. absit inuidia imperio uestro. per sæcula uestrum imperium.

21 Sacratissimus et piissimus dominus noster ad sanctam synodum dixit: Ad honorem sanctæ martyris Eufimiæ et uestræ sanctitatis Chalcedonensium ciuitatem, in qua sancta fides per synodum confirmata est, priuilegia habere metropolitanæ ciuitatis decreuimus, nomino tantum eam honorantes, seruato scilicet quidem Nicomedensium ciuitatis proprio iure.

22 Omnes clamauerunt: Iustum iudicium imperatoris. digne sancta trinitate. unum pascha uniuerso mundo. uiolentias episcoporum uos prohibete. sancta trinitas te conseruet. supplicamus, dimitte nos. pie imperator, dimitte nos.

23 Sacratissimus et piissimus dominus noster Marcianus pp augustus ad sanctam synodum dixit: Laborastis multo spatio fatigationem perpessi, sustinete autem tres aut quattuor dies adhuc et præsentibus magnificentissimis iudicibus nostris singula quæ uultis, digno auxilio meriturí mouete. nemo autem ex uobis antequam detur de omnibus perfecta definitio, a sancta synodo discedat.

Φ^{c} [= *ADM*], Φ^{r} [= *CVY*]

1 sacratissimus Φ^{c} noster *om.* Φ^{c} imperator Φ^{c} 2 euphemiæ *PDY* V^{corr} 3 metropolitanæ ciuitatis V^{corr} 3/4 sanciuimus *M* 4 nicomedensium [= Φ^{a}] Φ^{r} D^{corr} P^{corr} 6 scæ *D* martyris *Y* trinitate V^{corr} 7 orbi *PM* cohibistis *P* 7/8 hæc sancta Φ^{r} sca Φ^{c}, *corr. D* scā trinitas [= Φ^{a}] V^{corr} 9 sacratissimus Φ^{c} imperator Φ^{c}, *corr. D* noster *om.* Φ^{c}, *corr. D* papa *M* 9/10 scam synodum *M* 10 multo [= Γ] *PM* in itenere *A* fatigatis *Y* pferentes D^{mg} 11/12 iudicibus nris *D* 12 quæque *ADMY*, *corr. D* singula quæque *P* competenti — solacio Φ^{c}, *corr. D* 13 proferuntur *P* *subscr.* explicit actio sexta Φ^{r}*APD* explicit actio sexta calchedonensis concilii *M*

Φ^{a} [= *RBN*]; *inde adfert* 29 supplicamus — 33 *Pelagius papa* II *t.* III 2 *p.* 127 14 electionem *N* 18/19 orthodoxiæ *N* 23 eufemiæ *BN* calchedonensium *BN* subscr. EXP ACTIO SEXTA SYNODI CALCHEDONENSIS INCIPIVNT EIVSDEM SYNODI TITVLI CANONVM NVMERO XXVII Φ^{a}

ACTA CONCILIORVM OECVMENICORVM

IVSSV ATQVE MANDATO

SOCIETATIS SCIENTIARVM ARGENTORATENSIS

EDIDIT

EDVARDVS SCHWARTZ

TOMVS ALTER

VOLVMEN TERTIVM

PARS TERTIA



MDCCCCXXXVII

WALTER DE GRUYTER & CO.

VORM. G. J. GÖSCHEN'SCHE VERLAGSHANDLUNG — J. GUTTENTAG, VERLAGSBUCHHANDLUNG — GEORG REIMER — KARL J. TRÜBNER — VEIT & COMP.

BEROLINI ET LIPSIAE

CONCILIVM VNIVERSALE CHALCEDONENSE

EDIDIT

EDVARDVS SCHWARTZ

VOLVMEN TERTIVM

PARS TERTIA

ACTIONES VII—XVI. CONCILII ALLOCVTIO AD MARCIANVM

MDCCCCXXXVII

WALTER DE GRUYTER & CO.

VORM. G. J. GÖSCHEN'SCHE VERLAGSHANDLUNG — J. GUTTENTAG, VERLAGS-BUCHHANDLUNG — GEORG REIMER — KARL J. TRÜBNER — VEIT & COMP.

BEROLINI ET LIPSIAE

PRÆFATIO

I. DE VLTIMAE GESTORVM PARTIS CODICIBVS

In Versione antiqua [Φ^a] ut canones actionem sextam secundum Gesta Græca statim secuntur, ita et actionum particularium ordo numerique retinentur Græci usque ad actionem ιε de Athanasio Sabinianoque episcopis Perræ. tum omittitur actio ιϛ, in qua recitata est epistula [52] quam Leo papa legatis dedit perferendam ad concilium quod primo Nicæam conuocatum, deinc Chalcedonem translatum est. unde factum est ut actio ιζ de sedis Constantinopolitanæ priuilegiis in Versione antiqua numeraretur XVI. finem faciunt concilii allocutio ad Marcianum et relatio ad Leonem. quæ cum in Versionem antiquam correctam [Φ^c] propter rationes quas exposui uol. I part. 3 p. XVIII, non recepta esset, tamen in fine codicis Vaticani 1322 [*A*] eiusdem librarii opera perscripta est, qui Collectionem Vaticanam rerum Chalcedonensium codici antiquo præmisit [cf. uol. II part. 2 p. V]. exemplari usus est pleniore Versionis antiquæ quam ipsi huius codices; adicit enim qui in illis non extat, catalogum subscriptorum. quoniam relatio in recensione Φ^c, sicut modo dixi, non extat, a Rustico uero denuo translata et in collectiunculam illam recepta est, quam a se ipso compositam actioni III, quæ est de Dioscoro, adiunxit [cf. uol. I 3 p. XVIII sq], in hac editione, quæ Rusticum sequi debet, relationis istius uersioni antiquæ locum aptiorem non inueni nisi in appendice post Rustici illam collectiunculam inserto p. 355—360.

Tres codices principales Versionis antiquæ [*RBN*] descripsi part. I p. VII sq.; desinit codex *B* p. 539, 31 in uoce *episcopo* quæ claudit paginam. sed in actione de Athanasio Perrensi inde a uocabulis *sed quia* p. 516, 25 accedit codex Vaticanus 1319 [*V*]. quem inde ab initio corporis Chalcedonensis transscriptum esse de ipso codice Parisino 11611 [*C*] editionis Rustici [Φ^r], ita tamen ut multas lectiones codicis cuiusdam Versionis antiquæ [Φ^a] correctura sæpe etiam uiolenta inferret, olim [part. I p. XII] exposui. at librarius, ni fallor, nouus inde a f. 219[r], quod incipit a uocabulis *passa est et qui dicunt* [p. 481, 11], codicem *C* nescio quam ob causam prorsus abiecit rediitque ad suum codicisque Casinensis 2 [*M*] exemplar commune, unde partem priorem, quæ Gesta concilii Epheseni prioris continebat, desumpsit [cf. t. I 4 p. XVI sq. 3 p. I]. ultima illius exemplaris portio perierat, nam codex *M* Gestorum Chalcedonensium finem facit in uocabulis p. 516, 25 *ipsum Athanasium* atque sine interuallo adiungit Leonis epistularum collectionem Casinensem [cf. uol. 4 p. X sq.]. codex *V* uero sicut supra dixi, inde ab his ipsis uocabulis transscribit codicem quendam Versionis antiquæ, sine dubio eundem ex quo antea lectiones desumpsit quibus codicem *C* corrigeret. omisit igitur canones, qui in Φ^a sicut in exemplari Græco post actionem VI positi eo quo perscribuntur loco in Φ^c et Φ^r, post actionem de Athanasio et Sabiniano, iam non extant, sed exhibet non aliter quam ceteri codices Φ^a actionem de priuilegiis sedis Constantinopolitanæ atque synodi allocutionem ad Marcianum et relationem ad Leonem. quam in hac uariam habet lectionem, quoniam p. 355 sq. non adnotaui, hic, ne quicquam editionis plenitudini deesse uideatur, propono:

p. 355, 7/8 calcedone 10/11 calcedona 13 gratia ut confirmatum *om.* 24 apparuit 26 se *om.* 30 ecclæ ihm 31 ad hædificationem 35 pre se ferentem 356, 1 custodem 11/12 alacritate 14 circa eum tres 16 hoc 21 eufemia 27 comparauit 31 traciæ 34 plurimis 357, 4/5 scitatis locum uræ *in* uræ locum *corr.* 17 sedes [*sic*] 21 a *om.* 22 Et *om.* 23 uos ora 23/24 dm amatissime 25 urbis 27 hierosolimitanus 28 *post* pater *finem facit subscribendo* EXPLICIT

De iis quæ in *V* secuntur, disserui uol. 4 p. XI sq.

Casu quodam accidit ut exemplari unde transscripti sunt codices *RNV*, inter folium cuius ultima erant uocabula *instaurare cupientes* [p. 556, 23 not.] et id quod incipiebat *atque obsistentes*, quaternio infigeretur libri cuiusdam qui continebat epistulam quam non multo post a. 431 scripserunt monachi Hispani Vitalis et Tonantius ad Capreolum episcopum Carthaginis huiusque responsum. utraque simul cum Leporii libello satisfactionis ex codice Heroualliano, qui ubi nunc lateat, nescio, primus edidit Iac. Sirmond a. 1630 in opusculis dogmaticis æterum quinque scriptorum [= Sirmondi opera uaria 1 p. 361 sq. ed. Paris. 1696]. quoniam uero frustulum illud quod codicibus *RNV* intrusum est, ex codice desumptum est quem Heroualliano multo meliorem fuisse manifestum est, non inutile duxi totum id hoc præfationis loco, ubi de codicibus illis ago, proponere.

L II 1690 Iesu Christi domini nostri. uerum et Esaias auctor prophetarum sic
M IIII 558 Rom. 1, 2 dicit: ecce uirgo concipiet et pariet filium et uocabitis nomen eius
Ies. 7, 14 Emmanuhel, quod est interpretatum nobiscum deus. sed et hominem
Mt. 1, 23 purum dicunt pependisse in cruce; comprehensum (*leg.* -o), aiunt, recessit deus ab eo.
quibus paruitas nostra sic dicit: numquid deus recessit ab homine assumpto, nisi
Mt. 27, 46 quando dixit de cruce eli eli lama sabacthani, deus meus deus meus, quare
me dereliquisti? ideoque prouolutis genibus exoramus humiles famuli tui sanctum apostolatum uestrum ut informetis paruitatem nostram in id quod rectum habet fides catholica, et detis ueniam insipientiæ uel imperitiæ nostræ, si quid per ignorantiam incurrimus. potens est dominus deus noster Iesus Christus sanctis orationibus uestris [nostri] ueniam dare, ne ueniamus in profundum malorum.

Ora pro nobis, domine sancte uenerabilis et beatissime papa.

L II 1691 Dilectissimis ac religiosissimis filiis Vitali et Tonantio Capreolus episcopus.
Sumptis atque perlectis litteris uestris, quas per Numinianum religiosum uirum, filii dilectissimi, transmisistis, saluti ac studio uestro, quo fundatæ ac uetustæ fidei catholicæ regulam inuiolabili pietate tenetis ac defenditis, plurimum gratulatus aduerto Ne-
M IIII 559 storianæ hæreseos nouam infandamque perniciem, sicut quibusdam locis iam cœperat pullulare, apud uos quoque uelle zizaniæ suæ semina imperitorum cordibus inicere. uerum credo atque confido perfectum agricolam deum dominum omnium creatorem

Φ[a] [= *RNV*], *s* [Sirmondi editio]

1 etiam et *s* isaias *NVs* prophetarum auctor *N* 2 in utero concipiet *s* 5 numquid *NV* nunc quid *R* nunquam *s* 6 sabathani *V* meus[1] *om. s* 6/7 me dereliquisti me *R* 7 prouoluti *s* famuli Φ[a] serui *s* 8 id Φ[a] his *s* 9 uel imperitiæ *s* et ignorantiæ Φ[a] ignorantia *N* 10 incedimus *s* deus — Iesus *om. s* 11 nris *RV* nostri Φ[a] nobis *s*, *deleui* deveniamus *s* 12 beatissimi *R* pater *V* *in fine add.* SVBSCRIPTIO. Incolumem uenerabilitatem tuam nobis dominus noster Iesus longiorem conseruet, domine sancte ac uenerabilis papa *s* 13 *superscr.* CAPREOLI EPISCOPI CARTHAGINIENSIS RESCRIPTVM *s* ac Φ[a] et *s* tonantio Φ[a] Constantio *s* 15 ac[1]] et *s* nro *N* uetustate *RV* catholicæ fidei *s* 16 aduerto *scripsi* ad [at *V*] uero Φ[a] aduerti *s* 16/17 Nestorianam hæresim *s* 18 imperatorum *N* corda jacere *s* 19 dm dnm Φ[a] dominum nostrum *s*

in omni loco dominationis suæ habere ac semper habiturum esse dignos euangelicæ frugis operarios, qui licet ante tempus messionis inmunda semina extirpare non debeant, continuis tamen orationibus ac prædicationibus semper inuigilent ut aut et illa, cum tempus est, si fieri potuerit, conuertantur et commutentur in triticum aut certe non usquequaque inimicus humani generis tenera frumentorum germina nascentia per adulterinam intermixtionem ualeat suffocare. iam enim, quod etiam ad uestram, filii, notitiam peruenisse non dubito, intra Orientis partes, ubi primum pestis ista surrexit, congregata gloriosa synodo sacerdotum, cui etiam legatio nostra non defuit, in uestibulo cum suo auctore atque adsertore compressa et radio apostolicæ lucis extincta est. nec mirari debet caritas uestra, si etiam post damnationem suam inter morientis fœtidos adhuc flatus exspiret. est enim semper pertinax hæreticorum audacia et in suam male perniciem urgente peccatorum pondere perseuerat. quod si nondum forsitan cognouistis, facile lectione poteritis addiscere. quamuis igitur Christianis et deuotis mentibus ipsa uniuersalis ecclesiæ auctoritas plene sufficiat nec uestra, quantum missus a uobis sermo perdocuit, in hac causa minor uideatur assertio, ne tamen ego quoque petitioni atque interrogationi sanctæ necessarium uidear denegasse responsum, unam ueramque doctrinam hanc esse confiteor, quam euangelica tenet ac tradit doctrinæ antiquitas, id est dei filium deum uerum et hominem uerum unius prorsus atque inseparabilis esse personæ. nec sicut in aliis patriarchis prophetis apostolis ceterisque sanctis et præclarissimis uiris habitauit aut habitat deus, ita in Christum Iesum diuinam illam plenitudinem uelut extrinsecus credimus aduenisse, sed proprio quodam atque ineffabili modo filium dei etiam filium hominis factum, ut qui ingeniti patris substantia unigenitus permanebat ac permanet, mirabiliter suscepto homine fieret primogenitus in multis fratribus et qui erat Rom. 8, 29
in principio uerbum et uerbum erat apud deum et deus erat uerbum, Ioh. 1, 1. 14
uerbum caro fieret et habitaret in nobis. ex quo igitur mysterium quod absconditum fuit a sæculis in deo, cœpit per angelum in utero uirginis operari atque in eam sanctus spiritus superuenit et illi uirtus altissimi obumbrauit, deus in homine nasci dignatus est, qui semper erat, ut homo nasceretur qualis ante non fuerat. qui enim sine matre in cælis æterne genitus est, ipse in terris sine patre in utero uirginis homo de spiritu sancto creatus est. et ideo in Christo Iesu separari uel subdiuidi L II 1692
dei hominisque nullo modo credimus posse personam, ne non iam in diuinitate trinitas, sed quaternitas numeretur. beatus apostolus Paulus dum ad exuendum ueterem hominem et induendum nouum fideles exhortaretur, primus, inquit, homo de terra I Cor. 15,
terrenus, secundus de cælo cælestis. qualis terrenus, tales et terreni, 47—49
et qualis cælestis, tales et cælestes. quomodo portauimus imaginem terreni, portemus et imaginem eius qui de cælo est. rogo dicant quomodo M IIII 560
est homo iste de cælo, si non est deus conceptus in utero? aut quæ discretio est carnis et sanguinis in homine Adam et in homine Christo, si non homo iste plenus est deo?

Φ^a [= *RNV*], *s*

1 habiturum esse Φ^a habuisse *s* 2 demessionis *s* exstirpari *s* 3 ut aut Φ^a ita ut *s* 4 si fieri dum tempus *s* 5 germina *scripsi* genera *s om.* Φ^a 7 filii *om. s* 9 insertore *N* 11 inter morientis *N* inter morientes *RV* intermorientes spiritus *s* fœtidus *s* adspiret *s* 11/12 heritorum *N* 12 sua — pernicie *s* urgente *s* argumenta Φ^a pondere *om. V* perseuerant Φ^a 13 facili *s* agnoscere *s* 15 hæc Φ^a 16 adsertio ne tamen *s* assertione tamen ne Φ^a 17 negare *s* unam *Rs* una *N* quam *V* ueram *V* confitemur *s* 18 tradet Φ^a doctrinæ *om. s* 23 ingenita *s* 26 habitare *R* 28 ea *Vs* hominem Φ^a 29 antea *N* 30 est *om. s* 31 sancto *om. V* 32 in *om. R* 33 quatrinitas *R* 35 secundus homo *s* 36 et[1] *om. V*

quid enim sibi uult secundus homo de cælo? numquid caro transmissa descendit
Lc. 1, 35 ac non, sicut scriptum est, spiritus sanctus in uirginem superuenit? sed quia uerbum
caro factum est, ideo cælestis homo appellatus. nec propterea carnem ueram non
habuit qui de cælo descendit, quia carnem deus accepit. merito de se ipso idem
Ioh. 3, 13 dominus dixit: nemo ascendit in cælum nisi qui de cælo descendit, filius
hominis qui est in cælo. certe adhuc loquebatur in terra nec ad patrem post
uictoriam passionis et gloriam resurrectionis ascenderat, et tamen filium hominis iam
in cælo esse dicebat, hoc utique omni ueritate testificans quia et propter hominem
deus conuersabatur in terra et propter deum homo habitabat in cælo. unde etiam
Eph. 4, 10 apostolus qui descendit, inquit, ipse est qui ascendit super omnes cælos,
ut adimpleret omnia. item alibi, cum de carnis suæ cibo et potu sanguinis
saluator ipse mystice loqueretur sciens quod offensi ex hoc eius discipuli murmurarent
Ioh. 6, 61—63 dicentes durus est hic sermo, quis potest eum audire? sic ait: hoc uos
scandalizat? si ergo uideritis filium hominis ascendentem ubi erat
prius? ecce et hic aduertitis quemadmodum propter unitatem dei hominisque per-
sonæ filium hominis ubi erat prius, perhibet ascensurum, quem in utero uirginis constat
esse formatum et ex eo humanæ natiuitatis sumpsisse principium. nemo itaque
sacrilego spiritu audeat separare quod uidet et in cælo et in terra unitate inseparabili
permanere. sicut enim ab omnipotentia deitatis homo Christus Iesus esse non
potest alienus, ita et in his quæ in homine uel circa hominem gesta sunt, separari non
potest deus. natus ergo est homo qui nondum fuerat, sed cum eo atque in eo nasci
Ioh. 1, 14 dignatus est deus, qui numquam non fuerat, quia uerbum caro factum est et habitauit
in nobis. simili modo etiam passus est inpassibilis per passibilem quem suscepit,
et inmortalis mortuus est, et qui numquam moritur, resurrexit. neque enim uel
1 Cor. 2, 8 in passione defuit illi homini deus: alioquin non est dominus gloriæ crucifixus. an
dicimus deum in suscepto homine etiam apud inferos non fuisse? aut uero metuendum
est ne diuinitas ibi quasi pœnaliter fuerit? quam nulla qualitas afficit, nulla demensio
circumscribit, cuius magnitudinem nemo capit, præsentiam nemo fugit, secretum
nemo inuenit, splendorem nullus attingit. times includi inmensum? teneri omni-
Act. 2, 24 potentem? abscondi ubique diffusum? resoluere, sicut scriptum est, inferorum parturi-
tiones in quibus uoluit et qualiter uoluit rerum dominus uenit, subici huiusmodi
conditioni non potuit. audi eum ante tot annorum milia, dum beato Iob mira-
bilium suorum opera per nubem uelut inproperanti similis prædicaret, hoc quoque
Ioh. 38, 15—18 inter innumeras sui potentias cumulantem: numquid tu abstulisti impiis lucem
aut brachium superborum comminuisti? aut uenisti ad fines maris aut
L II 1693 in uestigiis abyssi ambulasti? aut tibi, inquit, aperiuntur metu portæ
mortis aut ianitores inferi uidentes te timuerunt? aut cognouisti
latitudines sub cælo? si patris hæc uox est, nihil ergo est omnipotenti difficile,
nihil omnino pœnale, quoniam qui ubique est, nusquam non est, quando ei etiam
Ps. 138, 7. 8. propheta ex persona cuiusdam dicit: quo ibo ab spiritu tuo et a facie tua

---

Φ^a [= *RNV*], *s*

3 appellatus est *s* 4 qui Φ^a quia *s* se *om. R* 9 habitat *N* 10 est et *s* 11 impleret *N* 17 et Φ^a ut *s* sumpse *N* sumpsisset *s* 18 audiat *N* et[1] *om. s* inseparabile *RN* 20 in[2] Φ^a ab *s* hominem *s* 21 est ergo *N* 21/22 sed — fuerat *om. s* 22 habitabit *R* inhabitauit *s* 23 etiam *om. s* 25 hominis *N* 26 dnm̄ *V* metuendus *R* 27 ne diuinitas ibi *s* non diuinitate sibi Φ^a dementio *N* 28 presentia *V* 29 attigit Φ^a 30 ubicumque *s* 31 uenit *om. s* 32 condiotioni *R* 33 similes Φ^a 34 tu *om. N* 36 aperientur *s* 37 inferni *s* 38 latitudinem *s* est uox *V* 39 nihil — pœnale *om. s* qui *om. s* 40 a *s*

quo fugiam? si ascendero in cælum, tu ibi es; et si descendero in infernum, ades, M IIII 561 hoc omnino testificans ac demonstrans deum, cuius maiestate plena sunt omnia, quodam inconprehensibili atque inexplicabili modo etiam inferis interesse. si autem, quod magis probabile est, in his quæ de eo tanto ante in prophetia prædicta sunt et impleta, filii dei uox est, quoniam per ipsum facta sunt omnia et sine Ioh. 1, 3 ipso factum est nihil, ipse in homine uisitare dignatus est obstrusa inferorum et præpositos mortis præsentia inuictæ maiestatis exterruit et propter liberandos quos uoluit, inferorum portas reserari præcepit. de ipso siquidem Iohannes apostolus in Apocalypsi loquitur: posuit, inquit, manum dexteram super me dicens: noli Apoc 1, 17.18 timere, ego sum primus et nouissimus, et uiuens, qui fueram mortuus, et ecce sum uiuens in sæcula sæculorum et habeo claues mortis et inferorum, propter deitatem quippe primus, quoniam principium, quod et loquitur nobis, propter humanitatem uero nouissimus, quia suscipere non dedignatus est crucem mortemque pro nobis. et ideo cui in diuinitate nuda sunt omnia creaturarum, etiam in homine suscepto habet claues mortis et inferorum. tantum igitur abest deum dei filium incommutabilem atque incomprehensibilem ab inferis potuisse concludi, ut nec ipsam animam assumpti hominis credamus illic aut exitiabiliter susceptam aut tenaciter derelictam. sed nec carnem eius credimus contagione alicuius corruptionis infectam. ipsius namque uox est in psalmo, sicut Petrus interpretatur apostolus, non derelinques animam meam apud inferos neque dabis Act. 2, 27 sanctum tuum uidere corruptionem. ipse propter culpam nostram factus est uelut homo sine adiutorio, propter innocentiam uero ac potentiam suam inuentus est inter mortuos liber. tunc enim uere quæ non rapuerat, sicut scriptum est, Ps. 68, 5 exsoluebat. non itaque mirum si deum locus aliquis recepit, nec tamen capit. præsentiam sentit, maiestatem non impedit; expauescit omnipotentiam, substantiam non includit, si quidem illa summa et perfecta beatitudo inextinguibilis lucis nec obscurari tenebris nec uariari locis nec passionibus affici nec condicionibus minui nec temporibus ualeat commutari. dei ergo filius proprium hominem nec in inferis deseruit nec apud inferos dereliquit. cuius autem uirtute ac maiestate antiqua sanctorum corpora uisa sunt surrexisse, si deus inferos minime uisitauit? quis ille est qui petras scindi, terram commoueri, solem obscurari, diem fugari, uelum templi in duas diuidi partes effecit? numquid homo tantum? non etiam deus? ergo ei nec in cruce nec in morte nec in sepulcro nec in inferis defuit. nec aliter aut de alio solet intellegi quod in psalmo dictum est: auferte portas, principes uestri, Ps. 23, 7 et eleuamini, portæ æternales, et introibit rex gloriæ. unde expauescentibus atque interrogantibus quis est iste rex gloriæ? respondetur dominus Ps. 23, 8 fortis et potens, dominus potens in prœlio. quo prœlio? nisi in quo mortem morte calcauit, peccatum innocens occisus extinxit et trophæum uictoriæ de diabolo L II 1294 et eius angelis reportauit. at enim ipse in cruce dixit: deus deus meus, quare me Mt. 27, 46

Φ^a [= *RNV*], *s*

1 et *om. s* 2 omni *N* magistate *R* 3 atque Φ^a utique et *s* 6 est uisitare inferorum dignatus obstrusa *s* 6/7 præpositas *N* 7 iniuste *V* iohannis *R* 9 sic loquitur *s* inquit *om. s* 11 clavem *s* 12 principium est *s* 13 uobis *V* 13/14 crucem non dedignatus est et mortem *s* 15 abest a *N* 17 animam — hominis Φ^a adsumptionis animam *s* illic *om. s* 20 dabis *om. s* 22/23 propter — est *om.* Φ^a 23 uere *om.* Φ^a 24 murum *N* recipit *Ns* non recepit *R* 26 beatitudo et *s* 28 deus *s* filium *s* in *om. V* 30 resurrexisse *s* 31 scindit *RV* scidit *N* offuscari *V* fugere *s* 32 duabus *R* efficit *N* nonne *s* 34 principi *N* uestras *s* 38 morte *om. N* diaboli *N* 39 angelis eius *s*

dereliquisti? sed ista suscepti hominis uox est. attende unde assumpta sit, Ps. 21, 2 et illic uide quid sequitur. longe, inquit, a salute mea uerba delictorum M IIII 567 Mt. 26, 38 meorum. similis hæc uox est etiam illi, qua dicitur: tristis est anima mea cf. Ioh. 16, 6 usque ad mortem. nonne paulo ante ipse discipulis dixerat: in hoc contristati Ioh. 14, 28 estis, quoniam dixi: eo ad patrem et iam non uidebitis me. si diligeretis me, gauderetis, utique, quoniam uado ad patrem, quia pater maior me est. in quo ergo iubet gaudere discipulos? qualiter creditur contristari potuisse magister, nisi ut in hoc suscepti hominis passiones et fluctuationes ostenderet? qui enim propter nos redimendos instituendos confirmandosque uenerat, omnia in se infirmitatis nostræ Hebr. 4, 15 genera sustinebat. non enim habemus sacerdotem, qui non possit compati infirmitatibus nostris; etenim, sicut ait apostolus, expertus est omnia Mt. 26, 39 secundum similitudinem sine peccato. similis huic est etiam illa uox: pater si fieri potest, transeat a me calix iste. uerum non sicut ego uolo, sed quod tu uis. nonne in hoc uenerat ut pro nobis hunc calicem biberet et uenenum a serpente propinatum tali antidoto salutis expelleret? nonne potestatem habebat ponendi animam suam et potestatem habebat iterum sumendi eam? nonne ipse Ioh. 10, 18 dixerat nemo eam tollit a me, sed ego a me ipso pono eam? et tamen nunc uelut dubitans loquitur et recusans, ut et illic diuina potestas appareat et hic se conditio humana cognoscat. nonne hoc mysterium ante tempora æterna in Col. 1, 26 deo fuisse absconditum clamat apostolus? num ergo uelut repentinum aliquid Christus expauit, quod certo tempore faciendum in æternitate cum patre disposuit? hæc ergo et talia cum dicuntur aut fiunt, sicut sæpe dictum est, ueram hominis infirmitatem fragilitatemque demonstrant nec ideo præsentiam diuinæ maiestatis euacuant. dic, homo, quisquis es, qui putas deum Christum ab homine Christo passionis tempore separatum, non recordaris eum passuris discipulis suam præsentiam fideliter polli- Mt. 10, 19, 20 centem, qui dicit: cum uos tradiderint, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini. non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. itane ille qui seruis facientibus uoluntatem domini tanti muneris gratiam promisit donauit et exhibuit, sibi qui nullo existente peccato pro nostris peccatis mortem subiit innoxiam, ut patris faceret uoluntatem, diuinum auxilium passionis tempore denegauit et deus hominem, quem ob hæc sustinenda nulla compulsus necessitate suscepit, in hac perfunctione destituit? loquitur inter tormenta martyrum præsens nec eos aliquid meditari permittit, et se ipsum in crucis patibulo dereliquit? ipse est enim, quod sæpe ac semper est repetendum, nec distingui potest dei hominisque persona, quamuis sit in eo diuersa substantia. absit aliud credere, absit aliter de omnipotente sentire. nec nasci æternus nec crescere perfectus nec inpassibilis pati nec inmortalis mori sine ulla sui immutatione uel corruptione, sicut iam dictum est, formidauit, sed quia hæc pati non posset sola diuinitas

---

Φ^a [= *RNV*], *s*

1 sit Φ^a est *s* 2 inquit *om. N* 3 meorum *om. s* est hæc uox *s* de qua *R* 4 discipulus *N* 5 eo ad patrem *RV* ego ad patrem uado *N* eo ad patrem meum *s* et si *s* diligiritis *RV* 6 utique — uado Φ^a quia eo *s* 7 discipulos suos *s* contristare Φ^a potuisse *om. s* 8 hoc suscepti Φ^a homine ueri *s* homines *V* 10 posset *RV* 11 apostolus ait *s* 13 sicut Φ^a quod *s* uolo *om. R* 14 biberat *R* liberet *N* 15 antidotum *N* 17 tollit eam *s* 18 et² *om. R* 19 cognoscit *N* hoc est *V* 20 ergo Φ^a uero *s* 23 dic Φ^a hic *s* 25 recorderis *N* recordans *R* 26 nelite *N* 27 hora *Vs om. R* die *N* 29 uoluntatem — gratiam Φ^a domini uoluntatem suam diuinam præsentiam *s* 30 et *om. s* sibi qui Φ^a in quo *s* nostris peccatis Φ^a nostra salute *s* 31 passionis Φ^a sibi carnis *s* 34 patibulum Φ^a 36 aliter *s om.* Φ^a 37 æterni *N* 38 ymitatione *V* mutatione *s* sed quia] seque *N*

De codicibus *M* et *V* Versionis antiquæ correctæ [Φ^c] supra disserui. codicis Bobbiensis [*P*] proprium est quod synodi allocutio ad Marcianum non in fine gestorum collocata est, sed ultima est Epistularum ante Gesta Collectionis, cf. part. 1 p. VIIII. uol. I 3 p. XIII. desinit codex, id est ea pars quæ extat in bibliotheca Ambrosiana sub nota E 147 sup., in *metro* — p. 525, 2. miro quodam modo codex Montepessulanus *D* a ceteris differt in canonibus. postquam enim non aliter quam codex *A* et Rusticus, id est codices Parisinus *C* et Veronensis *Y* titulos canonemque primum ex uersione Dionysii altera [uol. 2 p. 144. 145. 146] exhibuit, inde a canone II aliam sibi sumpsit describendam uersionem, quæ sicut ea quæ extat in codice musei Meermano-Westreniani Haagensis 9, separatim circumferebatur neque manebat ignota. usus enim est ea qui collectionem instituit codicis antiqui Tolosani 564, cuius quoniam ea periit pars quæ huc pertinet, adhibendum est illius apographum, codex Albigensis 2 [*t*, cf. Turner, eccles. Occid. monum. I 1, 2 p. V et *Journal of Theol. Stud.* 2, 266 sq.]. eandem uersionem in peius mutauit is qui composuit ineunte saeculo VII collectionem canonum Hispanam, adiunxitque canonum collectioni Isidorianæ, a cuius forma non antiqua tantum, sed ea quoque quæ uulgata dici solet, canones Chalcedonenses usque ad collectionem Hispanam alienissimi fuerunt. hanc igitur quæ in codice *D* extat uersionem inde a canone II a Gestorum editione procul habendam esse ratus proposui inter ceteras canonum uersiones uol. 2 p. 179 sq. cf. præterea ibidem p. XVIII sq. *Zeitschr. f. Rechtsgesch.* LVI *Kan. Abt.* XXV p. 95 sq. at post synodi allocutionem ad Marcianum, qui Gestorum corporis Φ^r finis est, f. 134^r et f. 134^u codex *D* exhibet canones ipsos, non titulos, secundum uersionem Dionysii alteram, litteris minutis sed non a diuerso librario perscriptos, sequitur f. 135^r edictum Iustiniani *Scientes quod nihil*, quod pertinet ad gesta concilii quinti. manifestum est canones in spatio folii 134, quod uacuum relictum erat, per correcturam scriptos esse; adhibitus est idem ille codex editionis Rustici [Φ^r], unde codex *D* plurimis locis ab ipso librario correctus est, cf. huius uoluminis part. 1 p. X. XII. non in lectionibus quidem, sed in eis quæ continet, codex Vaticanus *A* fidelissimam præbet imaginem Versionis antiquæ correctæ [Φ^c]; quod enim in fine adicitur synodi epistula ad Leonem sicut in codicibus Φ^a, non est proprium codicis ipsius antiqui, sed pertinet ad illam partem quæ æuo Carolino addita est, cf. uol. II 2 p. V. in actionibus quæ sunt de Theodoreto atque Iba accedit codex Veronensis LIX [*U*], de quo locutus sum huius uoluminis part. 2 p. V. notatu dignum codicem in actionibus de Iba proxime ad codicem Bobbiensem accedere et in lectionibus utriusque propriis et in eo quod multo plura ex Versione antiqua retinentur quam in *ADM*.

Seriem actionum primariam in Φ^c mutatam esse actione de Dioscoro ex altero in tertium locum transposita notaui in huius uoluminis part. 2 p. VI. etiam grauior est mutatio qua canones loco legitimo qui est post actionem VI, remoti sunt ad locum multo inferiorem, qui est inter actionem de episcopis duobus Perrenis [ιε̄] et ultimam de priuilegiis sedis Constantinopolitanæ [ιζ̄; ις̄ deest in omnibus uersionibus, cf. supra p. V]. hoc quando controuersia de tribus capitulis flagraret, eo consilio factum esse ut actionum particularium, imprimis earum quibus Theodoretus et Ibas restituti sunt, eadem esset auctoritas atque earum quæ canonibus praecedunt, olim exposui [*Abhndlg. d. Bayer. Ges. d. Wiss.* XXXII 2 p. 17. 18], in eo tantummodo errans quod transpositionis reum ipsum Rusticum feci neque correctorem Versionis antiquæ illo uetustiorem. neque tamen canones in ultimum Gestorum locum reiecti sunt; importunum enim duxerunt defensores Occidentales trium capitulorum conciliique Chalcedonensis per canonum transpositionem pro illo quoque decreto Chalcedonensi pugnare, quod inde a Leone nullus pontifex Romanus publice probauerat. denique in actione de pacto quod fece-

runt Maximus Antiochenus Iuuenalisque Hierosolymitanus, corrector Versionis antiquæ haud pauca nouauit. at haec res commodius discutietur in altero capitulo.

Qui editionis Rustici ceteris longe clariorem præbet imaginem codex Parisinus 11611 [*C*], desinit in uocabulis *qui fuerit nun* — [p. 537, 29], quæ habentur in fine f. 196[u]; cetera perierunt. unus illius editionis testis in actione quæ est de priuilegiis sedis Constantinopolitanæ, remanet codex Veronensis LVIII [56] male habitus atque uel nimis frequenter supplendus ex apographo parum bono, qui est cod. Vaticanus 1321, cf. partis 1 p. XIII sq. neque integram Rustici exhibet editionem, sed immutatam; quam enim inseruit collectiunculum Rusticus post actionem quæ est de Dioscoro [3, 103—110], in Veronensi *Y* reiecta est ad finem Gestorum i. e. synodi allocutionem ad Marcianum, sed ordine mutato; hæc enim est dispositio in *Y*:

relatio synodi ad Leonem [= 3, 109]
leges religiosi principis Marciani etc. [= 3, 104. 105. 107. 108]
Leonis papæ epistula *Omnem quidem* [= 3, 110]
interpretatio legis Theodosii iunioris [= 3, 106].

adnotatio Rustici quæ legem sequitur [3, 106[a]], omissa est non aliter quam per totum Gestorum corpus nulla uel subscriptio uel nota marginalis Rustici perscripta est, etsi lectiones quas Rusticus in margine proponit, plus semel in textum codicis *Y* receptæ sunt, cf. part. 1 p. XIII.

Ceteris codicibus accedunt in synodi allocutione ad Marcianum codices Nouariensis XXX [non 70, quod uitium infelici casu in codicum catalogum p. 2 irrepsit] et Vossianus 122 bibliothecæ uniuersitatis Lugdunensis Batauorum; illum [*O*] descripsi t. IIII 2 p. XV. XVI, hunc [*X*] [1]) breuiter t. I 5, 2 p. VI. codex *O* stirpi Φ[c] adnumerandus est, codex *X* editionem sequitur Rustici.

Rusticus quoniam editionem suam Gestorum Chalcedonensium ita instituit ut codicem aliquem stirpis Φ[c] ex codicibus præsertim Græcis emendaret adnotationibusque instrueret, ordine quem corrector Versionis antiquæ [Φ[c]] introduxit, conseruato canones collocauit inter actionem de episcopis Perrensibus et eam quæ est de priuilegiis sedis Constantinopolitanæ atque post hanc nihil posuit nisi synodi allocutionem ad Marcianum. nouauit eo quod post actionem de Dioscoro inseruit collectiunculam a se ipso compositam, de qua disserui uol. 1 part. 3 p. XVIII sq. in actione VII actionem de Domno propter temporum rationem post eam quæ est de prouinciis collocauit.

II. DE EDITIONE RVSTICI

De Rustico filio fratris Vigilii papæ diacono ecclesiæ Romanæ egi t. I 4 p. VIII sq. propter pugnam quam acriter contra tria capitula pro synodi Chalcedonensis auctoritate integra gessit, a. 550 a patruo primo a communione suspensus, tum excommunicatus depositusque, denique, tribus annis post, in exilium Thebaida missus est. antequam uero Iustinianus d. 14. m. Nou. a. 565 mortem obiit, ex deportationis loco in Acœmetorum monasterium prope Constantinopolim in Bospori ripa Orientali situm siue effugit siue quod ueri uidetur similius, ab ipso imperatore transmigrare iussus est [cf. Vict. Tunnun. p. 203, 1]. ibi Gestorum Chalcedonensium, tum Ephesenorum quoque editionem confecit adiecitque multa præsertim ex Irenæi tragœdia excerpta. totius operis quod Synodicon nominauit, unum exemplar in Occidentem peruenit, magnum scilicet illud uolumen quod exemplar fuit codicis Casinensis 2, partim etiam codicis Vaticani 1319.

[1]) Hac littera in codicum recensu huius et tertiæ partis atque in apparatu codicem Vossianum constanter signaui; corrigatur precor error quo in parte 2 p. VI et uol. II 2 p. XVIII codicem Vossianum *Z* et codicem Montepessulanum 308 *X* nominaui.

quibus solis seruata sunt Gestorum Ephesenorum editio Rustici [t. 1 3] atque appendix excerptorum ex Irenæo aliisque [t. 1 4]. præter hoc unum Synodici exemplum nonnulla Gestorum Chalcedonensium circumferebantur ueneruntque in Galliam, ubi æuo Carolino descripta sunt. de quibus remansit fere integer codex Parisinus 11611 [*C*], ex cuius subscriptionibus adnotationibusque aliqua certe imago editionis Rustici recuperari potest. etiam clarior fieret, si ea saltem folia quæ codicis Parisini 1458 [C^b] supersunt, integram plenamque præberent lectionem. iam uero notæ marginales ita detritæ sunt, ut quæ in C^b solo extant, inextricabiles sint; raro editoris desperationi medetur editio Crabbiana. in codice Montepessulano *D* ab eo qui ex codice *C* simillimo multa correxit, notæ neglectæ sunt, adiectæ tamen sæpe subscriptiones, quarum ultima locum tenet codicis *C*, cuius extrema pars periit.

Atque primum quidem agendum est de operis temporibus quæ in subscriptionibus Rusticus ipse diligenter notauit. quæ de hac re ante XII annos disserui in *Abhndlg. d. Bayer. Akad. d. Wiss.* XXXII 2 p. 13 sq., in huius operis lectorum commodum hic repetenda esse censui, in breuius tamen redacta atque hic illic correcta. subscriptiones ipsas plene exscribere inutile uisum est, extant enim iam editæ. indictionem cuius anni notantur XII. XIII. XIIII, eam esse cuius annus XIII currit inde a d. 1. m. Sept. a. 564 usque ad d. 31. m. Aug. a. 565, l. l. p. 15 probaui ex subscriptione actionis XIIII, *ubi sexta feria ante pascha* est *dies a Kl. Aprl tertia*; illius anni enim solius in sæculo VI. et dominica paschalis est d. 5. m. Apr. et indictionis numerus XIII.

1. f. 16^r = p. 27, 4 sub inscriptione actionis primæ: COEPIT EMENDARI D̄ K̄ MAR̄ X IND̄ XII i. e. d. 21. m. Febr. a. 564
2. f. 97^r = p. 259 not. in fine actionis primæ: FINIVIMUS EMENDANTES ET CONF̄F̄ M̄A̅A̅P̅R̅I̅ [legendum *mense Martio*] D̄ A KAL̄ XVII [legendum XVIII docet feria] FER̄ IIII IND̄ XIII XV KAL̄ AP̄R̄Ī i. e. d. 18. m. Mart. a. 565
3. f. 105^u = p. 276 not. in fine actionis II [γ̄ in Græcis]: CONT D XV K̄ AP̄R̄ i. e. d. 18. m. Mart.
4. f. 136^r = p. 354, 37 not. in fine relationis synodi ad Leonem [3, 106]: *scripsi pridie* K̄L̄ *Apr̄l fer̄ tertia indictio* XIII i. e. d. 31. m. Martii a. 565. *scripsi*, inquit, non contuli; collectiuncula enim illa quam actioni III [β̄ in Græcis] adnexuit, in codice $Φ^c$ quem emendando et adnotando editionem suam confecit, non extabat. ex dierum notationibus quæ secuntur, elucet Rusticum istud munus scribendi non suscepisse antequam actiones de Iba ad finem perduxit.
5. f. 146^r = p. 387 not. in fine actionis IIII: EXEMP̄L̄ [i. e. codicem quem ad editionem adhibuit] CONT̄ D̄ X K̄ AP̄RL IND̄ XIII AD CODICES GRAECOS DILIGENTISSIME i. e. d. 23. m. Mart. a. 565
6. f. 149^u = p. 397, 18 not. in fine actionis V: *idem* [sc. *exemplum*] *contuli d̄* V̄V̄Ō. olim conieci VIIII°, nunc fere certum mihi uidetur legendum esse VIII^{uo}, i. e. d. 25. m. Mart. a. 565.
7. f. 161^r = p. 444, 11 inter actionem VII [= η̄ in Græcis] et ante actionem de Domno: *contuli d̄* K̄. *Apri̅l fr̄* IIII *ind.* XIIII [legendum XIII], i. e. d. 1. m. April. a. 565. nihil mutandum est; hæsit enim Rusticus in utraque huius actionis parte, quia deficiebat solitum exemplar Græcum Acœmitanum. transiit igitur ad actiones de Theodoreto et Iba atque his peractis rediit ad appendicem actionis tertiæ [u. supra ad nr. 4] et actionem VII de Iuuenalis Maximique prouinciis et de Domno.

8. f. 163^{u} = p. 453 not. ad p. 454, 24 in fine actionis VIII [= θ̄ in Græcis]: *contuli d̄ fer̄* VI ⟨VI addidi⟩ *Kl. Apr ind̄* XIII, i. e. d. 27. m. Mart. a. 565
9. f. 165^{u} = p. 459 not. in fine actionis VIIII [= ῑ in Græcis]: *contuli* V [VR codd.] *K̄l Ap̄rl*, i. e. d. 28. m. Mart.
10. f. 177^{r} = p. 491 not. in fine actionis X [= ια in Græcis]: CONT̄ V K̄ APRL IND̄ XIII FER̄ V [*legendum* VII], i. e. d. 28. m. Mart.
11. f. 181^{u} = p. 501 not. in fine actionis XI [= ιβ in Græcis]: CONTVLI D̄ ALTERO A KL APL, i. e. d. 2. m. April.
12. f. 193^{u} = p. 530, 15 not. in fine actionis XIIII [= ιε in Græcis]: CONT̄ SEXTA FR ANTE PASCHA VICINISSIMVS D̄ A KL APRL TERTIA IND XIII ET REQVIEVI AB OPERE PERPRAESTATO COMPLENS ... COLLATIONEM SCISSIMI CONCILII CALCHEDONENSIS, i. e. d. 3. m. Apr. a. 565
13. f. 196^{u} = p. 537, 24 not. in fine canonum: *cont̄ d̄* VI *K̄l Ap̄rl ind.* XIII, i. e. d. 27. m. Mart. a. 565. contulit Rusticus canones eodem die quo actionem VIII [= θ̄ in Græcis] de Theodoreto, quia in codice Acœmitano Græco canones illam actionem sequebantur
14. ex codice *D* p. 561 not. in fine allocutionis ad Marcianum: *cont̄ ad solum codicem Acum̄ quia* [qui *D*] *non affuit alius Græcus d̄ fer̄* V. *K. Ap̄rl ind̄* XIII [legendum esse XIIII docet feriæ numerus], i. e. d. 1. m. Apr. a. 566.

Multo igitur tempore in prima actione consumpto cetera celeriter peregit, tum ab opere perpræstato totum requieuit annum, denique adiecit allocutionem.

Gestis superscripsit Rusticus [p. 27, 2]: RVSTICVS EX LATINIS ET GRAECIS EXEMPLIS MAXIME ACOEMIT̄ MONAST̄ EMENDAVI. neque in munere acquieuit emendandi, sed notas quoque de codicum lectionibus margini adscripsit. quorum multæ a librariis sunt omissæ aut decurtatæ aut falso positæ loco: ubi notæ per signa ad certum locum relatæ sunt, hunc locum pro lemmate posui; ubi uero signum deest, satis habui lineæ numerum adscribere.

Latini codicis unam tantummodo inueni mentionem p. 206, 26 *hanc lectionem* [i. e. eclogam ex Cypriano excerptam p. 206, 26—207, 6] *ex codice Latino contulimus.* in Gestis Græcis primariis et Ephesenis et Chalcedonensibus extabant ipsa Cypriani uerba Latina, addebatur interpretatio Græca; postea Latinis omissis manebant Græca tantum. uersionum Latinarum ratio duplex est: aut exhibent ipsa Cypriani uerba ex pleno desumpta exemplari Græco aut uersionem Latinam uersionis Græcæ. hanc rationem sequitur sola Gestorum Ephesenorum uersio Turonensis, illam ceteri, Gestorum Ephesenorum Collectio Casinensis i. e. editio Rustici [t. I 3 p. 70, 28 sq.] et Collectio Palatina 38 [t. I 5 p. 92, 17 sq.], Gestorum Chalcedonensium uersiones omnes. ne in textu Latino quicquam falsi remaneret, adhibuit Rusticus præter codicem Φ^{c}, quod erat editionis fundamentum, alium Latinum, ni fallor, Gestorum Ephesenorum. at hic locus singularis suique generis est quippe qui sit de textu Latino eclogæ de scriptore Latino desumptæ. neque casu accidit uel incuria librariorum, ut præter illam quam modo attuli, nulla mentio codicum Latinorum in adnotationibus extet. Rusticus enim in editione non id præcipue egit ut uersionis textum Latinum quam firmissime ex codicibus Latinis constitueret, sed hanc intentionem secutus est ut uersionem ipsam cum exemplaribus Græcis conferret conlatamque, ubi aptum uidebatur, emendaret. neque in uno codice Græco adquieuit adhibendo; testes sunt notæ hae:

p. 79, 2 [1, 230] *Græci codices non* Basilium. Basilii mentio interpolata est in Græci textus codicibus SB, in Latinis Φ^{ac}.

p. 89, 5 [1, 246] GR *istud* et *in multis non est.* epistulæ Cyrilli ad Iohannem de pace Rustico multos codices Græcos præsto fuisse non mirum.

p. 134, 29 [1, 559] GRA omnes ΘΕΙΩ CΚΡΙΝΙΩ. ita et Γ, *sacris scriniis* Φ.

p. 160, 25 [1, 783] *hic Græci codices male habent* omnis sancta synodus; *nam in præcedentibus* [1, 550], *ubi ipsa actio prius inserta est, non habet ipsum* omnes. codices Γ exhibent 1, 783 ἡ σύνοδος πᾶσα et 1, 550 ἡ σύνοδος ἅπασα; Latini 1, 783 *sancta synodus*, 1, 550 *sancta synodus* $Φ^{ac}$, *uniuersa* addit $Φ^{r}$, sed non omnes codices $Φ^{r}$ eodem loco. irrepsit igitur ex male intellecta nota marginali Rustici, quæ iam excidit.

p. 219, 25 [1, 937] *a signo isto* [quod appictum est ad 25 *præcipue*] *usque ad istud* [quod appictum est subscriptionis fini p. 220, 3] *codices Græci solum habent*: et iuraui uenerabili sacramento non præuaricari aliquid supra scriptorum et suscripsi manu mea. in codicibus Γ Gestorum Chalcedonensium omnia ista quæ ex gestis synodi Ephesenæ prioris Dioscorus in altera legi iussit, iam non extant, sed Gestorum Ephesenorum codex P ea ipsa habet quæ Rusticus ex suis codicibus Græcis adfert Latine uersa [t. 1 1, 7 p. 104, 1] καὶ ἐξωμοσάμην τὸν σεβάσμιον ὅρκον μὴ παρασαλεῦσαί τι τῶν προγεγραμμένων. καὶ ὑπέγραψα χειρὶ ἐμῆι.

p. 227, 15. 16 [1, 944 KB] *a loco in quo hoc signum est* [17/18 commemoramini, debuit poni ad 15 *in eum*] *inueni in Græco codice meo ita quod plus habeat in ordine hæc, quod in aliis non sunt uerba ipsa*: et post aliqua: sed ad propositum ueniamus. qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet et ego in eo. *hæc Acymit non habent.* uerba *et post — in eo* omittuntur in omnibus codicibus præter *Y*, ubi ex nota Rustici in textum inserta sunt. habentur in codicibus Græcis Gestorum Ephesenorum. de codicibus Acœmitorum pluraliter loquitur Rusticus, quia etiam Gestorum Ephesenorum codices consuluit.

p. 243, 19—23 [1, 1004—1008] *a signo hoc* [adposito ad 19] *usque ad signum istud* [adpositum ad 24] *in meo et in Acumit Gr non est, in alio tamen Gr sic inueni ut hic in Latino* [i. e. in codice quem emendabat] *iacet.* desunt in codicibus Γ.

p. 258, 1—12 [1, 1070 CXXXIII—CXL] *nomina cetera quæ istis signis* [appositis ad 1 *Barsumas* et 12 *suscripsi*] *interiacent, duo Græci codices non habent.* in codicibus Γ maxima pars istarum subscriptionum omissa est.

p. 259, 18/19 [1, 1076] *in alio* [non bene edidi *iacet*] GR *adicitur hoc.* interlocutionem omittunt $Φ^{ac}$ et Γ.

p. 273, 15/16 [2 (3), 19 in fine] GR *non habent, unus habet adiectum.* cf. quæ ad p. 89, 5 supra adnotaui.

p. 287, 9 [3 (2), 47] *Acum* tam in diuinitate quam in sanctis patrum regulis. *in ali⟨o⟩ Græco* in sanctorum et diuinorum patrum regula. lectio codicis Acœmitorum eadem est atque in Γ uol. 1 p. 211, 36 εἵς τε τὸ θεῖον καὶ τοὺς ἁγίους τῶν πατέρων κανόνας et in $Φ^{ac}$. minus bona est lectio codicum $Φ^{r}$, quam Rusticus ex suo codice $Φ^{c}$ desumpsit *tam in sanctorum patrum regulas*, sed prope accedit ad codicem illum alium Græcum, qui tamen aliquod uestigium huius quod est τὸ θεῖον seruauit.

p. 288, 27 [3 (2), 47] *Acum* religiosissimi et sanctissimi, *alter* religiosissimi et piissimi. codicis Φ omnes exhibent *sanctissimi et reuerentissimi*, Γ uol. 1

p. 212, 35 nihil nisi θεοσεβέστατοι. falsum esse constat *piissimi* = εὐσεβέστατοι, quod proprium est principum, alienum a clero.

p. 289, 13 [3 (2), 50ª] *hic quoque* [cf. notam mutilam p. 286, 23] *ordo uni Græco consonat; quomodo autem sit in codice Acumitano, summæ ostendent.* adscripta enim est littera B̅ p. 286, 23, littera A̅ p. 287, 3, Γ̅ p. 289, 5, ea intentione ut libellus Theodori inseratur eo ipso loco quo lectus esse dicitur, ante 3 (2), 44 *et cum lectum fuisset*, et 3 (2), 48 arte cohæreat cum 3 (2), 46, sicut postulat sensus. at Græcus ille codex, Γ et Φ libellum tum demum inserunt, cum Pascasinus qui huic sessioni præsedit, eum monumentis sociandum esse censuit [3 (2), 46]. similiter res se habet in libello Athanasii, cf. notam p. 293, 8.

p. 301, 17 [3 (2), 76] *in alio* [*i* superposita *a*, quod nescio an rectius ita soluatur quam in *iacet* [1])] GR̅ *non est, in Acum̅ plus habet*; iungenda est nota ad 22 [77]: *plus sunt; repetita sunt.* in codice suo inuenit Rusticus sententiam Maximi [77] inculcatam inter *Francion — dixit* et *Sicut præcipere* etc. [76] atque suo loco iterum positam; adnotauit idem uitium in codice Acumitano extare. in $\Phi^{ac}Y$ et Γ omnia recte procedunt.

p. 329, 17 [3 (2), 94^{182}] *hæc et in Acum̅ codice non est et in ali⟨o⟩ Græco hoc solum habet* et similiter. habet Φ *minus est* [i. e. λείπει] *et eius interlocutio.* ex Γ nihil discitur, quoniam pæne omnes sententiæ ibi omissæ sunt.

p. 331, 9 [3 (2), 97^{6}] *a signo hoc* [apposito ad 9 Stephanus episcopus] *nec iste codex* [sc. quem Rusticus pro fundamento editionis habuit] *Græco cuilibet in ordine nominum consonat et ipse inter se ualde dissonat. idcirco seruato huius codicis ordine contuli, summulis tamen Græcis ut continet codex Acumit̅, ostenditur.*

p. 342, 7 [3 (2), 97 in fine] *omnes quibus numerus non adscriptus est, neque in meo* [sc. codice Græco] *neque in Acum̅ Græco sunt.*

p. 390, 4 [5, 9] *et hæc Latine iacet in ambobus Gr*(æcis) *codicibus* sc. interlocutio legatorum Romanorum.

p. 402, 27—407, 26 [6, 1] *qui* [sc. episcopi] *inter hæc duo signa similia* [appicta ad p. 402, 27 et p. 407, 26] *hic* [sc. in codice a Rustico ad editionem adhibito] *leguntur, in Græcis duobus codicibus non sunt.* qua ratione hic consensus in omissione dimidiæ fere partis catalogi explicetur, obscurum est.

p. 434, 21/22 [6, 11] *quod adieci, in solo Acu̅ codice inueni.* τοὺς φωστῆρας τῆς οἰκουμένης κύριε φύλαξον habent Γ [uol. 1 p. 351, 19] et Φ^{a} [p. 436, 7] paulo aliter uersa quam in Φ^{r}, omittit Φ^{c}.

p. 435, 1/2 [6, 11] *quod adieci, a signo hoc* [apposito ad 1 *custodem*] *ambo Græci codices habent.* τὴν φύλακα τῆς πίστεως ὁ θεὸς φυλάξει. τὴν ἀεὶ πιστὴν ὁ θεὸς φυλάξει Γ, utrumque colon habet Φ^{a} [p. 436, 9. 10], sed ordine inuerso, omittit Φ^{c}.

p. 435, 9 [6, 12] *Græci non habent*, sc. et post has uoces. signis inclusa omittunt Γ et Φ^{a}.

p. 442, 2 [7 (8) inscr.] HANC ACTIONEM IN ACV̅ CODICE NON INVENI SED ALTERVM GRAECVM CONTVLI VBI LEGITVR ACTIO OCTAVA. sequebatur igitur codex ille ordinem qui est in Γ et Φ^{a}.

---

[1]) Item nunc iudico de p. 57, 3. 88, 23. 132, 16. 199, 5. 201, 31. 202, 14. 208, 5. 228, 29. 230, 2.

p. 482, 3 [10 (11), 139] *a tribus hic codicibus consonantibus reliqui* [i. e. non deleui], *ut* ⟨*a*⟩ *compositore gestorum prius sit nominatus episcopus* [sc. Ibas] *antequam synodus ei restitueret ordinem.* ἐπίσκοπος *episcopus* habent Γ et Φ omnes.

p. 491, 16 [in fine actionis 10 (11)] *in Acum̄ codice post hanc* [sc. actionem] *subsequitur* et de beato Theodoreto [sc. interlocutio iudicum 14/15 *quæ iudicata sunt a sancto concilio . . . propriam fortitudinem retinebunt*]. *in alio codice Græco id est qui*⟨*a*⟩ *iste* [sc. Ibas] *est ortho*⟨*doxus*⟩ [explicatur intentio interlocutionis iudicum]. *deo gratias.* utraque notula prodit defensorem trium capitulorum.

Vnus tantummodo codex Græcus Gestorum Chalcedonensium in bibliotheca monasterii Acœmitorum a Rustico inuentus est. ubi enim pluraliter de codicibus Acœmitorum loquitur, aut non Chalcedonensia tantum gesta spectat, sed Ephesena quoque [p. 227, 16], aut legem quandam Theodosii tractat, quæ a Gestis Chalcedonensibus aliena est [p. 348, 30]; nota denique quam p. 94, 10 ex codice C^b desumpsi detritam et mutilam, incertioris est fidei quam ut aliquid inde concludatur contra magnum notarum numerum unum codicem Acœmitanum afferentium. defuit in isto codice Acœmitano actio 8 (7) [p. 442, 2], sed aliarum quoque actionum numerationem ordinemque singularem introduxit. de quibus refert Rusticus hæc:

p. 455 [sub inscriptione actionis 9 (10)] *in codice Acumit̄ posteaquam formata est fidei definitio, in Acumit̄ quinta* [non bene post *quinta* in editione distinxi] *mox et ista actio subsequitur et per omnia simile* [sc. ei quod in ipsa editione extat] *habet initium et in die et in nominibus tam iudicum quam episcoporum excepto quod postquam scriptum est et* Eusebio r̄uo ēpo Dorylæi *adicitur* et Cecropio r̄uo episcopo Sebastopolis [non aliter quam in Γ p. 372, 19] *et sic cetera subsequuntur id est* et reliqua sc̄a et uniū ⟨*et quod*⟩ *sequitur.*

p. 459 [ad initium actionis 10 (11)] *in codice Acum̄ sic iacet*: sexta actio Chalcedonen̄, *sed est initium ut* ⟨*hic*⟩ similiter vi Kl.

p. 530 [ad initium canonum] *codex Acum̄*: termini ecclesiastici promulgati a sancta et magna et uniuersali synodo quæ Calchedone collecta est [iam aliqua exciderunt, quoniam in codice Acumitano canonibus inscriptum esse numerum actionis octauæ testatur nota p. 537, 27. aut igitur *cod̄* qui habuisse dicitur *id est actio septima* est alius Græcus qui ordinem primarium canonum tenuit, aut si Acumitanus est, commemorabatur actio quæ in illo septima fuit, i. e. ea quæ est de Theodoreto.

p. 537, 27 [ad finem canonum] *post actionem de beato Theodoreto ista iacet in codice Acumitensium, id est cum præfatione hac*: octaua actio Chalced.

In codice igitur Acumitano, ut primo agam de ordine, post actionem de fide omissa actione de Iuuenali Maximoque positæ sunt duæ actiones de Iba, tum de Theodoreto, denique canones. noli tamen putare ceteras actiones quas Græci numerant ιβ̄ ιγ̄ ιδ̄ ιε̄ ιϛ̄, in codice Acumitano non extitisse. de tali defectu Rusticus non tacuisset, præterea allocutionem synodi ad Marcianum in eo perscriptam fuisse constat subscriptione Rustici p. 561. clara sunt uestigia defensoris trium capitulorum: ut actiones de Iba et Theodoreto auctoritati concilii plenæ supponeret, eas canonibus præposuit; præterea locum priorem tribuit actionibus de Iba, quoniam capitulo quo damnabatur epistula ad Marim, grauius ei impugnari uidebatur auctoritas synodi Chalcedonensis quam capitulo de libris nonnullis Theodoreti. sed cautius processit quam corrector

Φ^c Versionis antiquæ. neque enim sicut ille canones reiecit post omnes pæne actiones particulares, sed post eas tantum quas auctoritate muniendas esse putabat, et cauit ne numerus actionis canonum, qui erat VII, nimis augeretur. hanc enim rationem secutus esse mihi uidetur, cum numerum sex actionum priorum quocumque modo minuit et actionem de Iuuenali Maximoque omisit.

Codicem igitur nec multo antiquiorem fuisse Rustico apparet neque immunem labe propter controuersias ecclesiasticas illata. tamen præ se tulit uestigia exemplaris antiqui minime spernenda. conseruauit enim uerba Latina eorum qui in ipso concilio Latine locuti sunt aut suscripserunt, quæ uerba ipsa fidei monumentorum inserta in editione primaria Gestorum integra remanserunt indeque in codicem Accœmitanum peruenerunt. diserta de hac re præsto sunt Rustici testimonia:

p. 40, 16 [1, 9 ad interlocutionem Lucensii] *singulas interlocutiones* [i. e. 1, 5. 7. 9. 10. 12] *a foris* [i. e. in margine, non in textu] *ita posui ut Acumitensium codex Græcus continet.* uni pepercerunt librarii interlocutioni Lucensii 1, 9, sed cf. p. 40, 20. 25

p. 228, 16. 18. 19 [1, 945] *in Acum̄ codice Romanorum dicta Latinis uerbis ita sunt ut hic*

p. 230, 4 [1, 945⁴⁹] *et ista* [sc. subscriptio] *in codice Acum̄ Latine iacet.* cf. t. I 1, 7 p. 113⁴⁹

p. 331, 1—3 [3 (2), 97¹] *et ista interloquutio Latine iacet in codice Acum̄*

p. 364, 17. 365, 17 [4, 6. 9²⁻⁴] *et hæc interlocutio etiam Latina iacet in codice Acumīt ita* [aut uerba Latina a librariis omissa sunt aut supplendum est *ut hic*]

p. 409, 10 [6, 3] *a signo isto* [falso ad p. 409, 12 apposito] *totum sic emendaui ad Græcam proprietatem* [sc. 6, 5], *in Acumitorum uero quodice mox Latine scriptum est ita.* ipsa uerba orationis Marciani Latinæ extant p. 409, 12—413,10

p. 415, 28 [6, 9¹⁻³] *hæ suscriptiones tres sic Latine continentur in codice Acum̄ ut hic.* ceterum animaduertatur ea quæ Pascasinus suscripsit *synodo præsidens*, esse omissa in translatione Græca et in uersionibus Φ^ac, quæ ex illa pendent: non seruata sunt nisi per codicem Acumitanum a Rustico collatum.

ceterum etiam in aliis Rustici codicibus Græcis Latina ex editione primaria remanserunt, cf. notam quam supra p. XVI exscripsi, p. 390, 4 et notam p. 234, 14 [cf. t. I 1, 7 p. 116¹⁷²]. 374, 27.

Hæc sufficiant de codice Accœmitorum; ut ipsi iudicent, propono lectoribus indicem notarum in quibus a Rustico adfertur, præter illos quos supra tractaui: p. 27, 6. 28, 30. 31, 2. 33, 31. 39, 13. 21. 26. 27. 41, 4—8. 12. 48, 9/10. 64, 17. 92, 13. 93, 13. 94, 10 [corrupta et mutila]. 95, 19. 100, 22/23 [pro *codus* legendum est *codice*, non *codicibus*]. 129, 27 [legendum est GR ⟨*minimus*, cf. Γ⟩, *Acum̄ non habet*]. 131, 13/14. 132, 1 [?]. 145, 27. 146, 10. 149, 14. 153, 10. 154, 11 [17? cf. *Y*]. 155, 2. 159, 9. 169, 20. 173, 6. 190, 26. 198, 18. 28. 199, 1. 5. 200, 5. 8/9. 17. 201, 9. 25/26. 202, 3—5. 205, 12. 20. 27. 228, 12. 229, 2. 28. 230, 2. 6. 27. 28. 231, 2. 233, 22. 234, 18. 239, 2/3. 283, 6. 286, 2. 289, 9. 293, 7. 317, 28/29 [GR Acum̄]. 330, 8. 16. 20. 420, 1. 457, 5. 462, 23.

Præter Accœmitanum Rusticus adfert alium codicem Græcum [287, 9. 288, 27. 301, 17. 329, 17. 442, 2. 491, 16]; hunc alium *meum* dicit p. 243, 19—23. 227, 15/16. 342, 9. *ambo codices Græci* p. 390, 9. 435, 1/2 uidentur esse Acumitanus et alter Græcus;

sed loquitur p. 482, 3 etiam de *tribus codicibus*, p. 258, 1—12. 407, 26 *de duobus*, p. 289, 13 *unum* Græcum Acumitano opponit. *Græci omnes* siue *Græci* adferuntur p. 134, 29. 160, 25. 219, 25. 435, 9, *in Græco codice* siue *in Græco* p. 54, 27. 58, 14. 78, 4. 83, 23. 207, 7. 237, 29 uel simpliciter GR. 61, 1. 63, 3. 132, 16 [pro *ia(cet)* legendum esse uidetur *in alio*]. 264, 29/30. 265, 21. 304, 3 [legendum est *debet esse*, sc. *Hypeponensis*, ne confundatur cum Iuliano Coensi]. 381, 10 [*oms* delendum, non corrigendum]. ceterum haud paucis lectionibus quicquam de codicibus adscribere uel Rusticus uel librarii prætermiserunt.

Ex ista nimis parca notularum farragine neque quot codices in manibus habuerit Rusticus, manifestum fit neque unde eos acceperit; non semper eosdem ei adfuisse conicias. certe cum gestis ipsis completis annum a labore quieuisset atque synodi allocutionem ad Marcianum conferret, unus præsto fuit codex Acumitanus, cf. quæ subscripsit p. 561.

Iam tempus est rei intricatissimæ discussionem aggredi, quam supra [p. XII] ad hoc capitulum reieci. insolubiliter enim cum re ipsa conexa est quæstio quid de codice Iuliæ Aniciæ patriciæ [1]) iudicandum sit, in quo Rusticus se actionem de Domno Antiocheno inuenisse refert p. 444, 18. non inuenit uersionem Latinam; hæc enim non in iis tantum codicibus extat, qui ex editione Rustici deriuati sunt, sed etiam in duobus codicibus Versionis antiquæ correctæ, quod illi fundamentum erat editionis [Φ^c^]. neque aliunde desumpsit uersionem actionis principalis, quæ est de prouinciarum partitione inter Iuuenalem et Maximum. sed quærendus ei erat codex Græcus quocum uersionem Latinam solito more conferret; utraque enim actio in codice Acœmitano non extitit. inuenit actionem de prouinciis in codice altero Græco [p. 442, 2], inuenit actionem de Domno in codice Aniciæ Iulianæ: quid manifestius quam etiam istum codicem Græcum fuisse?

In una re Rusticus codicem suum Φ^c^ mutauit: præmisit actionem de prouinciis quæ habita est die 26. m. Oct., alteri de Domno, cui præfixus est d. 27. m. Oct. hoc propter temporis rationem a Rustico factum fuisse non dubium est, at non minus constat cum codicibus duobus Φ^c^, qui actionem de Domno continent præmissam alteri de prouinciis, consentire codicem Aniciæ Iulianæ. ad hunc enim referenda esse censeo quæ Rusticus subscribit actioni de Domno: *post hæc sequitur Maximi et Iuuenalis quam inter se fecisse leguntur de quibus* [legendum *tribus*, sc. duabus Phœniciis et Arabia] *parœciis* [p. 445]. accedit alterum. initio actionis de Domno perscripta sunt nomina trium episcoporum qui adfuerunt, de ceteris qui omissi sunt, dicitur [p. 445, 7] *quorum nomina infra scripta*, quæ quo referri possint, nescio, nisi ad actionem quæ sequitur de prouinciis. nunc quidem nomina desunt in uersione Φ^c^ neque Rusticus ea adiecit; nihil uero obstat quominus in Græco codice Iulianæ extitisse putentur. neque est cur in eo hæreatur quod actio de Domno non in omnibus codicibus Φ^c^ alteri de prouinciis præmittitur; ex multis enim lectionibus constat Versionem antiquam [Φ^a^] neque semel neque ab uno correctam esse. at difficilior atque intricatior quæstio inde oritur quod uersio Φ^c^ actionis de Domno eadem est atque illa quæ habetur in rerum Chalcedonensium Collectione Vaticana 6, 4 [uol. II p. 111, 21—112, 23], neque desunt quæ illius uersionis propria sunt, inscriptio *exemplum de Græco in Latino*

---

[1]) Qui huc usque de isto codice opiniones protulere, Ballerini opp. Leonis II 1234sq. [PL 55 p. 737sq.], Maassen p. 746. 750, Turner Eccles. Occid. monum. I 2, 1 p. VII, in duos inciderunt errores, primum quod codicem rati sunt fuisse Latinum, alterum quod Rusticum non distinxerunt a Versione antiqua correcta.

[cf. p. 444, 17—19 not.] et subscriptio *et alia manu: edantur*[1]). quæ Collectioni Vaticanæ insunt 6, 3—5, gestorum esse monumenta a Maximo Antiocheno ad Leonem papam non multo post synodum Chalcedonensem destinata probaui Ballerinos secutus *Abhndlg. d. Bayer. Akad. d. Wiss.* XXXII 2 p. 24 sq. N. F. 13 p. 45; adieci uolumine II 2 p. XIII illa Constantinopolim a Maximi legatis portata ibique in usum pontificis Leonis Latine uersa esse. consensus igitur qui est inter actionis de Domno translationem Collectionis Vaticanæ 6, 4 et Versionis antiquæ correctæ Φ^{c} inde ortus est, quod actionis istius apographon et Græcum et Latinum in codice Iulianæ ante actionem de prouinciis insertum est atque apographon Latinum per istum in Versionem antiquam correctam [Φ^{c}] atque ex hac ad Rusticum peruenit.

Deinceps quæritur unde desumpta sit forma quæ est in Φ^{c} atque apud Rusticum actionis de prouinciis [p. 442, 4—444, 16]. procul habenda est Collectio Vaticana 6, 3 [uol. II p. 109, 33—111, 20]; nimis enim distat breuis ista epitoma a plenitudine actionis in Φ^{cr}, cui nihil deest nisi episcoporum catalogus, neque ipse uerba inter se concordant. at non minus distat actionis forma quæ est in Φ^{cr}, a Versione antiqua, immo distat tantopere ut Φ^{a} et Φ^{cr} una recenseri non possint, quod in tota serie actionum fere numquam accidit. singularis igitur rei singularis causa exquirenda est. facili opera inuenitur, dum actionem de Domno quam ex codice Iulianæ in Φ^{cr} peruenisse constat, in illo ipso codice additamentum fuisse consideratur actioni de prouinciis præmissum: apparet huius actionis formam quæ est in Φ^{a}, a correctore Φ^{c} Versionis antiquæ esse abiectam quippe quæ additamento de Domno careret. neque obstat quod episcoporum catalogus quem in codice Iulianæ Græco extitisse supra [p. XVIIII] probaui, in translatione Latina Φ^{c} desideratur. ne in antiquo quidem corpore canonum Latino catalogi episcoporum Latine perscripti sunt [cf. Philolog. 88 p. 250 sq. *Zeitschr. f. Rechtsgesch.* 56 *Kanonist. Abtlg.* 25 p. 13]; præterea catalogus episcoporum in certam quandam formam redactus in actionibus particularibus quæ sequebantur, iterum iterumque sine uariatione repetitus lectoribus præsto erat.

Ne tamen meæ siue conclusiones siue coniecturæ aliter quam uolui, intellegantur, neque dixi neque dico codicem illum Græcum in quo inuenit Rusticus actionem de Iuuenalis Maximique prouinciis quam ipse sicut corrector Φ^{c} Versionis antiquæ septimam numerat, fuisse codicem Iulianæ. actio ista in Rustici codice Græco numerata est octaua, sicut in Gestorum editione primaria, in codicibus Græcis qui huc usque seruati sunt [Γ], in Versione antiqua [Φ^{a}]. probabile igitur textum actionis qui habebatur in codice illo Græco, quem inuenit Rusticus, quam proxime accessisse ad eum qui in codicibus quos nunc adhibemus Græcis exhibetur et qui in Versione antiqua fideliter expressus est. sufficiebat iste Rustico quippe qui numquam quæreret codicem Latinum unde uersionis uerba Latina emendaret, sed cum in ista actione deficeret Acumitanus, alium Græcum cuius ope ipsam uersionem examinaret. at neque in illo alio Græco quem modo in actione de prouinciis conferenda adhibuit, extabat actio de Domno neque in ceteris Græcis, quoniam in Gestorum editionem primariam recepta non est. quocumque uero modo aditum nanctus est ad eundem codicem Iulianæ, per quem singulari quadam ratione actio illa in Versionem antiquam correctam peruenerat.

Iam uero quæritur quidnam codex iste Iulianæ continuerit. si nihil aliud nisi id quod in eo fuisse supra probatum est, actionem de Iuuenalis Maximique prouinciis

[1]) In una re differunt: pro *quorum nomina* infra *scripta sunt* habetur in Collectione Vaticana p. 111, 35 *quorum nomina supra scripta*, sc. in ea quæ præcedit actione de prouinciis. ibi non aliter atque in Φ^{c} et Φ^{r} a translatore Latino omissa sunt.

et additamentum quoddam de Domno, non codex erat appellandus, sed scheda. nullus igitur dubito quin siue omnia siue magna Gestorum Chalcedonensium pars in illo extiterit, præsertim ea quæ ad fidem pertinebat. unam enim fuisse constat Aniciam Iulianam de illis mulieribus quæ in aula Anastasii imperatoris henotico Zenonis edicto pertinaciter obtemperantis non minus obstinate ueram et integram fidem a synodo Chalcedonensi definitam esse credebant [Cyrill. uit. Sabæ 53 p. 303 Cotel.]. eiusmodi femina nobilis diuesque putari potest Gestorum Chalcedonensium ingentem codicem chartaceum ac uetustum adquisiuisse magnamque membranarum copiam emisse, in quas, ne interiret, uenerabile illud monumentum fidei transferretur; schedas istas paucas quibus res diuturna obliuione oblitteratæ tractabantur, ulla eam cura impensaque dignas habuisse ueri est dissimillimum. at si uerus plenusque Gestorum fuit codex, cur, inquies, non sæpius Rusticus eum attulit? Iuliana mortua est paulo post Iustinum imperatorem [527] ante Theodosium abbatem [529, cf. Cyrill. uit. Sabæ 69. 70 p. 338. 339 cum uariæ lectionis appendice]; ad quem codex iste nouus et pretiosus peruenerit, nescitur. quisquis uero codicis possessor fuit, nulla necessitate putare cogimur, illum cuiuis homini facilem aditum ad istum thesaurum præbuisse uel plus permisisse quam ut paucæ paginæ inspicerentur et, qui gratiæ cumulus erat, transcriberentur.

Vno loco Rusticus ex codice quocum Latina conferebat, complures uersus Græci textus attulit, initio definitionis fidei [5, 31 p. 393, 21]: *ut acribiam collationis gnari Græcitatis agnoscant, subter ipsa ut sunt in Græco uerba discripsimus ex Acum̄* secuntur uerba Græca ὁρίζομεν - - ἐτύγχανον [uol. I p. 323, 1—4]. ceterum hæc uerba non ipse Rusticus transtulit, sed ea quæ habet Versio antiqua correcta Φ^c^, edidit; nihil enim inuenit quod propter Græca mutaret. sunt autem loci quibus in nota afferat Græca interpretationemque adiciat ab ea quam ex Φ^c^ edidit, diuersam:

p. 160, 12 [I, 778] *sic quoque interpretatur*: ⟨non⟩ potui dogmatizare, οὐδὲ γὰρ οἷός τε ἤμην δογματίζειν.

luculentum extat huius consuetudinis exemplum p. 346, 30, de quo tamen difficile est iudicium, quoniam relationis illius exemplar Græcum periit atque ab ipso interprete Rustico non uersiones, sed paraphrases proponuntur.

præterea conferantur p. 215, 14 ὑπεριδὼν *despiciens*. p. 159, 17 ὁ θεοσεβέστατος, *ubique posui* religiosissimus. p. 60, 5 *et hic* θεοσεβεστάτων *habet*. cf. 273, 23. 300, 6. 161, 1 *ubicumque habet* cathol̄, *in Græco habetur* τῶν ὀρθοδόξων, cf. 265, 13. 68, 12. 70, 24. 166, 13 *diuinitati* θειότητι. 287, 7 *quondam episcopum* ἐπισκόπου γενομένου. ex margine in textum irrepserunt p. 352, 20 *uestem* (interpretatio falsa) ΧΡΥCΗΝ CΙΡΑΝ. multo sæpius nuda uocabula Græca perscribuntur sine interpretatione, cf. p. 61, 9. 62, 12. 76, 6 = 20. 85, 1. 26. 86, 13. 89, 16. 91, 3. 92, 22 = 97, 6 = 105, 6. 110, 6. 22. 114, 12. 21. 116, 15. 119, 18 = 120, 5 = 300, 9. 136, 11. 138, 11. 139, 10. 143, 17. 192, 26. 203, 22. 285, 14. 287, 16 = 294, 6. 291, 17. 18. 292, 9. 297, 28. 298, 9/10. 299, 18. locis perlustratis eandem fere omnibus subesse intentionem cognosces, ut lector uocis uel locutionis Græcæ sensum non accurate exprimi moneatur eis quæ in uersione Latina leguntur. optima est adnotatio p. 163, 31 ὄντως *non nunquam dubitantis*.

aliis locis Græca non ipsa perscribit, sed uertendo reddit, e. gr. p. 68, 3—5 [I, 160] *in Græco proprie ita est*: sancti enim patres qui postea fuerunt, id quod incarnatus est, quod dixerunt sancti patres in Nicæam *et cetera*, in Γ habetur [uol. I p. 91, 28] οἱ γὰρ ἅγιοι πατέρες οἱ μετὰ ταῦτα τὸ ἐσαρκώθη, ὃ εἶπον οἱ ἅγιοι πατέρες οἱ ἐν Νικαίαι. proponi solet eiusmodi locis G̅R̅, quod significat textum Græcum, non codicis Græci uariam

lectionem, cf. p. 69, 21 GR quod est proprium naturarum [= uol. 1 p. 93, 9 τὸ ἰδιάζον τῶν φύσεων]. p. 85, 24 GR nullo autem modo proderit rectæ fidei rationi si sic habeatur [uol. 1 p. 106, 15 ὀνήσει δὲ κατ' οὐδένα τρόπον τόν ὀρθὸν τῆς πίστεως λόγον εἰς τὸ οὕτως ἔχειν]. similes sunt loci p. 27, 7 [ubi non uaria lectio Acumitani adfertur] = 42, 12 = 44, 5 = 22 = 46, 7 = 18 = 60, 22 = 74, 23 = 134, 28 = 136, 28. p. 28, 26. 27 [non sunt uariæ lectiones]. p. 29, 1. 5. 11. 13. 16. 33 [ne hæc quidem pro uariis lectionibus habenda]. 47, 12. 48, 20. 26. 59, 14. 60, 2. 25/26. 61, 17. 20/21. 84, 4. 269, 7.

Ceterum Rusticus in notis quas codici suo adscripsit, non critici et translatoris tantummodo munus peragit, sed etiam acris pro fide Chalcedonensi debellatoris zelatique sui temporis Dioscorianorum [cf. notam ad p. 173, 21. 281, 23] aduersarii, quos ut profliget, quauis occasione arrepta Dioscorum increpat. quæ lectori obseruanda relinquo; colligendas esse duxi quasdam notulas quæ ad trium capitulorum controuersiam aut ad alias res memorabiles spectant:

p. 50, 3 *diuæ memoriæ, sic non de lege Theodosii*, cf. quæ ipse adnotat 3, 106ª p. 495, 16. 501, 6.

p. 53, 3 *hæc post synodum a sancto Leone specialiter euidenterque cassata sunt*, cf. ipsum Rusticum p. 354, 39 sq.

p. 76, 18 *noī interpretem* [Eulogium presbyterum Edessenum] *Ibæ accusatorem.* cf. p. 181, 22 *ambo Ibæ aduersarii.* p. 236, 19 *noī Eulogium Ibæ accusatorem.* 244, 1. 329, 18 *iste cum Iba est accusatus*

p. 82, 7 *Mechir Aegyptii Februarium uocant, qui apud illos tunc inchoatur, quando apud nos habet mensis Ian. dies* XXVI. Rusticus exul in Thebaidem deportatus menses nouit Aegyptios.

p. 92, 8 *noī epistulæ quibus nunc usque abutuntur Acephali, ad Acacium, ad Valerianum, ad Successum* cf. t. 1 4 p. 225, 12, ubi idem loquitur Rusticus.

p. 2, 26 [1, 920] *noī et hæc editio symboli non consonat cum supra scripta* [1, 914], *sed cum Timothei āpli* [latere crediderim *Apollinaristæ* neque obstat quod de confessione illius Timothei nihil notum est, quantum scio].

p. 215, 23 *Theophanius episcopus unus fuit ex his qui erant cum Orientalibus.* nouerat Rusticus per ea quæ ipse ex Irenæo excerpsit, cf. t. 1 4 ind. III. IIII s. u. Theophanius

p. 237, 5 post *interlocutum* — *approbatores* habentur quæ non intellego: *quæ in concilio uanitatis dicat Frontinianus insanus.* inter *approbatores* et *quæ in concilio* aliqua excidisse uidentur; *concilium uanitatis* dici crediderim de concilio Constantinopolitano a. 553. nihilo minus obscura manent cetera neque dilucidantur eis quæ de Frontino siue Frontoniano traduntur a Victore Tunnunensi p. 203, 25. 205, 9.

p. 324, 25 *sub isto* [Vranio episcopo Emiseno] *et ab ipsius monachis caput sancti Iohannis inuentum est et loco ubi oportuit, collocatum.* cf. Chron. Pasch. p. 591, 7. Marcellin. p. 84sq. Tillemont 1 p. 494sq.

p. 391, 14 *hic male mortuus Primarius falsauit et ubi habet* Xystus, *posuit* Christus, *uolens quasi auctoritatem beati Cyrilli per tale extolli mendacium contra Ibæ confessoris epistolam* [cf. 479, 8]. cf. Victor. Tunnun. p. 203, 1.

p. 501, 2—3 *Palladius in uita scī Iohannis contraria inquit.* cf. Pallad. dial. 13—15.

Vltimo loco ponatur adnotatio quæ a Rustico de exemplari Græco desumpta est: p. 47, 10 [cf. p. 48, 8. 50, 21] GR σημειωτέον *de Eulogio ad quem epist sancti Isidori.* huius epistulas dua milia per quingentenas distributa extare in Acœmitensis monasterii codicibus uenustissimis quattuor narrat Rusticus t. I 4 p. 25, 21. monachus igitur aliquis doctus notulam istam codici Acumitano Gestorum Chalcedonensium adscripsit, quem adhibuit Rusticus.

Concilii Chalcedonensis ipsa editio iam ad finem producta est; quod sequetur uol. Steiner VI prosopographiam et topographiam concilii ceterosque qui adhuc restant indices, continebit.

Monachii m. Aprili a. h. s. XXXVII

E. Schwartz

CORRIGENDA

p 441 *pro* Codex Nouariensis 70 *legas* Codex Nouariensis 30

p 455 in ADNOTATIONE RVSTICI *pro* quinta, mox *legas* quinta mox

p 455 ibid *pro* sequitur *legas* ⟨et quod⟩ sequitur

p 401, 20 *deleas comma quod est post* quaedam

p 504, 30 not *pro* Φ^a *APMV* *legas* Φ^a *ADMV*

p. 518, 13 not. *pro* et Φ^a *D* *legas* ei Φ^a *PD*

p. 510, 10 not. *pro* dolichi Φ^a *legas* dolichi Φ^a *P*

IN PARTIBVS PRIMA ET ALTERA

in adnotationibus Rustici ad p. 57, 3. 88, 23. 132, 16. 199, 5. 201, 31. 202, 14. 208, 5. 228, 20. 230, 2. 250, 18/19. 301, 17 *pro* iacet *legas* in alio

p. 100, 22/23 in ADNOTATIONE RVSTICI *pro* codicibus *legas* codice

p 129, 27 ibid. *pro* GR *legas* GR ⟨nummus⟩

p 304, 3 ibid. *pro* debet deesse *legas* debet esse

p. 381, 10 ibid *pro* quomodo omnem [oms C^mg] *legas* quomodo [add. o̅m̅s̅ *C^mg*, *deleui*]

GESTORVM CHALCEDONENSIVM VERSIO A RVSTICO EDITA

ACTIONES VII—XVI

CONCILII ALLOCVTIO AD MARCIANVM

Φ^a = Versio antiqua

R = Codex Vaticanus Reginensis 1045 s. VIIII

B = Codex Barberinus 680 s. VIIII

N = Codex Parisinus 16832 s. VIIII

Φ^c = Versio antiqua correcta

A = Codicis Vaticani 1322 pars altera s. VI/VII

P = Codex Ambrosianus E 147 sup. s. VI/VII

D = Codex Montepessulanus 58 s. VIIII

M = Codex Casinensis 2 s. XIII

Φ^r = Versionis antiquæ correctæ editio Rustici

C = Codex Parisinus 11611 s. VIIII

V = Codex Vaticanus 1319 s. XII

Y = Codex Veronensis LVIII [56] s. X

y = Codex Vaticanus 1321 s. XV ex Y descriptus

O = Codex Nouariensis 70 s. X

X = Codex Vossianus 122 s. X

U = Codex Veronensis LIX [57] s. VI/VII

INCIPIT ACTIO SEPTIMA

HANC ACTIONEM IN ACV̄ CODICE NON INVENI SED ALTERVM GRAECVM CONTVLI VBI LEGITVR ACTIO OCTAVA

d. 26. m. Oct. a. 451

1 Consulatu domni nostri Marciani pp̄ aug̃ VII kl̄ Nouembrium Calchedone secundum iussionem piissimi nostri domni conuenientibus in sanctissima ecclesia beatæ martyris Euphimiæ gloriosissimis iudicibus et sancto et uniuersali concilio per sanctionem serenissimi et piissimi nostri domini in Calchedonensium ciuitate congregato et residentibus cunctis ante cancellos altaris,

3 GLORIOSISSIMI IVDICES DD̄: Diuinissimus et piissimus noster dominus rogatus a Maximo et Iuuenale sanctissimis episcopis præcepit nos agnoscere de motis inter eos capitulis. unde conuenientes sanctissimi uiri quædam ad inuicem inter se ex non scripto constituerunt, quæ etiam nobis manifesta fecerunt et uidentur ex consensu iuste disposita. hæc igitur necessarium iudicauimus etiam coram sancta synodo unumquemque eorum edocere, quatenus et ex uestra sententia et ex nostra allocutione quæ fuerint placita, confirmentur.

4 MAXIMVS REV̄ EPS̄ ANTIOCHIAE SYRIAE D̄: Placuit mihi et reuerentissimo episcopo Iuuenali post multam contentionem per consensum ut sedes quidem Antiochensium maximæ ciuitatis beati Petri habeat duas Phoenicas et Arabiam, sedes autem Hierosolymorum habeat tres Palæstinas. et rogamus ex decreto uestræ magnificentiæ et sancti concilii hæc ex scripto firmari.

5 IVVENALIS SC̄ISSIMVS HIEROSOLYMORVM CIVITATIS EPS̄ D̄: Hæc etiam mihi complacuerunt, ut sancta quidem Christi Resurrectio tres Palæstinas habeat, sedes autem Antiochensium duas Phœnicas et Arabiam. et rogo quatenus ex decreto uestræ magnificentiæ et sancti concilii ista firmentur.

7 PASCASINVS ET LVCENSIVS REVV̄ EPI̅ ET BONIFATIVS PRBR̄ OPTINENTES LOCVM APOSTOLICAE SEDIS PER PASCASINVM RVM̄ EPM̄ DD̄: Hæc concordantibus fratribus nostris

---

Huius actionis quæ in Γ et in Φ[a] *est VIII, præter hanc extant uersiones duæ,* 1) *antiqua a Φ*[cr] *plus solito diuersa, quæ edita est in fine actionis,* 2) *antiquissima in Gestorum collectione Vaticana* 6, 3 [uol. II 2]

Φ[c] [= *APDM*], Φ[r]]= *CVY*]

1—p. 5, 16 post 6, 34 *coll. ADY* 1—3 INCIPIT—OCTAVA *om. APDY* incipit septima eiusdem sinodi *M* 1 SEPTIMA AMEN *CV* 4 consulati *CV*, *corr. V* VI *DM*, *corr. D*[mg] noembrium *A* calchedona *AP* 5 domni nostri *P* domini *MCV*, *corr. C* 6 eufemiæ *PDVY* 7 serenissimi *om. M* domni *PD* 8 cunctis *om. M* alteris *M* 9 diuinissimus Φ[r] sacratissimus Φ[c] domnus *APD* 10 iuuenali *Y* 11 conuenientibus *M* uiri *om. V* ab *M* 12 qua *CV* manifestare *A* 13 dispositæ *D* deposita *CV* indicauimus *M* iudicamus *P* etiam *om. P* 14 docere *DM*, *corr. D* edicere *P* et[1] *om. APMY* ex[1]] extra *M* 16 uir reū ep̄o *Y* 17 multum *C* 18 phœnices *D* 19 rogamus ut Φ[c] 21 sc̄issimus *om. P* ep̄s *om. AP* etiam] eadem et *V*[corr] 21/22 placuerunt *V*[corr] 23 antiochenorum *V*[corr] phœnices *D* et] habeat et *V*[corr] rogo quatenus] supplico *V*[corr] decreto] sententia *V*[corr] 23/24 magnificentiæ uestræ *D* sc̄e synodi *V*[corr] hæc firmari qua interlocutione latine interpretata per beronicianum deuotissimum magistrianum et a secretis sacri consistorii quæ sequuntur *V*[corr] 25 pascasinus ep̄s *M* lucentius *D* reuerentissimus ep̄s *M* optinens *MY*

Maximo reuerentissimo Antiochensium ciuitatis episcopo et Iuuenali reuerentissimo et sanctissimo episcopo Hierosolymorum pro bono pacis dicta noscuntur, hoc est ut Antiochensium ecclesia duas Phœnicas et Arabiam habeat, Hierosolymorum uero tres Palæstinas possideat; ad hoc autem et nostrae humilitatis interlocutione firmantur, ut nulla in posterum de hac causa prædictis ecclesiis contentio relinquatur.

8 ANATOLIVS REV ARCHIEPISCOPVS GLORIOSAE CONSTANTINOPOLIS NOVAE ROMAE D: Quæ complacuerunt inter deoamantissimum episcopum Antiochensium Maximum et deoamantissimum Hierosolymorum episcopum Iuuenalem, et ex mea interlocutione firma consistant. et sanctissima quidem ecclesia Antiochensium magnæ ciuitatis habeat duas Phœnicas et Arabiam, sanctissima uero ecclesia Hierosolymorum tres Palæstinas obtineat, quatenus de cetero utræque ecclesiæ ulterius huius rei causa nullius contentionis relinquatur occasio.

9 THALASSIVS REV EPS CAESAREAE CAPPADOCIAE D: His quæ per consensum ordinata sunt inter deoamantissimos episcopos Maximum et Iuuenalem, et nos consentimus.

10 STEPHANVS REV EPS EPHESI D: Sicut placuit reuerentissimo episcopo Antiochensium ciuitatis Maximo et deoamantissimo Iuuenali Hierosolymorum episcopo, ut sanctissima quidem Antiochensium ciuitatis ecclesia habeat duas Phœnicas et Arabiam, sanctissima uero Hierosolymorum ecclesia tres habeat Palæstinas, quæ inter eos placuerunt, confirmo, quatenus utraque ecclesia de cetero nullius habeat contentionis occasionem.

11 EVSEBIVS REV EPS ANCYRAE GALATIAE D: Gratias agimus domino deo in quibus duorum patrum contentio amicali placito terminata est. optinere igitur uolumus ea quæ utrisque partibus placuerunt.

12 GLORIOSISSIMI IVDICES DD: Interim tu responde.

13 STEPHANVS || REV || EPS EPHESI D: Iste neque ordinatus est in Ephesum, sed uacante sancta ecclesia colligens seditiosorum turbam cum gladiis et aliis quibusdam

---

Φ^{a} [= *RBN*], Φ^{c} [= *APDMV*], Φ^{r} [= *CY*]

VERSIO ANTIQVA 2 arripientes *BNM* 3 sedem *NP*corr ipsi *B* 4 et[1] *om.* Φ^{ac} [= Γ] 7 quidam *om. R* 8 extitit *RNA*, *corr. RN* extitisti *D*corr in me *om.* Φ^{ac}, *corr. D*mg 12 p̄sumserint *N* 13 tranquillitatem Φ^{ac} 14 aduersarios meos Φ^{ac} 14—16 quoniam — dicuntur *om. M* 15 uero *om.* Φ^{a}*APDV*, *corr. D* eorum *BN* 20 reuerentissimus ēps *N* 25 uolunt Φ^{a}*MV om. A* 29 episcopus *om. R* smyrnæ Φ, *est uitium exemplaris Græci pro* Μυρίνης 30 iterum *R* 31 r̄eu *om.* Φ^{ac} ephesi ēps *R*

1 me *om. C* perturbatis *A* 2 fures *MV*, *corr. V* 3 congrue *MV* 5 uel] et *D* 6 multas *P* 6/7 ita — quia *om. P* 6 funeras *MV*, *corr. V* 8 atque] ut quæ *P* 9 presumpta sunt *A* sacramentisque *CD*corr, *corr. C* 10 dignentur *P* uestræ *AP* 11 cognotio *C* me *om. A* in me *om. AP* 12 se aliquid *Y* aliquid *AP* 13 ūram sancire *D* ūram *AP* uexationem *D* inferatur *P* 15 ut] aut *APDV*, *corr. DV* 16 eis *om. P* in] a *D* concilio uestris] uestro concilio *A* 17 inferantur *M* et ut] ut et *APD* 18 potius *APMV* 19 pietatis *P* 20 basianus *DY* 22 basianus *D*Φ^{r} principes *AM* 24 potius] tam *D* quærantur [quæruntur *P*] Φ^{c}*Y* 26 episcopus *om. A* 26/27 ad ista — ēps *om. MV*, *corr. V* 27 r̄eu *om. V*corr ēpi hic *Y* diœcesis *Y* ueniunt *MV*, *corr. V* 28 ea quæ *D* 31 epheso *P*

eranariis superingressus est et sedit sibi. si hunc iudicat uestra magnificentia esse episcopum, alia ratio est. hoc ergo expulso secundum regulas et proiecto digne me quadraginta episcoporum Asianorum decreto et nobilium et plebis et totius reuerentissimi cleri et omnis ciuitatis ordinauerunt. hodie enim quinquaginta annos habeo in Ephesio clero.

14 BASSIANVS REV EPS D: Noli me circumuenire. ego et regulariter factus sum et ostendo hoc et a nullo depositus sum nec accusatus ab aliquo neque culpatus || ab aliquo, || sed ego a iuuenili ætate mea uixi pauperibus et ptochium feci et in eo posui septuaginta lectos et omnes languentes et ulceratos hospitio suscipiebam. Memnon autem, qui fuit episcopus Ephesi, inuidiam habens in istis, quoniam diligebar ab omnibus, || hæc || egit ut expellerer ciuitate, et immisit manus suas ut me ordinaret episcopum Euazorum, et hoc fecit, ego autem non acquiescebam. sed ab hora tertia usque sextam coram altari me plagis || expendit || et sanctum euangelium et altare sanguinibus est impletum. his || igitur || ita gestis ego permansi sic, neque ad ciuitatem uadens neque penitus ecclesiæ illi communicans in qua nominatus fueram, neque penitus ipsam ciuitatem uidens. mansi ergo sic. et contigit ipsum Memnonem finem uitæ suscipere. post hæc ordinatus est Basilius. is autem euocans concilium prouinciæ et agnoscens ab eis || uiolentiam || quam fueram passus, et quoniam machinatio fuit, in illa ciuitate alium ordinauit episcopum, mihi uero reddidit communionem et locum || episcopatus. || contigit iterum et hunc finem uitæ suscipere, me autem cum multa necessitate et ui inthronizauerunt in eadem ciuitate Ephesi populus et clerus et episcopi, quorum unus episcopus Olympius hic est. agnoscens autem hæc noster piissimus imperator repente hoc confirmauit et continuo per commonitorium aperte declarauit confirmans episcopatum. postea direxit || sacram || per Eustathium silentiarium quibus || iterum || confirmauit episcopatum. ueni autem in regia Constantinopolim et suscipiens nos idem rerum dominus, id est me et eum qui || erat in ipsa regia ciuitate, episcopum || Proclum, amicos nos fecit et communicaui cum eo et cum omnibus episcopis qui per singula tempora sunt reperti. et faciens || synodicam || idem sanctissimus Proclus direxit et ciuitati et episcopis et clericis. mansi itaque sic ego quattuor annis, ita ut decem episcopos ordinarem et multos clericos. et cum in pace degeremus, quæ etiam per relationem suam manifestauerunt ipsi reuerentissimi episcopi et reuerentissimus clerus piissimo nostro imperatori et perpetuæ augustæ, || et || placida uoluntate suscipiens

---

Φ^{a} [= *RBN*], Φ^{c} [= *APDMV*], Φ^{r} [= *CY*]

VERSIO ANTIQVA 2 et alia *B* 7 ab aliquo *om.* Φ^{ac} 11 hæc *om.* Φ^{ac} expelleret uiuitate *B* 12 euatzorum *R* euatzarum *B* euazzorum *N* 13 sexta Φ^{a}*APMV* expendit *D*^{mg} expendit adflixit Φ^{r} afflixit *BNPD*^{corr}*V*^{corr} adfixit *RAD* affecit *M* 14 igitur *om.* Φ^{ac}, *corr. D* 18 uim Φ^{ac} 20 episcopatui Φ^{a} 25 sacra Φ^{ac} iterum *om.* Φ^{ac}, *corr. D* 27 in ipsa — ciuitate erat eps Φ^{a} 29 reperta *N* synodica Φ^{ac} 30 ut et *BNMV* [= Γ] 32 clericus *R* 33 et^{2} *om.* Φ^{ac} [= Γ]

1 herenariis *A* erinariis *D* heranariis *C* harenariis *PC*^{corr} 2 expulso] exploro *P* 3 et^{1} *om. P* et^{3} *om. P* 4 clerici *MVCD*^{corr}, *corr. V* 5 epheso *MC* 6 basianus *DY* nolite *A* ego et] et ego *C* 7 a *om. A* 7/8 neque culpatus ab aliquo *om. Y* 8 a *om. MV*, *corr. V* iuuenali *DMV*Φ^{r}, *corr. Y* poticium *A* 9 et^{1} *om. D* 11 elegit *A* a ciuitate *V*^{corr} 13 usque ad *ADY* altare *APMVY*, *corr. V* 14 impletum est *Y* et ego *A* 15 quam *A* quo *MV*, *corr. V* 16 neque ne *C* 18 euocans *om. MV*, *corr. V* prouinciale *MV* 19 ipsa *D* 20 et^{1}] in *P* 21 ui] VI *CD*^{mg} 22 eps *P* 23 piis [*V*, *del. V* pius *M*] nr piissimus *MV* piissimus noster *Y* 24 aperte hoc *D* 26 uenit *A* regiam *C* constantinopoli *DY* 27 episcopum *om. AP* 30 ego *om. M* 31/32 legationem *D* reuelationem *D*^{mg}

eorum pietas repente rescripsit mihi et ipsis sanctissimis episcopis et clericis et direxerunt per silentiarium. relectis autem || diuinis || syllabis omnes || nos || glorificauimus deum quia eorum pietas de ecclesiarum pace sic cogitat. crastina autem die missas celebrauimus omnes simul et post missas manus inicientes inclauserunt me et cum ui abripuerunt pallium sacerdotii mei et omnia bona mea et sumentes unum ex ipsis hunc Stephanum fecerunt eum episcopum.

15 STEPHANVS REV EPS EPHESI D: Iubeat uestra potestas episcopos qui sunt hic, uenire, ut appareat ueritas coram uestra magnificentia.

16 GLORIOSISSIMI IVDICES DD: Pro qua re uocas reuerentissimos episcopos?

17 STEPHANVS REV EPS EPHESI D: Vt testentur de uniuersis quæ gesta sunt, quoniam ipse superintrauit in sanctam ecclesiam cum gladiis et eranariis et aliis quibusdam et sedit in sede et pro hoc expulsus || est || a sanctis patribus et a || sanctissimo || regiæ ciuitatis Romæ Leone et a beatissimo sanctæ memoriæ Flauiano Constantinopolitanæ urbis et ab Alexandrino et Antiocheno. ab his enim expulsus est. ecclesiastico enim iudicio mea humilitas constituta. cognouerunt omnes et consenserunt et sanctæ memoriæ Theodosius imperator et uniuersa synodus. pro his enim misit sanctæ memoriæ || imperator || Theodosius Eustathium primicerium silentiariorum ut cognosceret inter eum et clerum et pauperes qui ab eo iniustitiam fuerant passi. uenit in Epheso beatæ memoriæ Eustathius, tres menses fecit cognoscendo, || quædam || cognouit, et terminum quem decreuit beatæ memoriæ Eustathius, suscepit et || confessiones || exposuit, et clericis et pauperibus et ecclesiæ hæc manifesta sunt. sunt hic episcopi: ueniant hic et fateantur si aliter dico. iubeat ergo uestra magnificentia uenire eos. numquid cum eis ordinatus est? superintrauit ibi, hodie quattuor anni sunt, et Romanus episcopus eum deposuit et Alexandrinus eum damnauit. uideat epistulam scriptam a beatissimo papa Leone uestra magnificentia.

18 GLORIOSISSIMI IVDICES DD: Confiteris reuerentissimum Bassianum quattuor annis obtinuisse sanctissimam Ephesiorum ciuitatis ecclesiam uelut episcopum?

19 STEPHANVS REV EPS EPHESI D: Velut tyrannus, non ut episcopus. quomodo enim optinere poterat qui per manus impositionem constitutus non est, sed cum gladiis est ingressus et sedit sibi? iubeat uestra magnificentia episcopos ingredi.

20 GLORIOSISSIMI IVDICES DD: Ostendat Bassianus reuerentissimus si per synodum reuerentissimorum episcoporum et consueta lege Ephesiorum metropolis est constitutus episcopus.

Φ^{a} [= *RBN*], Φ^{c} [= *APDMV*], Φ^{r} [= *CY*]

ADNOTATIONES RVSTICI 16 Theodosium sanctæ memoriæ appellauit infelix *C*mg

VERSIO ANTIQVA 1 ipsi *BN* 1/2 dilexerunt *RY* dixerunt *D* 2 relictis *BN*, *corr.* *N* et relectis *A* sacratissimis Φ^{ac} nos *om.* Φ^{a}*MV* 4 mensas *N* incluserunt Φ^{a}*MV* 5 arripuerunt *BNMV* adripuerunt *A* 10 ephesie *V* *om.* *RM* 12 est et Φ^{a}*ADMVY* uenerabili Φ^{ac} 14 ab[1] *om.* *BN* 15 constituta *om.* *R* constantinupolim constituta *P* constantinopoli *A* 16/17 et uniuersa — Theodosius *om.* *P* 17 imperator *om.* Φ^{a}*ADMV*, *corr.* *D* 18 clericum *R* 19 et quædam Φ^{ac} 20/21 cautiones [cautionem *A*] Φ^{ac} 21 et[3] *om.* *RC*, *corr.* *R* 24 eum eps *BN* 32 metropoli *DY* *om.* *R* 33 episcopus] est *NC*, *del.* *N*

1 scripsit *A* scis *D* 2/3 glorificamus *DMV*, *corr.* *DV* 3 qui *MV*, *corr.* *V* 5 uim *MV* palleum *P* et[3] *om.* *A* sumentem *P*corr 6 unus *MV* eum *om.* *Y* 8 uram magnificentiam *PD* 9 iudices et amplissimus senatus *P* uocans *A* 11 ipse *om.* *D* erinariis *A* nerinariis *D*, *corr.* *D*mg crenariis *MV* arinariis *P* aranariis *C*corr 12 a[2] *om.* *A* 14 et[2] ab *D* 17 eustathius *MV* silientiarum *P* 18 fuerunt *MV*, *corr.* *V* 20 agnouit *MV* 21 et clericis *om.* *Y* et ecclesiæ *om.* *AP* sunt *om.* *D* 22 iubeat ergo *om.* *P* 24 alexaudrinum *MV* eum[2] *om.* *D* condemnauit *D* 25 uideat ergo *AP* 26 basianum *D*Φ^{r} 27 scissimum *A* scam *C* 28 ut *C* 29 per *om.* *A* 30 sedet *A* ibi *AM* 31 basianus *DY* 32 es *P*

21 BASSIANVS REV EPS D: Euazorum ego neque factus sum neque profectus illic, sed uim passus denominatus || sum || episcopus. canones || manifesti || sunt. dicant patres si præiudicium est ordinari nec proficisci. ipsi dicant; nouerunt regulas. supplico ut audiar: interim præsumptio declaretur quia auctoritate sua clauserunt me, et tunc de sacerdotio || quærimus. || uiolentia primo quæratur.

22 STEPHANVS REV EPS EPHESI D: Supplico ut canones relegantur qui dicunt ut is qui in alia ciuitate ordinatus est, constitui non possit in || altera. ||

23 || GLORIOSISSIMI IVDICES DD: Relegantur hi canones. ||

LEONTIVS REV EPS MAGNISIAE EX CODICE RELEGIT

24 REGVLA NONAGESIMA QVINTA. Si quis episcopus uacans || super || ecclesiam uacantem || semet ipsum iniciens subripuerit sedem præter perfectum concilium, hunc expellendum esse, || licet omnis populus quem || arripuit ||, eum || elegerit. perfecta || uero || synodus illa || est, cui interest et metropolitanus || episcopus. ||

IDEM REV || LEONTIVS || EX EODEM CODICE LEGIT

25 || REGVLA NONAGESIMA SEXTA. || Si quis episcopus ordinationem acceperit episcopatus et populo præesse decretus non acquieuerit ordinationi neque ei persuasum fuerit proficisci ad ecclesiam sibi commissam, hunc excommunicatum esse, donec coactus acquiescat aut quicquam de eo episcoporum prouinciæ synodus perfecta definiat.

26 GLORIOSISSIMI IVDICES DD: Reuerentissimus Bassianus edoceat quis eum fecit episcopum.

27 BASSIANVS REV EPS D: Vnus eorum qui me inthronizauerunt, hic est Olympius. nescio alios, hunc recordor.

28 LVCIANVS REV EPS BIZAE D: Qui habuit ius, suscepit eum bonæ memoriæ Proclus; et suscepit eum beatæ memoriæ Theodosius piissimus imperator et uocans eos amicos effecit. sed tamen cur est expulsus?

29 STEPHANVS REV EPS EPHESI D: Beatus sanctæ memoriæ Flauianus expulit eum.

30 GLORIOSISS IVDICES DD: Quoniam memoria facta est Olympii reuerentissimi episcopi tamquam is inthronizauerit Bassianum reuerentissimum episcopum, || Olympius || si hæc ita sunt, nos edoceat.

Φ^a [= *RBN*], Φ^c [= *APDMV*], Φ^r [= *CY*]

VERSIO ANTIQVA 2 sum.*om.* Φ^a manifestæ Φ^a*C* 5 quæremus Φ^a*D* 6 legantur *BN* quæ *BN* 7 alia Φ^{ac} 8 gloriosissimi — canones *om.* Φ^{ac}, *corr.* D^{mg} releguntur D^{mg} legantur *Y* 10/11 in ecclesiam uacantem prosiliat sedemque peruadat absque integro perfectoue [profectoue *R*] concilio hic abiciatur necesse est Φ^a *secundum uersionem Dionysii, cf. Turner, ecclesiæ occid. monumenta etc. 2 p.* 283 12 diripuit Φ^a *secundum Dionysium* abripuit Φ^c obripuit *Y* habere delegerit Φ^a *secundum Dionysium* 13 perfectum — concilium illud Φ^a *secundum Dionysium* antistes Φ^a *secundum Dionysium om. AP* 14 eps leontius Φ^{ac} leontius eps *Y* 15 regulam Φ^a*A* V^{corr} nonagesimam sextam $\Phi^a$$V^{corr}$ XXVI *Y* 16 adquieuerat *B* acquieuit *C* 18 perfecte *BN* 22 is *R* iste *MV* 24 uizae Φ^a byziæ *D* 26 efficit *R* et fecit *MV* 29 episcopi *om. BN* 29/30 Olympius *om.* Φ^{ac}, *corr. D*

1 basianus *DY* profectus sum *A* 4 audias *MV*, *corr. V* audiatis *D* [= Γ] declaratur *Y* qui *P* 5 nunc *MVY* 6 ut^2 *om. AP* 7 posse *P* 9 relegit ex codice *D* 10 uacans *om.* Φ^c 12 eum] etiam *P* 13 cui *om. A* et *om. MV* 14 eo *Y* 15 quis *om. D* 16 derectus *A* directus A^{corr} ei *om. MV*, *corr. V* 20. 22 basianus *DY* 22 inthronizauit *MV* olympus *D* 24 quia *Y* 24/25 bonæ — eum *om. V* 24 bene *Y* 25 bonæ *DM* eos amicos eos *Y* [= Γ] 28 memorie *Y* olympi *DM* olymphi *Y* 29 intronizauerunt *PY* basianum *DY* 30 ita hec *Y* edoceant *P*

31 OLYMPIVS REV EPS THEODOSIVPOLIS D: Post mortem episcopi qui illo tempore fuit, in ciuitate in qua ordinatus sum episcopus Theodosiupolis, in ea degebam; mandauerunt mihi clerici eiusdem ciuitatis Ephesi dicentes: ueni hic, ut regulariter ordinationem suscipiat ciuitas, quoniam dormiuit sanctæ memoriæ Basilius, qui fuit episcopus. ego uero has litteras accipiens adueni credens quia et alii reuerentissimi episcopi uocarentur. ante tres autem dies quam || ingressus || essem ecclesiam, ut is inthronizaretur, dum applicassem in quodam hospitio, sustinebam etiam reuerentissimos episcopos, ut regulariter secundum morem ordinatio proueniret. ut ergo primam et secundam et tertiam sustinui diem in hospitio et alter nullus || deo amicissimorum || est inuentus episcopus, dicebam: solus ego quid possum efficere? quoniam extra || subtilitatem || canonum est solum episcopum disponere ecclesiam et maxime tantæ metropolis. cum ergo hæc || loquerentur || mecum, circumdedit mansionem in qua eram, innumera multitudo || et || (noui enim quo consisto coram tanta potestate et coram altari) quidam enudans gladium, Holosiricus nomine, qui, puto, || comitianus || est, uenit et ipse et omnis multitudo et portantes me profecti sunt in ecclesiam. et ita cum ducentis aut trecentis hominibus et me et ipsum leuauerunt ad sedem et inthronizatio celebrata est. usque ad hoc quemammodum factum est, noui.

32 BASSIANVS REV || EPS || D: Mentitus est.

33 GLORIOSISSIMI IVDICES DD: Si Proclus sanctæ memoriæ, qui fuit archiepiscopus regiæ Constantinopolis, suscepit Bassianum reuerentissimum et communicauit ei tamquam episcopo Ephesiorum metropolis, reuerentissimus clerus sanctæ Constantinopolitanæ ecclesiæ nos edoceat.

34 THEOPHILVS REV PB CONSTANTINOPOLIS SCAE ECCLESIAE D: || Vt || coram deo, et suscepit eum sanctæ memoriæ Proclus communicantem et synodalibus litteris honorans dimisit eum ad Ephesum et in diptychis posuit eius nomen et recitabatur usque || ad || modicum tempus.

35 OMNES REVV CLERICI SCISSIMAE CONSTANTINOPOLITANAE ECCLESIAE DD: Et nos hæc dicimus; suscepit enim eum et communicauit ei beatæ memoriæ Proclus et fecit synodicas litteras et in diptychis eum posuit.

36 GLORIOSISS IVDICES DD: Nunc Stephanus reuerentissimus episcopus dicat quemammodum nouit Bassianum reuerentissimum episcopum ab episcopatu remotum et si ipse per synodum ordinatus est.

Φ^{a} [= *RBN*], Φ^{c} [= *APDMV*], Φ^{r} [= *CY*]

VERSIO ANTIQVA 1 theodosiopolis Φ^{a}*ADMVY* 2 theodosiopolis Φ^{a}*ADMV*C^{corr} 3 eius *N* 6 ingressurus Φ^{a}*MV* egressus *P* 9/10 reuerentissimorum Φ^{ac} 10 *ante et post* dicebam *haud pauca in exemplari Græco uersionis* Φ^{a} *exciderant neque uel a* Φ^{c} *uel a* Φ^{r} *suppleta sunt* 11 suptilitate Φ^{a}*AP* 12 loquerer Φ^{ac}, *corr. D* 13 et *om.* Φ^{ac}, *corr. D* 14 altare Φ^{a}*AMV*Φ^{r}, *corr. C* altarem *P* 14/15 comitiacus Φ^{a} 15 et^{1} *om. R* 18 eps *om.* Φ^{a}*A* [= Γ] 20 reuerentissimum epm *RD, corr. D* 20/21 metropolitanæ *RD, corr. D* 23 scæ ecclesiæ *om. R* scæ *om. P* ut *om.* Φ^{ac}, *corr. D* 25 diptychis C^{corr} diptychiis *C* dypticiis Φ^{a}*PDMY* dipticiis *AV* ad *D*Φ^{r} ante Φ^{a}*APV* *om. M* 29 dyptychis C^{corr} dyptychiis *C* dypticiis Φ^{a}*PDMY* dipticiis *AV*

1 olympus *D* in illo *AM* 2 qua et *Y* episcopus *om. AP* 3 ciuitatis *om. MV* dicentes *om. AP* 5 suscipiens *D* 7 his intronizarentur *M* his inthronizarem *V* quondam *V* 8 ut — secundum *om. A* 10 eporum *MV* 13 in quo *MV* quod *A* 14 olosericus *V* olesericus *M* 16 duocentis *AM* et^{3} *om. APD* ipso Φ^{c}, *corr. V* 17 factus *P* 18 basianus *D*Φ^{r} 20 basianum *DY* 21 epm *D* sanctæ *om. P* 22 doceat *PMV, corr. V* 26 modum *C* 27 hoc *D* 28 enim *om. A* 29 posuit eum *D* 30 episcopus *om. APD* 31 basianum *DY* 32 si *om. MV, corr. V*

STEPHANVS REV EPS EPHESI D: Relatum est || ad episcopum || Alexandrinæ ciuitatis || sanctæ || memoriæ Theodosio principe scribente illic, allatæ || sunt || litteræ a beatissimo et sanctissimo papa Romano quatenus istum esse non oporteret episcopum, et manifestæ sunt litteræ. iubete uenire notarios, ut declaretur quomodo remotus est et quomodo ego sum ordinatus. nos propter fidem uenimus: numquid sciebam quoniam hoc potuisset emergere? semel finem accepit causa. uenit silentiarius ibi, tres menses fecit cognoscens inter eum et clericos; clarent ea quæ definita sunt.

38 BASSIANVS EPS D: Stephanus presbyter meus fuit, quattuor annis mecum missas celebrabat, mecum communicabat et communicabat a me tamquam ab episcopo. et ipsa die qua reclauserunt me, simul communicauimus et abripuit me et inclausit me et ista sum passus. per uirtutes dei, aquam quæsiui et non mihi dederunt. tribus mensibus habuerunt me clausum, episcopi autem qui a me ordinati sunt, ipsi et hunc ordinauerunt episcopum, dum essem inclausus. si non sum ego episcopus, neque illi qui a me sunt ordinati, esse debent episcopi neque clerici.

39 CASSIANVS PRB QVI || FVIT || CVM BASSIANO RVO D: Media ebdomada coegit nos et introduxit in baptisterio Stephanus reuerentissimus episcopus et Mæonius et dederunt mihi euangelium et coniurauerunt me et dixerunt: ueni, iura mihi non discedere || ab || eo, sed uiuere cum eo et mori cum eo et || non || tradere eum. dixi: hodie xxv || anni || communico Constantinopolim negotium agens et deus est qui nouit quia numquam iuraui alicui: et nunc dum presbyter sim, || cogitis || me iurare? qui sumentes euangelium dederunt et iuraui eis. et quinta feria de sancto pascha tollentes et ipsum || inclauserunt || et me occiderunt et || debilem || fecerunt calcibus et adduxerunt tres subdiaconos et uespere tulerunt et duxerunt me in || domo mea || et posuerunt me semiuiuum et || phlebotomauerunt || me. ut ergo non peierarem, hodie quattuor annos habeo errando mendicando Constantinopolim, ut non peierem nomen filii dei.

40 LVCIANVS REV EPS BYZAE TRANSIENS IN || MEDIVM || D: Obstrinxerunt nos reliqui episcopi || nobiscum || residentes ut unusquisque quod nouit in ueritate ad pietatem tendere, dicat. || et || licet ex nobis ipsis bonum esset hoc facere, uerumtamen dicimus quoniam quattuor annis operatus est in sede sine contentione, sine contradictione et ordinauit decem episcopos et clericos multos et communicauit ei qui

---

Φa [= *RBN*], Φc [= *APDMV*], Φr [= *CY*]

VERSIO ANTIQVA 1 ad *om.* Φac, *corr. D* epo Φac alexandriæ *RPMV* 2 et scæ Φa sunt etiam Φa*APMV* 5 et ego *R* 6 causam *BNVC*, *corr. C* 11 recluserunt *BNDY* clauserunt *A* arripuit *BNV* clausit *BN* inclusit *MV* 12 uirtutem *BN* 13 clusum *B* 14 inclusus *BN* 16 erat Φa reuerentissimo epo *BNP* 17 meonis *B* 19 te ab Φa*MV* non *om.* Φac, *corr. D* 20 annis Φa*APMV* habens *RY* 21 cogetis Φa*PD* cogites *A* 23 clauserunt Φa debilem me Φac 24/25 domum meam Φa 25 flemotumauerunt Φa flegotomauerunt *APD* flouctonerunt *M* ego *B* 26 perierarem *RA* peiorarem *B* pegerarem *C* 27 perierem *R* periarem *P* pergerem *A*, *corr. A* peierarem *ND*Vcorr*Y* peiorarem *B* 28 medio Φa*D* 29 uobiscum ΦaVcorr 30 et licet] elicet *P* licet Φa

2 scissime memoria et *C* scribendo *MV*, *corr. V* illi *P* 3 papæ *P* iustum *D* oportere *DY*, *corr. D* 3/4 eum esse epm *D* 4 litteræ *om. A* declinaretur *D*mg 5 ordinatus sum *P* 9 basianus *DY* reu eps *P* 9/10 missas — mecum *om. M* 10 communicabatur *C* 16 casianus *DC*, *corr. D* basiano *D*Φr obdumada *A* cogit *A* collegit *D*, *corr. D*mg coegimus *P* nos *om. PY* 19 sed — eo² *om. P* uenire *D* 21 sum *Y* me *om. C* 23/24 calchecibus *A* 26 habeo quattuor annos Vcorr quattuor annos Φc, *corr. D* 27 non *om. A* 28 bizyæ *D*, *corr. D* nos *om. Y* 29 sedentes *A* unus quis Φc, *corr. V* 30 contendere *P* ex] et *V* esse *APMV* 31 dicemus *D*

nunc est episcopus Stephanus, cum esset eius presbyter, et omnes reliqui clerici. et quomodo possibile est || nunc || Bassianum expelli præter consequentiam || regularem, cum || præcipue beatissimus Proclus regiæ Constantinopolis episcopus ei communicauerit et per synodicas litteras firmauerit eius episcopatum?

41 MELIPTHONGVS REV EPS IVLIANOPOLIS TRANSIENS IN || MEDIVM || D: Oportebat eum qui quattuor annis sine contentione episcopatum obtinuit, || aut || accusari aut || sic || sine iudicio non iactari. et quoniam et ego coniuratus sum ab episcopis iuxta me sedentibus quatenus transiens in || medium || dicam ea quæ cunctos mouent, tamquam os effectus reliquorum residentium episcoporum ex persona cunctorum hæc refero et sancto concilio et uestræ potestati quæ Lucianus reuerentissimus || episcopus || dixit.

42 STEPHANVS REV EPS D: Sanctissimus archiepiscopus Leo Romanus hunc damnauit, quoniam præter regulas factus est.

43 CECROPIVS REV EPS SEBASTOPOLIS D: Domne Stephane, cognosce quantum potest Flauianus beatæ memoriæ et post mortem.

44 REVV EPI ET CLERICI CONSTANTINOPOLITANI CLAMAVERVNT: Veritas sic habet; omnes hæc ipsa dicimus. Flauiano æterna memoria. ecce ultio, ecce ueritas. Flauianus post mortem uiuit. martyr pro nobis oret. Flauianus post mortem fidem exposuit. Flauianus hic est; orthodoxus hic est. multos annos imperatori. Flauianus nobiscum iudicat.

45 GLORIOSISS IVDICES DD: Omnibus examinatis de Bassiano et Stephano reuerentissimis, relectis etiam canonibus, dicat sancta synodus de episcopatu Ephesio quid ei uidetur.

46 RVV EPI CLAMAVERVNT: Iustitia Bassianum uocat. regulæ ualeant.

47 GLORIOSISS IVDICES DD: Nobis quidem uidetur neque Bassianum reuerentissimum dignum existere ut sit Ephesiorum ciuitatis episcopus, quoniam ex inuasione uiolenta episcopatum sibimet uindicauit, neque Stephanum reuerentissimum episcopum, qui per coniurationes et || tales adinuentiones || episcopatum sibimet acquisiuit; iustum uero esse ut eligatur alter, qui et fidem integre sciat et uita noscatur ornatus, ut esse possit episcopus. totum autem concilio sancto relinquimus, quatenus sententiam quæ in hac causa fuerit uisa, depromat.

48 SCA SYNODVS CLAMAVIT: Hæc iusta sententia est. hoc dei iudicium est. Christus iudicauit causam. deus per uos iudicat. hæc sententia Christi est. canones et leges uos custoditis. multos annos iudicibus. multos annos concilio.

Φ^{a} [= *RBN*], Φ^{c} [= *APDMV*], Φ^{r} [*CY*]

VERSIO ANTIQVA 2 nunc *om.* Φ^{ac} 2/3 regularum Φ^{ac} [= Γ] 3 cum $\Phi^{r}D^{corr}$ dum Φ^{a}*MV* *om.* *APD* 5 medio Φ^{a} 6 aut non $\Phi^{a}A^{corr}$*PDMV* sic *om.* Φ^{a} 7 iactare *BN* 8 medio Φ^{a} 10/11 episcopus *om.* Φ^{a}*APMV* 17 ecce[2]] et *NMV* 22 relictis *BN*, *corr.* *N* et nunc relectis *MV* 28 similes excogitationes Φ^{ac}, *corr.* D^{mg} 29 cognoscatur *R* noscat *y* nesciatur D^{mg} 30 relinquamus *RPMV* relinquemus *D* reliquimus *A*

1 eius *om.* *A* 2 basianum *DY* 5 melypthogus *A* melytongus *M* mellyptongus *C* iulianopolis eps *D* iulianupolis *Y* 6 accurri *MV*, *corr.* *V* 8 mouent] nouit *P* 9 os *om.* *M* et ex *P* 10 pietati *P* 12 eps ephesi *Y* Leo *om.* *P* 13 regulam *V* regula *M* 14 reu *om.* *Y* potes *Y* post *D* 15 flauianum *D* 17 dicemus *D* flauiani *D* 19 est[2] *om.* *C* 21 basiano $D\Phi^{r}$ 23 eis *D* uideatur *Y* 24 basianum *DY* maneant *P* 25 basianum *DY* reuerentissimum *om.* *A* 26 uiolentia *AC* uiolentiaque C^{corr} uiolentie *D* 27 reuerentissimum *om.* Φ^{c} 29 uerum *P* et ornatus D^{corr} 30 posset *D* 31 fuerat *D* fuerint *P* uisa *om.* *P* 32 est[1] *om.* *P* hoc *V* *in ras.* uix *M* est[2] *om.* *P*

49 PASCASINVS REV EPS OPTINENS LOCVM APOSTOLICAE SEDIS D: Clarent quæ ab uniuerso concilio dicta sunt: quid de hac causa siue personis uideatur, et || nostram || et horum est confirmare || sententiam.

50 ANATOLIVS REV ARCHIEPS CONSTANTINOPOLIS D: Eos qui se contra legem sponsæ Christi Ephesenæ ecclesiæ coniunxerunt, hos decenter || legibus suis || [eius] expellit. igitur et qui insiluit sedi Bassianus reuerentissimus episcopus et qui post illum || inordinate || semet ipsum immisit Stephanus reuerentissimus episcopus quietem habeant cessantes ab operatione || eiusdem || ecclesiæ; dabitur autem Ephesiorum metropoli episcopus a deo monstratus et ab omnibus qui pascendi sunt, eligendus ad ordinationem episcopatus, qui recte uerbum prædicet ueritatis, memoratis || scilicet || dignitatem episcopatus habentibus et communionem necessariisque salariis, || quæ || a sanctissima consequentur || ecclesia.

51 SCA SYNODVS EXCLAMAVIT: Hæc iusta sententia. hoc iustum iudicium est.

52 EVSEBIVS REV EPS DORYLAEI D: Inuasio reuerentissimi Bassiani || euersionem || habet ex regulis, etiam inordinate facta ordinatio in || Stephanum ||: unde, si uidetur, ambo debent Ephesiorum metropolis episcopatu uacare, || ordinari || autem regulariter debet episcopus prædictæ metropoli uita et fide conpositus.

53 ASIANI REVV EPI PROSTRATI DD: Miseremini nostri; nos supplicamus sanctum concilium ut misereatur filiorum nostrorum, ne || forte || propter nos et nostri filii moriantur, ut nobis clementia condonetur uel || si Bassiano || in electione malorum. || suadeat || aliquis hic || ordinari, || et filii nostri moriuntur et ciuitas || deperit ||.

54 GLORIOSISS IVDICES DD: Quoniam secundum uoces sancti concilii neque Bassianus neque Stephanus reuerentissimi episcopi in Ephesiorum ciuitate sunt digni, Asiani autem episcopi hic reperti dicunt, si hic ordinetur alter episcopus, Ephesiorum conturbari ciuitatem, dicat sancta synodus ubi uolunt episcopum Ephesenæ sanctissimæ ecclesiæ canones ordinari.

55 REVV EPI CLAMAVERVNT: In prouincia.

56 DIOGENES REV EPS CYZICI D: Consuetudo hic habet. si factus fuisset a Constantinopolitano episcopo, non habuerunt hæc agi. ibi enim salgamarios ordinant et propterea || euersio || fit.

57 LEONTIVS REV EPS MAGNISIAE D: A sancto Timotheo usque nunc uiginti septem episcopi facti sunt, omnes in Epheso sunt ordinati; solus Basilius uiolenter hic factus est et multæ cædes hinc ortæ sunt.

Φ^{a} [= *RBN*], Φ^{c} [= *APDMV*], Φ^{r} [= *CY*]

VERSIO ANTIQVA 2 nra Φ^{a}*DMV* nostræ *AP* et^{2} *om. A* 3 esse *N* sententia Φ^{a}*ADMVY* 5 ephesinæ $\Phi^{ac}C^{corr}Y$ legimus $\Phi^{r}D^{mg}$ lex Φ^{ac} suis eius CD^{mg} uir eius *Y* eius *delere prætermisit Rusticus* eius Φ^{ac} 6 insiliuit *BN*Φ^{c}*Y* 7 in ordine Φ^{a}*D* in ordinem *A* in ordinationem *P* 8 eius Φ^{a}*MV* 9 parcendi *R* 10 ordinationem Φ^{ac} ornationem CD^{mg} orationem *Y* 10/11 scilicet et Φ^{a} 12 quæ *om.* Φ^{ac} consequentur $\Phi^{r}D^{mg}$ consequantur *MV* consecuturis *BN* consecuturus *R* consecuturi *APD* 14 conuersionem [conuersationem *APD*] Φ^{ac} 15 stephano Φ^{a}*PD* stephanom *V* 16 ordinare Φ^{a}*MV* 19 forte *om.* Φ^{a} [= Γ] 20 si *om.* Φ^{a} basiano *DY* bassianum Φ^{a} 20/21 suadeat [ΠΕΙΣΕΙ *pro* ΕΠΕΙ ΕΙ] *AMV*$\Phi^{r}D^{mg}$ audeat *D* nam si Φ^{a} [= Γ] 21 hoc *B* huc *C* ordinetur Φ^{a} [= Γ] perit Φ^{a} 25 uiuitatem *B* ephesinæ [ephesianæ *N*] Φ^{a}*ADMV*C^{corr} 28 diogenis *RAD* 29 salgamarius *BN* salmagarios *R* 30 mutatio Φ^{ac}, *corr.* D^{mg} 32 solus et *BN* 33 hic *RA*

6 basianus *D*Φ^{r} 9 epo *MV* hominibus *PD* 10 eps D^{mg} rectum *P* 11 dignitatem *om. Y* 13 est *om. P* 14 basiani *DY* 15 etiam] et *Y* in ordinatione *AP* in *V in ras., om. DM* 16 uacari *Y* 16/17 debet regulariter *D* 17 fidem *V* 19 nostrorum *om. Y* 20 clementiæ *C* lectione *A* 22 uocem *MV* basianus *DY* 23 in *om. A* 25 uolent *Y* 28/29 constantino politanum epm *A* constantinopoli eps *MV* [= Γ] constantinopolim *P* 31 magnasiæ *V* septem *om. P* 32 hic uiolenter *DY*

58 PHILIPPVS REV PRB CONSTANTINOPOLITANAE || SCISSIMAE || ECCLESIAE D: Sanctæ memoriæ Iohannes episcopus Constantinopolitanus quindecim episcopos deposuit profectus in Asiam et pro eis alios ordinauit. et Memnon hic || ordinatus || est.

59 AETIVS ARCHIDIACONVS || CONSTANTINOPOLIS || D: Et Castinus hic ordinatus est. Heraclides et alii cum uoluntate nostræ urbis archiepiscopi ordinati sunt. Basilium similiter beatæ memoriæ Proclus ordinauit, et beatæ memoriæ quidem Theodosius imperator huiuscemodi ordinationi cooperatus est et beatæ memoriæ Cyrillus Alexandrinus episcopus.

60 REVV EPI CLAMAVERVNT: Canones obtineant.

61 CLERICI || CONSTANTINOPOLITANAE ECCLESIAE || CLAMAVERVNT: Ea quæ sanctorum patrum centum quinquaginta sunt, teneant. priuilegia Constantinopolis non depereant. ordinatio secundum morem ab archiepiscopo nostro fiat.

62 GLORIOSISS IVDICES DD: Perspicimus quia deliberatione opus habet sanctum concilium de ordinatione Ephesiæ episcopatus ecclesiæ: unde, si uidetur, cras hoc perfectius disponatur.

EXPLICIT ACTIO || VNDECIMA || INCIPIT || ACTIO DVODECIMA ||

1 Similiter tertio Kl. Nouembrium eodem consulatu in eadem sanctissima ecclesia residentibus supra scriptis magnificentissimis et gloriosissimis iudicibus et eodem sancto et generali concilio

2 GLORIOSISS IVDICES DD: Sollicitudo necessaria rei publicæ neglegitur nobis propter fidem in sancto concilio || continuo || occupari a diuino apice iussis. quia ergo multum nos a neccessariis rei publicæ causis abduci non est possibile, uelocem quæstionibus solutionem imponere festinantes primo ordine dicere sanctam synodum petimus si quid maius deliberauit de sanctissima Ephesiorum ecclesia utrum alium ei episcopum oporteat ordinari an certe Bassianum reuerentissimum episcopum recipere episcopatum an Stephanum reuerentissimum episcopum esse. omnia enim || quæquæ || eorum sunt, sicut nouit sancta synodus, hesterno die sufficienter examinata noscuntur.

ANATOLIVS REV ARCHIEPS CONSTANTINOPOLITANVS D: Mihi placet, si etiam concilio sancto uidetur, neutrum horum illius esse ciuitatis episcopum, sed alium ordinari,

---

Φ^a [= *RBN*], Φ^c [= *APDMV*], Φ^r [= *CY*]

ADNOTATIONES RVSTICI 2—3 Palladius in uita sci Iohannis contraria inquid C^{mg} 3 firmatus 6 Theodosium beatum dixit Aetius C^{mg} *subscripsit* CONTVLI D ALTERO A KL APL *CD* 21 not causas de fide C^{mg}

d. 2. m. Apr. ⟨a. 565⟩

VERSIO ANTIQVA 1 eps pbr *N* constantinopolitæ *BN* sanctissimæ *om.* Φ^a 3 ordinatus $\Phi^r D^{mg}$ confirmatus [= Γ] Φ^a*ADMV* consecratus *P* 4 constantinopoli *Y* constantinopolitanus Φ^a 5 alii qui *BN* basilius *BN* 6 moriæ *RN* 10 constantinopolitanæ *DMC* constantinopolitani Φ^a*APV* constantinopoli *Y* ecclesiæ *D om.* Φ^a*APMV*Φ^r clamarunt *R* 16 VNDECIMA Φ^{cr} SYNODI CALCHEDONENSIS [CALCHIDONENSIS *R*] DVODECIMA Φ^a ACTIO[2] *om.* *BNDMVY* EIVSDEM CONCILII AVDITIO *R* XII s concilii calcedoñ *V* XIII Φ^a 17 nouembris *R* nouembri *MV* 21 continue Φ^a*APDV* 23 in primo *BN* 25 reum basianum *D* basianum *R*(*D*)*Y* bassinianum *B* basinianum R^{corr} bassilianum *N* beatissimum, *superscr.* bassianum *P* 26/27 quæcumque *BN* 29 eps *BN*

2 iohannis *AD* 3 est *om.* *P* 5 heraclidis *A*$\Phi^r D^{mg}$ heracriis *D* 11 constantinopolim *MV* 13 perspeximus Φ^r, *corr.* *C* deliberationem Φ^r, *corr.* *C* 14 ephesi *A* ephesine *MV* 15 deponatur *D* 18 super *P* 20 neglegetur *MV*, *corr.* *V* 21 iussi *MV* 23 primo ordinem dicere] primordii edicere *P* ordinem *A* 24 quis *MV* 24—26 — siorum — enim *V in ras.* 24/25 utrumque ei alium ordi epm ordinari *M* 24 ei *om.* *AP* 25/26 recipere episcopatum *om.* *AD*, *corr.* *D* 27 hesterna *PY* 29 constantinopolis *Y* 29/30 mihi — uidetur *om.* *M* 30 neutrumque *M* eorum *MY* illis *AP* esse illius *D* illius *M* aliud *MV*, *corr.* *V*

eo quod præter canones sibimet episcopatum usurpauerunt, habentibus uidelicet eis dignitatem episcopatus et a sancta pascendis ecclesia.

4 PASCASINVS REV EPS OPTINENS LOCVM APOSTOLICAE SEDIS D: Bassianus uel Stephanus episcopi, sicut cognitio manifestauit, non bono ordine uterque Ephesiorum ecclesiam detinuisse noscuntur. hac ergo gratia, si omnis sanctissima synodus consentit, his remotis alter regulariter ordinetur.

5 LVCENSIVS REV EPS OPTINENS LOCVM APOSTOLICAE SEDIS D: Non est canonicum ambos esse.

6 IVLIANVS REV COENSIVM CIVITATIS EPS ET IPSE VICARIVS CVM ROMANIS APOSTOLICAE SEDIS D: Non debent ambo proici.

7 GLORIOSISS IVDICES DD: Quoniam sæpe nobis interloquentibus et poscentibus proferri sententiam de episcopatu sanctissimæ ecclesiæ in Epheso constitutæ perfecta responsio non est data, uenerabile et inmaculatum euangelium in medio proferatur.

8 Et allato sanctissimo euangelio in medio GLORIOSISS IVDICES DD: Similem petitionem rursus offerimus propositis || sanctis || euangeliis adhortantes uos neque duorum quemquam lædere, si forte quisquam eorum dignus est ut in memorata sanctissima ecclesia episcopatum debeat optinere, siue || si || uterque || indignus || est, declarare. unde secundum deum et secundum quod dignum est atque decens et utile sanctæ ecclesiæ, quæ sunt iusta, decernite.

9 ANATOLIVS REV EPS || CONSTANTINOPOLITANVS || D: Et dudum dixi: mihi uidetur, si etiam || sanctissimo || concilio placet, ut neuter eorum sit Ephesiorum ciuitatis episcopus, sed alius ex electione omnium qui pascendi sunt, ordinetur ad gubernandum episcopatum, eo quod ambo præter regulas sibimet episcopatum usurpauerunt; habere autem eos et dignitatem episcopi et communionem et ab ecclesia esse || pascendos. ||

10 PASCASINVS REV EPS OBTINENS LOCVM APOSTOLICAE SEDIS D: Hæc ipsa quæ semel disposui, et in præsenti dispono de memoratis, quorum uterque Ephesiorum suscepit ecclesiam. et propterea, si consentit omnis synodus, debet his remotis alter secundum canonum statuta decerni.

11 MAXIMVS REV EPS ANTIOCHIAE D: Absque regulis ambo ex his quæ relecta sunt, episcopatum obtinuerunt; quis autem eorum dignus est esse in ciuitate per clementiam, a sanctissimis prouinciæ episcopis est dicendum.

12 IVVENALIS || EPS || HIERVSOLIMORVM D: Perspicit sancta synodus pasci quidem eos ab Ephesiorum ecclesia, alium uero regulariter ordinari.

Φ^a [= *RBN*], Φ^c [= *APDMV*], Φ^r [= *CY*]

ADNOTATIONES RVSTICI 7 hic presbyter non legitur C^{mg}

VERSIO ANTIQVA 3 eps *om.* *N* 7 non *om.* Γ 13 responsio non] responsione *B* 16 sacrosanctis Φ^a adorantes *BN* 18 si *om.* Φ^a*AD*, *corr.* *D* dignus Φ^a*A* 21 constantinopolis Φ^a*MVY* constantinupolis *P* 22 sanctissimo *om.* Φ^{ac}, *corr.* *D* 25 alendos Φ^a 28 consistit *N* 29 decarni *B* decernit *Y* 33 reuerentissimus eps Φ^a*D*

1 epatum sibimet *A* uidelicet et *N* 2 episcopatus dignitatem *D* 3 basianus *DY* uel] et *D* 5 hæc Φ^c*C*, *corr.* *V* si *om.* *Y* 7 lucentius *D* locum *om.* *C* sedis apostolicæ *D* canonum *Y* 7/8 ambo *MVY*, *corr.* *V* 9 eps coensium ciuitatis *MV* 12 proferre *D* epatus *MV* scæ *C* 13 uenerabilem *AMV*, *corr.* *V* 13/14 proferatur in medium *D* 13 medium Φ^c 15 ablato *M* in medio *om.* *A* similiter *C* 16 suos *Y* 17 ledi quemquam ledere *A* in *om.* *A* 18 dignus *PMV* 19 dicens *V* et^2 *om.* *C* 22 ut neuter] et ne uterque *P* 22/23 epatum *A* episcopi *Y* 23 lectione *AM* ordinentur *A* 25 et^1 *om.* *A* communicationem *P* 26 sedis apostolicæ *DM* 27 moratis *MV* Ephesiorum] ecclesiarum *P* suscipit *A* 28 ecclesia *AP* 30 regulas *AD* relata *M* 32 epis prouincie *M* dicendus *A* 33 D *om.* *C*

13 THALASSIVS REV EPS CAESARIAE CAPPADOCIAE D: Consentio interlocutionibus sanctorum patrum.

14 EVSEBIVS REV EPS ANCYRAE GALATIAE D: His quæ a patribus sunt decreta, consentio.

15 IVLIANVS REV EPS COENSIVM D: Secundum regulas quidem neuter esse debet, per clementiam uero synodus Asiana eligat || qui || possit esse.

16 EVSEBIVS REV EPS DORYLAEI D: Crede, absque regulis ambo sunt facti.

17 DIOGENES REV EPS CYZICI D: Qualis quisque || eorum || sit, plus sciunt || deo amicissimi || episcopi prouinciæ. dicant ergo illi secundum || reuerentiam || quam de dei timore habent, episcopatum quem oporteat optinere, ne in ciuitate seditio generetur.

18 ROMANVS REV EPS MYRORVM LYCIAE D: Consentio his quæ a sanctis patribus || sunt ordinata. ||

19 EVNOMIVS REV EPS NICOMEDIAE D: Et ego consentio in his quæ a sanctis patribus ante me definita sunt.

20 MARINIANVS REV EPS SYNNADORVM D: Regulariter neuter eorum esse debet.

21 ELEVTHERIVS REV EPS CHALCIDONENSIS D: Docuit nos cognitio quæ de episcopis facta est quia nullus eorum regulariter episcopatum Ephesiæ || detinuit || ecclesiæ.

22 GLORIOSISS IVDICES DD: Placet sancto concilio interlocutio deo amantissimi episcopi Anatolii et reuerentissimi episcopi Pascasini optinentis locum Romanæ apostolicæ sedis, qua declaratum est ambos quidem esse remouendos tamquam præter regulas factos, alterum uero ordinari; prædictos autem habere episcopi dignitatem a sanctissima || Ephesia || ecclesia || nutriendos || ?

23 SCA SYNODVS EXCLAMAVIT: Hæc pia interlocutio; hæc secundum regulas est.

24 DIOGENES REV EPS CYZICI D: Aliarum hæc melior est.

25 OMNES CLAMAVERVNT: Hæc iusta sententia; hæc omnibus placet. ambo absque regulis facti sunt: quæ canonica sunt, in his optineant. interlocutiones sanctorum episcoporum teneant.

26 GLORIOSISS IVDICES DD: Quoniam placuit uniuersis interlocutio deo amantissimi archiepiscopi regiæ Constantinopolis Anatolii et reuerentissimi episcopi Pascasini optinentis locum Leonis deo amantissimi archiepiscopi senioris Romæ præcipiens eo quod || utrique || contra regulas facti sint, neutrum eorum || denumerari || neque præesse sanctissimæ Ephesiorum ecclesiæ, et omnis || uero || sancta synodus contra regulas eos ordinatos edocuit et interlocutionibus reuerentissimorum episcoporum consensit, remouebuntur quidem a sancta Ephesiorum ecclesia Bassianus et Stephanus

---

Φa [= *RBN*], Φc [= *APDMV*], Φr [= *CY*]

VERSIO ANTIQVA 3 anquire Φa qui *N* 5 quis Φa*MV* 7 diogenis Φa*AD* horum Φac 7/8 uenerabiles Φac 8 formidinem Φac 9 timorem *RBAPM* 11—13 sunt — patribus *om. M* 11/12 ordinata sunt Φa*APDVY* 15 marianus *RM* marinus *AP detritum in Y*, Marinianus — dixit *om. y* 16 calchedonensis Φa*P* calchedonis [calcedonus *D*] *ADMV* calchedone *Y* 17 detentauit Φa*PMV* 22 ephesiorum Φac nutriendi Φa nutriendis *APMV* 24 *om. A* diogenis *RD* est melior *BN* 29 passiani *B* passini *B*corr 31 uterque Φac sunt *NMVY* denominari Φa*PMV* 32 uero *om.* Φac 34 basianus *RD* bassilianus *N*

1 thalasius *AC* cæsareæ Φc 4 rēū *om. A* 5 posset *M* 6 rēū *om. D* facti sunt *AP* 7 qualisque *D* qualiscumque *D*corr sit] scit *D om. P* 8 prouinciæ *om. MV, corr. V* quamquam *MV, corr. V* 9 habeant *A* oportet *A* nec *M* 10 generatur *MV, corr. V* 13/14 *om. Y* 13 in *om. P* 15 debent *P* 16 quæ de] quod *A* 17 ephesine *M* 20 quia *A* quæ *CD*corr, *corr. C* 21 regulis *P* autem *om. Y* et a *D* 23 regula *A* 24 aliorum *P* 25 placent *D* ambos *A* 29 et *om. A* episcopi *om. Y* 29/30 optinens *P* 31 factus est *D, corr. D*mg 33 ordinatas *C* interlocutio *A* 33/34 consentit *AP* 34 remobuntur *APD, corr. D*

reuerentissimi, habeant autem dignitatem episcopi et ex reditibus memoratæ sanctissimæ ecclesiæ nutrimenti gratia et consolationis annis singulis solidos ducentenos accipiant; alter uero secundum regulas eiusdem sanctissimæ ecclesiæ episcopus ordinabitur.

27 OMNIS SCA SYNODVS EXCLAMAVIT: Hæc iusta sententia. hæc iusta forma. hæc bene sunt.

28 BASSIANUS REV EPS D: Quæ mihi abrepta sunt, iubete restitui.

29 GLORIOSISS IVDICES DD: || Quicquid || Bassiano reuerentissimo episcopo ex rebus competentibus ei direptum est siue || a || Stephano reuerentissimo episcopo || siue || ab aliis quibuscumque personis, hoc ei post iudiciales probationes ab his qui abstulerunt uel causa læsionis || fuerunt, || restituetur.

EXPLICIT ACTIO || DVODECIMA || INCIPIT ACTIO || TERTIA DECIMA ||

1 Consulatu domni || nostri || Marciani pp augusti et qui fuerit nuntiatus, || tertio || Kalendarum || Nouembris || Calchedone secundum iussionem || diuinissimi || et piissimi || domini nostri || congregatis in sanctissima ecclesia beatæ martyris Euphemiæ
2 magnificentissimis gloriosissimisque iudicibus et sancto || uniuersalique || concilio per diuinam sanctionem in || ciuitatem || Calchedonensium congregato, residentibus
3 omnibus ante || sacri || cancellos altaris EVNOMIVS RVS || EPS NICOMEDIENSIVM || D: Preces obtuli piissimo orbis terrarum domino postulans ut priuilegia metropolis Nicomediæ secundum canones qui antiquitus optinuerunt, atque consuetudines conseruentur, et iussit uestram magnificentiam cum sancto concilio cognoscere et causæ terminum dare. rogo itaque ut cognoscatis preces meas et causam meam audiatis et mihi quæ sunt iusta, seruetis.

d. 30. m. Oct. a. 451

4 GLORIOSISSIMI IVDICES DD: Relegantur preces.
BERONICIANVS VD MAGISTRIANVS ET SECRETARIVS DIVINI CONSISTORII LEGIT

5 Terræ marisque et totius gentis hominum dominis Flauio Valentiniano et Marciano pp augustis supplicatio et postulatio ab Eunomio episcopo et omni clero Nicomediensis metropolis sanctæ dei || ecclesiæ || catholicæ. Deus uobis imperium, ut omnes gubernetis, ad salutem orbis terrarum et pacem sanctarum ecclesiarum iuste donauit, quapropter ante omnia et per omnia, piissimi et || Christi amicissimi ||

Φ^{a} [= *RBN*], Φ^{c} [= *APDMV*], Φ^{r} [= *CY*]

VERSIO ANTIQVA 2 ducentinos *RD*, *corr.* *D* duocentenos *A P* 7 basianus *RDY* arrepta *BN* abrepta *P* 8 si quid [quid *P*] Φ^{ac}, *corr.* D^{mg} basiano *RDC* 9 ab Φ^{a}*ADY* seu Φ^{a} *MV* 11 ei fuerunt Φ^{a}*MV* fuerant *A* 12 TERTIA DECIMA SYNODI [SYNODO *R*] CALCHEDONENSIS Φ^{a} ACTIO *om.* *DMY* COGNITIO EIVSDEM CONCILII Φ^{a} XIII s̄ concilii calcedon̄ *V* QVARTA DECIMA Φ^{a} 13 nostri *om.* Φ^{a} pap̄ *BN* tertium Φ^{a} tertiu *P* 14 nouembrium Φ^{a}*MV* noembrium *A* sacratissimi Φ^{ac} 15 domini [domni *Y*] nr̄i Φ^{r} principis Φ^{ac} 16 iudicibus *om.* *BN* et uniuersali Φ^{a}*D* 17 ciuitate Φ^{ac} 18 sacros Φ^{a} *om.* *MV* sc̄i altaris *M* ep̄s *om.* Φ^{a}*MV* nicomedensium Φ^{a} 26 flauiano Φ^{a}*M*, *corr.* *R* et fl̄l *D* 27 pap̄ *BN*, *corr.* *N* imp̄r *Y* 27/28 nicomedienensis *N* nicomediensi *A* 28 ecclesiæque Φ^{ac} 30 et — amicissimi *om.* *P* xp̄ianissimi Φ^{a}*APMV*

1 habent *MV* 3 eiusdem — ecclesiæ *om.* *MV* 5 clamauit *P* 6 bonæ *Y* 7 abreptae *P* 8 de *D* 9 ei competentibus *D* est *om.* *P* 10 quibusque *A* ei *om.* *D* iudicabiles *M* 11 restituitur *A* 13 domini AD^{corr} 14 calchedona *APY* et piissimi *om.* *P* 15 beati *C* euphimiæ *AMV*, *corr.* *V* 16 et gloriosissimis *APD* et gloriosissimisque *MV* 18 omnibus *om.* *AP* r̄us *om.* *MV* 19 urbis *A* 20 optenuerant *A* atque] ad *D* 21 causam *C* 23 erant *M* erunt *V* iusta sunt *Y* reseruetis *AD* 25 VD *om.* *MV* sacri *D* 26 marique $A\Phi^{r}$ 29 urbis *A* et — sanctarum *om.* *P*

principes, pro orthodoxæ et saluberrimæ fidei dogmatibus cogitatis, tam hæreticorum fremitus extinguentes quam || pia || ad lucem dogmata deducentes. unde prosternimur maiestatis uestræ uestigiis ut iubeatis arceri iniustitiam quæ aduersum nos a reuerentissimo episcopo Nicæno Anastasio est præsumpta, quatenus ualeamus congrua pace Christianis fruentes sine intermissione || mysteria || diuina perficere. memoratus enim reuerentissimus Anastasius neque timorem dei præ oculis sumens neque leges pietatis uestræ || reueritus || confundit et conturbat in || Bithyniorum || prouincia absque consuetudine formas ecclesiasticas et imperiales quæ hactenus || tenuisse || noscuntur, inuadendo iura quæ nobis pietatis uestræ legibus et ecclesiasticis sanctionibus sunt collata, quæ nullus aliquando præcessorum || eius || iubere aut mouere temptauit, solus autem hic || per cupiditatem || opprimere nos et conturbare || cœpit, in malis || fortitudinem gloriam esse credens, ita ut hac gratia huic sancto || et uniuersali || concilio libellos cogeremur offerre. sed quoniam audientia in || dilationem || cedit et formidamus ne forte dimisso concilio iura nostra uacuentur, supplicamus nutu uestræ maiestatis audientiam nostram sine dilatione fieri, ut dum inpetrauerimus quæ poscimus, consuetas orationes domino deo pro æterna uestra potestate soluamus.

6 GLORIOSISSIMI IVDICES $\overline{\text{DD}}$: Quid ad hæc reuerentissimus Anastasius allegat?

7 ANASTASIVS $\overline{\text{RVS}}$ || $\overline{\text{EPS}}$ || NICAEAE $\overline{\text{D}}$: Accusauit me quasi ego aliquas nouitates inter hæc || introduxissem || aut uiolentiam || fecerim ||. quæ dicit, ostendat; ego autem e diuerso monstraturus sum quoniam abripuit parrœcias meas et multa quæ non est consuetudo facere || Nicomediensem ||, fecit in me et passus sum in omnibus. supplico archiepiscopo et iura mea examinari deposco secundum antiquitatem et regulas; nec ego enim aliquid amplius uolo.

8 GLORIOSISSIMI IVDICES $\overline{\text{DD}}$: Proprie dicat deoamantissimus Eunomius episcopus in quo iniustitiam ab Anastasio reuerentissimo episcopo passus est.

9 EVNOMIVS $\overline{\text{RVS}}$ $\overline{\text{EPS}}$ NICOMEDIAE $\overline{\text{D}}$: Secundum consuetudinem quæ tenebat sub prioribus meis et eius, subiectas habeo in prouincia Bithyniorum ecclesias; reuerentissimus autem episcopus Anastasius clericos ecclesiæ Basilinopolis mihi subiectos excommunicauit, quod canonibus prohibetur.

Φ^{a} [= *RBN*], Φ^{c} [= *APDMV*], Φ^{r} [= *CY*]

VERSIO ANTIQVA 1 tamquam *BN* 2 pie Φ^{ac} 3 quam *NA* 5 mystirii a *A* ministeria Φ^{a} [= Γ] 7 metuens Φ^{ac}, *corr.* D^{mg} bytinorum Φ^{a}*A* 9 tenuere Φ^{a}*APD* tenere *MV* 10 eius episcoporum Φ^{a}*MV* [= Γ] 11 per cupididatem *om.* Φ^{ac} 12 cœpit in malis Φ^{r} male cœpit Φ^{ac} hæc *AMV* *om.* *B* 13 et uniuersali *om.* Φ^{ac}, *corr.* *D* congeremur *R* congeremus *BN* cogeremus N^{corr}*A* 14 dilatione Φ^{a}*MV* credit *BNA* cepit *M* 15 dilectione *B* dilationem *AP* 19 $\overline{\text{eps}}$ *om.* Φ^{a} 20 introduxi Φ^{ac}, *corr.* *D* fecerit *Y* feci Φ^{ac} 21 arripuit *NM* parrœchias *BN*C^{corr} parrocias *ADMV* 22 nicomedensium *BNA* nicomidensium *R* niomediensium *PMV* nicomidiensium *D* 25 deo amatissimus *R* 28 bythinorum *RAC*, *corr.* *RA* 29 $\overline{\text{eps}}$ autem *BN* $\overline{\text{eps}}$ *D*

1 princeps *C*D^{mg} cogitetis *M* 2 dogmate *A* 2/3 prosternimus *A* 3 maiestati *MV* magistati *A* arceri] celeri *P* aduersus *DM* 4 a *om.* *P* $\overline{\text{ruu}}$ $\overline{\text{epi}}$ *P* 5 feruentes *D* 6 reus $\overline{\text{eps}}$ *D* pro *C* 8 prouintiam *Y* consuetudinem *AP* consuetudines *D* formas et *Y* 9 pietas uestra *A* $\overline{\text{nrae}}$ D^{mg} et *om.* *AMV* 10 collecta *AP* concessa *D* nullas *P* 11 hic *om.* *C* aut *Y* 14 formidamur *A* 16 poscemus *AMV*, *corr.* *V* 18 anastasius *om.* *A* 19 niceue *C* 20 quod *D* ostendam *Y* 21 me e *Y* *om.* *MV* 22/23 in omnibus *om.* *Y* 23 supplicio *PY*, *corr.* *P* 24 enim *om.* *M* amplius uolo aliquid *Y* amplius uolo *D* 26 iustitiam *C* sit ab — $\overline{\text{epo}}$ passus *D* 27 nicomidiæ *D* quem *MV* quod *D* tenebat *om.* *P* 28 eis *D* 29 anastasius dixit *P* basilinupolis Φ^{r}, *corr.* *C* basilianopolis *D* basianopolis *M* basinupolis *P*

10 ANASTASIVS RVS EPS NICAEAE D: Prius ostendat quia et Basilinopolis sub ipso est et quia ego clericos ecclesiæ excommunicatos effeci. hæc duo probet; ego autem ostendo Basilinopolim sub Nicæa || ex olim || esse. nam regio fuit eius || et || curia nouit et dicat curia sub quem fuit Basilinopolis aut si non fuit regio Nicææ.

11 GLORIOSISS IVDICES DD: Quomodo te monstrare promittis Basilinopolis sanctissimam ecclesiam sub Nicæa esse, utrum secundum canones an ex qualibet consuetudine?

12 ANASTASIVS RVS EPS NICAEAE D: Sicut Tatteus et Doris regiones sunt sub Nicæa, sic fuit ante || hoc || Basilinopolis sub Nicæa. imperator quidam Iulianus aut nescio quis ante eum fecit eam ciuitatem et sumens ex Nicæa curiales ibi constituit et consuetudo ex tunc hactenus obseruatur et si forte defuerit in Basilinopoli curialis, de Nicæa mittitur ibi et rursus de Basilinopoli transfertur in Nicæa et quæ cum prius fuisset regio, postea ciuitas || effecta est ||. ex illo uidetur episcopus Nicænus ibidem ordinasse et semel et secundo. et sunt epistulæ beati Iohannis episcopi Constantinopolitani ad Nicænum episcopum, ut iret et emendaret ecclesiam tamquam sibimet competentem. habeo litteras ad beatæ memoriæ Proclum. ostendo ego quanti a Nicæa ordinati sunt, et ostendat ipse quanti a Nicomedia ordinati sunt.

13 EVNOMIVS RVS EPS D: Neque || quidem || potest ostendere ordinationem se fecisse, quod etsi fecit semel per || subreptionem ||, secundum canones nequaquam mihi præiudicare potest.

14 ANASTASIVS RVS EPS D: Non ego, sed decessor meus fecit.

15 EVNOMIVS RVS EPS D: Semel fecit, sicut dicis, an frequenter? si semel fecit per subreptionem, || contigit forte || ut tunc non haberet episcopum metropolis Nicomedia et indiguit a Nicæno fieri; hinc nullum mihi præiudicium secundum regulas generatur. possum enim ego monstrare multos quidem a Nicomedia ordinatos, tu uero nescio si possis uel unum ostendere.

16 ANASTASIVS RVS EPS D: Quando ciuitas facta est Basilinopolis, qui prius ordinauit?

17 EVNOMIVS RVS EPS D: Quia excommunicauit clericos Basilinopolis mihi subiectos, possum ostendere. testem uoco sanctissimum || magnæ Constantinopolis || archiepiscopum, qui suscepit eos et reddidit eis communionem.

18 ANASTASIVS RVS EPS D: Non uere dicis.

71 DOMNVS EPS D̄: Dicant et || reliqui || clerici quæ nouerunt, quid postea subsecutum sit.

72 DOMNVS EPS D̄: Vos cuius rei causa estis || Hierapolim || profecti?

73 DOMNVS EPS D̄: Noui et ego formidasse reuerentissimum episcopum Athanasium. nam detulit mihi litteras deoamantissimorum et sanctissimorum episcoporum, id est domni Procli et domni Cyrilli.

74 THEODORVS EPS D̄: Diuinæ litteræ per deoamantissimum episcopum Athanasium || deductæ || sunt sanctissimorum archiepiscoporum: iubeat tua sanctitas has relegi coram sancto concilio.

75 DOMNVS EPS D̄: Legantur.

Et lectæ sunt.

76 THEODORVS EPS D̄: Videtur reuerentissimus episcopus Athanasius nihil uerum docuisse sanctissimos et deoamantissimos archiepiscopos domnum Proclum et domnum Cyrillum, dum etiam apud beatum Panolbium, qui fuit eius metropolita et eius amicus, sicut ipse in repudiis a se datis ostendit, a Perræ episcopatu || et || non a clericis est expulsus, sicut edocuit, sed ipse tertio ab eodem Panolbio euocatus audientiam illatorum sibi criminum refutauit et ciuitatem reliquit, adiciens et hoc in repudii sui || litteras || quoniam et ante duos aut tres annos hoc apud se deliberatum fuisset ut ab episcopatu recederet.

Φ^{a} [= *RBNV*], Φ^{c} [= *APD*], Φ^{r} [= *CY*]

VERSIO ANTIQVA 3 domni *BN* 5 isacius Φ^{ac}*Y* 5 samosatanorum *V* 6 ciuitate Φ^{a}*D* samosotorum *Y* 10 adstant Φ^{a} 18 tria repudia Φ^{a} [= Γ] ea repudia *A* 19 ceteri Φ^{a} *om.* *AP* et quid *V* 19/20 subiectum *BN* subsecum *A* 21/22 uos — D̄ *om.* *D* 21 cuius rei] cui regi *R* hieropolim *C* in hierapoli Φ^{a} in hierapolim *A* prouecti *V* 23 dedit *V* 25 diuini *N* diu ad me *D*, *corr.* D^{mg} dō amatissimum *V* dm̄ amantissimum *ADY* 26 deuectæ Φ^{a}*P* tua *om.* *BN* 31 dō amatissimos *V* 33 et *om.* Φ^{ac} 35/36 litteris Φ^{a}*D* 36 aut] ait *BN*

1 itaque *om.* *Y* 2 mala *Y* 3 legebat *A* 5 samosotorum *Y* 7 rogo eos *C* uestrum *om.* *P* 11 stent *om.* *D* *post* ordinem *ins.* D^{corr} 12 diacones *AC* 15 et *om.* *P* 17—19 quantos — D̄ *om.* *P* 19 qui C^{corr} 23 ēporum et s̄cissimorum *Y* s̄corum *PD* 26 relego *C* 27 coram] quorum *A* *om.* *D*, *corr.* *D* 28 relegantur *D* 29 lecta *C* relectæ *D* 30 theodorum *C* 32 panuluium *D* 33 in pudiis *Y* ad *C* 34 panuluio *D* 36 fuisse *AY*

77 VALERIVS EPS D: Perspexi et ego quoniam reuerentissimus episcopus Athanasius falsa docuerit deoamantissimos || et sanctissimos || archiepiscopos Proclum et Cyrillum. nam et propria uoluntate ex scripto repudiauit episcopatum et tertio a || beatissimæ || memoriæ Panolbio euocatus audientiam declinauit usus etiam repudio et propria uoluntate ciuitatem deseruit et non a || clericis || est expulsus.

78 POLYCHRONIVS EPS D: Manifesta est || deo amicissimi || episcopi Athanasii circa causam eius argumentatio calumniam || facientis || quasi de uiolentia sua reuerentissimis clericis, qui dum a semet ipso ab ecclesiastico ministerio discesserit et ante multa tempora in profectionem longinquam abierit, causam illis ascripsit.

79 POMPEIANVS EPS D: Certus est Athanasius alia pro aliis docuisse deoamantissimos et || sanctissimos || Proclum et Cyrillum.

80 IAMBLICHVS EPS D: Dati repudii libelli a reuerentissimo episcopo Athanasio beatæ memoriæ Panolbio, qui tunc metropolitanus episcopus et eius amicus erat, sicut || et || ipse monstrauit, || docent || nos quia inaniter calumniam fecit apud sanctissimos et || uenerandissimos || archiepiscopos Proclum et Cyrillum || de || reuerentissimis suis clericis, dum ipse episcopatum reliquerit Perrenorum et coniurauerit alium pro se || ordinari episcopum. ||

81 TIMOTHEVS EPS D: Hæc eadem quæ || deoamantissimi || episcopi, et ego perspexi.

82 DANIHEL EPS D: Ammiratus sum quomodo passus sit reuerentissimus episcopus Athanasius euocatus a metropolitano episcopo beatæ memoriæ Panolbio ut satisfaceret, et tertio repudians episcopatum importunus || existere || deoamantissimis episcopis Proclo et Cyrillo et nihil eos || ueri || || edocere. ||

83 GERONTIVS EPS D: Hæc eadem et ego perspexi quia nihil ueritatis edocuit sanctissimos et deoamantissimos episcopos Proclum et Cyrillum || reuerentissimus || episcopus Athanasius.

84 THEOCTISTVS EPS D: Hæc ipsa et ego perspexi quia falsa docuerit sanctissimos et || uenerandissimos || archiepiscopos Proclum et Cyrillum reuerentissimus episcopus Athanasius.

86 STEPHANVS EPS D: Et ego ita perspexi quia magis mentitus est apud sanctissimos et deoamantissimos archiepiscopos Proclum et Cyrillum reuerentissimus episcopus Athanasius. nam neque a clericis uidetur expulsus, || sed || repudia propria uoluntate fecit.

Φ^{a} [= *RBNV*], Φ^{c} [= *APD*], Φ^{r} [= *CY*]

ADNOTATIONES RVSTICI 7 argumentatio] puerilitas C^{mg} 10/11 G̅R̅ hæc eadem et nos cognouimus quia mentitus est reuerentissimus episcopus Athanasius et alia pro aliis edocuit deoamantissimos [dō a̅m̅is C^{mg}] et sanctissimos [scissimis C^{mg}] archiepiscopos Proclum et Cyrillum C^{mg}

VERSIO ANTIQVA 2 dō amatissimos *RV* et sanctissimos *om.* Φ^{ac} 3—5 scripto — uoluntate *om. D, corr. D* 4 beatissimæ $\Phi^{r}D^{corr}$ beatæ $\Phi^{a}AP$ panolbium *R* panuluio D^{corr} 5 ad *N* clericis propriis $RBN\Phi^{c}$ propriis clericis *V* 6 reuerentissimi Φ^{ac} 7 faciens Φ^{ac} 7/8 reuerentissimus *BN* 8 et Φ^{a} *om.* Φ^{cr} 9 et in *y* 10 dō amatissimos *RV* dō amicissimos *y* 11 archie̅p̅o̅s̅ proclum $\Phi^{a}AP$ *et Rusticus in nota* 12 iambli c̄ *N* iamblicit *B* iamlicos *P* bone *BN* 13 et[2] *om.* $\Phi^{a}AP$ 14 docet $\Phi^{a}APY$ qui *BN* 15 uenerandos Φ^{ac} de *om.* Φ^{ac} 16 episcopatum] clericis *BN* 17 e̅p̅m̅ ordinari Φ^{a} 18 reuerentissimi Φ^{ac} dō amicissimi *y* 19 danihel Φ Δαμιανός Γ 21 existeret $\Phi^{a}y$ dō amatissimis *RV* dō amantissimus *B* 22 cyrillum *B* ueritatis [ueritate *D*] Φ^{ac} edoceret Φ^{a} 24 dō amatissimos *RV* uenerabilis Φ^{ac} 27 uenerandos $RBN\Phi^{c}$ reuerendos *V* e̅p̅o̅s̅ *PV* 29—31 Stephanus — Athanasius *om. Y* 29 ipsa *BN* 30 dō amatissimos *RV* 31 sed potius [potius quia *D*] Φ^{ac}

1 et *om.* Φ^{c}, *corr. D* episcopus[2] *om. A* 2 falso *C* 3/4 euocatus a — panolbio *Y* 7 quas *Y* 9 illius *A* 10 certum Φ^{c} r̅e̅u̅n̅i̅ athanasium *D* alia *A* 13 panuluio *D* 20 panuluio *D* 22 archie̅p̅i̅s̅ *D* [= Γ] 23 ueritate *D* 26 n̄ *om. A* et *om. A* 29 prospexi *C* 30 episcopus *om. AD*

86 VALERIVS EPS LAODICIAE SYRIAE D: Et ego hæc ipsa perspexi quæ sanctum concilium.

87 EPIPHANIVS EPS D: || Hæc ipsa et ego cognosco || quæ sanctum concilium.

88 BARANIS EPS D: Et ego consentio sancto concilio || deoamantissimorum || episcoporum et || illa || constituo quæ et ipsi bene se habere comprobauerunt.

89 IOSEPH EPS D: Hæc ipsa et ego perspexi quæ deoamantissimi || et sanctissimi || archiepiscopi decreuerunt.

90 PAVLVS EPS D: Hæc ipsa et ego perspexi quæ præcedentes sanctissimi patres, et cum eis quoque decerno.

91. 92 MARAS EPS D **: Si quietem diligeret reuerentissimus episcopus Athanasius, non eum oportuerat post repudium et iusiurandum inportunum existere sanctissimis patribus et archiepiscopis Proclo et Cyrillo.

93 IOHANNES EPS D: Similiter et ego perspexi.

94 DANIHEL EPS D: Similiter et ego perspexi.

95 SOPHRONIVS EPS D: Præcedentibus me deoamantissimis episcopis et ego consentio.

96 DOMNVS EPS D: Quando suscepi litteras || deoamantissimorum || episcoporum Procli et Cyrilli, memor sum quia || et || eum hic || euocaui || et deoamantissimos episcopos prouinciæ, ut hæc causa potuisset examinari. relegite itaque ambas epistulas.

97 DOMNVS EPS D: Quid || scripsit || ad hæc reuerentissimus episcopus Athanasius?

98 DOMNVS EPS D: Lege et epistulam quam scripsit || deo amicissimus || Iohannes || Hierapolitanorum metropolis || episcopus.

99. 100 DOMNVS EPS D: Noui quando suscepi a reuerentissimo episcopo Athanasio litteras, quia mox conuocaui sanctum hoc concilium secundum eius preces mittens etiam || scripturam || ad eum ut adesset in hoc sancto concilio. relege itaque a me ad eum factam epistulam.

101. 102 DOMNVS EPS D: Lege etiam synodicas litteras ad eum factas.

103 DOMNVS EPS D: Quæ sunt super hæc ex non scripto dicta a reuerentissimo episcopo Athanasio?

104 DOMNVS EPS D: Lege et ab eo conscriptam epistulam sancto concilio.

105 TATIANVS DIACONVS D: Habeo et epistulas religiosissimorum episcoporum domni Ibæ et domni Andreæ, quas miserunt || euocati || a tua sanctitate et occurrere non ualentes.

Φ^{a} [= *RBNV*], Φ^{c} [= *APD*], Φ^{r} [= *CY*]

VERSIO ANTIQVA 1 perspexi hæc ipsa *BN* 3 *om. AD, corr. D* hæc — cognosco $\Phi^{r}D^{corr}$ et ego ipsa perspexi [perspexit *N*] $\Phi^{a}P$ 4 maranis *V* baranius *D* reuerentissimorum Φ^{ac} dō amicissimorum *y* 5 illa esse Φ^{a} [= Γ], *de P non constat* 6 dō amatissimi *RV* a dō amantissimi *B* et sanctissimi *om.* Φ^{a} 8 scissimis *R* 9 discerno *BN* 10 *excidit Maræ depositio et* Sabas episcopus dixit, *cf.* Γ 11 eius iurandum *N* 15 dō amatissimis *RV* 16 dō amicissimorum *Y* religiosissimorum Φ^{a} religiosorum Φ^{c} 17 et[2] *om.* Φ^{a} conuocaui Φ^{a} [= Γ] dō amatissimos *RV corr. V* 20 rescripsit $\Phi^{a}PD$ [= Γ] 21 religiosissimus Φ^{ac} 22 hieropolitano Φ^{a} hieropolitanorum *AP* metropolitis Φ^{a} metropolitanus *P, corr. P* 24 sanctum] secundum *R* 25 scripturam [scripturas D^{mg}] ad eum CD^{mg} ad eum scripta *Y* ad eum Φ^{ac} *post* 26 *excidit Domni interlocutio*, cf. Γ *post* 27 *iterum excidit Domni interlocutio, cf.* Γ 32 euocitati Φ^{a} et euocati *A*

3 scō concilio *Y* 5 constituto *y* et[2] *om. A* 6 et[1] *om. P* 7 epi *y* 9 et *om. P* 10 quietem diligeret] quid etenim dixerit *D, corr.* D^{mg} 13 iohannis Φ^{c} similia *D* 16 quomodo *Y* suscepit *AY* 17 hic *om. D* 20 DOMNVS — D *om.* Φ^{c}, *corr.* D^{mg} episcopus *om. D* 21 et *om. D* rescribsit *P* iohannis *AP* 22 eps et relegit *D* 23 suscepit *Y* episcopo *om. D* athasio *C* 24 hoc scm *AP* mittentis *A* 25 in *om. P* 26 eplam et relegit *D* 27 litteras *om.* Φ^{c}, *corr. D* factas et legit *D* 28 ex] in *D* dicto *C* a *om. P* 31 relegis rūssimorum *C*

106 DOMNVS $\overline{\text{EPS}}$ $\bar{\text{D}}$: Lege et eas per ordinem.

107 TATIANVS DIACONVS $\bar{\text{D}}$: Alios libellos optulit sancto concilio reuerentissimus subdiaconus Philippus sanctæ dei Perrensis ecclesiæ et si iubet uestra || sanctitas, || hos quoque relego.

108 DOMNVS $\overline{\text{EPS}}$ $\bar{\text{D}}$: Lege.

109 THEODORVS $\overline{\text{EPS}}$ $\bar{\text{D}}$: Ea quæ posita sunt libellis, solus nosti an et alii simul sciunt?

110 PHILIPPVS SVBDIACONVS $\bar{\text{P}}$: Nouit hæc etiam reuerentissimus presbyter ex œconomo Fronton.

111 DOMNVS $\overline{\text{EPS}}$ $\bar{\text{D}}$: Dicat reuerentissimus Fronton, quid de hac causa nouit.

112 DOMNVS $\overline{\text{EPS}}$ $\bar{\text{D}}$: Hæc || Domnica || quæ est?

113 THEODORVS $\overline{\text{EPS}}$ $\bar{\text{D}}$: || Quis scit hæc?

114 FRONTON $\overline{\text{PRBR}}$ $\bar{\text{D}}$: Theodorus diaconus, qui commanebat cum ipso reuerentissimo episcopo Athanasio.

115 THEODORVS $\overline{\text{EPS}}$ $\bar{\text{D}}$: || Quid nosti in causa columnarum argentearum, si uere conscius eras illo tempore reuerentissimo episcopo Athanasio?

116 DOMNVS $\overline{\text{EPS}}$ $\bar{\text{D}}$: Dicant etiam isti quorum memoriam fecit Fronton presbyter, quod nouerunt.

117 THEODORVS $\overline{\text{EPS}}$ $\bar{\text{D}}$: Si hic sunt quorum memoriam fecit reuerentissimus || Maris presbyter, || et ipsi quæ nouerunt, propria uoce testentur.

118 TATIANVS DIACONVS $\bar{\text{D}}$: Astant Maris et Theophilus diacones.

119 THEODORVS $\overline{\text{EPS}}$ $\bar{\text{D}}$: Quid nostis in causa?

120 DOMNVS $\overline{\text{EPS}}$ $\bar{\text{D}}$: Lege || eos. ||

121 THEODORVS $\overline{\text{EPS}}$ $\bar{\text{D}}$: Tamquam non sufficientibus quæ iam dicta sunt atque deposita, scandalis complere omnium aures.

122 DOMNVS $\overline{\text{EPS}}$ $\bar{\text{D}}$: Quid perspicit || uestra sancta || synodus fieri oportere?

123 THEODORVS $\overline{\text{EPS}}$ $\bar{\text{D}}$: Si opinionis suæ curam habuisset Athanasius || reuerentissimus || episcopus, non declinasset examinationem criminum sibimet illatorum, et quod maius est, audientia delegata beatæ memoriæ Panolbio, qui fuit Hierapolitanus episcopus et eius amicus et circa eum ualde fauorabilis, sicut ipse Athanasius propriis litteris sæpius intimauit. a quo tertio ad audientiam euocatus non obaudiuit, sed etiam tertio episcopatum Perræ ex scripto repudiauit per ea quæ ad beatæ memoriæ Panolbium scripsit, in quibus etiam rogauit || dicens a se || silentium amplectendum. sed hoc non fecit, sed longa itinera aggressus turbauit auditus sanctissimorum et || deo amicissimorum || archiepiscoporum, id est || domni || Procli et || domni || Cyrilli, nihil uerum memoratos sanctissimos uiros edocens. sed etiam postea sæpius

---

Φ^{a} [= *RBNV*], Φ^{c} [= *APD*], Φ^{r} [= *CY*]

VERSIO ANTIQVA 3 religio Φ^{ac} 6 simul *om.* *N* 8 fronto Φ^{ac} 9 fronto Φ^{ac} 10 dominica Φ^{a}*PY* 11—14 quis — $\bar{\text{D}}$ *om.* Φ^{ac}, *corr.* D^{mg} 16 fronto Φ^{ac} 18/19 $\overline{\text{prb}}$ maris Φ^{ac} 21 nosti *BDy* 22 eis $\Phi^{a}D^{corr}$ 25 $\overline{\text{sca}}$ $\overline{\text{ura}}$ Φ^{a} uestra $\overline{\text{scitas}}$ *P* 26 $\overline{\text{EPS}}$ *om.* *V* 26/27 reuerentissimus *om.* Φ^{a}*AD* [= Γ] 28 hieropolitanus *RBNACy* geropolitanus *P* 30 obaudiit Φ^{a} 31 ex *om.* *B* 32 dicens a se *om.* Φ^{ac} 33 et] patrum *V* 34 uenerabilium [uenerabiliorum *D*] Φ^{ac} domni [domini *B*] mei Φ^{ac} domni [domini *B*] mei *RBN*Φ^{c}

1 has *P* 2 optuli *A* 5 lege et legit *D* 7 et ex *D* ex ex *C* œconomi *A* economus *P* 11 quid sit yD^{mg} 15 erat *D* $\overline{\text{reus}}$ $\overline{\text{eps}}$ athanasius *D* 16 ipsi D^{mg} 17 nouit CD^{mg} 18 hæc *P* reuerentissimus *om.* *A* 20 adsunt *y* diaconi *D* 21 causam *C* 25 perspexit *y* 26 cura habuisse *P* 28 magis *P* audientiam *APC* delegata a *DY* delegatam a AC^{corr} delega a *C* panuluio *D* panolbi *C* 29 ualde *om.* *P* fauor abibilis *D* fauoralis CD^{mg} 31 $\overline{\text{epm}}$ *P* pirræ *P* ad] a *AP* 32 panuluium *D* etiam *om.* *P* 35 uiros] uero *P*

euocatus tam a sanctissimo et patre nostro || et || archiepiscopo Domno quam a præsenti concilio, quatenus semet ipsum a criminibus sibi illatis exueret, uenire non uoluit. quid ergo ecclesiasticis sanctionibus placet? eum qui pro quibusdam rebus incongruis || euocatus || et tertio euocatus non uenit, cadere honore quem habet. uidetur autem memoratus Athanasius non solum tertio euocatus, sed etiam frequenter et non obaudiens neque illatis uolens criminibus respondere. hac ergo gratia alienum eum a sacerdotio secundum ecclesiasticas leges esse decerno et oportere deoamantissimum episcopum Hierapolitanorum domnum Iohannem uelociter episcopum in ecclesia Perrenorum regulariter ordinare, ut tandem aliquando in pacifica quiete eadem ciuitas constituatur libera a fluctuatione atque tumultu duorum annorum tempore in ea machinato.

124 VALERIVS EPS D: Quoniam dudum uidetur examinationem causæ repudiasse prædictus Athanasius || et || declinando iudicium beatæ memoriæ Panolbii, insuper etiam et eius successoris metropolitæ || et || nunc etiam regulariter euocatus a communi patre et archiepiscopo Domno et sancto concilio similiter examinationem fugit frequenter differendo, certus est quoniam debet adiudicari. igitur extraneum eum et ego sacerdotio iudicaui et episcopi dignitate et debet ab omnibus illic ordinari alter episcopus tamquam hoc semel alienato, quatenus || uel nunc || desinat esse sine patre ||, quod uiolenter sustinuit ||, pupilla Perrenorum ciuitatis ecclesia.

125 TIMOTHEVS || EPS || D: Recta et iusta || prolata est || sententia a congregato hic sancto concilio aduersus prædictum Athanasium. nam totiens consequenter et regulariter euocatus a metropolita suo beatæ memoriæ Panolbio et a deoamantissimo et sanctissimo episcopo Iohanne metropolita nostro et a præsenti sancto concilio, sed etiam a sanctissimo et deoamantissimo episcopo Domno et non obaudiens, diuersis || uero || dilationibus || usus || sibimet omnem sacerdotii priuationem ascribat. igitur et ego consentio his quæ regulariter et legitime sunt decreta a sancto uestro concilio, et supplico ut Perrenorum sanctissimæ ecclesiæ || ordinetur episcopus, || ut et nos et eadem sanctissima ecclesia contritione et miseria liberetur.

126 MARAS EPS D: Hæc eadem et ego || consentio || et alienum esse decerno honore || episcopatus || Athanasium, qui Perræ fuit episcopus, quoniam sæpe uocatus non obaudiuit, et supplico ut uelociter in Perrenorum ecclesia ordinetur episcopus.

Φ^{a} [= *RBNV*], Φ^{c} [= *APD*], Φ^{r} [= *CY*]

VERSIO ANTIQVA 1 et[2] *om.* Φ^{ac}*Y* 4 euocatus[1]] euocatur Φ^{a} quam *BN* 7/8 dō amatissimum *RV* dm̄ amantissimum *C* 8 hieropolitanorum epm̄ *A* hieropolitanorum *RBNP* hierapolitanum *VY* 9 quietem *NA* 10 libera *om.* *BN* affluctuatione *BN* 13 et *om.* Φ^{ac}, *corr.* *D* 14 et[2] *om.* Φ^{a} 15 fugiit Φ^{a}*Y* 17 a sacerdotio *VPD* 18 uel nunc *om.* Φ^{ac}, *corr.* *D* 19 quod — sustinuit *om.* Φ^{ac}, *corr.* *D* 20 reuerentissimus eps [*om.* *P*] Φ^{ac}*Y* est prolata Φ^{ac} a *om.* *B* congregata *BN* 21 nam] non *B* 22 a[2] *om.* *VA* 22/23 dō amatissimo *RV* 23/24 et sanctissimo — deoamantissimo *om.* *V* 24 dō amicissimo *Y* dō [a dō *R*] amatissimo *RV* 25 uero *om.* Φ^{ac} usus] uss̄ *RBN* uir supra scriptus *V* 27/28 eps [*om.* *P*] ordinetur Φ^{ac} 29 constituo Φ^{ac} 30 pontificatus [pontificatur *BN*] Φ^{a}

1 beatissimo *D* et[1] *om.* *A* 2 quatenus] quam Φ^{c}, *corr.* D^{mg} semet *om.* *P* exuere *D* non ualuit *D* noluit *P* 4 et — euocatus *om.* *C* uenire noluit *Y* carere *D* eccadere *P* 6 igitur *y* 7 decerno esse *D* 8 uelocem episcopatum *AD* 9 pirrinorum *P* ordinari *AP* tandem] eandem *A* in *om.* *P* 10 eandem *A* a *om.* *P* 11 maxinato *C* machinatio *Y* 13 iudicio *P* panuluii *D* 14 et[1] *om.* *P* 15 et[2] *om.* *A* 16 certum *D* debeat Φ^{c} et extraneum *P* 17 et[2] *om.* *P* 18 tam *D* 19 pirrinorum *P* ciuitas *A* 20 recte Φ^{c}*Y* et] s̄ *A* *om.* *Y* iuste *PD* 21 huic *A* 22 panuluio *D* 23 præsente *D* 24 a *om.* *P* 25 diuisis *P* probationem *Y* 26 scribat *P* 27 pirrinorum *P* 29 alienum eum *P* 30 pirræ *P* euocatus *PDY* 31 pirrinorum P^{corr}

127 POMPEIANVS EPS EMESAE D: His quæ regulariter et ecclesiastice definita sunt a sanctissimis et deoamantissimis metropolitis Theodoro et Valerio, et ego consentio, quæ utique iuste ab eis decreta sunt, approbans et ego Athanasium, qui Perræ fuit episcopus, ab episcopatu omnimodis alienum et honore pontificatus, et rogo alium episcopum pro eo constitui in eadem ciuitate, ut uel nunc tumultu et seditionibus eadem Perrenorum || sancta || dei ecclesia liberetur.

128 IAMBLICHVS EPS D: Simul decerno et ego ea quæ regulariter et legitime constituta sunt a deoamantissimis et sanctissimis episcopis, id est Theodoro et Valerio metropolitis de Athanasio, qui quondam Perrenorum fuit episcopus. unde et ego rogo sanctissimum Iohannem episcopum || huius pridem || metropolitam isto secundum uestram approbationem alieno episcopatu facto alium pontificem constituere sanctissimæ Perrenorum ecclesiæ.

129 VRANIVS EPS || SVRORVM || D: Athanasium episcopum euocatum ut satisfaceret de illatis sibi maximis nefariisque criminibus et non oboedientem citationi canonicæ deoamantissimi et sanctissimi archiepiscopi nostri Domni || et præsentis || sancti magnique concilii, quoniam conscientia mala uidetur alligatus, hunc et ego decerno indignum et extraneum omni ecclesiastico ministerio episcopique uocabulo.

130 DAMIANVS EPS D: Oportebat Athanasium, qui Perrhenorum ecclesiæ fuit episcopus, in quibusdam criminibus accusatum et euocatum a beatissimo Panolbio suo || tunc || metropolita et curam eius habente obaudire et suis allegationibus || uti ||. et hoc quidem non fecit, sed longa itinera profectus est molestus || existens || auribus deoamantissimorum episcoporum Procli et Cyrilli || et || deferens litteras, || quarum || gratia || et || iterum euocatus est a sanctissimo archiepiscopo nostro Domno et a sancto concilio et || obaudire || contempsit. hoc ergo non faciente eo et ego decerno alienum eum existere dignitate pontificatus et oportere deoamantissimum Iohannem episcopum Hierapolitanorum || metropolis episcopum consecrare pro eo Perrenorum sanctæ ecclesiæ. ||

131 POLYCHRONIVS EPS D: Luctus et gemitus causa nobis effectus est Athanasius quondam Perrenorum episcopus. diuersis enim criminibus accusatus iudicium declinauit tertio euocatus a beatæ memoriæ Panolbio Hierapolitanorum || episcopo, || et dum utique amicus eius existeret, sicut ipse in repudii sui litteris declarauit. || et || nunc autem sæpius a deoamantissimo et sanctissimo archiepiscopo || Domno || et hoc congregato concilio obœdire citationi non uoluit, sed permansit multo tempore illudens

---

Φ^{a} [= *RBNV*], Φ^{c} [= *AD*, *P desinit in* 2 et metro-], Φ^{r} [= *CY*]

VERSIO ANTIQVA 1 emissæ Φ^{a} emessæ *AP* emesiæ *Y* emisæ *D* qui *N* et *om.* *B*Φ^{c} 2 dō amatissimis *RV* dō amantissimis et *P* 3 fuit perre *y* perfuit *N* 5 ciuitatem *RA* 6 s̄cissima Φ^{ac} 8 dō amatissimis *V* 9 metropolitanis *BN* 10 ēpm̄ metropolitam iohannem *D* huius pridem *om.* Φ^{ac}, *corr.* *D* metropolita *BN* 13 oranius *RBN* syrorum Φ^{ac} 15 dō amatissimi *RV* p̄sentisque Φ^{a}*A* præsentis *D* 18 ecclesiæ *om.* *BN* 20 tunc *om.* Φ^{ac}, *corr.* *D* uti *om.* Φ^{a} 21 extitit Φ^{ac} 22 dō amatissimorum *RV* et[2] *om.* Φ^{ac} deferentes *R* proferens *A* quorum Φ^{a} 23 et[1] *om.* Φ^{ac}, *corr.* *D* 24 audire Φ^{a} obœdire *A* 25 dō amatissimum *RV* amantissimum *C* 26 hieropolitanorum *N* *om.* Φ^{c}, *corr.* D^{mg} metropolitam Φ^{a} *om.* Φ^{c}, *corr.* D^{mg} 26/27 pro eo ēpm̄ [pro — ēpm̄ *om.* Φ^{c}, *corr.* D^{mg}] perrenorum s̄cissimæ ecclesiæ constituere Φ^{ac}, *corr.* D^{mg} 30 hieropolitanorum *N* ēpm̄ Φ^{a} 31 et[2] *om.* Φ^{ac}, *corr.* *D* 32 dō amicissimo *Y* dō amatissimo *RV* ēpō *NY* dn̄ō domno Φ^{a} [= Γ] 33 obœdirationi *R*

2 et[3] *om.* *C* 3 itaque *Y* iuste] iuste est *Y* 7 eadem *A* 11 alienum *A* ab episcopatu *D* 12 ecclesia *A* 14 obaudienti *A* obœdienti *D* 17 ēpī quoque *A* 19 panuluio *D* 21 est et *D* 25 dignitatem *DC* 27 sanctæ *om.* *C* 30 panuluio *D* 31 cum dum *C* litteras *A* 33 non *om.* *D*

et fallens ecclesiasticas sanctiones. hac itaque gratia semet ipsum omni pontificatus ministerio denudauit episcopique uocabulo et sit quoque || depositus || etiam meo decreto. || et || ordinabitur autem alter episcopus sanctæ Perrensi ecclesiæ, qui possit soluere || malorum || calamitatem.

132 THEOCTISTVS $\overline{\text{EPS}}$ $\overline{\text{D}}$: Consentio his quæ bene et regulariter definita sunt a sancto concilio, quatenus alienus sit honore pontificatus Athanasius, qui Perræ fuit episcopus, et decerno ut pro eo Perrenorum sanctissimæ dei ecclesiæ ordinetur episcopus.

133 BENETIVS $\overline{\text{EPS}}$ $\overline{\text{D}}$: His quæ regulariter a sancto concilio sunt prolata, consentio etiam ipse iudicans Athanasium Perræ quondam episcopum || alienum || esse pontificatu et oportere pro eo pontificem ecclesiæ dei constitui.

134 GERONTIVS $\overline{\text{EPS}}$ $\overline{\text{D}}$: Quoniam sæpe uocatus Athanasius Perræ quondam episcopus et a metropolita suo beatæ memoriæ Panolbio et || a || Iohanne Hierapolitanorum metropolitano episcopo et ab archiepiscopo nostro Domno, sed etiam præsenti sancto concilio non affuit, hunc et ego alienum esse decerno secundum ecclesiasticas sanctiones episcopatu et rogo uelociter episcopum ordinari pro eo sanctissimæ Perrenorum ecclesiæ.

135 STEPHANVS $\overline{\text{EPS}}$ $\overline{\text{D}}$: In maximis criminibus accusatus Athanasius Perrenorum quondam episcopus et sæpius euocatus et nec semel obaudiens, sed longa itinera eligens proficisci et molestus existere auribus deoamantissimorum episcoporum Procli et Cyrilli et propterea rursus ab exarcho Orientalis diocesis euocatus et a congregato sancto concilio et neque sic obaudiens dignus est expelli pontificatu, alio pro eo prædictæ ecclesiæ constituendo pontifice.

136 IOSEPH $\overline{\text{EPS}}$ $\overline{\text{D}}$: Oportebat quidem occurrere Athanasium Perrenorum ecclesiæ quondam episcopum et ab illatis sibi criminibus semet ipsum exuere; sed quoniam sæpius euocatus hoc non fecit, sanctum præsensque concilium in eum sententiam protulit secundum ecclesiasticas sanctiones. unde et ego consentio omnibus quæ ab eis legaliter definita sunt, iudicans alienum eum esse pontificatu, oportere || autem || alium pro eo || pontificem || Perrenorum sanctæ dei ecclesiæ || ordinari. ||

137 PHOSPHORVS $\overline{\text{EPS}}$ $\overline{\text{D}}$: Consentio et ego his quæ regulariter definita sunt a sancto concilio, alienum esse iudicans episcopatu prædictum Athanasium, rogo autem et una decerno alium pro eo Perrenorum sanctissimæ dei ecclesiæ ordinari pontificem.

138 THOMAS $\overline{\text{EPS}}$ $\overline{\text{D}}$: Accusatoribus Athanasii frequenter || olim || beatæ memoriæ Panolbio, qui || metropolis || fuit episcopus, || et || sanctissimo archiepiscopo nostro || Domno || et nunc etiam sancto concilio molestis existentibus et || uocationibus ||

Φ^{a} [= *RBNV*], Φ^{c} [= *AD*], Φ^{r} [= *CY*]

VERSIO ANTIQVA 2 damnatus Φ^{ac} eo *BN* 3 et *om.* Φ^{ac} antem *om.* *Y* 4 malorum eius Φ^{ac} 5 theoctis *BN* 8 uenetius $\Phi^{a}D$ qui *N* 9 alienum de cetero [decerno Φ^{c}] Φ^{ac} [= Γ] 9/10 pontificatui *R* pontificatum *Y* 12 a religiosissimo Φ^{ac} hieropolitanorum *NV* hierapolitano *A* 13 ab *om.* *BN* 13/14 $\overline{\text{sci}}$ concilii *BN* 14 ego *om.* *N* 15 $\overline{\text{epm}}$ uelociter *BN* 17/18 quondam perrenorum *BN* 19 eligans *R* $\text{d}\bar{\text{o}}$ amatissimorum *RV* 21 esse *B* 21/22 $\bar{\text{p}}$dicante *BN* 22 constitudo *N* constituo *B* 25 sæpe *BN* uocatus *BN* hic *BN* sanctum] $\overline{\text{spm}}$ *B* 28 uero Φ^{a} pontificem *om.* Φ^{ac} $\overline{\text{epm}}$ ordinari $\Phi^{a}A$ 32 olim quidem *Y* *om.* Φ^{ac} 33 metropolitis Φ^{a} et] a Φ^{a} 34 domino domno *RV* [= Γ] domno domino *BN* domno $\overline{\text{nro}}$ *Y* et[2] *om.* *D* euocationibus $\Phi^{a}D$

1 hæc *Y* 2 $\overline{\text{epi}}$ quoque *A* 3 perrensis *Y* 6—8 quatenus — concilio *om., sed post* 10 *integram sententiam* 5—8 *repetit A* 12 metropolitano *A* suo *om.* *A* panuluio *D* iohannem *D* 15 pro eo $\overline{\text{epm}}$ ordinari *D* 18 obœdiens *AY* 20 archi$\overline{\text{epo}}$ *D* 21 digni *y* alium Φ^{r} 22 constituendum *D* pontificem Φ^{c} 23 athanasio *D* 29 posphorus *A* bosphorus *D* 32 frequens *D* 33 panuluio˙ *D* 33/34 et — etiam *om.* *D*, *corr.* D^{mg} 34 $\overline{\text{scm}}$ *D*

sæpe factis ut accusatorum examinatio proueniret, non occurrens Athanasius semet ipsum extraneum efficacia pontificatus effecit. unde post sententiam sancti concilii || necessarie || Perrenorum sanctissima dei ecclesia tanto tempore sine præsule manens suscipiet pontificem a sanctissimo metropolita et religiosissimis episcopis prouinciæ regulariter ordinatum.

139 PAVLVS EPS PTOLOMAIDAE D: Consentio his quæ decreta sunt ab hoc sancto concilio, et alienum episcopatu iudico prædictum Athanasium atque decerno pro eo uelociter Perrenorum sanctæ dei ecclesiæ ordinandum episcopum.

140 PAVLVS EPS ARADI ET ANTARADI D: His quæ ecclesiastice et regulariter a sancto concilio sunt decreta, particeps sum alienum iudicans honore || episcopatus || Athanasium Perrenorum quondam episcopum et decerno alium pro eo || celerius || eidem sanctissimæ dei ecclesiæ constituendum episcopum.

141 MARAS EPS D: Et ego hæc ipsa constituo et alienum iudico honore pontificatus Athanasium Perrenorum quondam episcopum, quoniam sæpius euocatus non obaudiuit, et decerno alium pro eo Perrenorum sanctæ dei ecclesiæ ordinari debere.

142 BARANIS EPS D: His quæ regulariter definita sunt a deoamantissimis episcopis, consona loquor et ego alienum iudicans omni pontificatus honore et dignitate episcopatus || eundem || Athanasium et decerno alium pro eo Perrenorum sanctæ dei ecclesiæ || constituendum. ||

143 EPIPHANIVS EPS D: His quæ bene et regulariter a sancto concilio sunt decreta, consentio et ipse alienum iudicans honore pontificatus Athanasium || Perrenorum || quondam episcopum et decerno celeriter alium constitui eidem Perrenorum ecclesiæ, qui eam possit pro dei uoluntate gubernare.

144 IORDANIS EPS D: His quæ secundum ecclesiasticos canones a sancto concilio bene sunt prolata, consentio alienum iudicans honore pontificatus Athanasium || Perrenorum || quondam episcopum et decerno alium pro eo Perrenorum sanctæ dei ecclesiæ ordinandum.

145 IOHANNES EPS THEODOSIVPOLIS D: Consentio et ego ipse || quæ || canonice et legaliter definita sunt a sancto concilio et alienum episcopatu iudico Athanasium approbans alterum pontificem constituendum ecclesiæ Perrenorum.

146 DANIHEL EPS D: Consentio || omnibus || his quæ regulariter sancto concilio placuerunt, et alienum iudico Athanasium || ab || episcopatu approbans alterum pro eo Perrenorum ciuitati ordinandum episcopum.

147 SOPHRONIVS EPS D: Ea quæ regulariter atque legaliter a sancto concilio definita sunt, et ipse sequens alienum iudico Athanasium episcopatu et || approbans || alterum pro eo Perrenorum sanctæ dei ecclesiæ || constituendum || episcopum.

Φ^{a} [= *RBNV*], Φ^{c} [= *AD*], Φ^{r} [= *CY*]

VERSIO ANTIQVA 2 efficit *NDY* 3 necessarie *om.* Φ^{ac} ecclesiæ *ND* 4 et] et a *V* 6 ptholomaidis *RVY* tholomaidis *BN* 7 iudicio *Ry* 7/8 perrenorum uelociter *V* 9 et Antaradi *om.* Φ^{c}, *corr.* *D* antardi *V* antaridi *BN* 10 pontificatus Φ^{a} 11 celerius *Y* clericus *C* clericum D^{corr} *om.* Φ^{ac} eidemque *B* 14 perræ *RBN* sæpe *BND* 16 dō amatissimis *RV* 17 et ego *om.* *V* 18 eundem *om.* $\Phi^{a}A$ 19 esse constituendum $\Phi^{a}A$ 21 perræ Φ^{a} 26 perræ Φ^{a} 27 ordinandus *N* 28 theodosiopolis [theodosionis *B*] $\Phi^{ac}Y$ his quæ $\Phi^{a}A$ 29 legaliter] regulariter *BN* 31 omnibus *om.* Φ^{ac}, *corr.* *D* 32 ab *om.* Φ^{ac}, *corr.* *D* 35 adprobo Φ^{a} [= Γ] 36 esse constituendum $\Phi^{a}A$

1 proueriret *C* 2 officio *D*, *corr.* D^{mg} 3 scm aperrenorum *D* 5 ordinatos *D* 7 alieno *D* prædicto athanasio *D* 9 eps *om.* *y* 10/11 athanasio quondam perrenorum *D* 12 scæ *D* 21 episcopatus *Y* 22 alienum *Y* 23 uoluntatem gubernari *D* 24 iordannes *Y* ecclesiasticas *AC* regulas *A* 25 probata *D*, *corr.* D^{mg} 26 Perrenorum — eo] et alium *D*, *corr.* D^{mg} 28 iohannis Φ^{c} 29 ēpatum *A* 31 quæ] hæ *A* 32 ēpm *A* 34 legariter *A*

148 SABAS EPS D: Consentio et ego omnibus quæ dicta sunt, et una decerno cum sancto concilio alienum iudicans esse honore pontificatus Athanasium, quoniam euocatus ab omni sua prouincia suisque metropolitis et sanctissimo patre nostro atque doctore et ab omni sancto concilio non obaudiuit, approbo autem quatenus pro eo Perrenorum sanctæ dei ecclesiæ alter ordinetur episcopus.

149 DOMNVS EPS D: Mei quidem uoti non fuit talem aduersus episcopum proferre sententiam; quia uero concilio sancto digne complacuit alienum existere Athanasium secundum ecclesiasticas sanctiones episcopatu tamquam sæpius quidem et in multis magnisque criminibus accusatum, semper uero iudicium et examinationem negotii fugientem, confirmo hæc etiam ego et in his quæ omnibus communiter placuerunt, concors existo iudicans eum alienum esse pontificatu et præcipio deoamantissimo episcopo Iohanni et ipsis prouinciæ religiosissimis episcopis alium pro eo Perrenorum sanctæ dei ecclesiæ episcopum ordinare.

150 Et || suscriptiones || prædictorum episcoporum.

151 GLORIOSISS IVDICES DD: Si qui eorum qui tunc cum Domno deposuerunt Athanasium reuerentissimum episcopum, || assident || sanctissimo concilio, in || medium || transeant.

152 Et transeuntibus in || medium || Theodoro reuerentissimo episcopo Damasci, Theoctisto reuerentissimo episcopo || Berœæ ||, Gerontio reuerentissimo episcopo Seleuciæ, Damiano reuerentissimo episcopo Sidonis, Ioseph reuerentissimo episcopo Heliupolis, Saba reuerentissimo episcopo Palti, Sophronio reuerentissimo episcopo Constantinæ GLORIOSISS IVDICES DD: Dicant reuerentissimi et sanctissimi episcopi pro qua culpa tunc Athanasium reuerentissimum deposuerunt || episcopatu ||.

153 THEODORVS RVS EPS DAMASCI D: Clerici Perrenorum ecclesiæ accusationes obtulerunt aduersus eum et euocatus non affuit dicens quosdam se inimicos habere. et secundo euocatus non affuit; dum uero tres euocationes in eum factæ fuissent et uenire recusasset, secundum canones aduersus eum depositionis eius prolata sententia est.

154 THEOCTISTVS RVS EPS BEROEAE D: Euocatus religiosissimus episcopus Athanasius a concilio Antiochiæ congregato tertio non affuit || et ideo || quod non affuit, adiudicatus est.

155 GERONTIVS RVS EPS SELEVCIAE || SYRIAE || D: Nos deposuimus eum, quoniam regulariter || euocatus || tertio nec occurrit et secundum regulas || depositus || est ab omnibus qui tunc conuenerunt. grauia enim quædam || posita erant || in libellis aduersus eum prolatis et euocatus regulariter obaudire contempsit.

156 DAMIANVS RVS EPS SIDONIS D: Euocatus Athanasius reuerentissimus episcopus

---

Φ^{a} [= *RBNV*], Φ^{c} [= *AD*], Φ^{r} [= *CY*]

VERSIO ANTIQVA 5 altero *R* 11 dō amatissimo *RV* 12 ipsi *V* ipsius *D*, *corr.* *D* 14 susceptiones Φ^{a} 16 obseruant Φ^{ac}, *corr.* D^{mg} medio $\Phi^{a}D$ 18 medio Φ^{ar} 19 beroe *Y* beroes *D* pobyrræ Φ^{a} 20 hiliopolis Φ^{a} heliopolis *y* heleopolis *D* 23 reum epm Φ^{c} epm Φ^{a} *om.* *A* 29 beroe *Y* boroe *D* beriæ Φ^{a} 30 et *om.* Φ^{a} in eo Φ^{a} 32 isauriæ Φ^{a} 33 euocatus est Φ^{a} [= Γ] condemnatus Φ^{ac} 34 erant posita Φ^{a} posita *A* 36 sinodis *BN* sidis *A*

3 metropolis $\Phi^{c}C$ 4 doctore domno *D* et *om.* *C* 5 ordinet *y* 9 magisque *C* uerum *D* 10 etiam — com- *om.* *D*, *corr.* *D* et *om.* *y* D^{corr} 11 consors *Y* pontificatus *D* 12—14 alium — suscriptiones *om.* *D* 14 ēporum petitionis implere *D* 20 sidis *A* synodis *y* 21 sabas *C* paltis *D* constantiæ Φ^{c}, *corr.* *D* 24 theodoritus *A* cleri *A* 26 ad *D* 27 recusaret *Y* recusare et *D*, *corr.* D^{mg} 30/31 aduocatus *A* 35 euocatus est *A* obœdire *D*

a sancto concilio Antiochiæ congregato tertio non obaudiuit et secundum regulas ab omnibus qui tunc conuenerant, condemnatus est.

157 IOSEPH RVS EPS HELIVPOLIS D: Euocatus || a || sancto concilio Antiochiæ congregato in auditorio et semel et secundo et tertio reuerentissimus Athanasius et non adueniens damnationi summissus est.

158 SABAS RVS EPS PALTI D: Aderam in iudicio: detulerat Athanasius sacra ut non sederet neque domnus Theodoretus in causa neque Iohannes metropolita. sedebant ambo in causa; dicebam ad eos quia si iudices estis, audite negotium; si uero non suscribitis, egredimini simpliciter. et contentione facta suscribere noluerunt. ad ultimum euocatus est tertio et non uenit et propterea deposuimus eum.

159 SOPHRONIVS RVS EPS CONSTANTINAE D: Nihil discussum est eorum quæ aduersus eum erant, et in præsentia eius per probationem nihil examinatum est, sed ex una parte accusauerunt illi. nos autem non credidimus uni parti, quoniam accusatores || quæcumque || uolunt, dicunt nec omnino oportet accusatoribus credi. euocatus est autem propter hæc semel: dixit causam || pro qua || non adesset, quæ posita est in gestis. iterum secundo euocatus est; rursus tertio euocatus est. cum non obaudisset tertio, deponens eum prolata sententia est.

160 GLORIOSISS IVDICES DD: Dicat Athanasius reuerentissimus episcopus cur tertio euocatus a sancto Antiocheno concilio non occurrit, ut propriis allegationibus uteretur.

161 ATHANASIVS RVS EPS D: Quoniam inimicus meus erat ipse qui iudicabat, Antiochenus. et rogo hæc relegi et ueritatem probari; abierunt tredecim clerici et ipsi decreuerunt nolentes.

162 GLORIOSISSIMI IVDICES DD: Sauinianus reuerentissimus episcopus quoniam post depositionem Athanasii reuerentissimi ordinatus est a prouinciali concilio, in Perrenorum ciuitatis episcopatu, sicut nos perspicimus, manere debet; neque enim ex una parte remotus iustum est ut præiudicium patiatur, quoniam neque || uocatus || est neque contradictio ei seruata est. Athanasius uero depositus tamquam euocationibus non obaudiens, postea uero ex una parte a Dioscoro episcopatum optinere iussus interim, sicut perspicimus, debet quiescere; causas uero illatas ei examinandas esse decernimus apud sanctissimum episcopum Antiochiæ Maximum et concilium quod cum eo est, ita tamen ut intra octo menses a præsenti die || numerandos || examinatio fiat eorum qui dudum aduersus eum accusationem proposuerunt aut || si alter contra eum quilibet de his ipsis instare uoluerit ||. et si quidem conuictus fuerit omnia præsumpsisse quæ ei criminaliter seu pecunialiter sunt illata et gestis inserta aut

---

Φ^{a} [= *RBNV*], Φ^{c} [= *AD*], Φ^{r} [= *CY*]

VERSIO ANTIQVA 1 regulas] regulariter *B* 3 heliopolis Φ^{c}*Y* hiliopolis [yliopolis *V*] Φ^{a} in Φ^{ac} [= Γ] 7 iohannis *RV*Φ^{c}*C* 9 simpliciter et *C* et simpliciter *Y* et Φ^{ac} 14 quæ Φ^{ac} 15 propter quam Φ^{a} 17 audisset *R* 20 eps *om. B* 20/21 antiochen: *B* antiochenum *N* anthiocenus archieps *D* 23 sabinianus *BNVA* sabianus *RD* reui epi *VD* 26 euocatus Φ^{ac} 28 uero *om. BN* 31 numerandis R^{corr}*BNV* numerandus *R* 32/33 si alter [aliter *C*] — uoluerit Φ^{r} alterius cuiuslibet causas [causæ *D*] scilicet conuincentis [conuincentes Φ^{a}] Φ^{ac} 34 peculiariter *BA*

1 congregato antiochiæ *Y* in tertio D^{corr} 1/2 ab omnibus *om. A* ab eis *D* 3/4 congregatos *A* 4/5 in — adueniens] tertio non obaudiuit et secundum regulas *Y* 5 obaudiens Φ^{c} 6 aderamini iudicium *D* detulerat uero *Y* [= Γ] detulit *D* sacram *D* non *om. D* 7 theodoritus *A* theodorus *D* causam *A* 8 si^{1}] se *D* 9 egrediemini *D* 11 constantiæ *D* 15 dixi *A* adesset et *D* 16 secundum *D* est^{1} *om. Y* 19 occurrerit *D* utetur *C* 20 meus *om.* Φ^{c}, *corr. D* 21 hoc *D* 24 ad *D* 25 debebit *D*, *corr.* D^{mg} 26 remotum *C* 29 ei] et *D* 32 accusationem aduersus eum *C* proposuerant *Y* 33 et] ut *D* 34 et] aut *D*

unum eorum quod damnatione sit dignum, non solum eum alienum esse ab ipso episcopatu, sed etiam legibus publicis esse subdendum; si uero intra hoc tempus neque agatur aduersus eum neque conuincatur, sicut prædictum est, Athanasius quidem episcopatum || eiusdem recipiat ciuitatis ecclesiæ || per sanctissimum episcopum Antiochiæ Maximum, Sauinianus uero reuerentissimus episcopus et dignitatem episcopatus habeat et substitutus sit et pascatur, donec reuerentissimus episcopus Antiochenorum Maximus eum secundum uirtutem Perrenorum sanctissimæ disponat ecclesiæ. hæc audiens sanctissima synodus dicat si ea quæ sunt ordinata, decernit aut aliud quid disponit.

163 MAXIMVS RVS EPS ANTIOCHIAE D: Hoc nihil || iustius ||.

164 CYRVS RVS EPS ANAZARBI D: Deus per uos locutus est.

165 SCA SYNODVS D: Nihil iustius, nihil integrius. hæc iusta sententia. quæ disposita sunt, effectui mancipentur. cum deo uos iudicatis.

166 GLORIOSISS IVDICES DD: Ea quæ a nobis quidem approbata sunt, disposita uero || a || sancto concilio, firma consistant.

EXPLICIT ACTIO QVARTA DECIMA INCIPIT ACTIO QVINTA DECIMA

INCIPIVNT CAPITVLA CALCHEDONENSIVM

I De canonibus uniuscuiusque concilii

II Quod non oporteat episcopum aut quemlibet ex clero per pecunias ordinari

III Quod non oporteat episcopos clericos et monachos prædia aliena conducere

IIII De honore monachis competenti et ut nullus eorum temptet ecclesiastica aut sæcularia inquietare negotia nec alienum seruum præter conscientiam domini sui suscipere

V Non transmigrandum de ciuitate ad ciuitatem

VI Quod non oporteat absolute quoslibet ordinare

VII De clericis et monachis non manentibus in suo proposito

Tituli, qui desunt in Φa, *et canones desumpti sunt ex uersione Dionysii altera* [uol. 2 p. 144—152]

Φa [= *RBNV usque ad* 16], Φc [= *AD*], Φr [= *CY*]

SVBSCRIPTIO RVSTICI *post* 15 CONT(uli) SEXTA FR ANTE PASCHA VICINISSIMVS D A [dat *D*mg] KL APRL TERTIA IND XIII ET REQVIEVI AB OPERE PERPRAESTATO COMPLENS ADIVVANTE XPI GRATIA [gratia xpi Dmg] COLLATIONEM SCISSIMI CONCILII CALCHEDONENSIS *CD*mg — d. 3. m. Apr. a. 565 **sexta** feria

ADNOTATIONES RVSTICI Codex Acum: termini ecclesiastici promulgati a sancta et magna et uniuersali synodo quæ Calchedone collecta est ** [*lacunam signaui, de alio codice loqui uidetur Rusticus*] cod id est actio septima *post* 16 *C ante* 1, *D*mg

VERSIO ANTIQVA 3 aduersum *BN* 4 eiusdem — ecclesiæ [eiusdem — ciuitatis *hic om. Y, sed habet post* 5 Maximum] Φr et [et *om. A*] ecclesiam eiusdem [eiusdem ecclesiam *D*] recipiat ciuitatis [ciuitatem *A*] Φac [= Γ] 5 sabinianus *BNVA* sabianus *RD* 6 et[1] *om. N* 7 eum] cum *RBN* uirtutem *om. B* disponet *RBN* 10 est iustius Φac 15 a *om.* Φa 16 ACTIO SYNODI CALCHEDONENSIS QVINTA DECIMA [QVARTA DECIMA *N* XIIII *V*] Φa QVARTA DECIMA SCI CALCEDONENSIS CONCILII *Y* EIVSDEM CONCILII AVDITIO SEXTA DECIMA [xvma *V*] Φa; *sequitur in* Φa *actio* IZ *apud Græcos*

1 quæ — sunt digna *D* 3 conueniatur *D, corr. D*mg prædictum est ut *A* prædictum *C* prædictus *C*corr 4 episcopum *om. C* 5 et *om. D* 7 deponat *D* 11 cyrrus *D* 15 firmata *A* consistent *DC, corr. C*

16 INCP ACTIO EIVSDEM SYNODI [*add.* XV *A*corr] ID EST CANONES *A* ICP XV *D* 17 *om. Y* CALCHEDONENSIVM *D*Φr CANONVM *A* 18 sq. *numeri ex AD, in Y* I *ascripta est titulo* II, *ita ut* XXVI *numerentur tituli* 22 ecclesiasticas *A* 24 sui *om. D* 25 transmigrando *D*

VIII De clericis qui sunt in ptochiis monasteriis atque martyriis quæ sub potestate episcoporum uniuscuiusque ciuitatis existunt
VIIII Quod non oporteat clericos habentes aduersus inuicem negotia proprium episcopum relinquere et ad sæcularia iudicia conuolare
X Quod non liceat clericum in duarum ciuitatum ecclesiis ministrare
XI Quod non oporteat egenis epistolia tribui, honestiores autem commendaticiis litteris approbare
XII Vt nequaquam in duos metropolitanos prouincia diuidatur
XIII Quod non oporteat peregrinos clericos sine commendaticiis ministrare
XIIII Quod non liceat clericos uxorem sectæ alterius accipere
XV De diaconissis mulieribus
XVI De uirginibus
XVII De parœciis
XVIII De coniuratione uel conspiratione
XVIIII Quod oporteat bis in anno per prouincias concilia celebrare
XX Quod minime clericos transmigrari conueniat
XXI De episcoporum aut clericorum accusatoribus
XXII Quod non liceat clericis post mortem sui episcopi res ad eum pertinentes diripere
XXIII De clericis et monachis qui præter uoluntatem sui episcopi ad urbem regiam Constantinopolim ueniunt
XXIIII Quod non liceat monasteria quæ consecrata sunt, diuersoria sæcularia fieri
XXV Quod non oporteat ordinationes episcoporum diu differri
XXVI De dispensatoribus singularum ecclesiarum
XXVII De his qui rapiunt puellas

De canonibus uniuscuiusque concilii

1 A Regulas sanctorum patrum per singula nunc usque concilia constitutas proprium robur obtinere decreuimus.

Quod non oporteat episcopos aut quemlibet ex clero per pecunias ordinari

---

Φ^r [= *CY*], *AD*

1 atque martyriis *om. D* 2 potestatem *AC* episcoporum *om.* Φ^r 5 quia *D* ecclesia *AC* 6 apostolia *D* autem *om. D* 10 oporteat *D* alienæ secte *D* 13 parrociis *A* 16 transmigrare *D* 18 ad — pertinentes] eius *D* 19 arripere *y* 22 sæcularium *D* 25 *subscr.* finiunt capitula *Y* EXPLICIVNT CAPITVLA INCIPIT CANONES *A*

Canones in actione XV exhibent ADCY; quomodo factum sit ut postponerentur ex loco post actionem VI, ubi collocati sunt in Γ *et* Φ^a, *exposui in Abhndlg. d. Bayer. Akad. d. Wiss. XXXII p.* 17 *sq.* *inde a canone* II *D sequitur uersionem aliam quæ edita est in uol.* 2 p. 179—184. *iterum exhibentur in D* [D^2] *post testimonia allocutioni concilii ad imperatorem annexa, desumpti ex codice C simillimo, præterea in V post relationem synodi ad Leonem* Repletum est, *desumpti ex Collectione Hadriana, quorum lectiones non attuli.* *desunt canones omnino in M*

Φ^a [= *RBN*], *A*, *D* [*usque ad* 29], Φ^r [= *CY*, D^2 inde a 30]

VERSIO ANTIQVA *inscr.* INCIPIVNT EIVSDEM SYNODI TITVLI CANONVM CONCILII CALCHEDONENSIS NVMERO XXVII Tituli canonum concilii calchedonensis numero XXVII Φ^a 28 patrum *om. BN* constitutis *BN* constituta *A* 30 ordinare *BN*

numeri Græci ex C 27 *om. DY* 30 *om. D*

2 ⟨Β⟩ Si quis episcopus per || pecunias || fecerit ordinationem et sub pretio redegerit gratiam quæ non potest uendi, ordinaueritque per pecunias episcopum || aut chorepiscopum || aut presbyterum aut diaconum uel quemlibet ex his qui connumerantur in clero, aut promouerit per pecunias dispensatorem aut defensorem || uel mansionarium || uel quemquam || omnino || qui subiectus est regulæ, pro suo || turpis || lucri commodo, is cui hoc || adtemptandum || probatum fuerit, proprii gradus periculo subiacebit et qui ordinatus est, nihil ex hac ordinatione uel promotione, quæ est per negotiationem facta, proficiat, sed sit alienus ea dignitate uel sollicitudine quam pecuniis || acquisiuit. || siquis uero mediator tam turpibus et nefandis datis uel acceptis extiterit, || et ipse || si quidem clericus fuerit, proprio gradu decidat, si uero laicus aut monachus, anathematizetur.

3 Γ̄ Quod non oporteat episcopos, clericos et monachos prædia aliena conducere

Peruenit ad sanctam synodum quod quidam qui in clero uidentur || electi ||, propter lucra || sua || turpia conductores alienarum possessionum fiant et sæcularia negotia sub cura sua suscipiant, dei quidem ministerium parui pendentes, sæcularium uero discurrentes domos et propter auaritiam patrimoniorum || sollicitudinem || sumentes. decreuit itaque sanctum hoc magnumque concilium nullum deinceps || neque || episcopum || nec || clericum uel monachum aut possessiones conducere aut negotiis sæcularibus se miscere præter pupillorum si forte leges imponant inexcusabilem curam aut ciuitatis episcopus ecclesiasticarum rerum sollicitudinem habere præcipiat aut orphanorum et uiduarum || earum || quæ sine ulla prouisione sunt, et personarum quæ maxime ecclesiastico indigent adiutorio propter timorem domini, causa deposcat. si quis autem transgredi de cetero statuta temptauerit, || qui est || huiusmodi, ecclesiasticis increpationibus subiacebit.

De honore monachis competenti et ut nullus eorum temptet ecclesiastica aut sæcularia inquietare negotia nec alienum seruum præter conscientiam domini eius suscipere

4 Δ̄ Qui uere et sincere singularem sectantur uitam, competenter honorentur; quoniam uero quidam utentes habitu || monachili || ecclesiastica negotia ciuiliaque conturbant circumeuntes indifferenter urbes nec non et monasteria sibi instituere || præparantes ||, placuit nullum quidem usquam ædificare aut constituere monasterium uel oratorii domum præter conscientiam ciuitatis episcopi, monachos uero per unamquamque ciuitatem aut regionem subiectos esse episcopo et quietem diligere et intentos esse tantummodo ieiunio et orationi, in locis || in || quibus renuntiauerunt sæculo, permanentes. nec ecclesiasticis uero nec sæcularibus negotiis communicent uel in aliquo sint molesti propria monasteria deserentes, nisi forte his præcipiatur propter opus necessarium ab episcopo ciuitatis. nullum uero recipere in monasteriis seruum optentu || professionis monachicæ || præter || sui || domini conscientiam. trans-

---

Φ^{a} [= *RBN*], *A*, Φ^{r} [= *CYD*²]

VERSIO ANTIQVA 1 pecuniam Φ^{a} 2/3 aut chorepiscopum *om.* Φ^{a}*A* 3 diaconem *BN* 4/5 uel mansionarium *om.* Φ^{a}*A* 5 omnino *om.* Φ^{a}*A* turpissimi Φ^{a}*A* turpi *CD*², *corr. C* lucro *D*² 6 commoda *BN* adtemptanti Φ^{a} 7 subiaceat *R* 8 negociantem *R* 9 quæsiuit Φ^{a}*A* 10 et ipse *om.* Φ^{a}*A* 12 aut *BN* 13 electi Φ^{r} relecti *A* allecti Φ^{a} 14 sua *om.* Φ^{a}*A* 15 praui *N* 16 sollicitudines Φ^{a} 18 non Φ^{a}*A* neque *Y* non Φ^{a}*A* 21 earum *CD*² earumque Φ^{a}*AY* 23 qui est *om.* Φ^{a}*A* 25 conpetente Φ^{a}*Y* ut *om. R* 28 utentes] euntes *BN* monachi Φ^{a}*A* 30 temptantes Φ^{a}*A* 33 oratione Φ^{a} in² *om.* Φ^{a}*Y* 37 professionis *om.* Φ^{a}*A* chemo monachicæ *C*corr chemo monachi *CD*² monachiæ *Y* monachi Φ^{a}*A* sui *A*Φ^{r} serui Φ^{a}

1 Β̄ *om. C* 6 probatus *CD*² 8 sed *om. CD*² ea *Y*Φ^{a} a *CD*²*A* 20 habere *om.* Φ^{r} 22 et *om.* Φ^{r} 27 regularem *Y* 29 et circumeuntes *Y* 32 episcoporum *Y* quietam elegere *A* 33 renuntiarunt *CD*²

gredientem uero hanc definitionem nostram excommunicatum esse decreuimus, ne nomen dei blasphemetur, uerumtamen episcopum conuenit ciuitatis competentem monasteriorum prouidentiam || agere ||.

5 Ē Non transmigrandum de ciuitate ad ciuitatem

De his qui || migrant || de ciuitate in ciuitatem episcopis aut clericis placuit ut canones qui de hac re a sanctis patribus statuti sunt, habeant propriam firmitatem.

Quod non oporteat absolute quoslibet ordinari

6 ϛ̄ Nullum absolute ordinari debere presbyterum aut diaconum nec || omnino || quemlibet in gradu ecclesiastico, nisi specialiter ecclesiæ ciuitatis aut possessionis aut martyrii aut monasterii qui ordinandus est, pronuntietur. qui uero absolute ordinantur, decreuit sancta synodus irritam habere huiuscemodi manus inpositionem et nusquam posse ministrare ad ordinantis iniuriam.

De clericis et monachis non manentibus in suo proposito

7 Z Qui semel in clero deputati sunt aut monachorum uitam expetierunt, statuimus neque ad militiam neque ad dignitatem aliquam uenire mundanam aut hoc temptantes et non agentes pænitentiam, quominus redeant ad hoc quod propter deum primitus elegerunt, anathematizari.

De clericis qui sunt in ptochiis monasteriis atque martyriis quæ sub potestate episcoporum uniuscuiusque ciuitatis existunt

epistularumque collectionem Gesta Chalcedonensia quod ex diuersis exemplaribus desumpta sunt, de hac re in capite III accuratius disputabitur; hic præmitto archetypi speciem fidelius codice Casinensi repræsentari quam codice Vaticano. damnis utrique codici extrinsecus illatis factum est ut de loco quem epistularum collectio in archetypo olim tenuit, paulo amplius disputandum sit. in *M* actionem de Sabiniano et Athanasio, quæ illic numero XIIII signata est et abrumpitur in uerbis [p. 461^{b}]: *Tatianus diaconus dixit perrensens* [sic] *clerici libellos et nunc iterum optulerunt ure santitati aduersus reum epm athanasium* [cf. L IIII 729 M VII 326], sine interuallo sequitur epistularum collectionis inscriptio quam exhibui p. 143, 1. perierat igitur in archetypo finis non actionis tantum XIIII, sed omnino totius Gestorum corporis. præterea non solum epistularum collectionis ultima pars incertæ magnitudinis intercidit, sed foliorum quoque compago soluta fuisse uidetur, cf. quæ adnotaui p. 150, 34. apparet igitur ultimam archetypi partem iam eo tempore quo ad librarium codicis *M* peruenit, male habitam fuisse. neque ullum huic damno remedium petere licet ex codice Vaticano, immo etiam plura perpessus est. in eo alteram partem Gestorum Ephesenorum euulsam esse præter initium pæne totam dixi t. I 4 p. VII; deficit enim codex in fine f. 91^{u} in uerbis p. 35, 1 illius uoluminis *extra sacerdotalem constituti sed quoniam.* f. 99^{r} incipiunt Epistularum ante Gesta Chalcedonensia collectio ipsaque gesta. in his utrisque, epistularum collectione et gestis transcribendis librarius uel librarii — plures enim in codice magno et pulcro conficiendo occupabantur — tribus usi sunt codicibus, codice editionis Rustici olim Corbeiensi nunc Parisino 11611, quem transscriberent, codice uersionis antiquæ, unde codicem Corbeiensem modo ample modo raro corrigerent; archetypum denique cum *M* communem præcipue in inscriptionibus nominibusque propriis adhibuit rubricator. at librarius qui initio f. 219^{r} inde a uerbis actionis alterius de Iba *passa est et qui dicunt quia una natura est* etc. [L IIII 665 M VII 245] scribendi munus suscepit, codicem Corbeiensem deseruit primoque archetypum cum *M* commune, deinde codicem uersionis antiquæ secutus est. unde factum est ut canones qui secundum Græcum exemplar in uersione antiqua longe ante illam actionem et post actionem sextam collocati sunt, eo loco omitteret quo in uersione antiqua correcta Rusticique editione extant post actionem de Athanasio Perrensi, sed ab illa statim ad actionem ultimam de priuilegiis sedis Constantinopolitanæ transiret. cui postquam responsionem seu allocutionem concilii coram Marciano habitam cum patrum testimoniis et relationem concilii ad Leonem papam destinatam, sicut in uersione antiqua fit, adnexuit, canones ex uersione quæ in Hadriana exhibetur, inde a f. 238^{u} transcripsit, collectionem istam in eo quoque secutus ut canonibus adderet symboli eam formam quæ Dionysianæ auctæ Hadrianæque propria est. hæc finiuntur in fine f. 240^{u}; secuntur alia, sed simili manu perscripta f. 241^{r} symbolum Nicænum cum episcoporum catalogo, canones Nicæni et Serdicenses, cf. Turner, Ecclesiæ Occid. monum. I p. 99 sq. 489 sq.

Iam redeundum est ad f. 92—98, quæ ad codicem semper pertinuisse per scripturam foliorumque mensuram non minus constat quam ex compagine soluta alieno loco inculcata esse. f. 92 bibliopegæ culpa inuersum est; incipiunt enim f. 92^{u} canones Chalcedonenses ex eodem Hadrianæ codice perscripti atque infra f. 238^{u}—240^{r}, desinunt in fine f. 92^{r} in canonis XVII uerbis *et maxime si per triennium eas absque ui obti* —. denique ff. 93—98 perscriptæ sunt Leonis epistularum collectionis reliquiæ eis quæ per codicem Casinensem seruatæ sunt, etiam minores; desunt enim tres primæ epistulæ [= ep. 2. 15. 9] et pars quartæ [= ep. 46, cf. p. 48, 1 not.] atque finis pænultimæ [= ep. 110, cf. p. 149, 23 not.]. quoniam et canones et epistulæ ab uno librario perscriptæ sunt, ea olim cohæsisse apparet; num uero canones an epistulæ præcesserint,

incertum est. neque constat quo codicis loco hæc pars olim extiterit. quamuis enim conicere facile sit eam post f. 240ᵘ locum habuisse, manet quæstio quomodo factum sit ut canonum Chalcedonensium eadem prorsus forma bis perscriberetur. hoc unum teneri potest librarium siue mauis librarios codicis Vaticani ita ad archetypum cum codice Casinensi commune rediisse ut epistularum Leonis collectio Gestorum Chalcedonensium fini adnecteretur. quoniam igitur in fine illius archetypi stabat collectio, non amissis tantum foliis damnum perpessa est, sed scriptura quoque euanescente lectuque facta difficili, unde factum est ut librarii haud pauca monstra pingerent de sensu desperantes.

Nulla re magis a ceteris collectionibus distat Casinensis quam quod epistulæ dispositæ sunt secundum eos ad quos destinatæ sunt, imperatores Theodosium Marcianum Leonem, Pulcheriam augustam, episcopos Constantinopolis Flauianum et Anatolium, Thessalonicæ Anastasium; ultima turbata esse uidentur foliis amissis et de proprio loco motis. hic ordo in mentem reuocat locum libri pontificalis p. 104 Mommsen [= I 238 Duchesne]: *hic firmauit frequenter suis epistolis synodum Calcidonensem, ad Marcianum epistulas* XII, *ad Leonem augustum epistulas* XIII, *ad Flauianum epistulas* VIIII, *episcopis per Orientem epistulas* XVIII, *quas fidei confirmauit synodi.* quæ etsi ab utraque antiquissimi libri pontificalis epitoma aliena sunt nec recensioni primariæ, sed primo continuatori uindicanda esse uidentur, tamen Vigilii fere temporibus scripta sunt; rectius enim de libri pontificalis ætate iudicasse Ludouicum Duchesne quam Georgium Waitz Theodorumque Mommsen nunc inter omnes harum rerum peritos constat. continuator autem iste quin ueri epistularum corporis notitiam habuerit eiusque mentionem libro pontificali inseruerit, non uideo quomodo dubitari possit. corpora quæ eundem exhibebant ordinem, extitisse probatur collectione Casinensi; numeros si comparaueris cum eis quos indici II adscripsi, non admodum discordant; titulo *episcopis per Orientem* comprehendi præter Flauianum propter confessoris gloriam seorsum positum Anatolium Maximum Iuuenalem synodum Chalcedonensem facile intellegitur. hoc corpore et maior et minor est Casinensis; superat enim eo quod epistulæ ad Theodosium et Pulcheriam receptæ sunt, deficit paucitate epistularum ad Marcianum Leonem Flauianum. neutrum casu factum esse uidetur. sagaciter enim Turner [Miscellanea Ceriani p. 705] collectionem qualis in Libro pontificali describitur, similem esse animaduertit loco epistulæ Simplicii papæ quæ extat in Coll. Auellana 56 p. 127, 6 sq. de litterarum Leonis prodecessoris ad Marcianum et Leonem augustos et ad Calchedonense concilium exemplaribus a se ad Acacium missis, quoniam illic quoque nulla epistularum ad Theodosium et Pulcheriam fiat mentio, quippe quæ Chalcedonensi concilio anteriores non ualuerint ad illius defensionem. si autem quales epistulas collector Casinensis receperit, perlustraueris, cum celebres atque uulgatas neglexisse rarasque et parum notas prætulisse uidebis. quamuis caute loquendum sit, quoniam collectio non integra extat, tamen utrumque tomum, libros magis quam epistulas, ad Flauianum et ad Leonem augustum, quæ per totum mundum diuulgatæ erant, deesse et semper defuisse licet contendere. nulla collectioni inest epistula quæ redeat in Quesneliana siue in epistularum Gestis Chalcedonensibus insertarum collectionibus; singulæ tantum cum collectione codicis Vaticani [ep. 87] et Hispana [ep. 43] communes sunt. pleraeque non inueniuntur nisi in magnis collectionibus, imprimis Grimanica, neque eo quod præter illas hic illic ad collectionis Casinensis, ut ita dicam, communitatem accedunt siue codex encyclius siue rerum Chalcedonensium collectio Vaticana, iudicium mutatur de collectore Casinensi raritates quærente similiter collectori Auellanæ.

Non rara, sed unica sunt quæ Leonis epistulis adnexa sunt de Eutychis appellatione. quorum initium facit Eutychis libelli appellationis uersio Latina, non ea quæ ex scrinio papali edita est in Collectione Nouariensi 6. 7 [uol. II I], sed altera in usum uiri nobilis Romani facta [p. 145, 28], quod fieri non poterat nisi ita ut exemplar Græcum ex eodem scrinio translatori ederetur. quem non alium fuisse crediderim quam clericum illum qui ab isto homine nobili rogatus munus suscepit Eutychen refellendi, nullius rei magis studiosus quam ut incommodum Iulii papæ Romani quod Eutyches attulerat testimonium de medio tolleret. Romanum istum nobilem, quem clericus qui illius mandatum executus est, summa tractat deuotione, per se intellegitur magna apud Leonem auctoritate floruisse; de Anicia uel eiusmodi gente eum fuisse coniecerim. fieri potuisse non nego ut iste ipse homo post a. 449 collectionem Casinensem institueret; sed probabilius mihi uidetur chartas illas ex domus nobilis scrinio ad eum peruenisse qui collectionem uel ipsam uel eam unde desumpta est, congessit. hæc tamen certa sunt: collectio Casinensis est originis et Romanæ et satis antiquæ.

9 [apud Ballerinos, qui tamen nullum huius collectionis codicem se uidisse ipsi fatentur PL 54 p. 553/554]. Collectionem Corbeiensem descripsi p. 155. principalis codex est Parisinus 12097 [P^a], de quo post F. Maassen [*Gesch. d. Quell.* etc. p. 556 sq.] optime egit Turner in *Journ. of Theolog. Studies* 30, 225 sq. scriptus est, ut Turnero uidetur, in parte orientali Galliæ meridionalis s. VI, tum portatus in monasterium Corbeiense quod conditum est circa a. 657, unde primo in bibliothecam Sangermanensem Benedictinorum, denique in Parisinam nationalem peruenit. codicis pars primaria, cui uaria additamenta paulatim accreuerunt, et ipsa ex duabus portionibus coaluit, quarum alteram ex archetypo circa a. 525 confecto transcriptam et altera parte auctam esse ante annum 560 Turner argumentis non inprobabilibus euicit. fini partis quæ addita est, adnexa est Leonis epistularum collectio; post ep. 104 continet decret. 138. 108 Ball. sicut haud pauca alia, etiam epistularum collectionem cum duabus decretalibus habet codex olim Pithœanus, nunc Parisinus 1564 [P^p, cf. Maassen l. c. 604 sq.] s. VIIII siue X, cuius lectiones plerumque cum P^a concordant præter innumeras corruptelas quas afferre tempus et chartam inutiliter impendentis est. multo utilior est codex Coloniensis 213 [P^c], qui in Galliæ Prouincia proprie dicta scriptus est eodem uel paulo inferiore tempore atque Corbeiensis; ibi desunt nr. 7 = ep. 82 et decretales quas post epistularum collectiones habent P^a et P^p. consilium erat collectoris ut corpus quoddam colligeret dogmaticum quod utile esset certamini contra doctrinam quam et ipse Leo et totus Occidens Eutychis esse putabat dicebatque; hac de causa gesta quæ de illius damnatione in concilio Constantinopolitano a. 449 confecta sunt, et Flauiani de his rebus litteras Leonis epistulis præmisit. adnexuit epistulæ ad Iuuenalem 82 [p. 93, 26] subscriptionem de particula dominicæ crucis, quam a Leone ipso scriptam esse ut credam, eo minus a me impetro quo totius epistulæ forma audacter interpolata in codicibus Parisinis — deficit Coloniensis — exhibetur. tamen cauendum ne interpolatio nouellæ putetur originis; obstant præter codicis P^a uetustatem uerba quæ leguntur in Libr. pont. p. 108, 4 Momms. de Hilaro Leonis successore: *confessionem ubi lignum posuit domini.*

10 [deest apud Ballerinos]. in collectionis Laudunensis codice unico olim bibliothecæ cathedralis, nunc municipii Laudunensis s. X [P^l] f. 1ᵘ ipsius manu librarii perscripta extant:

IN HOC VOLVMINE CONTI
NENTVR PROSPERI DE VO
CATIONE OMNIVM GEN

TIVM LIBRI DVO

PAPAE LEONIS EPISTOLAE MISSAE AD ORIEN

TEM DE HERESI EVTHICHIANA NVMERO V

AD IVVENALEM HIEROSOLIMITANVM

EPISCOPVM I *in textu* INCIPIT EPISTVLA PAPAE LEONIS AD IVVENALEM EPM HIEROSOLYMITANVM DE HERESI EVTYCHIANA = ep. 82

AD IVLIANVM EPISCOPVM CONSTANTINO

POLITANVM [*sic*] I *in textu* ITEM EIVSDEM AD IVLIANVM EPM = ep. 5

AD AVGVSTVM [*sic*] PVLCHERIAM EPLA I *in textu* ITEM EIVSDEM AD AVGVSTVM [*sic*] PVLCHERIAM = ep. 11

AD LEONEM AVGVSTVM EPLA I *in textu* ITEM PAPAE LEONIS AD AVGVSTVM LEONEM = ep. 104

AD CONSTANTINOPOLITANOS EPLA I *in textu* ITEM EPLA EIVSDEM AD CONSTANTINOPOLITANOS = ep. 34.

Prosperi de uocatione omnium gentium et quinque illæ Leonis epistulæ redeunt nescio an ex Laudunensi transcriptæ in codice Vaticano Reginensi 293, quem Ballerini PL 54 p. 575. 576 sæculi esse XII æstimant; cf. Isidori opp. ed. Areualo t. II p. 314. idem intendisse hunc collectorem atque Corbeiensem apparet neque dubitabit eum illa usum esse in epp. 82. 5. 11, si quis lectiones comparauerit; sed sicut haud pauca quæ illa habet, omisit ordinemque commutauit, ita in textu epp. 104. 34 ab illa discedit.

Collectio Auellana [Corpus scriptt. ecclesiast. Latin. 35, 117 sq.] quinque exhibet Leonis epistulas, quæ in nulla alia collectione inueniuntur:

51 Leo episcopus Leoni augusto 17. VI 460

52 Leo episcopus Gennadio episcopo Constantinopolitano. eodem die quo 51

53 Leo episcopus Timotheo episcopo catholico Alexandrinæ ecclesiæ. 18. VIII 460

54 Leo episcopus presbyteris et diaconibus ecclesiæ Alexandrinæ dilectissimis filiis in domino salutem. eodem die quo 53

55 Leo episcopus Theophilo Iohanni Athanasio Abrahæ Daniheli Iohæ Paphnutio Musæo Panuluio et Petro episcopis Aegyptiis. eodem die quo 53

Quas etsi post Ottonis Guenther præclaram summaque laude dignam operam iterum edere nolui, tamen utile uisum est collectionis mentionem facere. epistularum enim illarum quinque argumenta et intentionem ab eis quæ in ceteris habentur collectionibus, non differre nemo negauerit, tamen in illis quamuis non paucæ et admodum inter se diuersæ sint, Auellanæ epistularum ne uestigium quidem reperitur neque ulla collectio ultra epistularum 103. 104 diem qui est 17. VIII 458, progreditur, ne Casinensis quidem, quam raritatum curiosam fuisse supra apparuit. in illis igitur Leonis quinque epistulis recipiendis spectatur studium istud noua et ignota conquirendi, quod Auellanæ collectoris proprium fuisse præclare demonstrauit Otto Guenther in libro *Auellanastudien* [*Sitzungsber. d. Wien. Akad. d. Wiss. philos.-hist. Cl.* 134, 60 sq.]. ergo incumbit necessitas concludendi uel tempore Vigilii quod est Auellanæ collectoris, Leonis epistularum collectiones intra terminum epistulae 104 restrictas fuisse simulque oboritur quæstio qua ratione fieri potuerit ut collectores quamuis multi et diuersi hunc terminum tam stricte obseruarent, quem ipsæ res minime imponerent.

Antequam collectiones enumerare pergam, commodum erit ea interponere quæ de epistulis dicenda sunt quæ singulares extant siue in collectionibus siue in codicibus præter tomum ad Flauianum, quem ex antiquissima collectione Nouariensi ut euellam, a me impetrare non potui. atque primum quidem agendum est de collectione Tolosana, cuius unus codex est Tolosanus 364 [*T*º] s. VII, lacunis autem explendis adhi-

bendus est codex Albigensis 2 s. VIIII ex illo transcriptus; cf. quæ diligentissime exposuit Turner *Journ. of Theolog. Studies* 2, 266 sq. codici Tolosano ipsi etiam nunc inest præter initium quod propter foliorum defectum deest, epistula 104 [p. 114, 2 usque ad p. 117, 24, cf. notas]. textus abrumpitur media pagina [f. 106u] in fine sententiæ neque librarius plura scribere uoluit; sequitur enim inscriptio INCPNT CAPITVLA SCI AGVSTINI QVAE DEBEANT *publica uoce relegere et manu propria subscribere in quibus suspicio est quod manichei sunt*, cf. Maassen p. 602 (ex apographo Albigensi). interciderunt in Tolosano, sed extant in apographo Albigensi Marciani constitutiones duæ, quarum altera edetur in Rerum Chalcedonensium Collectione Vaticana 8 [uol. II 2, 2], altera in Gestorum Chalcedonensium actionis III appendice 108, atque Leonis ep. 54.

Testimonia patrum quæ adnexa sunt epistulæ 104, seorsim transcribi solita esse testes sunt Collectiones Quesneliana et codicis Vaticani; sine ipsa epistula extant in codice Parisino 3848b s. X, qui proxime ad Quesnelianam accedit, et in codice Veronensi LIX s. VII [cf. Maassen p. 761 sq.], ubi aucta sunt excerptis ex Augustino. ceterum conferantur uelim quæ de testimoniorum ordine exposui in *Abhndlg. d. Bayer. Akad. d. Wiss.* XXXII 6 p. 139 sq.

III DE LEONIS EPISTVLARVM COLLECTIONIBVS QVAE IN GESTIS CHALCEDONENSIBVS HABENTVR

Quoniam Leo epistulis suis id maxime egit ut Epheseno concilio altero repudiato nouum concilium præpararet et postquam Marciani et Pulcheriæ opera concilium Chalcedonem conuocatum de fide et de priuilegiis sedis Constantinopolitanæ decreta emisit, altera acriter defenderet, altera impugnaret, non potuit non euenire ut cum gesta concilii in publicum usum ederentur, utile uideretur non in eo acquiescere ut tomus qui in ipso concilio recitatus erat, in ipsis Gestis, sicut debuit, haberetur, sed ut adderentur aliarum quoque epistularum papæ collectiones præter ipsa gesta. quarum primo adfero eam quæ extat

11 in Rerum (sic aptius uidetur dicere quam Gestorum) Chalcedonensium Collectione Vaticana quæ ex uno archetypo transcripta est in codicis olim Veronensis, nunc Vaticani 1322 parte priore s. VIIII [*A*], quam descripserunt Ballerini in Leonis opp. II 1218 sq. [= PL 55, 727 sq.], et codice Nouariensi 30 [*O*; edetur tota in uol. II 2, 2]. finem uariæ materiæ quæ illic congesta est, faciunt hæc quæ pro collectione speciali habenda esse uidentur:

7. ADLOCVTIO IMP̄ MARCIANI. iterum perscripta est, etsi antea [nr. 4] extat in Gestis actionis VI, quibus inscriptum erat ORDO GESTORVM HABITORVM CALCEDONA PRAESENTIBVS MARCIANO ET PVLCHERIA AVḠḠ
8. INCIPIT CONSTITVTIO AD SYNODVM CALCHEDONENSEM. Imperator Marcianus ** [*deesse uidentur* Palladio præf. præt.]. Tandem aliquando etc.
9. INCIPIT ALIA CONSTITVTIO DIVAE MEMORIAE MARCIANI IN SYNODO CALCHEDONENSI. Imperator Marcianus augustus Palladio præfecto præt. Venerabilem catholicæ etc.
10. LEO PAPA AD SYNODVM CALCHEDONENSEM = ep. 64
11. LEO PAPA ANATOLIO EP̄O PRO SYNODO CALCHEDONENSI = ep. 44
12. LEO PAPA MARCIANO AVḠ PRO CONCILIO CALCHEDONENSI = ep. 46
13. LEO PAPA SC̄AE SYNODO CALCHEDONENSI = ep. 52
14. LEO MARCIANO AVGVSTO PRO SYNODO CALCHEDONENSI = ep. 50
15. Imperator Marcianus Augustus Palladio p̄p. Licet iam sacratissima etc.

Præter epistulam 44 quæ qua ratione irrepserit, non clarum est, omnia, allocutio constitutiones epistulæ proprie ad concilium Chalcedonense pertinent. ceterum *pro* in inscriptionibus 11. 12. 14 sensu quasi Græco usurpari et significare *ante* obseruaui t. 15, 2 p. XV; simili ratione in Collectione Ratisbonensi distinguuntur epistulæ *quæ sanctæ Calchedonensi synodo sunt præmissæ* et *quæ post synodum missæ sunt* [p. 136, 10].

12 [17 secundum Ballerinos PL 54p. 565. 566]. Epistularum ante Gesta Chalcedonensia collectionem [Φ^c Φ^r] qui descripserunt Ballerini et F. Maassen [p. 747], uindicauerunt Rustici nouæ Gestorum uersionis editioni, secuti Stephanum Baluze qui primus in Noua Conciliorum Collectione de Gestorum uersionis Latinæ codicibus egerat, docte sane et sagaciter, sed non plene, quoniam codices Gallici tantum ei præsto erant. neque enim recte Baluzium ceterosque omnes, me ipsum quoque duas tantum uersionis formas distinxisse, antiquam et a Rustico correctam, perspexi, postquam maximam Gestorum Græcorum et Latinorum partem ex codicibus recensui. latius de hac re agendum erit in uolumine tertio; hic satis habeo ea exponere quibus opus est ut recte de Epistularum ante Gesta collectione iudicetur. primum confecta est totius Gestorum Chalcedonensium corporis uersio Latina quæ antiqua dici solet, primis sæculi sexti decenniis, postquam Dionysii uersio canonum corporis Græci edita est; ea enim translator in canonibus Chalcedonensibus utitur. et hinc et inde quod Vigilio [537—555] et Pelagio II [578—590] præsto fuit, concludi potest eam Romanæ esse originis. præter ipsa Gesta nihil continet nisi concilii allocutionem coram Marciano habitam cum patrum testimoniis et epistulam ad Leonem. extat in tribus codicibus inter se simillimis s. VIIII, Vaticano Reginensi 1045, olim Parisino Sangermanensi, Barberino 680, Parisino 16832, olim Claudii Joly capitularis ecclesiæ Parisinæ Nostræ Dominæ. cuius uersionis exemplar cum Constantinopolim perlatum esset, ibi non tantum multifariam mutata et correcta est, sed etiam aucta cum aliis additamentis haud paucis, tum ea Epistularum ante Gesta collectione, quæ inde a Baluzio Rustici dici solet, sed eo antiquior est. hæc uersionis forma quam littera Φ^c notaui, extat in codicibus Casinensi 2 [*M*], Montepessulano 58 olim Bouherii Diuionensis [*D*], Vaticani 1322 parte altera s. VII [*A*]. at codex *A* omnia quæ actioni alteri, quæ in Gestis Græcis et in uersione antiqua tertia est, præcedunt, omittit, codicis *D* librarius editionis Rustici lectiones siue inter lineas siue margini adscripsit et quoniam exemplar recensionis Φ^c quo utebatur, initio carebat, collectionis epistulas primas quattuordecim ex ipso illo codice editionis Rustici desumpsit, unde in ceteris exemplar recensionis Φ^c corrigebat. in epistulis igitur I—XIIII recensionis Φ^c unus est codex *M*, inde ab epistula XV *DM*. illum in monasterio Casinensi scriptum esse non est cur dubitetur, hic Gallicæ originis esse uidetur. ceterum haud pauca siue recensionis Φ^c ipsius siue uersionis antiquæ ex Φ^c correctæ exemplaria fuisse uidentur; minime enim eadem arta cognatione ad unum archetypum ascendunt *ADM* qua codices uersionis antiquæ. recensioni Φ^c, non ipsi uersioni antiquæ superstructa est editio Rustici, quam littera significo Φ^r. de ipso editionis auctore egi in tomi I uoluminis quarti præfatione et in *Abhndlg. d. Bayer. Akad. d. Wiss.* XXXII 2 p. 13 sq.; hic adnotare sufficiat eum ex Thebaide quo relegatus erat, paulo ante Iustiniani mortem Constantinopolim in monasterium fugisse Acœmetarum, qui inde a schismate Acaciano acerrimi integræ fidei Chalcedonensis contra Dioscorianos Acephalosque propugnatores erant, ibique annis 563—565 strenuam Gestis Chalcedonensibus denuo recensendis operam nauasse. recensionis Φ^c exemplum in copiosa monasterii bibliotheca nactus cum aliis codicibus imprimis Græcis contulit correxit adnotauit, ita ut ἔκδοσις euaderet singularis, quam comparare licet illis ἐκδόσεσιν Homeri carminum quales olim a philologis Alexandrinis conficiebantur; nam et illæ sicut Rustici ἔκδοσις Gestorum

Chalcedonensium, uno tantum exemplari continebantur. huius editionis apographa plura aeuo Carolino in monasteria Benedictinorum Gallica peruenerunt, quorum unum quod operis Rustici imaginem exhibet satis fidam, quamuis minime plenam, est codex olim Corbeiensis, tum Sangermanensis, nunc Parisinus 11611 [*C*] s. VIIII; in epistularum ante Gesta collectione accedit codex Parisinus 2777 [C^a] eiusdem ætatis. codicem Vaticanum 1319 in Gestis Chalcedonensibus eo archetypo quod in ceteris ei cum Casinensi commune erat, relicto apographon esse codicis *C* hic illic ex codice uersionis antiquæ correctum supra [p. XI] exposui; at eiusmodi correcturæ in epistularum collectione deficiunt, quoniam ea in uersione antiqua non extat. quæ admodum pauca et inutilia rubricator ex archetypo *MV* intulit, ea non sufficiunt ut codicis *V* lectiones notatione dignas esse mihi persuadeam. at præter codicis *D* correcturas, quæ ex Φ^r petitæ sunt omnes, codicibus CC^a accedit codex Veronensis LVIII [*Y*] s. X, qui ex editione Rustici ita deriuatus est, ut eliminarentur quæcumque zelum pugnamque illius pro tribus capitulis contra concilium quintum aperte præ se ferebant; ipsarum Rustici lectionum testis est bonus uitiisque quibus sat multis laborat *C*, immunis. pulcherrime litteratura Carolina scriptus est, sed ex madore plurima in exterioribus columnis perpessus est damna, quæ tamen in epistulis aliquo modo sarciri possunt apographo quod extat in codice Vaticano 1323 [*y*] s. XV; in codice enim Vaticano 1321 qui melius exhibet Veronensis apographon, omissa est epistularum ante Gesta collectio. Rustici editionem secuntur duo codices s. VIIII, Montepessulanus 308 [*Z*], de quo rettuli t. IIII 2 p. XXVIIII sq., in epp. 5. 10. 12 et Leidensis Vossianus 122 [*X*], de quo conferas quæ exposui t. I 5, 2 p. VI, in ep. 5.

Epistularum ante Gesta collectionem confecit is qui Gestorum Chalcedonensium uersionis antiquæ recensionem Φ^c elaborauit eo tempore quod inter illam uersionem editionemque Rustici intercessit, id est medio fere sæculo sexto; est cur credas illum hominem trium capitulorum defensorem fuisse. sicut ceteram recensionem Φ^c, ita etiam epistularum collectionem Rusticus reuisit et adnotationibus instruxit, quæ edentur in uolumine III. duas introduxit mutationes grauiores: in epistulæ Petri Rauennatis [III] parte priore quæ in Φ^c [= *M*] ex Græca uersione in Latinum retro translata est, ipsum reposuit Latinum exemplar, quod in codice aliquo monasterii Acœmetarum inuenisse putandus est, Leonis uero tomum ad Flauianum [VII], qui in Φ^c teste codice *M* totus extabat perscriptus, omisit, addita tamen ratione, cf. infra nr. VII. denique Leonis epistulam 64 cum multis aliis rebus actionis de Dioscoro appendici adnexuit.

Totam collectionem in uolumine III describam, hic satis habui quas continet Leonis epistulas enotare secundum recensionem Φ^c, quippe quæ primaria sit, adiectis tamen Rustici correcturis et textu Græco, de quo accuratius referetur in uoluminis I parte prima:

II EPISTVLA LEONIS ARCHIEPISCOPI [ROMAE *add.* Φ^r] AD EVTYCHEN PRESBYTERVM [*om.* Φ^r, *sed add.* SCRIPTA Φ^r]. Desiderantissimo filio Eutychi presbytero [*om.* Φ^r] Leo episcopus = ep. 1. *subscribitur* Deus te saluum custodiat, fili desiderantissime. Ἐπιστολὴ τοῦ ἀρχιεπισκόπου Ῥώμης Λέοντος ἀντιγραφεῖσα πρὸς Εὐτυχῆ. Τῶι ποθεινοτάτωι υἱῶι Εὐτυχεῖ πρεσβυτέρωι Λέων ἐπίσκοπος. subscribitur Ὁ θεὸς ὑγιῆ σε διαφυλάξει, υἱὲ ποθεινότατε = Coll. B 2

IIII EPISTVLA SCISSIMI ARCHIEPI ROMAE LEONIS AD FLAVIANVM ARCHIEPM CONSTANTINOPOLITANVM. Dilectissimo fratri Flauiano [*add.* epo Φ^r] Leo episcopus = ep. 3. Ἐπιστολὴ τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Ῥώμης Λέοντος πρὸς Φλαβιανὸν ἀρχιεπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως, inscriptio et intitulatio

desunt, sed extat subscriptio Ὁ θεὸς ὑγιῆ σε διαφυλάξει, ἀδελφὲ τιμιώτατε = Coll. B 4

VI EPISTVLA SANCTISSIMI ARCHIEPISCOPI ROMAE LEONIS AD FAVSTVM PRBM. Dilectissimo Fausto presbytero Leo episcopus = ep. 4. deest rubrum in Græco; Τῶι ἀγαπητῶι υἱῶι Φαύστωι πρεσβυτέρωι Λέων ἐπίσκοπος = Coll. H 4

VII EPISTVLA ENCYCLIA SIVE SYNODICA SCISSIMI ARCHIEPI ROMAE LEONIS AD FLAVIANVM [*add.* archiepm Constantinopolitanum, quæ non posita cum istis epistulis, eo quod in gestis sancti et uniuersalis concilii Calchedonensis tertiæ actionis inserta sit Φr], *desunt intitulatio et inscriptio* = Coll. Nouariensis de re Eutychis 5 [uol. II I]. Ἐπιστολὴ ἐγκύκλιος ἤγουν συνοδικὴ τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Ῥώμης Λέοντος γραφεῖσα πρὸς Φλαβιανὸν ἀρχιεπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως. Τῶι ἀγαπητῶι ἀδελφῶι Φλαβιανῶι Λέων = Coll. M II

VIIII EPISTVLA SCISSIMI ARCHIEPI CIVITATIS [*om.* Φr] ROMANAE [ROMAE Φr] LEONIS AD IVLIANVM EPM COENSIVM [COENSEM Φr] CIVITATIS [*om.* Φr]. Dilectissimo fratri Iuliano Leo; *subscribitur* Deus te incolumem custodiat, sce frater *in* Φc = ep. 5. Ἐπιστολὴ Λέοντος πρὸς Ἰουλιανὸν ἐπίσκοπον τῆς Κῶ πόλεως. Τῶι ἀγαπητῶι ἀδελφῶι Ἰουλιανῶι Λέων ἐπίσκοπος, subscribitur Ὁ θεὸς ὑγιαίνοντα σε φυλάξοι, ἀδελφὲ τιμιώτατε = Coll. H 6

X EPISTVLA EIVSDEM [SCISSIMI Φr] ARCHIEPI ROMAE LEONIS AD FAVSTVM ET [*om.* Φr] MARCIANVM [*sic*] ET RELIQVOS ARCHIMANDRITAS CONSTANTINOPOLIS. Dilectissimis filiis Fausto et marciano [*sic*] et reliquis archimandritis Leo eps = ep. 10. Τοῦ αὐτοῦ Λέοντος ἀρχιεπισκόπου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης πρὸς Φαῦστον καὶ μαρκελλῖνον [*sic*] καὶ τοὺς λοιποὺς ἀρχιμανδρίτας Coll. B 8, Ἀγαπητοῖς τέκνοις Φαύστωι καὶ Μαρτίνωι καὶ λοιποῖς ἀρχιμανδρίταις Λέων ἐπίσκοπος Coll. H 7, subscribitur utrobique Ὁ θεὸς ὑμᾶς διαφυλάττοι, τέκνα ἀγαπητά

XI EPLA SCISSIMI ARCHIEPI ROMAE [*om.* Φc] LEONIS AD IMPERATOREM THEODOSIVM. Gloriosissimo et clementissimo Theodosio augusto Leo eps = ep. 7. Ἐπιστολὴ τοῦ αὐτοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Ῥώμης Λέοντος πρὸς τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα Θεοδόσιον [Coll. B 9, aliter Coll. H 10]. Τῶι ἐνδοξοτάτωι καὶ φιλανθρωποτάτωι Θεοδοσίωι αὐγούστωι Λέων ἐπίσκοπος = Coll. H 10

XII EPISTOLA LEONIS ARCHIEPI ROMAE AD PVLCHERIAM AVG. Gloriosissimæ et clementissimæ filiæ Pulcheriæ augustæ Leo eps [Gloriosissimæ — eps *om.* Φr] = ep. 8. Ἐπιστολὴ τοῦ ἁγιωτάτου καὶ ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Ῥώμης Λέοντος πρὸς τὴν εὐσεβεστάτην Πουλχερίαν [Coll. B 10, rubrum deest in Coll. H 11]. Τῆι ἐνδοξοτάτηι καὶ φιλανθρωποτάτηι θυγατρὶ Πουλχερίαι αὐγούσται Λέων ἐπίσκοπος = Coll. H 11. cf. quæ infra de epistulæ falsatione dicentur

XIII EPLA EIVSDEM ⟨AD *addidi*⟩ SECVNDM CONCILIVM EPHESENVM [Φc, *horum loco habet* SCISSIMI ARCHIEPI ROMAE LEONIS EPISTOLA SCRIPTA AD SECVNDVM CONCILIVM EPHESENVM CONTRA EVTYCHEN QVAE PERDVCTA QVIDEM EST OCCVLTATA VERO PROPTER QVOD NON FVERIT CONCESSA PVBLICARI EPIS A DIOSCORO Φr], *intitulatio et inscriptio desunt, sed extat subscriptio* Deus uos incolumes custodiat, fratres karissimi = ep. 12. Ἐπιστολὴ τοῦ αὐτοῦ [Coll. B 11, Ἴσον ἐπιστολῆς γραφείσης παρὰ Coll. H 8] Λέοντος ἀρχιεπισκόπου Ῥώμης κατὰ Εὐτυχοῦς πρὸς τὴν ἐν Ἐφέσωι δευτέραν σύνοδον, ἥτις ὑπεβλήθη μέν, ἀπεκρύβη δὲ διὰ τὸ μὴ συγχωρηθῆναι δημοσιευθῆναι τοῖς ἐπισκόποις ὑπὸ τοῦ δυσσεβοῦς Διοσκόρου τοῦ Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπου. Λέων ἐπίσκοπος τῆι

ἁγίαι συνόδωι τῆι ἐν Ἐφέσωι συνελθούσηι ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς ἐν κυρίωι χαίρειν = Coll. H 8

XIIII EPLA EIVSDEM [Φ^c, EPISTOLA SCISSIMI ARCHIEPI ROMAE LEONIS Φ^r] AD IMPERATOREM THEODOSIVM PRO CONCILIO IN ITALIA FACIENDO [Φ^c, QVA ROGAVIT SPECIALE CONCILIVM IN ITALIA FIERI Φ^r] ET IN NVLLO ALIO LOCO EO QVOD CONTRARIA SIT CANONIBVS SECVNDA SYNODVS EPHESENA. Gloriosissimo et clementissimo Theodosio augusto Leo episcopus = ep. 25. Τῶν Ῥωμαικῶν τούτων ἡ ἑρμηνεία ἐστὶ τὰ ἐπαγόμενα Ἑλληνιστί. Τῆς πρὸ δεκαεννέα Καλανδῶν Ἰανουαρίων Πρωτογένους καὶ Ἀστερίου τῶν λαμπροτάτων [diei notatio falsa et falso loco collocata]. Ἐπιστολὴ τοῦ [τοῦ αὐτοῦ Coll. B 12] ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Ῥώμης Λέοντος πρὸς Θεοδόσιον τὸν βασιλέα [βασιλέα Coll. B 12 τῆς θείας μνήμης Coll. M 1], δι' ἧς ᾔτησεν ἰδικὴν σύνοδον ἐν τοῖς τῆς Ἰταλίας μέρεσι γενέσθαι καὶ ἐν μηδενὶ ἑτέρωι τόπωι διὰ τὸ ὑπεναντίαν εἶναι τῶν κανόνων τὴν ἐν Ἐφέσωι δευτέραν σύνοδον [sequitur in Coll. M 1 alterum rubrum, Ἐπιστολὴ Λέοντος ἐπισκόπου Ῥώμης πρὸς Θεοδόσιον βασιλέα περὶ τοῦ τὴν σύνοδον ἐν τοῖς τῆς Ἰταλίας γενέσθαι μέρεσιν]. Τῶι γαληνοτάτωι καὶ ἐνδοξοτάτωι Θεοδοσίωι βασιλεῖ Λέων ἐπίσκοπος = Coll. M 1. cf. quæ infra de epistulæ falsatione dicentur

XV EPLA ALIA EIVSDEM [Φ^c, SCISSIMI ARCHIEPI ROMAE LEONIS Φ^r] AD IMPERATOREM THEODOSIVM CVLPANS EPHESENVM CONCILIVM QVOD ADVERSVS SCISSIMVM FLAVIANVM EPM FACTVM EST PETENTIS ALIVD CONCILIVM IN PARTIBVS ITALIAE CELEBRARI [quod — celebrari Φ^c *om.* Φ^r]. Gloriosissimo et clementissimo Theodosio augusto Leo eps et sca synodus Romæ collecta [Φ^c, quæ in urbe Roma conuenit Φ^r] = ep. 18. Ἐπιστολὴ Λέοντος ἀρχιεπισκόπου Ῥώμης πρὸς Θεοδόσιον τὸν βασιλέα μεμφομένη τὴν ἐν Ἐφέσωι γενομένην σύνοδον κατὰ Φλαβιανοῦ καὶ ἑτέραν ἐξαιτοῦντος γενέσθαι [Coll. H 9, horum loco habet Coll. M 12 Τοῦ αὐτοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Ῥώμης Λέοντος πρὸς τὸν αὐτὸν βασιλέα Θεοδόσιον τὴν σύνοδον ἐξαιτοῦντος εἰς τὰ μέρη τῆς Ἰταλίας ὡς μεμφομένη τὴν ἐν Ἐφέσωι δευτέραν γενομένην]. Τῶι φιλανθρωποτάτωι καὶ γαληνοτάτωι Θεοδοσίωι Λέων ἐπίσκοπος καὶ ἡ ἁγία σύνοδος ἡ ἐν τῆι Ῥωμαίων πόλει συναχθεῖσα = Coll. M 12

XVI EPLA EIVSDEM [Φ^c, LEONIS ARCHIEPI Φ^r] ET SCI CONCILII QVOD ROMAE COLLECTVM EST AD PVLCHERIAM AVGVSTAM. Gloriosissimæ et clementissimæ filiæ Pulcheriæ augustæ Leo eps et scm concilium Romæ collectum = ep. 23. rubrum deest in Græco; Τῆι ἐνδοξοτάτηι καὶ φιλανθρωποτάτηι θυγατρὶ Πουλχερίαι αὐγούσται Λέων ἐπίσκοπος καὶ ἡ ἁγία σύνοδος ἡ ἐν Ῥώμηι συναχθεῖσα = Coll. H 12

XVII EPLA HILARI DIACONI ROMANI AD PVLCHERIAM AVGVSTAM. Gloriosissimæ atque piissimæ Pulcheriæ augustæ Hilarus diaconus = ep. 26. rubrum deest in Græco; Τῆι φιλανθρωποτάτηι καὶ εὐσεβεστάτηι Πουλχερίαι αὐγούσται Ἵλαρος διάκονος = Coll. H 13

XXV EPLA LEONIS PAPAE [SCISSIMI ARCHIEPI ROMAE LEONIS Φ^r] ET EIVS [SCI *add.* Φ^r] CONCILII AD CLERICOS ET NOBILES [HONORATOS Φ^r] CONSTANTINOPOLIS [*om.* Φ^r] ET [OMNEM *add.* Φ^r] POPVLVM CONSTANTINOPOLITANVM. *intitulatio et inscriptio deest in* Φ^c, Leo eps et sca synodus quæ in urbe Roma conuenit, clero honoratis et plebi consistenti Constantinopolim dilectissimis filiis in dno salutem Φ^r = ep. 19. rubrum deest in Græco; Λέων ἐπίσκοπος

καὶ ἡ ἁγία σύνοδος ἡ ἐν τῆι πόλει Ῥωμαίων συναχθεῖσα κλήρωι ἀξιωματικοῖς καὶ παντὶ τῶι λαῶι τοῖς οἰκοῦσιν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἀγαπητοῖς υἱοῖς ἐν κυρίωι χαίρειν = Coll. H 15

XXVI EPLA EIVSDEM [SCISSIMI ARCHIEPI ROMAE LEONIS Φʳ] AD ARCHIMANDIRTAS CONSTANTINOPOLIS [CONSTANTINOPOLITANOS Φʳ]. Leo eps et sancta synodus [*add.* quæ Φʳ] in Romana ciuitate collecta [collecta est Φʳ] Fausto Martino Petro magno heliæ [*sic*] et ceteris [et ceteris *om.* Φʳ] presbyteris et archimandritis Constantinopolitanis [monasteriorum Constantinopolitanorum dilectissimis filiis in domino salutem Φʳ] = ep. 24. Ἐπιστολὴ Λέοντος ἀρχιεπισκόπου Ῥώμης πρὸς τοὺς ἀρχιμανδρίτας Κωνσταντινουπόλεως. Λέων ἐπίσκοπος καὶ ἡ ἁγία σύνοδος ἡ ἐν τῆι πόλει Ῥωμαίων συναχθεῖσα Φαύστωι Μαρτίνωι Πέτρωι Μανουηλίωι πρεσβυτέροις καὶ ἀρχιμανδρίταις μοναστηρίων Κωνσταντινουπόλεως = Coll. H 16

Vel ex rubrorum initiorumque Græcorum et Latinorum comparatione apparet primo uersionem antiquam correctam quam Φᶜ dico, et editionem Rustici diligenter esse distinguendas, tum non unam, sed plures collectiones Græcas ubique et redactori Φᶜ et Rustico præsto fuisse [cf. e. g. nr. XIIII], denique non solum Latina secundum Græca imprimis a Rustico hic illic mutata fuisse, sed etiam contra Græca formulas genuine Latinas reductas [cf. e. g. nr. XV et XXVI *dilectissimis filiis in domino salutem*]. quo refellitur Ballerinorum opinio uni collectioni Latinæ parem extitisse unam Græcam ipso Leonis tempore compactam [PL 54 p. 567. 568]. ut taceam Epistularum ante Gesta collectionem Latinam [Φᶜ] medio sæculo sexto non antiquiorem esse [cf. supra p. XVII], non uni Græcæ par est, sed in codicibus Græcis tres facile discernuntur, collectio M quæ Gestis præcedit, collectio B actioni de Dioscoro adnexa, collectio H quæ Gesta iam non exhibet, sed quin ex Gestorum aliquo corpore excerpta sit, dubitari nequit. accuratiora docebo ipsasque proponam collectiones in uolumine primo; hic pronuntiare sufficiat istas tres collectiones, etsi nonnulla habent communia, tamen et eis quæ continent, et consilio atque intentione admodum inter se distare neque unius eiusdemque ætatis esse posse. ex talibus collectionibus Græcis, non ex una collectio conflata et congesta est Latina quæ in Φᶜ extat, desumpta sane tota ex collectionibus Græcis; omnium enim præter Marciani sacram cuius initium est *Studii nostri* [XXXII], extat uersio siue textus Græcus neque dubito quin etiam illa a collectore Φᶜ in aliqua Græca collectione, quæ iam periit, sit inuenta.

Iam oboritur quæstio quomodo factum sit ut in collectione Φᶜ, etsi ex collectionibus uersionum Græcarum desumpta est, tamen ipsa proponantur exemplaria Latina. certum licet dare responsum. plus semel in Collectione M Græcæ uersioni præponuntur quæ supra ad nr. XIIII enotata sunt τῶν Ῥωμαικῶν τούτων ἡ ἑρμηνεία ἐστὶ τὰ ἐπαγόμενα Ἑλληνιστί: præcedebat igitur in codice Græco uersioni Græcæ exemplar Latinum litteris Latinis perscriptum. huius consuetudinis in epistularum collectionibus Græcis nunc quidem pauca restant uestigia; eam olim late etiam in ipsis Gestis patuisse claris manifestisque constat exemplis, sicut exposui t. I 3 p. X et *Sitzungsber. d. Berl. Akad.* 1930 p. 615. Latina exemplaria collectoribus istis Græcis non præsto erant nisi Constantinopoli, quo epistulæ Latinæ missæ erant pæne omnes, neque temporibus Anastasii et Iustiniani tanta usquam erat utriusque linguæ notitia quanta in ea urbe quæ sola tum regia imperiique caput appellari poterat. ibi igitur uariæ illæ epistularum constitutionumque collectiones Gestorum corporibus accreuerunt, unde in suam Gestorum Latinorum recensionem exemplaria Latina transtulit collector Φᶜ, quem Constantinopoli in Acœmetarum

monasterio fidei Latinæ zelique Chalcedonensis quasi arce et præsidio opus suum confecisse uel eo probabile est, quod Rusticus eodem loco illud nouo labore poliuit et continauit.

Non integræ remanserant siue uersiones Græcæ siue scriptiones primariæ Latinæ siue utræque in collectionibus quas collector Φ^{c} expilabat. nam introductæ quidem erant Leonis de fide sententiæ in symbolum Chalcedonense uoluntate et potentia Pulcheriæ, sed ægre atque inuiti præter paucos consenserant Orientis episcopi neque ii tantum qui antea Dioscoro non modo ore, sed etiam animo fauerant. sub Marciani Leonisque augustorum imperio firma mansit etiam in Oriente Chalcedonensis concilii auctoritas; cum uero de uita excessisset generatio quæ turbis Dioscori Eutychisque interfuerat, paulatim nouæ uires accrescebant doctrinis Cyrillianis etiam in iis qui aperta pugna contra concilium Chalcedonense paci atque unitati ecclesiæ periculum inferre uerebantur. quæ interne gliscens dissensio inter uarias erumpendi uias etiam eo se conuertit ut Leonis sententias quæ doctrinæ Cyrillianæ obstabant, obscurare uel silentio tegere conaretur. ab ipso tomo abstinuisse uidentur qui talia moliebantur quippe qui Gestorum Chalcedonensium fide munitus fuerit; facilior patebat aditus ad minores epistulas quibus pontifex Romanus breuius fidem suam exposuerat, sicut ad eam quam Iuliano paulo post tomum Flauiano destinatum scripserat [ep. 5], *quæ* illi *consonaret* [p. 6, 14]. cuius in uersione Græca [Coll. H 6] omissa sunt quæ latine leguntur p. 7, 28—8, 9 *in eo uero* usque ad *plectatur*. manifestum existit mutationis exemplum propter rationes dogmaticas introductæ: pugnat enim illo loco Leo contra id *quod Eutyches in episcopali iudicio*, id est in synodo Constantinopolitana, *ausus est dicere ante incarnationem duas in Christo fuisse naturas, post incarnationem autem unam*, quæ sententia non Eutychis tantum erat, sed etiam ab Cyrillo sæpissime pronuntiata. postquam semel de mutationis causa et ratione constitit, ne aliæ quidem quin similiter explicandæ sint discrepantiæ, dubitabit quisquam munere eiusmodi subtilitates extricandi theologis relicto. sic omittuntur in Græcis p. 7, 10 *non unius substantiæ sed*, p. 7, 11. 12 *ut idem* usque ad *in morte*, p. 7, 15—20 *cur autem—infirmitas*, p. 8, 16 *nec discordia—uoluntatum*, uertuntur Latina p. 8, 18 *uerus homo uero unitus est deo* in ὁ ἀληθὴς θεὸς ἀληθὴς ἄνθρωπος ἐγεννήθη et 8, 19 *nec secundum carnem creatus ex nihilo* in οὔτε κατὰ σάρκα ἐκ στοιχείου τινὸς προσληφθεὶς ἢ τεχθεὶς ἐκ τοῦ μηδενός. extant autem loci quibus mutatio uersionis in codices Latinos irrepsit: p. 8, 11 propter Græca ἐξ ἁγίου πνεύματος in Φ^{cr} additum est ex *sancto spiritu*. neque codices tantum Φ^{cr} ex Græca uersione correcti sunt, sed etiam alii. p. 6, 24 pro uera lectione *negator mediatoris dei et hominum hominis Iesu Christi* exhibent et Φ^{cr} et Ratisbonensis *qui negat uerum hominem Iesum Christum*, quæ non sine correctura translata sunt ex Græcis ὁ ἀρνούμενος τὸν ἀληθινὸν ἄνθρωπον τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. eadem est lectio primaria codicis Grimanici, sed ex lectione genuina *mediatorem dei et hominum* inter *uerum* et *hominem* inculcata sunt eademque uerba margini adscripta sunt *CD*, id est codicum Rustici. quem uel plene enotasse genuinam lectionem inde concluserim quod extat in codicibus Montepessulano 308 et Vossiano, quos editionem Rustici sequi certissime constat.

Et simili et diuerso modo ab epistula Leonis 11 ad Pulcheriam discrepat uersio Græca [Coll. H 11]. hic quoque decurtatæ sunt Leonis de fide expositiones omissis p. 12, 31—13, 3 *quia etiam* usque ad *substantiæ* inque breuiora contractis p. 13, 5. 6 *non nostram* usque ad *intellegi*, maxime autem reciso longo tractatu qui inde a *dicit enim Matthæus* usque ad *excludit* [p. 13, 9—14, 2] decurrens epistulam dignitate theologica exornat. quibus deletis quoniam locutio *in euangelio* [p. 13, 9] nimis uaga uidebatur, addita sunt ἐν αὐτῶι τῶι προοιμίωι τοῦ εὐαγγελίου, sed neglectum est quod *unde* p. 14, 2

iam non habet quo referatur, postquam sententia quæ præcessit, intercidit. ceterum nihil magis a Leonis intentione alienum est quam hæc omissio; placere enim uolebat augustæ gloriam mulieris ipsis theologiæ mysteriis profunde imbutæ ambienti, quod participem eam suæ doctrinæ fecit. denique eliminata est mentio symboli apostolici quod proprium erat ecclesiæ Romanæ p. 14, 30—15, 5. minus manifestæ sunt rationes propter quas omissa sunt quæ extant p. 14, 11—28 *quam forte* usque ad *ostendi*; constat tamen etiam hac omissione contextum primarium esse uiolatum, quia sicut illic *unde*, ita hic *enim* [p. 14, 28] sensum amisit. epistulæ genuinæ fini adnexa sunt pauca quæ suppleant ea quæ de synodo Ephesum conuocata et præsentia ipsius a Leone denegata antea exciderunt, additis legatorum nominibus quæ ex ep. 7 ad Theodosium facile peti poterant. quæ finem epistulæ mutatæ facit sententia qua optatur ut Eutyches ante concilium resipiscat et indulgentiam consequatur, in nulla alia Leonis epistula inuenitur.

Genuina epistulæ forma [11] habetur in Collectionibus Quesneliana Bobbiensi Corbeiensi Laudunensi, abest ab Epistularum ante Gesta collectione Φ^cr^. at in hac et Ratisbonensi extat altera [8]; utramque exhibet Grimanica, ita tamen ut in nota marginali [p. 12, 21] similitudinis earum mentio fiat. supra comparaui, sicut in epistula ad Iulianum, epistulam genuinam cum uersione Græca; adhibita uero altera epistula Latina mirum quid euadit atque id quod minime expectaueris. neque enim illa ex uersione Græca quam decurtatam atque interpolatam esse apparuit, retro translata est, sed uersio Græca confecta est ex epistula Latina; falsarius igitur homo erat Latini sermonis multo peritior quam Græci. exempli gratia sententia quæ in clausula addita est [p. 11, 7—9], Latinitatem præ se fert elegantem atque politam; Græca ita dura sunt, ut uix intellegantur: ἀλλὰ τούτωι μᾶλλον τῶι πλανηθέντι κρεῖττόν ἐστιν συνελθεῖν, εἰ περὶ ἐκεῖνο περὶ ὃ παρεφρόνησεν, ἀνανήψειεν καὶ ἔνθα τὴν καταδίκην ὑπέμεινεν, αὐτόθι καὶ συγγνώμης φιλοτιμίας ἀξιωθήσεται. neque minus manifestum est initio epistulæ textus primarii mutationem Latine conceptam esse, non Græce. locutionem enim Latinam *multis probauimus sæpe documentis* [p. 10, 8 = p. 12, 22] translator Græcus ne intellexit quidem, dum scribit ὅσην πεποίθησιν περὶ τῆς πίστεως τῆς ὑμετέρας φιλανθρωπίας ἡ τοῦ θεοῦ ἐκκλησία ὀφείλει ἐπαγγέλλεσθαι, πολλαῖς πολλάκις διδασκαλίαις ἐπεδείξαμεν. ceterum uel hic facilis est probatio utra epistula ab ipso Leone scripta sit. quod ep. 11 Leo dicit se quantum præsidii Pulcheria ecclesiæ præstiterit, sæpe expertum esse illique gloriam tribuit Nestorii deiecti [cf. p. 37, 23], hæc ipsarum rerum spirant ueritatem atque aptissima sunt illius acerrimo contra Eutychen et Chrysaphium, ne dicam ipsum Theodosium certamini, quando Pulcheriæ maxime ope atque consilio factum est ut Flauianus clericique ac monachi Constantinopolitani qui ab eius partibus stabant, a Leone et ecclesia Romana auxilium peterent atque consequerentur [cf. *Sitzungsber. d. Bayer. Akad. d. Wiss.* 1929, 5 p. 92. 93]. iam inspicias prima alterius epistulæ uerba [p. 10, 7. 8]: præsidii ecclesiæ præstiti gloriæque hæretico depulso adquisiti locum obtinuit mera fides augustæ cum quouis Christiano communis atque omnis uiuidus rerum ueritatis color ab oratione pontificis genuina detersus est.

Transeo ad epistulam quam post concilium Ephesenum Leo ad Theodosium scripsit, cuius bina exemplaria extant et Latina [ep. 18. 25] et Græca [Coll. M 12 = H 9 = B 13 et Coll. M 1 = B 12]. genuina est epistula 18, cuius uersio Græca [Coll. M 12] dura quidem est, sed interpolandi audacia immunis. in epistula altera [25] prior pars genuinæ in breuius contracta est, sed infeliciter: quamquam Alexandrini antistitis mentio [p. 19, 19] suppressa est, retinentur ex epistula genuina uerba quæ sunt *supra dicti sacerdotis* [p. 20, 3 = p. 26, 19]. falso præterea dicitur Leoni quæ facta fuerint in concilio Epheseno, comperta esse [p. 26, 14] ***ab ipsis reuerentissimis***

episcopis qui a nobis missi sunt, et fidelissimo rerum quæ gesta sunt, narratore Hilaro diacono nostro. missi enim sunt Iulius episcopus, Renatus presbyter, Hilarus diaconus, quorum Renatus mortuus est Deli, antequam Ephesum ueniret, Iulius quid post Flauiani damnationem egerit, nescitur, unus Hilarus rediit Leonique quæ Ephesi facta fuerint, rettulit [cf. locos quos collegi in indice III p. 174], sicut præter ep. 18 Leo et Hilarus ipse in epp. 19. 20. 26 testantur. notetur denique a falsatore deletam esse mentionem non Theodosii tantum epistulæ qua Leonem ad synodum Ephesenam inuitauerat, sed illius quoque tomi ad Flauianum [p. 19, 13—18] eorumque loco quædam incerta, possis etiam dicere obscura de Petri apostoli auctoritate proferri. etiam huius epistulæ extat uersio Græca [Coll. M 1], quæ quamuis præsertim in altera epistulæ parte libera sit neque raro a uerbis Latinis recedat, tamen quin epistulam 25 reddat, non dubium est, immo ipsam illam epistulam Latinam olim Græcæ uersioni præcessisse codices collectionis M Venetus 555 et Marcianus 165, apographon codicis Parisini 415, diserte testantur uerbis τῶν Ῥωμαικῶν τούτων ἡ ἑρμηνεία ἐστὶ τὰ ἐπαγόμενα Ἑλληνιστί. atque in una certe re uersio Græca antiquiora exhibet quam epistula Latina 25. Leo in sua ipsius epistula [p. 21, 2] allegauit *canonum Nicææ habitorum decreta*, scilicet Serdicensium, quos secundum antiquam ecclesiæ Romanæ consuetudinem pro Nicænis uenditabat [cf. *Sitzungsber. d. Berl. Akad.* 1930, 627 sq.] eaque a se *supter annexa* esse scripsit. desunt tamen in utraque epistula Latina; in epistula falsata etiam ipsa uerba *quæque supter annexa sunt*, non extant. habentur in uersione Græca epistulæ genuinæ [οὕσπερ ὑπετάξαμεν]; de alterius epistulæ uersione nihil certi dici potest, quoniam hic locus siue corruptus siue consulto mutilatus est. at post istius alterius epistulæ finem scripta sunt in iisdem codicibus quos supra attuli: Τῶν Ῥωμαικῶν τούτων ἡ ἑρμηνεία ἐστὶ τὰ ἐπαγόμενα Ἑλληνιστί, sequitur textu Latino, sicut ubique, omisso monstrosa illa canonis Serdicensis corruptio, de qua locutus sum in *Zeitschr. f. neutestamentl. Wiss.* 30 p. 34. quam speciem istud monstrum Latine præ se tulerit, nemo potest diuinari; hoc tamen constat canonem illum sub epistula Latina falsata olim extitisse et uersionem Græcam aliqua certe eius seruasse uestigia, quæ in epistula Latina perierunt omnia.

Irrepserunt igitur in epistularum ante Gesta collectiones Constantinopolitanas quæ et exemplaria Latina et uersiones Græcas continebant, scriptiones ab homine Latini sermonis ita perito, ut originis Latinæ fuisse putetur, ex genuinis exemplaribus qualia ex ipsis quæ Constantinopolim peruenerant epistulis transscripta erant, decurtando et mutando fabricatæ, deinde in eam Græcitatem translatæ, quali tunc utebantur quibus Latina Græce uertenda erant. fabricatæ sunt non Romæ, ubi ipsæ epistulæ scriptæ earumque exempla in registro scrinii papalis reposita erant, sed Constantinopoli quo perlatæ quocumque modo diuulgatæ erant, neque talia fieri potuisse negabit qui in Illyrici parte maiore prouinciisque ad Danubium sitis homines Latine quidem, non Græce locutos esse, sed Græci sermonis peritos fuisse atque propensiores ad fidei doctrinæque ecclesiasticæ Constantinopolitanæ rationes quam ad Romanas Occidentalesque considerauerit. uaria fata isti epistularum fetus habuere. epistulæ ad Pulcheriam in epistularum ante Gesta collectionem non peruenit nisi exemplar falsatum [8] Græceque translatum est; epistula ad Theodosium et genuina et falsata receptæ sunt et Græcitate donatæ. at epistulæ ad Iulianum exemplar Latinum in collectione genuinum, Græcum decurtatum est. interpreti tamen non attribuam nisi paruas mutationes quæ transferendi difficultate quodam modo excusantur similesque redeunt in epistulæ ad Pulcheriam 8 etiam eis locis quos integros reliquit falsator Latinus. magnarum uero illarum in epistula 5 omissionum quas supra enotaui, accusari interpres Græcus nequit, quoniam

similes extant in epistulæ falsæ 8 exemplo Latino; censendum igitur epistulæ 5 decurtatæ exemplum Latinum olim sicut epistulæ ad Theodosium 25 extitisse, sed genuino per correcturam introducto periisse.

IIII DE LEONIS EPISTVLARVM CORPORIBVS MAGNIS

13 [18 apud Ballerinos PL 54 p. 569. 570, qui codicem Grimanicum non nouerunt nisi per Quesnelli adnotationes]. collectionis Grimanicæ [*G*] codex unicus, sicut referunt Quesnel et Ballerini, initio s. XVI fuit apud Petrum Passerinum Foroiuliensem ab eoque donatus Antonio Bellono Vtinensi per illum ad Dominicum Grimani cardinalem S. Marci et Aquileiæ patriarcham peruenit, celebris tunc bibliothecæ collectorem. cum uero illa dissipata esset, emptus est a uiro nobili Francogallo André Hurault Mersy, dum legatione fungitur apud rem publicam Venetam, atque per hereditatem primo ad Theodorum de Berziau et deinde ad illius filium Andream peruenit presbyterum Oratorii quod erat in Parisiensi S. Michaelis suburbio. ab illo Oratorii bibliothecæ datus, postquam illud in fatali seditione s. XVIII suppressum est, perlatus est in bibliothecam publicam Mazarinam ibique nunc asseruatur numero 1645 signatus. primus et usque ad hanc editionem ipsum codicem solus contulit Quesnel, apographon faciendum curauit Cacciari, quod etiam nunc extat in bibliotheca Vaticana Reginensi 1116. longa subscriptione apographon tam per se quam per personas a se probatas collationatum esse cum originali testatur p. 441 Paulus Bonauira nuntii Apostolici Auditor et protonotarius Apostolicus d. 20 Iulii 1736. in pagina quæ sequitur, extat nota: *era della Bibliotecadel Cardinale Gentili e fù regalato dall' erede di detto Eminentissimo la signora Marchesa Sparapani.* optime codicem descripsit Turner in Miscellaneis Ceriani p. 721 sq. transcriptus est s. VIIII in ea ipsa Foroiuliensi regione quæ patria erat primi quem nouimus possessoris, ex archetypo quem sagaciter Turner in Eccles. Occid. monum. etc. II 1 p. VIII consociauit quattuor codicibus s. VI, qui uel olim uel nunc quoque in ecclesiæ Veronensis bibliotheca celeberrima asseruantur, Vaticani 1322 parti alteri, quem continere Gestorum Chalcedonensium recensionem Φc supra dixi, Veronensibus LIII Facundi, XXII actorum et epistularum quæ ad schisma Acacianum pertinent, LIX uarii argumenti, de quo præter Maassen p. 781 sq. conferantur quæ exposui t. I 5, 2 p. II. XIII. XIIII. quibus omnibus communis est acer pro concilio Chalcedonensi zelus odiumque concilii quinti, quo illarum partium episcopos flagrasse testes sunt episcoporum Histriæ epistulæ ad Pelagium papam II atque Venetiarum et secundæ Rætiæ episcoporum epistula ad Mauricium imperatorem [t. IIII 2 p. 105 sq.]. neque ab eiusmodi animis alienum erat strenuam operam dare eius pontificis epistulis quo nemo intentius atque constantius fidem Chalcedonensem defenderat.

Collectio Grimanica omnium antiquarum — nam collectiones medii æui proprias consulto spreui — plenissima est. omissæ sunt ep. 113, quippe quæ fere tota consonaret cum ep. 104, ep. 112, quoniam collector Italicus res Gallicas non curabat, tomus ad Flauianum, quia inutile uidebatur eum qui ubique extabat, describere. ut epp. 105. 106. 107. 116 prætermitterentur, casu accidit. ceterum collectione quæ in archetypo codicis Grimanici extitit, antiquior extitit minus copiosa. adnotatum enim est ad epistulæ 11 rubrum [p. 12, 21] *similis huic quarta isdem conss*, quæ non ipsi codicis librario deberi, sed ex archetypo desumpta esse ex eo elucet quod eadem nota extat in codice Bobbiensi G^a, cf. supra p. V. atqui in ea quæ nunc extat collectione epistula 8 non est quarta epistularum quæ Asturio et Protogene consulibus scriptæ sunt, sed septima; tres igitur in antiquiore collectione deerant. quarum unam esse ep. 4, quæ diei notatione caret atque ex Epistularum ante Gesta Chalcedonensia collectione desumpta est, certum

est, alteram esse ep. 5 licet conicere; nam in lectionibus *G* ad eandem collectionem Chalcedonensem accedere uidetur diemque subscriptam quidem habet, sed falsam. tertia quæ fuerit, certa argumenta non habeo quibus probem. at in collectione antiquiore tomum ad Flauianum extitisse non sequitur ex nota marginali quæ extat in fine epistulæ 9 [p. 11, 29] *hic epla ad flauianum lectis dilectionis tuæ litteris.*

Quæ in codice Grimanico epistulæ 1 præcedunt, ea ab ipsa collectione non minus aliena esse quam quæ ep. 104 sequitur epistula Symmachi papæ ad Anastasium imperatorem [10 p. 700 Thiel; extat præterea in codice Montepessulano 308, cf. t. IIII 2 p. XXXI], recte iudicat Turner p. 722. sunt hæc: Leonis decret. 9 Ball.; *epist excerpta gestis habens contra Pelagium hereticum et alia de libellis eius quæ in Palæstina synodo sibi obiecta ipse damnare compulsus est*, quæ eadem instructa inscriptione extant in codd. Paris 12098 et Vindobon. 397 inter multa alia quæ annexa sunt codici encyclio, publicata a Baronio et ex eo a conciliorum editoribus e. g. L II 1529 [sunt excerpta ex ep. Augustini 186 p. 70, 13 —73, 23 Goldbacher]; Leonis decr. 167. 15 Ball.

14 [19 apud Ballerinos PL 54 p. 571. 572]. Collectionis Ratisbonensis unicus codex [*E*] est qui nunc Monacensis 14540 est, olim erat monasterii s. Emmerami Ratisbonensis. cuius postquam Bernardus Pez a. 1721 in Thesauro anecdotorum nouissimo t. I p. XLI breuissime mentionem fecit, et P. Th. Cacciari et Ballerini, dum eodem tempore Leonis operum editionem parant, utrique aditum quæsiuerunt ad accuratiorem codicis notitiam. ille per *comitem de Reccardia canonicum et respectiue decanum Brixinensem et Ratisponensem* a Petro Frobenio Forster monasterii priore et bibliothecæ custode capitulationem quæ initio codicis extat, accepit atque epistula ad eundem comitem data, quam ab illo sibi transmissam Forster ipsi codici inseruit, rogauit ut in suum usum epistulæ capitulationis VI [= ep. 5], de cuius inscriptionis in Ratisbonensi corruptela [cf. notam ad p. 6, 10] ei suspicio orta erat, XVI [= ep. 9], XLIII [= ep. 105], XLVIIII [ep. 68], LX [= ep. 106], LXVI [= ep. 107], LXVII [= ep. 93] transcriberentur. huic epistulæ adscripsit Forster: *Epistolas in his litteris petitas descripsi et ita descriptas die* 24. *Aug.* 1752 *Eidem Excellentissimo dd. de Reccordia* [sic] *Romam mittendas tradidi.* paucis diebus ante, d. 21 Aug. codicem descripserat litteris ad ipsum Cacciari datis, quas ille in Leonis opp. t. II p. LXI edidit. ceterum epistulas Leonis 105. 106. 107, quæ in solo Ratisbonensi extant, ex apographo Forsteri publicauit. longe plura uoluere et consecuti sunt Ballerini. adfero eorum uerba ex præfatione generali [PL 54 p. 17. 18]: *is qui e nobis Romæ erat* [Petrus Ballerinus], *adiuit P. M. Thomam Ricchinium, ordinis Prædicatorum a secretis congregationis Indicis, eoque cooperante P. M. Emericus Langenuæter, eiusdem ordinis prouincialis Daciæ, ac generalis magistri socius, scripsit statim ad P. M. Antoninum Veichtner, qui . . . fauore non minus quam labore plane singulari ipsum codicem non conferendum, sed de uerbo ad uerbum quam accuratissime transcribendum putauit. Id autem ut commodius per eum fieret, a reuerendissimo abbate ad S. Emmeramum sacri Romani imperii principe . . . summa benignitate concessum fuit ut idem codex Landishutum in memorati P. Antonini conuentum deferretur.* facile intellegitur cur Petrus Ballerinus tam anxie auxilium ipsius bibliothecarii euitauerit, quippe qui æmulo officium præstare uoluerit. sed quamuis feliciter hæc omnia ei cessissent, non omnia quæ sperauerat, impleta sunt. apographon quidem accepit, sed parum diligenter confectum; dum enim quæcumque in editione Ballerina ex codice Ratisbonensi enotata sunt, cum codice confero, multa inueni quæ cum eo diserte discordant.

Prima codicis pagina scripta sunt *Istu libr ded loug ad scm emmer pro tuton epo et pro remed animæ suæ.* quem donatorem eundem esse dudum inter uiros doctos constat atque illum qui codici item olim S. Emmerami nunc Monacensi 14754 f. 41 subscripsit

Istum librum tradidit louganpertus ad s. hemmeramum pro tutone episcopo et pro remedio animæ suæ; præterea extant subscriptiones in duobus aliis codicibus olim s. Emmerami nunc Monacensibus 14704. 14253 non ab eo ipso scriptæ, ubi presbyter dicitur. Tuto episcopus Ratisbonæ erat 894—930. consulatur de his subscriptionibus liber Swarzenskii *Denkmäler d. süddeutschen Malerei* I p. 21, quem mihi monstrauit Paulus Lehmann collega. eundem consului de codicis scriptura et ætate; utrique, et ei et mihi uisus est scriptus esse circa annum 800, sed in Germania eum fuisse diu antequam Louganpertus eum adquisiuerit, Lehmann opinatur. quoniam scriptura simillima est ei quæ in usu erat et in ciuitate et in tota diœcesi Veronensi, archetypus codicis confectus esse uidetur similiter atque Grimanici in usum aut eorum qui tria capitula defendebant aut qui concilio quinto auctoritatem uindicabant uniuersalem.

Codicis Ratisbonensis ultimum folium amissum est, sicut Forster bibliothecarius notauit in epistula quam a Thoma Cacciari Leonis operum editionis t. II p. LXI insertam esse supra dixi, unde factum est ut ultima pars epistulæ LXXII [= ep. 99, cf. p. 107 not.] intercideret. quam epistulam ultimam collectionis fuisse testatur capitulatio [p. 137, 6] epistularumque dispositio, quæ non sine certa intentione ita instituta est, ut epistulis in duas partes diuisis, quarum altera eas *quæ synodo Calchedonensi sunt præmissæ* contineret, altera *quæ post synodum missæ sunt* [p. 136, 10—12], tricenæ senæ epistulæ utrique parti attribuerentur. quam stricte collector numerorum æqualitatem retinuerit, inde apparet quod, cum epistulam 90.91 quæ in Collectione Grimanica duplex est, in unam contractam exhibuisset [LXV], epistulam 104 et patrum testimonia duobus numeris [LXX. LXXI] signauit. etsi igitur epistula LXXII [99] ætate præcedit epistulis LXVIIII—LXXI [103. 104], tamen eam in collectione ultimum locum obtinuisse constat. quoniam uero in Pelagii papæ II epistula III ad episcopos Histriæ [t. IIII 2 p. 141, 6] eadem epistula dicta esse Ballerinis Quesnellum secutis uidebatur *ultima* atque Pelagii prodecessor Vigilius in epistula ad Iustinianum [L v 317 = M VIIII 38] se superadiecisse scribit *papæ Leonis quæ diuersis ad Orientem sunt directa temporibus constituta, quanta de plurimis in præsenti necessaria* crediderit, opinati sunt illi Pelagium, cum epistulam 99 ultimam diceret, respexisse prodecessoris sui collectionem Leonis quandam epistularum atque codice Ratisbonensi in qua illa ultima esset, istam collectionem contineri credi posse [PL 54 p. 571. 572]. speciosa coniectura Turnero placuit [Miscellanea Ceriani p. 730], sed speciosior est quam rectior. atque primum quidem parum intellegitur quare Pelagius si epistulam 99 collectionis Vigilianæ ultimam dicere uoluisset, non scripturus fuerit collectionis Vigilianæ, quasi hæc una omnibusque nota esset. neque minuitur difficultas, si, quæ sententia a Turnero præfertur, Pelagius putatur ea repetisse quæ episcopi Histriæ de epistula ultimo loco posita ad eum scripserant; nam illi quoque dicere debebant cuius collectionis epistula ista ultima fuerit. at siue Pelagius siue episcopi eam ultimam numerauisse putantur, ipso loco de nulla collectione uerbum fit et si quis accurate et sine præiudicio considerauerit quali sententiarum conexui fatale istud uocabulum insit, ei longe alium subesse sensum, opinor, concedet atque putauerunt Ballerini. postquam altera epistula Pelagius ut rationes suas auctoritate Leonis firmaret, duos locos ex epp. 64 et 66 attulit [p. 109, 25. 36], episcopis Histriæ, ut acriora redderent quæ rescripserunt, utile uisum est plura quam duo testimonia ex Leonis epistulis allegare. facile est ex eis quæ in epistula tertia papa respondet, hanc collectiunculam restituere; allati erant ab episcopis

[p. 114, 5. 9] ex ep. 99 primo loci duo [p. 106, 35. 17],
deinde [p. 114, 11] ex enkycliis loci duo, quos impugnat Pelagius infra p. 115, 33,
tertio [p. 114, 12] ex ep. 103 loci tres [p. 110, 33. 29. 33],

quarto [p. 114, 20] ex ep. 99 locus unus [p. 105, 26].
hæc posita erant, sicut ipse Pelagius dicit [p. 114, 25], ex epistulis ad Leonem principem neque inepte Leonis testimoniis enkyclia intermixta erant; nam et ea Leoni augusto erant destinata.

deinde [p. 116, 18] sequebantur loci quattuor ex Leonis epistula excerpti, quæ ad Basilium episcopum Antiochiæ erat destinata [ep. 90. 91]. sed duo tantum priores [p. 116, 19. 21] in illa extant [p. 98, 16. 21]; tertius [p. 117, 4] pertinet ad ep. 103 [p. 111, 33], quartus [p. 117, 6] ad ep. 99 [p. 106, 5]. ut non animaduerterent episcopi transitum uel potius reditum fieri ad epistulas Leonis ad Leonem augustum, sed excerpta continuari putarent ex epistula ad Basilium, inde factum est quod non ipsi locos collegerunt, sed collectos inuenerunt ab aliis qui antea trium capitulorum defensores extiterant. atque extant nonnulli apud Facundum et Vigilium [cf. quæ t. IIII 2 p. 114 sq. adnotaui], quorum tamen libros ab Histriae episcopis non adhibitos esse apparet ex lectionum discrepantia. non minore denique socordia Pelagius episcoporum errorem uituperare prætermisit, quamuis eorum collectionem antea graui subiecisset increpationi, de qua mox plura dicenda erunt.

denique [p. 117, 21] extremo collectionis loco positum erat testimonium de Leonis ad Aetium epistula quæ periit.

Iam redeamus ad uituperationem quam Pelagius horum testimoniorum discussioni præmittit [p. 113, 40]: *per ea quæ . . Iustiniani principis temporibus acta sunt, fraternitas uestra suspicatur sanctam Chalcedonensem synodum fuisse conuulsam . . cui suspicioni in scriptis uestris ex sancti prodecessoris nostri Leonis epistolis ac enkycliis testimonia adiungitis, ut præfatam sanctam Chalcedonensem synodum inlibatam debere seruari monstretis. quæ quidem . . ex paucis epistolis sumpta permixto ordine confusoque posuistis, ut dum interiecta alia epistola ad alia prioris epistolæ uerba recurritur, quasi ex multis epistolis prolata uiderentur.* quam obiectionem ut probet, papa discutit testimonia quæ aduersarii ex epistulis Leonis 99 et 103 ad Leonem augustum ita posuerunt, ut has epistulas neque clare significarent neque alteram ab altera distinguerent. audiatur ipse: [p. 114, 5] *a dilectione igitur uestra primum testimonium . . Leonis ponitur, quod in eius epistula ultima continetur, quo ait*: sequitur ep. 99 p. 106, 35 . . [p. 114, 8] *cui secundum testimonium ex ea epistola a uobis adiungitur, quod illic paulo superius habetur, quo dicitur*: sequitur ep. 99 p. 106, 17. manifestum est inter se opponi *epistula ultima* et *paulo superius*. pergitur [p. 114, 11]: *interiectis autem duobus testimoniis de enkycliis adsumptis præfati prodecessoris nostri item* [*idem* cod.] *ad Leonem principem scripto uestro uerba replicantur quibus dicitur*: sequitur ep. 103 [p. 110, 33] . . . [p. 114, 17] *et eius rursus ad eum*: sequitur ep. 103 p. 110, 29 . . [p. 114, 18] *cuius adhuc testimonium post pauca subdidistis*: sequitur ep. 103 p. 110, 33 . . [p. 114, 20] *ultimum* [scilicet eorum quæ ex Leonis ad Leonem augustum epistulis 99 et 103 desumpta sunt] *uero a uobis ponitur testimonium, quod in priori eius epistola, de qua multa iam testimonia prolata fuerant, continetur primum quo dicitur*: sequitur ep. 99 p. 105, 26]. inter se igitur opponuntur *epistula ultima* [p. 114, 6], *paulo superius* [p. 114, 9], *primum* [p. 114, 21], unde manifestum fit locutione quæ est *epistula ultima* non obscure quasi proponatur ænigma, subintellegi epistulam cuiusuis collectionis ultimam, sed simpliciter secundum Latini sermonis usum significari ultimam epistulæ partem, ut aduersarii uituperentur quod primum testimonium de epistulæ 99 fine, alterum quasi gressu retro uerso ex loco paulo superiore, denique aliis aliunde interpositis ultimum ex illius epistulæ prima parte desumpserint. unum restat quod offensionem præbeat. inepte enim duo testimonia quæ de ep. 99 allata sunt p. 114, 6. 9,

eo loco quo ad tertium transitur [p. 114, 20], dicuntur *multa*: scribendum est *de qua ultima* i. e. de cuius fine.

Errauerunt igitur Ballerini, cum codice Ratisbonensi collectionem putarunt contineri Leonis epistularum quam Vigilius instituerit adhibueritque Pelagius. neque recte de iis iudicarunt quæ Vigilius Iustiniano scripsit de Leonis constitutis a se ad illum missis; et hæc et ea quæ Simplicius [Coll. Auell. 56 p. 127, 6] dicit de eiusdem epistulis a se ad Acacium destinatis non confundi debent cum collectionibus quæ siue totæ siue partim non minus e scrinio papali uel petitæ uel deriuatæ tamen in publicum usum editæ sunt, sicut et Grimanica et Ratisbonensis. at aliud quid et id quod certum sit, ex epistularum intitulatione, sicut dicere solent uiri rei diplomaticæ periti, licet concludere. eius forma est *Leo episcopus* in collectionis Ratisbonensis parte priore tota et in alterius partis epistulis XXXVIIII—XLI. XLIIII [ep. 56. 57. 64. 53] atque omnibus quæ Leonis augusti temporibus scriptæ sunt [LXII usque ad LXXII], sed *Leo papa* in ceteris partis alterius. quæ forma a scrinio Leonis aliena est; neque enim illo tempore episcopi Romani se ipsos appellare papas solebant. introducta igitur est a collectore sæculo sexto exeunte non antiquiore et ab altero illo collectore qui ueterem consuetudinem retinebat, aliena. neque intitulationes tantum diuersæ in duabus collectionibus quas recepit collector Ratisbonensis, extiterunt, sed ratione quoque discrepasse uidentur quam uterque in eligendis epistulis sequebatur. antiquior eas maxime curauit quibus Leo synodum Chalcedonensem aut præparauit aut post mortem Marciani defendit. qui termini cum artiores uiderentur collectori Ratisbonensi, qui non aliter atque collector Grimanicus id egit ut omnium quæ Leo cum Oriente agebat, imaginem proponeret, ex altera et recentiore et pleniore eas desumpsit epistulas quæ post synodum scriptæ non solius fidei symbolique Chalcedonensis defensioni seruiebant, quippe qua sub Marciano opus iam non esset, sed ad controuersias pertinebant quæ speciales ortæ erant in ecclesia Constantinopolitana uel in prouincia Palæstina uel quæstionem tractabant paschalem.

Et Ratisbonensi et Grimanicæ collectioni inlata est ex Epistularum ante gesta Chalcedonensia collectione epistula falsata 8, Grimanicæ soli epistula non minus falsata 25. præterea in ep. 5 lectiones quæ Epistularum ante gesta collectionis propriæ sunt, intrusas esse in utramque supra [p. XXI] exposui. unde neutram collectionem anteriorem esse sequitur medio sæculo sexto, quo tempore Gestorum Chalcedonensium recensio Constantinopolitana confecta est. atqui non hæc tantum recensio, sed etiam exemplar ex editione Rustici transcriptum collectori Grimanico notum fuisse uidetur, cf. lectiones quas ad p. 8, 1. 7. 22, 9. 13. 10, 25 adnotaui. quæ si recte obseruata sunt, collectio Grimanica uel potius ea quæ ei antecessit [cf. supra p. XXIIII], non ante finem sæculi sexti composita est. idem consensus in Ratisbonensi non inuenitur; immo 10, 25. 34. 25, 9 sequitur recensionem Φc. conici potest Rustici editionem illi collectori præsto non fuisse, sed de tempore præiudicium inde non oritur.

Similes inter se sunt Grimanica et Ratisbonensis collectiones epistularum quas continent, multitudine temporumque consequentia accurate obseruata, sed inter se nullo uel ordinis uel electionis uel textus conexu coniunctæ sunt. frequens et uaria est Grimanicæ cum aliis collectionibus cognatio, ita arta cum Bobbiensi, ut hanc ab antiquiore quæ in Grimanica continetur, pendere supra [p. VI] coniecerim. at collectio Ratisbonensis, si excipias ep. 104 quæ aliunde irrepsit, locum obtinet inter omnes ceteras singularem propter lectionum eximiarum uniceque rectarum multitudinem cum in temporis notationibus tum in ipso textu; sufficiat adferre p. 50, 25 [cf. p. 51, 31] *Nicææ*, quod a ceteris in *Calcedonensem* mutatum est, uel p. 17, 27 *parte* pro *ante*.

Quoniam, sicut modo dixi, uterque collector secundum tempora quæ subscripta sunt epistulis, eas disposuit, necesse est eas colligere quæ contra hanc legem positæ sunt. initium facio a collectione Grimanica. facili errore ep. 52 non ante epp. 50. 51 posita est, sed eas sequitur, at grauius est quod ep. 71 locum non suum obtinet, qui erat post ep. 66. nam accedunt intitulatio [p. 78, 19] *Dilectissimo fratri Theodoreto Leo episcopus* et subscriptio [p. 81, 29] *et alia manu: Deus te incolumem custodiat, frater karissime*, genuinæ quidem utræque et eius exemplaris propriæ, quod missum est, sed alienæ ab illa formulæ breuioris consuetudine quam obseruare solet collector Grimanicus. epistula igitur ad Theodoretum, quæ non seruata est nisi per antiquam collectionem Grimanicam, unde eam desumpsit collectio Bobbiensis, singulari quadam ratione in illam peruenit. sunt epistulæ quæ diei notatione careant. casu excidit in *G* p. 33, 7, sicut in *G*[a] p. 72, 29. facile iste defectus explicatur in epp. 4 et 26; ex collectione enim epistularum ante Gesta desumptæ sunt et rectum quem in illa locum habent, tenuerunt. item datatione, ut barbare loquar, ep. 34 non in collectionibus tantum Grimanica et Bobbiensi caret, sed etiam in ceteris quæ sunt Quesneliana Corbeiensis Laudunensis. est enim ex illis quæ propter rationes dogmaticas diuulgabantur; quæ eiusmodi epistulas præter unam [ep. 112] solas recepit collectio Corbeiensis, nullius earum notationes diei exhibet. idem dicendum est de ep. 11; ut epistula 8, quæ ex illa fabricata est, rectam temporis notationem seruauerit, inde factum est quod collectionis Constantinopolitanæ exemplar Latinum quamuis in ceteris mutilatum et interpolatum subscriptionem genuinam seruauit. denique ep. 102 nullam diei notationem subscriptam habet atque ab epp. 97. 98, quibuscum eodem die missa est, separata est per epistulas 99—101, quæ post illam scriptæ sunt. uidetur illa olim in fine alicuius collectionis stetisse, cuius indicium remansit nota EXPLICIT subscripta; facile conicitur ultimam epistulam, sicut in libris extremis fieri solet, primo datationem amisisse, tum totam intercidisse, denique postquam ipsa inuenta est, sed sine datatione, alieno loco fuisse insertam. tertium est genus errorum qui ex subscriptionum corruptelis oriuntur. otiosum est omnia hic enumerare quæ codicis Grimanici librarius in mensis nomine uel in diei numero peccauit, quoniam plerumque hæc ceteræ memoriæ ope corriguntur; at si qua epistula non seruata est nisi in Grimanico, sicut ep. 76, de qua conferantur quæ in indice III p. 177 exposui, et ep. 85, ubi nescio an Quesnel mensis nomen emendarit, tum dubitatio oritur; utriusque tamen epistulæ collocatione contra temporum consequentiam non peccatur. sed epistulam 9 falso loco positam esse manifestum est propter corruptelam IVN̄ pro IAN̄, quæ collectioni Grimanicæ communis est cum Casinensi; recte posita est in Ratisbonensi. difficile est iudicium de epistula 5. est ex illis quæ propter rationes dogmaticas diuulgabantur, et caret temporis notatione in collectionibus Corbeiensi et Laudunensi. eam non scriptam esse d. 13 m. Iun. a. 449, sed paulo post elucet ex eis quæ p. 6, 12 de Basilio diacono dicuntur, comparatis cum p. 18, 7: diaconus ille Constantinopolitanus attulerat epistulas et Iuliani et Flauiani, quibus Leo respondit epistulis 16 et 5, probabiliter eodem die 23. m. Iunii. accedit quod alteram epistulam ad Iulianum [13] d. 13. m. Iunii missam esse constat. tamen falsa subscriptio epistulæ 5, propter quam in collectione Grimanica non suum locum qui esse debuerat prope epistulam 16, obtinuit, antiquissima est; neque enim extat in Epistularum ante Gesta tantum collectione, unde eam in Grimanicam et Ratisbonensem irrepsisse conici possit, sed etiam in Quesneliana. nullam uideo rationem qua hoc ænigma soluatur nisi ut epistulam sine temporis notatione circumlatam esse ponatur cum tomo ad Flauianum, ad quem supplendum eam scriptam esse ipse Leo profitetur p. 6, 14, deinde ex illo diei notationem accreuisse. ultimo denique loco tractanda est mira temporis notatio quæ epistulæ 104 in Grimanica collectione

subscripta est d. 11. m. Febr. a. 385. pertinet ad primam decretalem Siricii, quæ prima est totius decretalium corporis. epistulam Leonis ad Leonem augustum 104, qui alter tomus appellatur, libri uice dogmatici habitam seorsimque diuulgatam fuisse constat, unde factum est ut in plerisque collectionibus aut tota desit temporis notatio aut, sicut in Laudunensi, anni. deinde notandum est primam Siricii decretalem in antiquissimis collectionibus inueniri positam post scriptiones quæ ab fidem pertinent, in Quesneliana post decreta concilii Chalcedonensis et constitutiones Marciani de eodem concilio [cf. Maassen p. 497], in Frisingensi et fere item in collectione codicis Vaticani [Maassen p. 482. 518] post epistulam Damasi ad Paulinum. fieri igitur potuisse non prorsus absona uidetur coniectura, ut collector Grimanicus epistulam 104 desumpserit ex collectione cuius prior pars Leonis tomum alterum aut solum aut inter alia fidei documenta continebat, altera corpus aliquod decretalium, quod a Siricii prima incipiebat, cuius datatio ex margine uel quocumque alio modo in epistulæ Leonis finem irrepserit.

In collectionis Ratisbonensis parte priore præter ep. 5 [= VI], de qua modo locutus sum, neque subscriptionum de tempore neque ordinis secundum subscriptiones turbæ inueniuntur. at paulo post initium partis alterius occurrunt epistulæ recte quidem subscriptæ, sed non suo loco collocatæ:

XXXVII—XL [epp. 54—57]: missæ sunt d. 22. v. 452
XLI [ep. 64]: missa est d. 21. III. 453
XLII [ep. 66]: missa est d. 11. VI. 453
XLIII [ep. 105]: missa est d. 25. XI. 452
XLIIII [ep. 53]: missa est d. 27. I. 452
XLV—XLVII [epp. 61—63]: missæ sunt d. 21. III. 453.

atqui epp. XLII. XLIII ei collectori debentur qui intitulationis formam recentiorem quæ est LEO PAPA introduxit; ep. XLIIII primitus inscripta erat LEO EPISCOPIS DILECTIS FF, sed inde a PIS omnia erasa sunt, ut remaneat intitulatio LEO EPISCO; uirgula per correctionem addita esse uidetur. non dubito quin hæc perturbatio inde orta sit, quod transitus ille fiebat ad alteram collectionem, de qua supra dixi.

præterea non recte positæ sunt ep. LIII [ep. 82], cuius locus erat inter epp. LVI [ep. 77] atque LVII [ep. 81], et LXVIIII. LXX. LXXI [ep. 103. 104], quæ tempore posteriores sunt epistula LXXII [ep. 99]. et epistula ad Iuuenalem [82] et tomus alter [ep. 104] ex iis sunt quæ propter rationes dogmaticas diuulgabantur; præterea et lectionibus ipsius epistulæ 104 et testimoniorum dilectu atque ordine probatur epistulam et testimonia de exemplari singulari desumpta esse, quod et collector Quesnelianæ adhibuerat, cf. quæ exposui in *Abhandl. d. Bayer. Akad. d. Wiss.* XXXII 6 p. 141 sq.

V DE COLLECTIONE PSEVDOISIDORIANA

[II apud Ballerinos PL 54 p. 559. 560]. Decretalium et canonum corpori quod medio sæculo nono in Franciæ occidentalis prouincia ecclesiastica Remensi prodiit Isidori Mercatoris nomine ornatum, ab iis qui illud et fabricauerunt et composuerunt, insertæ sunt Leonis epistulæ hæc [cf. Hinschius, Decretales Pseudo-Isidorianæ p. XXVI. C sq.]

1 *incip̄ ēpla leonis pape ab teodoritum ēpm ciri post calcidonensem* = ep. 71
2—16 epistulæ XV ex collectione Quesneliana desumptæ; propono tabulam
2 ep. 97 Ball. = Q LVI
3 ep. 99 Ball. = Q LVII
4 ep. 82 = Q LXVIII
5 tomus = Q LXVIIII

6 ep. 11 = Q LXXVIIII
7 ep. 34 = Q LXXX
8 ep. 113 = Q LXXXI
9 decret. 1 Ball. = Q LXXXII
10 ep. 5 = Q LXXXVIII
11 ep. 7 = Q LXXXVIIII
12 ep. 64 = Q XCII
13 ep. 95 = Q XCIII
14 ep. 99 = Q XCIIII
15 ep. 116 = Q XCV
16 ep. 79 = Q XCVI.

secuntur 17—54. 57 epistulæ XXXVIIII quæ in Hispana extant. adhibuit Pseudoisidorus Hispanæ formæ Gallicæ recensionem quam ipse corpori suo præmisit; repperit eam F. Maassen [*Sitzungsber. d. Wien. Akad.* 109, 801 sq.] in codice Hispanæ Vaticano 1341, qui Augustoduni scriptus est, unde uiri docti eam Hispanam Augustodunensem appellare solent. inter pænultimam atque ultimam epistulam intercalatæ sunt duo figmenta quæ Hinschius p. CIII. CIIII ipsi Pseudoisidoro attribuit, epistulæ Leonis de priuilegio chorepiscoporum et Siluerii ad Vigilium, cui inscriptum est *damnatio Vigilii.*

Postquam Quesnelianæ memoria optime, Hispanæ sufficienter innotuit, in epistulis quæ ex his collectionibus deriuatæ sunt, non opus fuisse Pseudoisidorianis sordibus quiuis, spero, concedet. sed remanet ep. 71, quæ unde in corpus Pseudoisidorianum peruenerit, obscurum est neque inde potest deriuari, quod in Quesnelianæ codicibus duobus minoris pretii, Parisinis 3842ª qui est Quesnelli Thuaneus, et 1454, qui artissima cognatione inter se cohærent, collectioni primariæ adnectitur; quod eam præter Thuaneum etiam in Trecopithœano, id est optimo codice Parisino 3848ª [Q^t] extare dicit Quesnel, error est. nam præcedit ei in duobus illis codicibus damnatio Vigilii, quam quoniam ex corpore Pseudoisidoriano desumptam esse constat, etiam epistulam Leonis 71 inde irrepsisse manifestum est. atqui epistulæ quæ non extat nisi in duabus collectionibus antiquis, Grimanica et Bobbiensi, et una recentiore etiam ipsa Pseudoisidoriana [*I*], de qua mox disputabitur, satis exilis est memoria, quia Bobbiensis pendet ex Grimanica, *I* ex Bobbiensi. ne quis igitur ex corpore Pseudoisidoriano primario aliquid auxilii peti posse putet, lectiones codicis Vaticani 3791 s. XII propono, qui ex codicum classi A^1 est, quo primariam corporis formam contineri Hinschius demonstrauit:

p. 78, 19 Theodoreto] teoderito epo [= *I*] 23 canentes 27 nobis amplius 28 magis [= *I*] contra] etiam in 30 instituit 32 incitati auctore] auctore coacti p. 79, 1 per otium] totius labores [laboris *G*] 2 prius fides 3 confirmauerit [confirmarit *I* confirmaret GG^a] 4 summorum] summopere 4/5 ut — libertas *om.* 6 fiducia [= *I*] 7 *ante* in *per corr. ins.* et 10 est *om.* misterio 15 iubar densis] subardensis impetitum 16 suum] summum [= *I*] 17 sibi *om.* 18 per secundi] persequentis 19 repromissionis 20 possit [G^a] 21 cedem [cædis *G*] adsciuerat] sociauerat 24 iam *om.* 26 dicta esse dubitare [*cf.* G^aI] 29 suo 35 et] erat aut sapientiam sempiternam 40 nouam et inauditam 41 utinam uel *om.* suo *om.* p. 80, 3 abdicata [*I*] 5 hæc *om.* nec [2] *om.* idem dns 6 discite a me [G^aI] 7 est *om.* 8 quia] qui 12 ut *om.* 16 flauianum psenti 17 se] si 18 tradit 19 a sensu salciauit omnes—omnes] omnia 21 minime] enim tamen] memoriæ 22 nostri] enim præter ea *om.* 23 mea cottidiana] et ad cotidianam 25 credimus [*I*] 27 quas *om.* 28 in *om.* utrumque hostem] utramque hoc ē 29 liberemus 30 dubiis] duobus sua quæ] sue quam 30/31 adstruendis 31 epistula] epis 31—p. 81, 3 uniuersalis — docuerunt] et cetera quæ per ordinem supra posuimus continuo agit p. 81, 4 inuincibiles ab omni *om.* 5 iudicia digno retribuas pro] per 7 fallacia 9 pro *om.* fidei 9/10 persona uidere sca sps 12 exortamus 13 reliquias *in* reliquos *corr.* etiam] enim collabores] cum laboris 14 qua 15 perimit] pminet nec *om.* 16 ut *om.* 17 sollicitudinem [G^aI] nolumus illos religionis [G^aI] 18 religionis

[*I*] 19 sacerdotis exierit uero quæ] quoque 20 uenerandum nicenorum 24 sit *om.* 26 Maximum] maxime 27 hic uoluimus adiacere quæ *om.* fratre 29 IIII [G^a*I*]

Pseudoisidorum collectione Bobbiensi non usum fuisse non minus manifestum est quam nullam exhibere bonam lectionem quæ in ceteris codicibus non extet, plurimis uero siue corruptelis siue interpolationibus textum inquinasse. neque mirum eos qui sexaginta decretales fabricarunt, quæ genuina in corpus suum receperunt, et neglegenter transcripsisse et audacter mutasse.

15 [12 apud Ballerinos PL 54 p. 561. 562]. Trecentis fere annis postquam corpus Pseudoisidorianum in lucem prodiit, noua eius recensio confecta est, quæ in quinque codicibus, Montepessulanis H 3. 13, Parisino bibliothecæ cameræ deputatorum 27, Vaticano 1340, Veneto CLXIX. LXIV. 3] et editione Merliniana [1523] extat [cf. Hinschium p. LXVII sq.]. in meum usum ex illis selegi eundem eodicem quem et Ballerini adhibuerunt, Vaticanum 1340 [*I*]. huic recensioni inserta est Leonis epistularum collectio et plenior et minus corrupta quam corpori Pseudoisidoriano primario. quoniam descriptio Ballerina non accurata est, Hinschiana incommodissima, nouam secundum codicem *I* exhibeo. adscripsi collectiones quibuscum *I* cohærere per lectiones constat.

1. 3—40. Collectionis Hispanæ epistulæ XXXVIIII ordine recto; nam perturbatio illa quæ ex Hispanæ exemplari in corpus Pseudoisidorianum irrepserat, dudum in recensionibus quæ primam editionem secutæ sunt, correcta erat.

2. inter primam et tertiam epistulam inserta est ep. 2; desunt, sicut præter exceptiones quas diserte notaui, sollemne est, inscriptio et intitulatio. [G^a 6, ut uidetur].

41. *item eiusdem ad episcopos gallie. Rubrica. Leo epc rauennio rustico* etc. ep. 53 [G^a11]

42. ep. 67 [G^a 18]

43. *Leo eudochie auguste de pascha r.* ep. 68 [G^a 19]; inscriptio est epistulæ 69

44. *epla leonis pape ad leonem augustum. Leo epc leoni augusto* ep. 99 [*Q* XCIIII]

45. *leo episcopus septimo episcopo altino r.* decret. 2 Ball.

46. *Item ad eundem.* decret. 1 Ball. rubrum falso repetitum est ex epistula quæ præcedit

47. *Item epla leonis pape ad dorum epm. Dilectissimo fri doro leo epc.* decret. 19 Ball. ita recte ceteri huius collectionis codices; in Vaticano foliorum transpositione perturbatio orta est, cf. Hinschium p. LXIX

48. *epla leonis pape ad uniuersos germanie et gallie epos. Leo romane ecclesie et aplice sedis epc uniuersis germaniarum atque gallianorum* [sic] *regionum epis salutem.* est figmentum Pseudoisidorianum, cf. supra p. XXXI

49. *Ad epos per uiennensem prouinciam constitutos. Dilectissimis fribus uniuersis epis per uiennensem prouinciam constitutis leo.* decret. 10 Ball.

50. *epla leonis ad rauennensem* [sic] *episcopum. Domino fri rauennio leo.* decret. 41 Ball.

51. *Item epla eiusdem ad iulianum coensem epm. Dilectissimo fri iuliano epo leo.* ep. 5 [Φ^r per codicem similem *XZ*]

52. *epla beati leonis pape ad theodosium augustum. Cesari theodosio religiosissimo ut* [sic] *piissimo augusto leo papa ecclesie catholice urbis rome.* ep. 7 [*Q* LXXXVIIII]

53. *epla leonis pape ad pulcheriam augustam.* ep. 11 [G^a 7]

54. *epla beati leonis pape ad constantinopolitanos. Leo epc et sca synodus que in urbe roma conuenit clero et plebi consistenti constantinopoli* [desumpta sunt ex ep. 19]. ep. 34 [*Q* LXXX]
55. *Item epla eiusdem leonis pape ad pulcheriam augustam per theotistum magistrianum.* ep. 51 [*G*ᵃ 9]
56. *Item epla leonis pape ad faustum et marcianum pbros. rubrica. Leo epc fausto marciano* etc. ep. 31. iterum ex Hispana transscripta est.
57. *Item eiusdem leonis epla ad marcianum augustum. Rubrica.* ep. 50 [*G*ᵃ 8]
58. *Item eiusdem leonis epla ad anatholium epm. Leo epc anatholio epo.* ep. 95 [*Q* XCIII]
59. *Item eiusdem leonis epla ad pulcheriam augustam de ambitione anatholii.* ep. 55 [*G*ᵃ 13]
60. *Item eiusdem leonis epla ad iulianum choensem episcopum. rubrica.* ep. 60 [*G*ᵃ 14]
61. *Item eiusdem leonis epla ad marcianum augustum de etio et andrea.* ep. 58 [*G*ᵃ 15]
62. *Item eiusdem leonis epla ad pulcheriam augustam de etio et andrea.* ep. 59 [*G*ᵃ 16]
63. *Item epla leonis ad iulianum choensem episcopum.* ep. 65 [*G*ᵃ 17]
64. *Item epla leonis ad eudochium* [sic] *augustam de palestinis monachis. r.* ep. 69 [*G*ᵃ 20]
65. *Item epla leonis ad iulianum epm per comitem rodanium.* ep. 70 [*G*ᵃ 21]
66. *Item epla leonis ad palestinum* [sic.] *Leo epc palestinus* [sic]. ep. 113 [*Q* LXXXI]
67. *Item epla leonis pape ad theodoritum epm post calcedonense consilium* [sic]. *Dilectissimo fri theodorito epo leo epc.* ep. 71 [*G*ᵃ 22]
68. *Item epla leonis ad iulianum epm.* ep. 73 [*G*ᵃ 23]
69. *Item epla leonis ad natholium* [sic] *epm per patrium* [sic] *missa. Leo epc anatholio epo.* ep. 116 [in præfationis epimetro; *Q* XCV]
70. *Item epla leonis ad anatholium epm per nectarium agentem in rebus. Leo epc anatholio epo.* ep. 79 [lectiones adnotare prætermisi, concordant cum *Q* XCVI]
71. *Item epla leo* [sic] *pp ad epos qui in sca sinodo calcedonensi fuerant congregati. Leo eps sce sinodo apud calcedonam habite.* ep. 64 [*Q* XCII]
72. *Item epla leonis pp ad iuuenalem iherosolimitanum episcopum. rubrica. Leo epc iuuenali iherosolimitano epo.* ep. 82 [*Q* LXVIII, nonnullæ lectiones ex *P*]
73. *epla Rauennii aliorumque galliorum* [sic] *eporum ad leonem papam fidei eius quam ad orientem direxit laudem dicentium. r. Domino uere sco merito in xpo beatissimo et aplico honore uenerando ppe leoni rauennius rusticus uenerius* etc. *et palladius.* ep. 99 Ball. [*Q* LVII]
74. *epla cerecii salonii ueranii et uniuersorum eporum galliarum ad leonem papam. Domino sco ac beatissimo patri et aplica sede dignissimo pape leoni cerecius salonius et ueranius.* ep. 68 Ball. [*Q* LXV]
75. *epla cyrilli ad nestorium.* t. I 5 p. 337 sq. XVI. [*Q* LXVI]
76. *epla leonis pape ad imperatorem. In magno se sacrilegio diuersari.* etc. ep. 104, p. 118, 7—119, 13 [certa lectionum consonantia cum *Q* LXVII non extat]
77. *epla leonis pape ad epos et pbros intra terciam prouinciam constitutos. r. Dominis fribus merito beatissimis in xpo uenerabilibus sarmationi carattoni desiderio epis et prbis omnium ecclesiarum que sunt intra prouinciam terciam*

constitute leo uictorius eutochius epi. Leonem qui cum duobus aliis episcopis epistulam scripsit, esse episcopum Bituricensem, qui uel ante Hincmarum Remensem cum Leone papa confusus sit, demonstrauit Iacobus Sirmond, dum epistulam ex codice Remensi edit, qui nunc est Berolinensis 84. cf. Ballerinos PL 54 p. 1237. 1238.

78. *Dilectissimis fratribus rustico rauennio uenerio et ceteris epis per gallias constitutis leo*; ep. 112 [*P*; damnationis Dioscori exemplum omissum est].

79. *Item epla leonis pape ad epos galliarum et hyspaniarum. Dilectissimis fribus uniuersis epis catholicis per gallias et hyspanias constitutis leo.* decret. 138 Ball. præter hanc collectionem ubi extet, non comperi; quod Quesnel se eam in Grimanico inuenisse dixit, error est.

80. *Item epla leonis pape ad theodosium augustum.* ep. 9

81. *Item epla leonis pape ad iulianum epm.* ep. 13

82. *Item epla pape* [sic] *ad flauianum epm constantinopolitanum.* ep. 14

83. *Item epla leonis pape ad theodosium augustum.* ep. 15

84. *Item epla leonis pape ad flauianum epm.* ep. 16

85. *Item epla leonis pape ad flauianum constantinopolitanum.* ep. 17

86. *Item epla leonis pape ad constantinopolitanos et plebi constantinopolim consistenti.* inscriptio cum intitulatione conflata est. ep. 19

87. *Item epla leonis pape ad nasthasium thessalonissensem epm. r.* ep. 20

88. *Item epla leonis pape ad flauianum constantinopolitanum epm.* ep. 21

89. *Item epla leonis pape ad iulianum epm. r.* ep. 22

90. *epla synodi ad constantinopolitanos. Leo et sca synodus que in urbe roma conuenit fausto martino petro et magno et helie pbro et archimandritis constantinopolitanis dilectissimis filiis in dno salutem.* ep. 24

91. *Item epla leonis ppe ad martianum pbrm.* ep. 32

92. *Item epla leonis pape ad marcianum augustum.* ep. 36

93. *Item epla leonis pape ad iulianum epm.* ep. 38

94. *Item epla leonis pape ad pulcheriam augustam.* ep. 42

95. *Item epla leonis pape ad anatholium constantinopol epm.* ep. 44

96. *Item epla leonis pape ad marcianum augustum.* ep. 46

97. *Item epla leonis pape ad pulcheriam augustam.* ep. 62

98. *Item epla leonis pape ad maximum antiochenum episcopum.* ep. 66

99. *Item epla leonis ppe ad leonem augustum.* ep. 87

100. *Item epla eiusdem ad eundem.* ep. 92

101. *Item epla eiusdem ad eundem.* ep. 97

102. *Item epla leonis pape ad pulcheriam augustam. Leo epc pulcherie auguste.* ep. 8.

Facile agnoscuntur duo corpora maiora, alterum quod ex collectione Bobbiensi deriuatum est, alterum ex Grimanica. ad illam pertinet continua series 59—65, dispersæ sunt 2. 41—43. 53. 55. 57; hæc inde a 80 usque ad 101 ita decurrit, ut omissæ sint eæ epistulæ quæ præcesserant ex Hispana siue ex Bobbiensi siue aliunde desumptæ. ceterum cognatio cum G^a artior est quam cum *G*; sunt loci quibus *I* a *G* in meliorem partem discedat, cf. p. 22, 25. 28. 23, 10. 32, 28. 33, 7/8. 43, 28. epistulam 8 primo propter notulam qualis in GG^a extat, omissam esse crediderim, postea mutato consilio receptam, sed in fine collocatam. præter has præsto erat ei qui duo corpora coniunxit, exemplar collectionis Quesnelianæ, unde seriem continuam corpori priori adnexuit [69—75, de 76 dubitari potest], nonnulla interspersit [44. 52. 54. 58. 66]. quascumque collector *I* ex Quesneliana recepit epistulas, inter eas sunt quas ipse Pseudoisidorus

ex eadem desumpsit [cf. supra p. xxx], præter nr. 74. 75; sed ordo diuersus est atque epistulæ 113 [66], quam integram habet *I*, Pseudoisidorus maximam partem omisit, quippe quam in epistula 104 haberi adnotatum est in Quesneliana. illi igitur nihil debetur præter I. 3—40 et figmentum 48. tribus igitur collectionibus, Bobbiensi Grimanicæ Quesnelianæ plurima debet collector, neque tamen eum præter illas nullam aliam habuisse licet contendere. collectionis enim Corbeiensis non lectiones tantum in ep. 82 [cf. p. 93, 10. 25], sed etiam epistula 112, quæ in una Corbeiensi extat, indicia sunt; ex aliis collectionibus proprie Gallicis desumpta sunt nr. 79 et 77. non facile est iudicium de epistula 5 [51]. deriuatam eam esse ex Epistularum ante gesta collectione probari uidetur lectionibus; quoniam uero ipsam illam nusquam alibi adhibuit collector, commodius est eius notitiam ex codice deriuare, quales sunt Montepessulanus aut Vossianus. ut finem faciam, id egisse collectorem manifestum est, ut quam plurimas epistulas Leonis colligeret. felicius res ei cessit in eis quæ concilio Chalcedonensi præcedunt, non desunt nisi ep. 4. 6. 10. 33. 40. 45. 48. 49; quod epp. 25. 26 omissæ sunt, facile excusatur. at rarescunt epistulæ quæ Marciano imperante post concilium scriptæ sunt; desunt enim epp. 57. 63. 72. 75—77. 80. 81. 83—85. epistularum denique quæ ad Leonis augusti tempora pertinent, maxima pars [epp. 88—91. 93. 94. 96. 98. 100—103] desideratur. decretalium parum nota est memoria quam ut de illis quicquam dicere audeam.

At iam satis sit descensus ad tenebras medii aeui. quæ in codicibus sæculo XI recentioribus, inprimis Gallicis extant collectiones multæ et uariæ, nihil exhibent nisi farraginem editori inutilem. nullam continent epistulam genuinam quæ desit in collectionibus quas descripsi; nullam præbent lectionem bonam quæ in illis non inueniatur, plurimas uero corruptas et interpolatas, quibus tempus et chartam impendere non aliud est quam puluerem conuerrere.

VI DE COLLECTIONVM ORIGINIBVS

Quas in hac præfatione descripsi et in editione ipsa proposui Leonis epistularum collectiones, earum quamuis ordine consilio magnitudine inter se discrepent, hoc omnium commune est quod nulla dici potest primaria, nulli, ne antiquissimis quidem sicut Quesnelianæ uel Casinensi, desunt uestigia quibus qui eas exploraturus est, ad antiquiora corpora reducatur, ita ut de earum forma antiquissima, mutuo conexu, uaria nouatione certa quædam proponere munus fiat arduum atque periculosum. at facilius non minus quam utilius est ad ipsa principia ascendere et quærere unde ipsa epistularum exempla ad eos peruenerint qui siue primi corpus aliquod composuerunt siue eis quæ inuenere composita, nouas epistularum copias addiderunt. tria illorum exemplorum genera distinguere posse mihi uideor, ea quæ librorum uice singillatim circumferebantur, ea siue ipsa siue eorum apographa quæ apud eos erant quibus epistulæ erant destinatæ, denique ea quæ ex epistulis quæ missæ erant, transcripta registroque inserta seruabantur in scrinio sedis apostolicæ indeque publicaturis edebantur.

Primum genus etsi eius non sunt epistulæ nisi paucæ, tamen minime dignum est quod prætermittatur. adscribantur ei oportet illæ epistulæ quas Leo ipse quam maxime operam dedit ut diuulgarentur, imprimis tomus ad Flauianum, de quo in uoluminis II præfatione erit agendum. de tomi alterius qui ad Leonem augustum missus est [ep. 104], memoria disputaui in *Abhndlg. d. Bayer. Akad. d. Wiss.* XXXII 6 p. 137 sqq.; addenda sunt quæ in huius præfationis capitulo IIII extremo dixi. neque aliter iudicandum est de epistula ad monachos Palæstinos [ep. 113], unde alterius tomi maxima pars desumpta est. epistula ad Constantinopolitanos [34] ut omnibus innotescat ecclesiæ filiis, operam dare ipse Leo iubet [p. 28, 24] archimandritas Constantinopolitanos, qui

ab eius parte stabant; epistulam ad Iulianum 5 dicit [p. 6, 13] paginam esse adiectam tomo ad Flauianum. epistulas quoque 11 ad Pulcheriam et 82 ad Iuuenalem, etsi proprie epistulæ sunt, huic generi adnumerandas esse mox apparebit. quoniam eiusmodi scriptiones et rebus atque oratione tractatuum similiores esse uidebantur quam epistularum et modo librorum singillatim circumferebantur, facile contigit ut externam quoque epistularum speciem amitterent, tempus quo scriptæ erant, iam non subscriberetur, intitulationisque atque inscriptionis loco poneretur titulus, cuius usus luculenta exempla præbent quæ in Collectione Auellana pro sollemnibus initii epistularis formulis Gelasii epistulis in tractatuum longitudinem extensis superscripta sunt: *incipit papæ Gelasii epistola ad Laurentium de Lignido* [81], *papæ Gelasii contra Pelagianam hæresim* [94], *Gelasi episcopi urbis Romæ ad Dardanios* [95]; notentur *incipit* et nomen scriptoris genetiuo dictum, quæ propria sunt libri titulorum, non epistulæ. hæc indicia epistularum uice librorum singillatim diuulgatorum omnia apparent in epistulis de quibus modo dixi [104. 34. 5], et epp. 11. 82, quales extant in collectionibus Corbeiensi et Laudunensi, neque tamen in eis solis. diei notatione omnino carent ep. 11 et 34, quæ traditæ sunt præter istas collectiones in Grimanica, unde pendet Bobbiensis, et in Quesneliana, atque ep. 113 quæ in Quesneliana tantum extat, a ceteris propter similitudinem quæ ei est cum tomo altero [ep. 104], omittitur. tomo alteri deest temporis notatio præter collectionem Corbeiensem in duobus Quesnelianæ codicibus et in collectionibus Hispana et codicis Vaticani, falsas notationes hic et in ep. 5 inde exortas esse, quod primitus non extiterunt, exposui supra p. XXVIIII. XXX. contra morem suum collector Quesnelianæ superscribit epistulis LXXVIIII—LXXXI [ep. 11. 34. 113] INC̄ EPISTVLA SC̄I PAPAE LEONIS uel similia, omni initii epistularis formula omissa.

Eadem quæ primi generis clarissima præbet exempla collectio Corbeiensis, etiam unum non minus manifestum habet alterius, epistulam 112 plena fere instructam inscriptionis formula *dilectissimis fratribus* etc. et sollemni subscriptione *Dominus* [nescio an *Deus* scribendum sit] *uos incolumes custodiat, fratres carissimi.* scilicet collector quem in Gallia meridionali codicum Corbeiensis et Coloniensis patria opus suum confecisse ueri simillimum est, epistulæ, cuius inscriptio primos exhibet episcopos Narbonensem et Arelatensem, exemplum in sua ipsius prouincia inuentum dignum habuit quod ceteris late diuulgatis adiceret. multo uero plura et insignia huius generis documenta collegit ille qui Constantinopoli Epistularum ante Gesta Chalcedonensia corpus congessit, eiusque nouus editor Rusticus, quibus, sicut supra [p. XX] exposui, præsto erant et ipsarum Latinarum quales Constantinopolim erant missæ epistularum apographa et uersiones illarum Græcæ. inscriptionis intitulationisque formulas et Latinas et Græcas supra [p. XVII sq.] composui; inde plenarum formularum exempla commode petentur neque longa opus est explicatione, si hic illic uel in Φ^c uel in Φ^r uel in Græco desunt. non numquam formulam genuinc Latinam ex Græco mutatam esse [cf. II = ep. I. XVII = ep. 26. XXVI = ep. 24] non mirabitur si quis et Latina et Græca simul perscripta esse considerauerit; idem accidit in subscriptione II = ep. I. ceterum subscriptiones in Græco non numquam melius seruatæ sunt quam in Latino [cf. IIII = ep. 3, VIIII = ep. 5, X = ep. 10], excidit uero in Græco XIII = ep. 12.

Epistulas 5 ad Iulianum mutilatam, 8 ad Pulcheriam et 25 ad Theodosium Constantinopoli interpolatas et decurtatas esse supra [p. XXI sq.] demonstraui; quoniam præter collectionem Constantinopolitanam hæc in Grimanica, illa in Grimanica et Ratisbonensi extet, epistulæ 5 lectiones, ut breuiter dicam, Constantinopolitanæ in utramque intrusæ sint, fieri non posse quin utrique collectori corpus epistularum Constantinopolitanum præsto fuisse concludatur. probabile igitur etiam alias epistulas ex eodem fonte aut

in utramque aut in alteram collectionem defluxisse. quod constat de epistula 4: habet enim in Grimanica contra illius consuetudinem formulam inscriptionis longiorem et caret diei notatione, sicut in collectione Constantinopolitana. in epistulæ 24 inscriptione formula plena quæ est *dilectissimis filiis in domino salutem* [p. 25, 9] Grimanicæ communis est cum Constantinopolitanæ editione a Rustico confecta, sed alterum quoque exemplar illi præsto fuisse probatur lectione mixta quæ est p. 25, 8. ibi Φ exhibet pro *Manuehele* [cf. Μανουηλίωι in Græco] corruptelam *magno heliæ*, ueram lectionem *et Emmanuhele* Ratisbonensis debet exemplo ex scrinio Romano deriuato. utraque coniuncta et male correcta est in *G*: *et magno et heliæ et emmanuhelo.*

Præter Grimanicam et Ratisbonensem ei quoque uiro non indocto librorumque copia non modica potito qui Hispanam redegit, collectionem Constantinopolitanam etsi non ipsam, tamen per corpus aliquod inde deriuatum præsto fuisse inde constat quod Petri episcopi Rauennensis epistula ad Eutychen [cf. XLI supra p. VII] ex nulla alia collectione nisi Constantinopolitana desumpta esse potest putari neque tamen ex ipsa qualis in Φ^c et Φ^r extat; altera enim pars in Hispana omissa est. quoniam uero epistularum 1 atque 3 et inscriptionis formula longior et subscriptio genuine Latina seruata est non in Hispana tantum, sed etiam in collectione codicis Vaticani, non uideo quid aliud concludi possit quam has duas epistulas ex collectione Constantinopolitana in corpus aliquod delatas esse, quod uterque collector adhibuerit.

Tertio generi, quod epistulas complectitur quæ per uarios et exploraturo paene inaccessibiles riuulos in collectiones quæ nunc extant, defluxerunt ex scrinii sedis apostolicæ registro, non dubium est quin longe maxima pars epistularum quas haec editio continet, uindicanda sit; nequa oriatur ambiguitas, expressis uerbis ab hac uindicatione decretales excipi pronuntio. registri quæ a uiris rerum diplomaticarum peritis [cf. v. Heckel, *Archiv f. Urkundenforschung* 1, 439] certa esse indicia censentur, non rara sunt inprimis in collectione Grimanica; quod ea sæpe uncis inclusi, quoniam ab ipsa Leonis oratione aliena sunt, nunc ægre fero. iam enumerabo quæ huc pertinent.

Rubro adscribitur nota *a pari* in collectione Grimanica epistulis 31. 33. 89. etiam manifestius registrum proditur epistula 90. 91. duæ sunt in Grimanica, altera *Basilio episcopo Antiocheno* inscripta, altera *Euxitheo episcopo Thessalonicensi et Iuuenali Hierosolimorum a pari*, in qua ea quæ Basilio specialiter scripta sunt [p. 97, 33—98, 2], omittuntur. at Ratisbonensis epistulas has in unam coniungit inscriptione duobus nominibus pleniore instructam; in fine initii notula est VSQVE HIC BASILIO. tres epistulas *generales*, id est eodem tenore præter pauca conscriptas se misisse, unam ad Antiochenum, alteram ad Hierosolymitanum, tertiam ad Illyrios episcopos ipse Leo Aetio presbytero Constantinopolitano eodem die qui illis epistulis subscriptus est, adnuntiat [p. 99, 31 sq.]. manifestum est utrumque collectorem exemplum ex registro oriundum uaria ratione operi suo accommodasse.

Similiter nonnumquam nomen portitoris in registro adscriptum fuisse docuit O. Günther [*Sitzungsber. d. Wien. Akad. d. Wiss.* 134, 53]. cuius usus exempla non infrequentia extant iterum imprimis in collectione Grimanica, unde pendet Bobbiensis [ep. 47. 51. 70]; in ep. 66 accedit collectio codicis Vaticani, in epp. 54. 79 Quesneliana, cuius in epp. 99 et 116 [in epimetro præfationis] testimonium unicum est. quamuis pauca sint, sufficiunt hæc aliarum collectionum testimonia ut notas istas non collectoris alicuius additamenta esse probetur. cum nota de portitore coniuncta est in Grimanica Bobbiensi Quesneliana alia de argumento in ep. 54 per *Lucianum episcopum et Basilium diaconum de ambitu Anatolii*, neque raro in collectionibus Grimanica et Bobbiensi huiusmodi notæ inscriptionem secuntur [cf. epp. 29. 37. 55. 56. 58. 59. 60. 61. 67. 69. 72. 81.

88. 95], quas omnes ad registri rubra reducendas esse demonstratur exemplis quæ v. Heckel l. c. collegit.

Certissimum, sed quod huc usque a uiris doctis non obseruatum est, registri indicium est nota GL, quæ in ipso contextu multis extat locis, quos adiuncta collectionum memoria propono: p. 3, 19 *GM om.* G^a *E*; p. 11, 23 *EM*, gloriosissime *G*; p. 17, 25 *GM om. E*; p. 37, 32 *GE* gloriosissima augusta *S*; p. 38, 29 *GEMV*; p. 41, 21 *G* gloriosissime imperator *S*; p. 42, 23 *GE* gloriosus [*siue* gloriose *siue* gloriosissimus] imperator *S*; p. 43, 26 *GEMV*; p. 47, 30 *GM om. AO*; p. 48, 23 *GE* gloriose [*siue* gloriosissime] imperator *S*; p. 50, 4 GG^a *MV* gloriæ *AO om. E*; p. 50, 25 GG^a *om. E*; p. 55, 27 GG^a gloria [*siue* gloriæ] *Q* gloriosissime fili et clementissime auguste *St om. E*; p. 67, 15 *G* gloriosissime auguste *S om. E* ἐνδοξότατε καὶ φιλανθρωπότατε υἱὲ καὶ αὐτοκράτορ αὔγουστε uersio Græca; p. 68, 19 *GMV om. E;* p. 96, 6 *GMVL* gloria [*siue* gloriam] *H om. E*; p. 98, 30 *GMV om. E*; p. 103, 14 *GMV* gloriosissime *N*; p. 105, 23 *GE om. Q*; p. 111, 35 *GEMV*. adiungo locum epistulæ Leonis quæ extat in collectione Auellana 51: ibi enim p. 117, 11 sub *gloriæ* nihil latet nisi eadem abbreuiatio GL. quibus litteris significari appellationem quandam sollemnem et certam augusti uel augustæ, cuius ipsa uerba nescio an optime seruauerit uersio Græca epistulæ 61 ad Marcianum, non minus clarum est quam usum abbreuiandi adeo fixum sibique constantem commoditati librariorum non deberi, sed ortum esse in ipso apostolicæ sedis scrinio per notarios qui ea epistularum papalium exempla scribebant quæ registro insererentur.

Fuit cum uiri docti certis registri indiciis adnumerarent intitulationis inscriptionisque formulam breuem qua eius nomen qui scripsit epistulam, præponitur ei qui accepturus est, atque appellationes salutationesque omittuntur. quam opinionem postquam primus impugnauit Theodorus Mommsen, ita ualidis argumentis refellit Haroldus Steinacker [*Mittlg. d. Instit. f. oesterr. Geschichtsforsch.* 23, 1 sqq.; præterea cf. v. Heckel, *Archiv f. Urkundenforsch.* 1, 436 sqq.; Bresslau, *Urkundenlehre* 1^2 p. 116 sqq.], ut iam inter peritos nemo dubitet quin inscriptionis intitulationisque plenæ formulæ sollemnesque subscriptiones a notariis qui registra conficiebant, transcriptæ sint. at non minus constat epistularum, quæ ne cum decretalibus commisceantur, iterum iterumque moneo, collectores hanc registri notariorum consuetudinem quamuis firmam atque sollemnem non secutos esse nisi rarissime. in Leonis epistularum collectionibus tam multis et uariis, si excipitur Epistularum ante gesta Chalcedonensia collectio, quæ Constantinopoli confecta nihil ex scrinio Romano desumpsit, et ep. 112 collectionis Corbeiensis, de qua supra p. XXXVI disserui, formula plena atque subscriptio sollemnis non inuenitur nisi ter, bis in Grimanica, semel in Quesneliana. epistula ad Theodoretum [71], quæ seruata est per unum collectorem Grimanicum, quoniam Bobbiensis collectionis nulla est propria auctoritas, quin registro scrinii papalis debeatur, nulla est dubitatio; etsi enim episcopi Cyrrensis contra Iustinianum defensoribus utilissima fuisset, nullum ne tenuissimum quidem eius uestigium extat neque apud Vigilium Rusticumue neque apud doctum et sollertem omnium pro tribus capitulis argumentorum rimatorem Facundum. sed felici casu contigit collectori et ipsi concilii quinti aduersario ut Romæ in scrinio inueniretur epistula qua Theodoreti memoriæ grauissima Leonis auctoritas succurreret, cui auctoritati ne quidquam demeretur, initii formulam subscriptionemque ita integram reliquit, ut ne notam quidem, quæ est *et alia manu*, omitteret. ceterum eum epistulam a se collectioni antiquiori, quam denuo recensendam augendamque suscepit, adiectam non eo loco inseruisse quo secundum temporum rationem deberet, supra [p. XXVIIII] exposui. alterum in Grimanica exemplum epistulæ plena fere inscriptionis formula instructæ est ep. 100, quam et ipsam ex

registro desumptam a collectore demum Grimanico adiectam esse censuerim. tertium exemplum præbetur Quesneliana collectione, qua sola epistulæ 52 plena initii formula et sollemnis clausula, nota tamen *et alia manu* omissa, seruata est. epistularum illic ultima est [XCVII, sequitur decretalis]; quod contra collectoris consuetudinem epistula quæ præcedit, nota EXPLICIT instructa est, inde nescio an concludere liceat hanc ipsam quasi ex postliminio esse intrusam. ceterum eam a collectore non ex ipso registro esse desumptam, sed per aliam collectionem ad eum peruenisse constat; nam in initii formula [p. 51, 31] falsa extat lectio *Calchedonam* pro *Nicæam.*

Ab his plenæ formulæ ex registro deriuandæ exemplis procul habenda est inscriptio et intitulatio insolita et ficta quæ inuenitur in epp. 2 et 7 ad Theodosium imperatorem. quarum altera [2] in Grimanica et Ratisbonensi collectionibus solitam formulam breuiorem exhibet, in Casinensi uero *Cæsari Theodosio religiosissimo et piissimo semper augusto Leo papa ecclesiæ catholicæ urbis Romæ.* talem appellationum pompam ficticiam eum collectorem sibi excogitasse facilis est coniectura, qui cum epistulas secundum dignitatem eorum ad quos missæ erant, disponeret, primam earum quæ ad imperatorem scriptæ erant, splendido initio ornandam esse censeret. at primi collectoris Casinensis hoc studium non fuisse testatur epistulæ 7 memoria. quæ in Epistularum ante Gesta collectione formulam præ se fert longiorem et legitimam, in Ratisbonensi secundum huius collectionis consuetudinem breuiorem; in Grimanica uero et Quesneliana eadem illa pompa præfulget atque secundum collectionem Casinensem in epistula 2: *Cæsari Theodosio religiosissimo et piissimo augusto Leo papa ecclesiæ catholicæ urbis Romæ.* etiam haec epistula aliquo modo pro prima haberi potest; est enim in Quesneliana non ordine quidem, sed tempore prior duarum ad Theodosium missarum quæ illic extant. reducimur igitur ad collectionem Casinensi similem, sed antiquiorem neque tamen sæculi sexti initio multo posteriorem; ulterius enim progredi per ætatem Quesnelianæ non licet. notandum denique uel illo tempore collectorem aliquem ausum fuisse episcopo Romano nomen papæ adscripsisse quasi ab ipso usurpatum sit, sed ita restrinxisse ut adderet *ecclesiæ catholicæ urbis Romæ*, quod mihi quidem clericum Romanum redolere uidetur.

Ceteræ quæ in Leonis epistularum collectionibus extant epistulæ præter eam quæ epistularum ante Gesta Chalcedonensia Constantinopoli confecta est, uel eas quæ librorum modo singillatim circumferebantur, eæ omnes initii formulam habent breuem. quod *episcopus* modo deest, modo additur uel in *papa* mutatur, quod alteri nomini dignitas uel ciuitas non semper adicitur, sed sicubi frequenter occurrit, omittitur, his uariationibus a collectoribus introductis nihil derogatur firmæ sibique constanti consuetudini qua præcipiebatur ut aliter quam in epistularum exemplis siue missis siue in registrum collocatis nomen papæ antecederet, sequeretur nomen eius cui epistula destinata est, omni appellationum et salutationum apparatu omisso. neque huiusmodi seuera breuiloquentia propria est collectionum quæ Leonis epistulas continent; regnat etiam in collectione Auellana. Leonis epistulæ [51—55] præter unam [54], quæ ad presbyteros et diaconos missa est, Simplicii [56—69] omnes formula breui introducuntur; ueram enim epistulæ 56 inscriptionem non esse eam quæ in Vaticano extat ZENONI AVGVSTO SIMPLICIVS EPISCOPVS, sed quæ in Berolinensi SIMPLICIVS BASILISCO AVGVSTO, uel Otto Günther concessit Vaticanum non bene in editione secutus. etiam ualidius firmæ collectorum consuetudinis documentum est longa Hormisdæ epistularum series quam collector Auellanus ex registro ita desumpsit ut formulæ plenæ illic transcriptæ loco ubique breuem reponeret. neque aliter tractatæ sunt Agapeti epistulæ [82. 86—88. 91]; quod in Iohannis papæ secundi [84] Vigiliique [83. 92. 93] epistulis ad Iustinianum et Menam

episcopum Constantinopolitanum plena formula seruata est, nescio an ex ipso qui tunc erat rerum status, explicandum sit. a consuetudinis norma unius Gelasii epistulæ discedere uidentur; si excipiuntur tractatus de quibus supra [p. xxxvi] egi, trium epistularum [79. 96. 98] formula plena seruata est, in una [101] tantum in breuem mutata. his paucis exemplis contra ipsam regulam nihil probari manifestum est.

Præter Auellanam et Leonis epistularum collectiones extat corpus epistularum Cælestini ad Orientales episcopos de causa damnationis Nestorii Constantinopolitani, quod edidi t. I uol. 2. antiquissima corporis recensio extat in codice Frisingensi; eius ordinem mutauit Xystique epistulas addidit collector Veronensis. præterea quinque epistularum extat et Græca uersio et textus, ut ita dicam, Constantinopolitanus; nam et epistularum quæ Gestis Ephesenis præmittebantur, uersionibus Græcis exemplaria Latina olim præmissa erant. at in corpore Frisingensi epistulæ semper introducuntur formula breui, præter ep. 5 [p. 15, 8], ubi additur *in domino salutem.* neque hanc regulam mutauit collector Veronensis; sicubi plena extat formula [ep. 2 p. 7,3], debetur uersioni Latinæ gestorum. at collectionis Constantinopolitanæ [ep. 1. 2. 5] propria est formula plena; in ep. 7 ex Græco mutata est.

Hæc consuetudinis norma nimis constat, per nimis longum tempus sine alteratione perdurat quam ut collectorum siue librariorum inuentioni et arbitrio uindicetur. neque multum proficitur, si collectores non formulas plenas ipsarum epistularum, sed rubra tantum ex registro transcripsisse censentur. ut rubra registri isdem uerbis concepta fuisse concedam, quibus quæ in collectionibus habentur formulæ breues, unde collectoribus, non huic uel illi, sed omnibus in mentem uenit ut registri rubra ipsis epistulis præponerent? unde consuetudinis constantia atque auctoritas? altius in ipsas res penetrandum est et quærendum quibus epistularum papalium collectiones conficere et edere licuerit. decretales constituta sunt publico usui destinata, sicut imperatorum constitutiones et rescripta; longe aliter epistulæ: paucæ multis scribuntur, pleræque singulis neque eo consilio ut publice edantur. antiquissima epistularum papalium collectio est Frisingensis earum quas Cælestinus ad episcopos Orientis misit de damnatione Nestorii. ultima [26] tam breui tempore ante Cælestini mortem scripta est, ut ab illo ipso collectionem institutam esse credi non possit, sed etiam minus credibile est eam clerico alicui deberi curiositatum rimatori. res noua tunc temporis erat corpus epistularum episcopi Romani editum omniumque lectioni oblatum, neque ista nouatio caruit consilio ac fine. non agebatur ipsius causa concilii Epheseni, cuius accurata notitia per totum sæculum quintum in Occidente ne desiderabatur quidem, neque suberat studium Cyrillum Cyrillique doctrinas defendendi ac propagandi, sed Nestorium damnatum esse demonstrabatur auctoritate sedis apostolicæ cum sede Alexandrina more tradito sociatæ. eiusmodi consilium non erat clerici alicuius, sed eius qui cum archidiaconus esset Cælestini, Cassianum instigauit ut contra Nestorium pugnaret, postea ipsam sedem apostolicam nactus Nestorium Eutychenque sui temporis hæreticos et componere et inter se opponere non cessauit, ipsius Leonis papæ. illius hortatu Cælestini epistulas ad Orientis episcopos de damnatione Nestorii ex registro desumptas atque editas esse crediderim, illius præcepto deberi ut initio epistularum omni appellationum salutationumque pompa recisa prius, sicut in imperatorum epistulis, poneretur papæ nomen, tum eius cui epistula erat destinata.

Longe pluribus epistulis quam prodecessor pro auctoritate sedis apostolicæ ipse Leo papa certauit multoque dignioribus quæ colligerentur atque ederentur. neque tamen illæ ex registro erui atque publicari cœptæ sunt, postquam ipse qui scripsit, mortuus est. loco superiore quo de collectione Auellana egi [p. xiiii], in nulla collectione

epistulam extare dixi ætate posteriorem tomo altero qui scriptus est d. 17. VIII 458, per Auellanam tamen constare epistulas etiam post hoc tempus a Leone in Orientem missas esse nullo modo a ceteris quæ in collectionibus editæ sunt, diuersas atque ex eo ipso quod istæ tantum epistulæ a collectore Auellano in corpus suum receptæ sint, propter illius rationes et consilia debere concludi uel Vigilii tempore nullam extitisse Leonis epistularum collectionem quæ terminum tomi alterius excederet. hoc aliter explicari posse non uideo quam ita ut ponatur Leone uiuo simul atque tomo illo ad Leonem augustum misso, quo sibi et ecclesiæ Romanæ quasi culmen et fastigium pugnæ per tot annos pro fide Chalcedonensi gestæ imposuisse uisus est, ut clarum et manifestum horum laborum existeret testimonium, aut unam aut plures epistularum collectiones primarias esse institutas, quarum tanta fuerit auctoritas, ut quamuis postea iterum iterumque uel supplerentur uel in breuius redigerentur uel ordo mutaretur, numquam tamen præter Auellanæ collectorem nouitatum auiditati omnia postponentem ullus collector illum terminum neglegere auderet. cuius rei miræ sane et quæ ne leuiter prætereatur, dignissimæ probabilior causa non potest reperiri quam quod illæ primariæ collectiones siue una siue plures ipsius papæ hortatu atque auctoritate confectæ sunt. neque eo uiuo cuiuis sine eius permissu aditum ad scrinium sedis apostolicæ patuisse, ut eius epistulas in publicum ederet, non caret quo probetur. nulla collectio tam aperta et manifesta editionis præ se fert indicia ex ipso scrinio sedis apostolicæ iussu Leonis confectæ quam Nouariensis de re Eutychis [cf. t. IIII 2 p. XIIII sq. et ipsa eius editio in huius tomi uolumine 2, 1, quod proximo tempore in lucem prodibit], quæ terminata est simul atque Leo de concilio Epheseno altero certior factus est et antequam Theodosii augusti mortis nuntium accepit. illi quæ una inserta est ipsius epistula celeberrima ad Flauianum, quam ipse per totum mundum diuulgari uoluit, tamen subscripta est ET ALIA MANV: TIBVRTIVS NOTARIVS IVSSV DOMNI MEI VENERABILIS PAPAE LEONIS EDIDI. ecce quomodo Leone uiuo illæ eius epistulæ editæ sunt quæ ex registro desumebantur. non aliter quam in Cælestini epistularum corpore, etiam in Leonis obseruabatur præceptum de formula initiali epistulis præmittenda et inde ita inualuit illa norma et regula, ut per tempora posteriora perduraret. ipsas uero primarias collectiones quales Leonis tempore congestæ erant, non seruatas esse neque ex eis quæ seruatæ sunt, restitui posse quis miretur? canonum Nicænorum et Serdicensium uersio antiquissima quæ Romæ facta est ipsorum pontificum auspiciis [cf. *Sitzungsber. d. Berl. Akad.* 1930, 629], interiit præter unum uel duo codices, nouis uersionibus non multo post exortis obscurata obliuionemque perpessa. Leonis epistularum collectiones antiquiores, Quesnelianam Casinensem codicis Vaticani ex amplioribus excerptas esse manifestum est; si quis postea, cum trium capitulorum controuersia zelum fidei Chalcedonensis Leonisque uenerationem eiusque epistularum studium denuo incitaret, collectiones primarias renouari cœptas esse non sine nouis additamentis putauerit, me non habebit obloquentem, dum teneatur de his tenebris aliquid conici, nihil tamen sciri posse.

VII DE EDITIONIBVS

Haud multo postquam ars typothetarum e cunabulis egressa est, Leonis epistulæ una cum sermonibus edi cœptæ sunt secutæque sunt multæ editiones, omnes tamen ex codicibus siue manu scriptis siue impressis sine iudicio, sicut casus ferebat, deriuatæ, quas si quis noscere desiderauerit, Schoenemanni operosam loquacitatem consulat. primus textum ex codicibus iudicio uasta doctrina instructo et secundum artis criticæ præcepta recensuit Paschasius Quesnel in Leonis operum editionis quæ Parisiis a. 1675 prodiit, tomo priore; altero edita est collectio quæ ab eo nomen accepit. ut innumeris

locis textum corruptelis et interpolationibus codicum uulgarium purgaret, inprimis ope codicis Grimanici ei contigit, ad quem tunc in Oratorii Parisiensis bibliotheca asseruatum ei qui Oratorianus erat, liber patuit aditus. tamen minime is erat qui cæca mente codicem describeret, sed haud paucos locos sagaciter emendauit, sicut animaduerti, dum primus post eum codicem Grimanicum confero. acris ingenii audacia, magis etiam fidei cui deuotus erat, zelo in plurimos errores se abripi passus est, sed tanta eius erat et sagacitas et eruditio, ut uel ex eius erroribus plerumque aliquid discatur. summopere autem de ecclesiasticæ historiæ monumentis meritus est quod antiquam illam collectionem edidit integram et quamquam codicibus minoris pretii adhibitis falsisque de collectionis origine opinionibus prolatis suæ ipse operæ multum ademit utilitatis, tamen exemplum proposuit præclarum, quod si posteri non pigriores fuissent quam ut imitari uellent, non usque ad hunc diem destituti mansissemus uel Dionysianæ uel Hispanæ uel qualiscumque decretalium collectionis editione critica.

Quanta certamina uehemens usque ad uitæ finem doctrinæ Jansenianæ propugnator incurrerit quæque fata subierit, enarrare non meum est neque huius loci; sufficiat mentio damnationis cui a. 1676 Leonis operum editio ab Indicis congregatione subiecta est [cf. Reusch, *d. Index der verbotenen Bücher* 2 p. 661]. quæ condemnatio num præter regiones ipsi pontificiæ potestati subiectas editioni multum damni attulerit, dubitare licet; constat alteram ab ipso scriptore curatam editionem a. 1700 Lugduni esse publicatam. at Romæ ægerrime ferebatur quod optima omnibusque ceteris copiosior celeberrimi pontificis operum editio homini hæretico deberetur, diu tamen nemo inuentus est qui opus damnatum meliore profligare auderet, donec Petrus Thomas Cacciari Carmelita se hoc munus suscepturum non sine strepitu et clamore promisit atque a Clemente papa XII licentiam adeptus est quicquid monumentorum in Vaticana bibliotheca extaret quod ad illud opus conferre posset, exscribendi et euulgandi [Leonis opp. ed. Cacciari I p. II]. quis alter fuerit, cui sicut Ballerini in præfatione narrant, idem pontifex una cum isto Carmelita editionem Leonis operum nouam mandauerit, nescio. Cacciari primo opus serio labore aggredi uidebatur; a. 1736 codicis Grimanici quod editionis Quesnelianæ firmissimum fuisse subsidium cognouit, apographon Parisiis faciendum curauit [cf. supra p. XXIIII]. sed mox ad alia conuersus uelut Rufini historiæ ecclesiasticæ editionem quæ a. 1740 prodiit, longa mora interminabilique cunctatione spem quam curiæ olim inspirauerat, adeo fefellit, ut Benedictus papa XIV a. 1748 Petro Ballerino qui tunc temporis in causa quadam reipublicæ Venetæ Romæ erat, munus imposuit Leonis operum nouam conficiendi editionem quæ Quesnelianam superando faceret superfluam. ille adsociato fratre Hieronymo tantum laboris operi impendit, ut tomus prior eorum editionis, quo et sermones et epistulæ continebantur, a. 1753 prodiret. festinationis causa erat æmulatio Thomæ Cacciari. qui cum Ballerini mandatum pontificis nacti essent, opus dudum relictum denuo aggressus primo a. 1751 exercitationes in uniuersa Leonis opera publicauit conuiciis ineptis in Quesnellum referta, quibus se curiæ placiturum esse sperauit, tum a. 1753—1755 duos editionis tomos confecit, in quorum fine [t. II p. 498] Ballerinos ridicula fictione impetiit: *iam uero noua hac Romana Leoninarum Epistolarum Collectione perfecta, adhuc unum Volumen, nono Kal. Martii currentis anni* (1755), *nobis euoluendum oblatum est, in cuius fronte legitur*, sequitur titulus primi tomi editionis Ballerinæ. *Palmarem autem Typographi errorem* (*contra Clarissimorum Editorum forte uoluntatem*) *huiusmodi temporis notam* (MDCCLIII) *præ se ferre, et pro ea, anno MDCCLV., aut saltem MDCCCLIV. labente, esse legendum, nostros lectores admonendos esse censuimus, ne quis uidelicet, nos de socordiæ uitio insimulet, qui cum in nostris Prolegomenis de omnibus præcedentibus Editionibus sermonem habuissemus, et ex omnibus aliqua subsidia mutuati*

simus, unam præterito Januarii mense euulgatam, nostræ omnino coæuam, et errore dumtaxat anteriorem, præteriisse uideamur. frustra gloriam quasi prior ad metam peruenisset, captauit homo futtiliter loquax assiduique laboris impatiens; nihil in libro raptim conscripto præstitit quod editori utile sit, iustamque eius opus in obliuionem cecidit ipso tempore quo in lucem prodiit.

Anno 1757 Ballerinorum opus ad finem perductum est. quod eis munus impositum est ut editionem Quesnelianam superarent, hoc, si opera tota inter se comparauerit, etiam emunctæ naris iudex impletum esse non cunctabitur concedere. ipse dum textum denuo ex codicibus construendo illorum operam uocabulis tenus examino, iterum iterumque admiratus sum quali apti rectique sensu ducti orationem Leonis restituerint quamuis optimorum codicum ope non sine culpa siue ipsorum siue Benedicti papæ destituti. cum enim, sicut ipsi dicunt, iudicatum esset interesse plurimum Romani pontificis opera ad Romanos præcipue codices exigere, noluerunt denuo aut ipsi aut per alios peritos adire thesauros bibliothecarum Gallicanarum quippe quos Quesnel et post eum Coustant, qui artis criticæ ignarissimus erat, satis accurate explorassent, neque hic defectus compensatus est codicibus Ratisbonensi et Vindobonensibus quamuis pretiosis multoque minus magna mole collectionum uel Pseudoisidoriana recentiorum, quarum interpolationibus afferendis operam chartamque frustra impenderunt. ita factum est ut non infrequenter imprimis deprauata collectionis Hispanæ progenie in errores perducti codicisque Grimanici parum accurata instructi notitia falsam lectionem ueræ iam a Quesnello inuentæ præferrent, qui tamen defectus facilius excusatur quam quod nullibi ex eorum notis criticis cognoscere licet quali textus fundamento superstructus quoque modo omnino traditus sit. at in hoc sæculum suum splendide superauerunt quod codicum longas series enumerare otiosum rati collectiones antiquas primi inter se distinxerunt ueramque meruerunt immortalitatem appendice editioni adiecta qua finem sibi propositum ut Quesnelli de collectione quam inuenit, errores refellerent, longe supergressi canonicarum collectionum Occidentalium historiæ fundamenta ea iecerunt quæ fere omnia emendatione egerent, nulla tamen usque ad ima concuterentur.

Non superfluum igitur erat opus Leonis epistulas post uiros illos denuo edere; quærat autem quis num Actorum Chalcedonensium editori hoc munus suscipiendum fuerit neque suffecerit Epistularum ante illa gesta collectionem noua opera recensere. attamen ne illæ quidem epistulæ sicut Cyrillianæ pæne omnes per acta Ephesena, ita per Chalcedonensia tantummodo traditæ sunt, sed etiam per alias collectiones quas qui totas non nouerit, ne illam quidem Chalcedonensem recensere poterit. magis etiam commouit ipsarum ratio rerum; sicut ipse pontifex fidei Chalcedonensis acerrimus uindex fuit, ita eius epistulæ concilii historiæ adeo coniunctæ complexæ quasi intextæ sunt, ut concilii gesta sine Leonis epistulis non intellegi ac ne legi quidem possint. cum igitur illarum editionem tomo alteri inserendam esse constituissem, dua mihi constiterunt quæ ante omnia essent obseruanda, primo decretales quippe quæ et per se ipsas ab epistulis essent diuersæ et diuersis modis traditæ, procul esse habendas, tum collectiones uetustas omnino in ipsa editione esse repræsentandas utpote et ipsas ueræ rerum historiæ testes, quas qui neglexerit, numquam in ipsa seriæ seueræque rerum gestarum cognitionis intrabit penetralia.

Sicut ante paucos annos mors mihi erat deploranda amici et collegæ Argentoratensis Henrici Bresslau, ita nunc, cum alterius tomi primitias edo, tristi animo memoriam recolo amicorum qui huic operi strenue inde ab initiis fauebant, Ricardi Reitzenstein per maximam uitæ partem amici fidelissimi atque Iohannis de Schubert historiæ ecclesiasti-

cæ peritissimi, inprimis uero Cuthberti Hamiltonis Turner non studiis tantum laboribusque mihi coniuncti, sed magis etiam amicitiæ succurrere atque adiuuare semper paratæ sinceritate singulari ac ne belli quidem turbis interrupta.

VIII EPIMETRVM

1. Culpa mea accidit ut dum eas ex Quesneliana seligo epistulas quæ in ceteris collectionibus præter *I* non extant, epistulam xcv omitterem neque animaduerterem quid commiserim, donec toto textus corpore typis impresso epistula suo loco reddi iam non potuit. ne editioni deesset, nihil restabat nisi ut hoc loco ederetur, qui ne lectores fugeret, per omnes indices eius disertam mentionem feci. iam ipsam exhibeo epistulam:

XCV 116 Leo Anatolio episcopo per Patricium diaconum. Lectis dilectionis tuæ litteris quas per filium nostrum Patricium diaconum direxisti, intellexi tibi studium meæ sollicitudinis displicere, qua secundum dominicam caritatem, quam tibi a nobis impendi ex-
ep. 102 perimentis plurimis approbasti, de cauendis his qui communi fidei aduersari dicerentur, ammonui, ne ad neglegentiam rectoris referretur, si quisquam in ecclesia catholica ea prædicare præsumeret quæ hæreticorum sensibus conuenirent. quod utrum ueraciter fama iactaret, dilectionis tuæ inquirendum iudicio delegaui neque in aliquo honorem tuum læsi, cui discutienda ea quæ ad me erant perlata, commisi, ut scilicet Atticus presbyter, quem talia audere cognoueram, nisi perfecta se satisfactione purgasset et non solum uoce hæreticos, sed etiam propriæ manus suscriptione damnasset, a communionis gratia esset alienus. qui scripta mittendo dubiæ fidei et professionis incertæ confirmauit magis quam diluit quidquid ad nos de eo fama pertulerat, cum si conscientiam suam uoluisset probare sinceram, non Eutychen sibi odiosum fuisse, sed quod perfidiam ipsius reprobaret atque damnaret, debuerat confiteri, quia aliud sunt humanæ etiam inter catholicos simultates, aliud diabolici, quos fides catholica damnat, errores. et ideo, frater karissime, in nullo debes de nostra dilectione dubitare, si prophetæ exemplum sequaris
Ps. 138, 21 et dicas: n o n n e q u i t e o d e r a n t, d o m i n e, o d e r a m e o s e t s u p e r i n i m i c o s t u o s t a b e s c e b a m? per omnia enim te uolo esse certissimum quod sicut meam existimationem inlæsam cupio permanere, ita opto te quoque in omnibus inreprehensibilem reperiri. prædictus autem ut ab omni suspicione contraria liber appareat, quid in Eutychen anathematizet ac damnet, euidenter ostendat et in damnationem erroris expressi remota omni dubitatione suscribat, ita ut Calchedonensis synodi definitionem de fide,
ep. 64 cui etiam dilectio tua suscribendo consensit et quam apostolicæ sedis firmauit auctoritas, profiteatur se per omnia seruaturum adiecta suscriptione propriæ manus, quæ in ecclesia Christiano populo præsente recitetur, ut pro catholica fide neque nos neglegentes neque ipse ultra suspectus habeatur. qui si in eadem prauitate perdurans præcepto salubri parere noluerit, sententiam synodi Calchedonensis, cuius definitionibus resultat, excipiat.

d. 28. m. Mart. a. 458 DAT̄ V K̄ APRIL̄ GL̄ P̄ MAIORIANO AVḠ CONS̄

22 ita ut — 24 seruaturum *adfert Pelagius in ep.* III *ad episc. Histriæ* [*t.* IIII *2 p. 115, 19*]

Q [= *e* (*inde a* 25 recitetur), *twx*], *I*
inscr. item ep̄la leonis ad natholium ep̄m per patrium missa *I* 1 Leo ep̄s *I* per — diaconum *om. I* 4 communis *I* aduersarii *I* 15 quos] quod *I* 17 illos *I* 18 uolo te *I* 18/19 estimationem *I* 25 nos] eos *I* 26 susceptus *I* p̄ceptis salubribus *I* 28 data *Q*[ewx] *I* xv *I* gl(orioso) p(rincipe) *om. I* *in fine add.* contuli *Q*

2. Ex codice Parisino tum regio 940, nunc bibliothecæ nationalis 1379 Iohannes Baptista Cotelier in Ecclesiæ græcæ monumentis I p. 66 excerptum edidit ex Anatolii epistula ad Leonem, quod ex illo libro in editionem suam Leonis epistularum Ballerini receperunt sub numero 53. insunt codici isti neque epistularum collectiones neque gesta siue Chalcedonensis siue alius concilii uniuersalis uel particularis, sed in primis paginis excerptorum farrago, quæ lectorem temporis parcum et festinantem primo uarietate molesta et, ut uidetur, inextricabili uexant, si tamen patienter legere perrexerit qui ista excerpta secuntur tractatus, unum idemque consilium atque hi tractatus manifestant; hi uero intenta opera dignissimi sunt. nullum uidi codicem qui tam sit singularis, tantopere moueat legentis curiositatem, tam uiuidam uariamque offerat imaginem eorum ecclesiæ regnique Constantinopolitani temporum quæ non amplius quinquaginta annis ab exitio finali distabant. has copias exhaurire neque huius loci est neque meum; ne tamen insigne historiæ monumentum denuo tenebris mergatur, collegam historiæ Constantinopolitanæ me longe peritiorem F. Dœlger rogaui ut codici quantum possit studii atque operæ impendat. ipse satis habeo ea breuiter exponere quæ necessaria sunt ut codicis ratio et consilium uel obiter perspiciatur, et cum excerptorum complexum proponere, cui inhæret Anatolii epistula ad Leonem. atque primum quidem codex non apographon est a librario confectum, sed ipsius manu perscriptum Macarii episcopi Ancyræ [f. 9r. 55r. 87u. 40u], qui cum acriter pugnasset contra electionem patriarchæ Matthiæ [f. 19r. 30r. 43r] neque cessasset, postquam ille ab imperatore Manuele Palæologo ex Italia reduce sedi patriarchali denuo impositus est, a patriarcha et synodo sua sede priuatus est, cuius decreti tempus enotatur f. 60r κατὰ μῆνα Σεπτέβριον [sic] τῆς ἐνισταμένης ιδ′ ἰνδικτιῶνος τοῦ ϛϡιδ′ ἔτους [= a. 1405 p. Chr.]. isti contra patriarcham scriptorisque deiectionem pugnæ destinata sunt quæcumque excerpta uel tractatibus f. 1—8u præmittuntur uel ingenti multitudine atque undique doctrina non spernenda corrasa ipsis tractatibus inserta sunt. ea uero excerptorum congeries ad quam Anatolii pertinet epistula, est hæc [f. 6r]:

ὅτι ὅσοι ἀρχιερεῖς εὑρίσκονται, ἐν τῆι βασιλίδι πόλει ἡ τούτων συνέλευσις καὶ χωρὶς πατριάρχου σύνοδός ἐστι καὶ καλεῖται

ἐκ τοῦ πρακτικοῦ τῆς δ′ συνόδου πρᾶξις ιθ′ [in mg.]. Οἱ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες εἶπον· Λεγέτω ἡ ἁγία σύνοδος εἰ χρὴ καλεῖν σύνοδον τῶν ἐπιδημούντων τῆι βασιλίδι πόλει ἐπισκόπων τὴν συνέλευσιν. Τρύφων ἐπίσκοπος Χίου εἶπε· Σύνοδος καλεῖται καὶ συνάγονται· καὶ οἱ καταπονούμενοι τῶν δικαίων ἀπολαύουσιν. Ἀνατόλιος ὁ εὐλαβέστατος ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως εἶπε· Συνήθεια ἄνωθεν κεκράτηκε τοὺς ἐνδημοῦντας τῆι μεγαλωνύμωι πόλει ἁγιωτάτους ἐπισκόπους ἡνίκα καιρὸς καλέσηι περὶ ἀνακυπτόντων τινῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων συνεῖναι καὶ διατυποῦν ἕκαστα καὶ ἀποκρίσεως ἀξιοῦν τοὺς δεομένους [L IIII 546 = M VII 92, in excerpto nonnulla omissa sunt]

τοῦ αὐτοῦ [in textu]. Ἐκ τῆς βασιλικῆς κελεύσεως πρὸς τὸν Κωνσταντινουπόλεως Ἀνατόλιον περὶ τῆς ἀνακομιδῆς τοῦ λειψάνου τοῦ ἐν ἁγίοις Φλαβιανοῦ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως· Ταῖς αἰτήσεσι τοῦτο μὲν τῆς ἁγίας συνόδου τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων τῶν ἐνδημούντων τῆιδε τῆι ἐνδοξοτάτηι πόλει, τοῦτο δὲ καὶ τῶν εὐλαβεστάτων κληρικῶν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πάντων τῶν οἰκητόρων τῆσδε τῆς μεγαλωνύμου πόλεως, ὧν τῆι παρακλήσει καὶ ἡ τῆς σῆς θεοφιλείας τῆς τὰ αὐτὰ ἀξιούσης προσετέθη σύνεσις [noua atque inedita]

Ἐκ τῆς ἐπιστολῆς Ἀνατολίου Κωνσταντινουπόλεως πρὸς τὸν Ῥώμης Λέοντα

Καὶ γὰρ ὁ εὐσεβέστατος καὶ φιλόχριστος ἡμῶν βασιλεὺς Θεοδόσιος ὁ δεύτερα τὰ λοιπὰ τῶν θείων ἡγούμενος τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἁγιωτάτης ἐκκλησίας τοῦ ποιμαίνοντος χηρευούσης ὀφειλούσης τε τυχεῖν τοῦ ταύτην ἰθύναι [sic] δυναμένου, πλείστην τούτου ποιησάμενος τὴν φροντίδα πρότερον μὲν ἐπέτρεψε τῶι κατ' αὐτὴν εὐλαβεστάτωι

κλήρωι τοὺς ἐπιτηδειοτέρους εἰς ἐπιστασίαν μετὰ δοκιμασίας ψηφίσασθαι τὴν ἐπιλογὴν ἑαυτῶι τοῦ πάντων ἐκκρίτου ταμιευσάμενος· εἶτα διχονοίας ἀμέτρου ἐν τούτοις ἀναφυείσης καὶ πάντων ἐντεῦθεν περὶ πολλοὺς μεριζομένων τὰς γνώμας κελεύει τοὺς διάγοντας ἐν τῆι βασιλευούσηι καὶ ἐξ ἑτέρων πόλεων τινῶν ἕνεκεν, οἷα συμβαίνει, χρειῶν κληρικοὺς ἀνερευνᾶσθαι ἐφ' ὧι τε τὸν ἐκ τούτων ἄμεινον [sic] δίχα πάσης προσπαθείας εἰς τὴν ἐπισκοπὴν προαχθῆναι. οὕτω γεγονότος ἔδοξε λοιπὸν τοῖς κρατοῦσι τῶν ὅλων ἐπιτραπῆναι κλήρωι τὴν ἐπιλογὴν τοῦ πρωτεύοντος καὶ ἰδοὺ φθάνει ἡ ψῆφος ἐπ' ἐμὲ τὸν ἐλάχιστον οὐ κατὰ τὴν ἐμὴν δικαιωσύνην [sic], ἀλλ' ἵνα πάντως ἐν ἐμοὶ ἐνδείξηται Χριστὸς Ἰησοῦς τὴν πᾶσαν μακροθυμίαν αὐτοῦ κατὰ τὸν ἀπόστολον [I Tim. 1, 16]. ὅθεν γέγονεν ἔργον τῆι ἐνδημούσηι ἁγίαι συνόδωι ἀνυπερθέτως εἰς τὴν ἐπ' ἐμοὶ χειροτονίαν ἐλθεῖν.

Γράφει δὲ καὶ τὸ δῆθεν ἀθωωτικόν [i. e. epistula synodalis quæ patriarchæ Matthæi electionem defendebat atque a scriptore sæpissime adfertur et impugnatur; addere solet δῆθεν ut significet re uera ista scriptione Matthæi innocentiam non probari]· Ψήφων γὰρ ἐν αὐτῆι ἤτοι τῆι ἁγιωτάτηι μεγάληι ἐκκλησίαι τελουμένων οὐδεὶς ἄπεστι τῶν ἐνδημούντων ἀρχιερέων τῆι βασιλίδι ταύτηι τῶν πόλεων ἀντὶ τῆς ἐπαρχίας πάσης σχεδὸν τῶν τοιούτων λογιζομένων. καὶ εἰς τὸ μήνυμα δὲ τῶν ἀρχιερέων ἔστιν ὅτε τριῶν ὄντων τῶν ψηφισαμένων θείαν καὶ ἱερὰν καὶ μεγάλην σύνοδον τούτους καλεῖσθαι· καὶ πολλὰ δὲ τοιαῦτα ἐστὶν εὑρεῖν.

Sacram Marciani qua Flauiani reliquiæ Constantinopolim reduci iussæ sunt [cf. huius uoluminis p. 38, 2] ex collectione quadam quæ Gestis Chalcedonensibus præmissa erat, desumptam esse testis est ipse scriptor; quæ enim ipse præmittit τοῦ αὐτοῦ, non referri possunt nisi ad eam quæ præcedit notam marginalem ἐκ τοῦ πρακτικοῦ τῆς δ' συνόδου. conferri potest breuis illa historica narratio quæ in Collectione ante Gesta epistularum M 8 Pulcheriæ ad Leonem epistulæ subicitur. facile est conicere etiam Anatolii ad Leonem epistulam, cuius excerptum sacram sequitur, eiusdem πρακτικοῦ frustulum esse neque quod nullum illius epistulæ in Collectionibus Græcis, nedum Latinis uestigium iam extat, coniecturæ meæ obstare censebit si quis pensauerit quantum inter se distent collectiones quæ Gestis antecedunt quotque noua e. gr. ex Collectione codicum Arundeliani 529 et Parisini 1115 primis Gestorum Chalcedonensibus editionibus accesserint.

Monachii mense Augusto h. s. XXXI

E. Schwartz

CORRIGENDA

p. 4, 7 *pro* diceremus *legendum* plenius disceremus
p. 13, 13 in mg. *legendum* Lc. 3, 18
p. 14, 16 in mg. *legendum* d. 13. m. Mai. a. 449
p. 18, 11 nota *legendum* dī *GI*
p. 33, 21 in mg. *legendum* 1 Ioh. 4, 2. 3
p. 37 sub textu *addendum* 34 — p. 38, 1 reduxistis *adfert Vigilius Coll. Auell.* 83, 287
p. 52 sub textu *addendum* 19—23 alienis *adfert Vigilius Coll. Auell.* 83, 285
p. 53, 2 in mg. *legendum* a. 451
p. 57, 16 nota *legendum* era CCCCLXL *S*
p. 60 sub textu *addendum* 7—14 impellas *adfert Facundus* 5, 4
p. 61 sub textu *addendum* 1—4 uiuunt *adfert Facundus* 2, 3
p. 65 sub textu *addendum* 1—4 desinat *adferuntur in Pelagii ep.* III *ad episcopos Histriae* p. 118, 3
p. 68, 12 in nota *legendum* era CCCCLXLI *S*
p. 71 sub textu *addendum* 2 et fraterna — 5 sententiam *adfert Facundus* 5, 4. 2, 6
p. 74 sub textu *addendum* 23—28 rationem *adfert Pelagius in ep.* II *ad episcopos Histriae* p. 109, 36. 26 — p. 75, 5 *adfert Facundus* 5, 4
p. 77, 33 in mg. *legendum* a. 453
p. 84, 25 nota *legendum* era CCCCLXLII *S*
p. 91, 27 nota *legendum* leo episcopus *QLHI*
p. 104, 5 in mg. *delendum* 105
p. 106 sub textu *addendum* 5 nec in aliquam — 8 *adfert Pelagius l. c.* p. 117, 6
p. 106 sub textu 17. 18 et 35—107, 1 *pro* p. 112 *legendum* p. 114
p. 106 sub textu *legendum adfert Vigilius* Coll. Auell. 83, 291. 33 — p. 107, 10 *adfert Facundus* 5, 5
p. 110 sub textu *addendum* 27 — p. 111, 1 resultare *adfert Facundus* 2, 6
p. 151 in mg. superiore *legendum* EPISTVLA 110
p. 155, 9 *delenda* Incp̄ eiusdem *P^c et in fine lineae addendum* deest in *P^c*

COLLECTIO GRIMANICA

G = Codex Parisinus bibliothecae Mazarinae 1645 s. VIIII

E = Codex Monacensis [olim Ratisbonensis] 14540 s. VIIII

Collectio Casinensis

- *M* = Codex Casinensis 2 s. XIII
- *V* = Codex Vaticanus 1319 s. XII

G^a = Codex Ambrosianus [olim Bobbiensis] C 238 inf. s. X

I = Codex Vaticanus 1340 s. XIII

S = Collectio Hispana

- *d* = Codex Escorial. d i 2 s. X
- *e* = Codex Escorial. e i 12 s. X
- *f* = Codex Escorial. d i 1 s. X
- *m* = Codex Matritensis 1872 s. XI
- *t* = Codex Matritensis [olim Toletanus] 10041 s. XI

Q = Collectio Quesneliana

- *a* = Codex Atrebatensis 644 s. X
- *e* = Codex Einsidlensis 191 s. X
- *t* = Codex Parisinus 3848[a] s. X
- *w* = Codex Vindobonensis 2141 s. X
- *x* = Codex Vindobonensis 2147 s. X

P = Collectio Corbeiensis

- *a* = Codex Parisinus 12097 s. VI
- *c* = Codex Coloniensis 213 s. VII
- *p* = Codex Parisinus 1564 s. X

P^l = Codex Laudunensis 122 s. X

L = Collectio codicis Vaticani

- α = Codex Vaticanus 1342 s. VIIII
- β = Codex Barberinus 679 s. VIIII
- γ = Codex Laurentianus bibl. aed. 82 s. X

H = Collectio Hadriana [potius Dionysiana] aucta

- *d* = Codex Vaticanus 5845 s. XI
- *e* = Codex Monacensis 14008 s. X
- *g* = Codex Vallicellianus A 5 s. X

T = Codex Vaticanus 5751 s. VIIII

N = Collectio codicis encyclii

- *p* = Codex Parisinus 12098 s. X
- *w* = Codex Vindobonensis 397 s. X

T^o = Codex Tolosanus 364 s. VII

t = Codex Albigensis 2 s. VIIII

J = Codex Parisinus 3848[b] s. X

U = Codex Veronensis LIX s. VII

Gestorum Chalcedonensium Collectio Vaticana

- *A* = Codicis Vaticani 1322 pars prior s. VIIII
- *O* = Codex Nouariensis 30 s. X

Φ = Epistularum collectiones Gestis Chalcedonensibus aut praemissae aut insertae

- *C* = Codex Parisinus 11611 s. VIIII
- *C^a* = Codex Parisinus 2777 s. VIIII
- *D* = Codex Montepessulanus 58 s. X
- *M* = Codex Casinensis 2 s. XIII
- *Y* = Codex Veronensis 58 s. X
- *y* = Codex Vaticanus 1323 s. XV ex *Y* transcriptus

X = Codex Leidensis Vossianus 122 s. VIIII

Z = Codex Montepessulanus 308 s. VIIII

1 [*inscr.* AD EVTHICYVM PBRM]. *Leo ep. 20 JK 418. Græca uersio extat in Epistularum Collectione B 2*

Leo Eutychi presbytero. Ad notitiam nostram tuæ dilectionis epistulis rettulisti quod Nestoriana hæresis quorundam rursus studiis pullularet. sollicitudinem tuam ex hac parte nobis placuisse rescribimus, quoniam index animi tui est sermo quem sumpsimus. unde non ambigis auctorem catholicae fidei dominum tibi in omnibus affuturum, nos autem cum plenius quorum hoc inprobitate fiat, potuerimus agnoscere, necesse est auxiliante domino prouidere quatenus nefandum uirus dudumque damnatum radicitus possit extingui.

Deus te custodiat incolumem, dilectissime fili.

DAT KL IVN POSTVMIANO ET ZENONE CONSS — d. 1. m. Iun a. 448

2 [*inscr.* AD THEODOSIVM]. *Leo ep. 24 JK 421 = E 1*

Leo Theodosio augusto. Quantum præsidii dominus ecclesiæ suæ in fide uestræ clementiæ præpararit, etiam his litteris quas ad me misistis, ostenditur, ut uobis non solum regium, sed etiam sacerdotalem inesse animum gaudeamus, si quidem præter imperiales et publicas curas piissimam sollicitudinem Christianæ religionis habetis, ne scilicet in populo dei aut schismata aut hæreses aut ulla scandala conualescant, quia tunc est optimus regni uestri status, quando sempiternæ et incommutabili trinitati unius deitatis confessione seruitur, GL. quid autem in Constantinopolitana ecclesia perturbationis acciderit quod ita fratrem et coepiscopum meum Flauianum potuerit commouere ut Eutychen presbyterum communione priuaret, nondum potui euidenter agnoscere. quamuis enim praedictus presbyter ad sedem apostolicam per libellum

---

G, Φ [$CC^{a}DMY$], *S* [= *defmt*], *L* [= αβγ], *H* [= *deg*]

inscr. epistola leonis archiepiscopi romæ [romæ *om. M*] ad eutychem [eutychen pbrm *M*] scripta [scripta *om. MY*] *Φ* item [*om.* S^{emt}] scriptum leonis epcpi urbis romæ ad euticē constantinopolitanum abbatem aduersus nestorianam heresem *S* incipit epistola leonis epi ūr [uen̄ L^{γ} urbis romae *H*] ad eutychem [eutychetem *H*] prb atque hereticum *LH* 3 Leo — prbro *G* desiderantissimo filio eutychi [eutyche pbro *MΓ*] leo eps *ΦΓ* dilectissimo filio euticeti prbro leo eps [epcps salutem in xpo S^{d}] *SLH* epistulis $GC^{mg}D^{mg}Γ$ epistola $L^{\alpha\beta}H$ epstlam SL^{γ} litteris *Φ* 4 nestoriane *M* rursum L^{β} sursum L^{α} sursus L^{γ}, *corr.* L^{γ} pullulare $L^{\alpha\gamma}$, *corr.* L^{γ} pullularem L^{β} 5 quem] quod S^{efmt} *L*, *corr.* S^{e} 6 ambices C^{a} ambigas *MH* ἀμφιβάλῃς *Γ* 7 prauitate *H* poterimus GS^{f} 8 nefandorum C^{a} uirum *L*, *corr.* L^{γ} 10 deus—fili *SLH* deus te saluum custodiat, fili desiderantissime *ΦΓ om. G* 11 *om. SLHMΓ* data $C^{a}DY$

$GG^{a}EMI$

13 leo [leo episc *E*] — augusto *G* $G^{a}E$ cesari theodosio religiosissimo et piissimo semper augusto leo papa ecclesie catholice urbis rome *M om. I* fidei *G* G^{a} 14 præpararet *G* G^{a} preparauit *M* his etiam *I* quam *M* 15 animum inesse *I* esse *M* præter] ter *M* 16 habeatis *E* habens *M* 17 heresis *G* aut — scandala *om. M* 18 nri *M* quando *om. M* 19 in unius *E* unus *M* seruitus *G* seruetur G^{a} reseruetur *M* GL *om.* $G^{a}EI$ constantiniana *G* 20 per turbationes *M* turbationis *E* 21 commoueri G^{a} ut] et *G* 21 communionem *G*

doloris sui querimoniam miserit, breuiter tamen aliqua prælibauit asserens se Nicænæ synodi constituta seruantem frustra in fidei diuersitate culpatum, Eusebii autem episcopi accusatoris eius libellus, cuius exemplaria ad nos memoratus presbyter misit, de obiectionum euidentia nihil habebat et cum presbytero haereseos crimen intenderet, quem tamen in eo sensum argueret, non euidenter expressit, quamuis et ipse episcopus Nicænæ synodi profiteretur se inhærere decretis. propter quod non habuimus unde aliquid diceremus, et quia causæ meritum, fidei ratio et laudabilis sollicitudo uestræ pietatis exigit, necesse est locum iam subreptionibus non patere, sed prius de quibus eum æstiment arguendum, instrui nos oportet, ut possit congrue de bene cognitis
cp. 3 iudicari. ad prædictum autem episcopum litteras dedi, quibus mihi displicere cognosceret quod ea quæ in tanta causa gesta fuerant, etiam nunc silentio detineret, cum studere debuerit primitus nobis cuncta reserare. quem credimus uel post ammonitionem omnia ad nostram notitiam relaturum, ut in lucem deductis his quæ adhuc uidentur occulta, id quod euangelicæ et apostolicæ doctrinæ conuenit, iudicetur.

d. 18. m. Febr. a. 449 DAT̄ XII K̄L MART̄ ASTVRIO ET PROTOGENE CONSS

3 [*inscr.* AD FLAVIANVM EPM̄]. *Leo ep. 23 JK 420 = E 2. Græca uersio extat in Epistularum Collectione B 4*

Leo Flauiano episcopo Constantinopolitano. Cum Christianissimus et clementissimus imperator sancta et laudabili fide pro ecclesiæ catholicæ pace sollicitus ad nos scripta transmiserit de his quæ apud uos perturbationis strepitum commouerunt, miramur fraternitatem tuam, quidquid illud scandali fuit, nobis silere potuisse et non potius procurasse ut primitus nos insinuatio [magis] tuæ relationis instrueret, ne de rerum gestarum fide possemus ambigere. accepimus etenim libellum Eutychis presbyteri, qui se queritur accusante Eusebio episcopo inmerito communione priuatum, maxime

GGᵃEMI

1 querimonia *G* niceni *GGᵃ* nicine *M* 3 accusatores *M* p̄dictus *I* 3/4 de obiectionis *GᵃI* deo unum *M* 4 euidentiam *GᵃE* habebant *GGᵃM* intenderent *M* 5 *inter* tamen *et* in eo *extat in M fragmentum ad disputationem aliquam de Eutyche pertinens* eis *Gᵃ* sensu *GᵃE* arguerit *GᵃI* urgueret *M* 6 nicaeni *GGᵃ* profiteatur *GGᵃI* se *om. E* inhærere] in hac re esse *Gᵃ* 7 aliquid *om. M* diceremus *GGᵃMI* plenius disceremus *E* fidei] dī *M* 8 exegit *GᵃEI* iam locum *I* prius] quibus *G* 9 estimet *G* estimat *GᵃI* de bene cognitis congrue *I* 10/11 quod cognosceret quod *M* 11 deticeret *I* 12 nobis *om. M* reseruare *GGᵃ* 13 luce *GGᵃ* reductis *M* ductis *GGᵃ* 15 data *MI* xii *E* xii die *I* d [die *Gᵃ*] *GGᵃ* idus *M* K̄L *om. M* astorio *M* asterio *GᵃI* protegene *I*

3 *cf. Gesta Chalcedonensia 1, 734* = L iiii 230* M vi 800 [d. 13. m. Apr. a. 449] πρὸ ὀλίγων ἡμερῶν γράμματα τοῦ . . ἀρχιεπισκόπου τῆς ῾Ρωμαίων Λέοντος ἐνεφανίσθη ἡμῖν περιέχοντα ὡς ᾐτιάσατο ὁ εὐλαβέστατος ἀρχιμανδρίτης Εὐτυχὴς καὶ ἐπεκαλέσατο ἐν τῶι καιρῶι τῆς ζητήσεως τὴν ἡμετέραν ἀκρόασιν διὰ τοῦ λιβέλλου δόσεως

GE, *Φ* [= *CCᵃ*, *D* (21—p. 5, 3 *multa abscissa*), *MY*], *S* [= *defmt*], *L* [= αβγ], *H* [= *deg*]

inscr. incip̄ [*om. CᵃM*] ēpla scissimi archiēpi romæ leonis ad flauianum archiēpm̄ constantinopolitanum *Φ* ēpla leonis pape ad flauianum constantinopolitanum ēpm̄ ubi querit quid eutices contra fidem catholicam sentiens a communione ecclesiæ ab eo fuerit separatus *S* incip̄ ēpla leonis papæ [ēpi *Lβγ*] urbis romæ ad flauianum ēpm̄ constantinopolitanæ urbis *LH* 18 leo [leo episc̄ *E*] — constantinopolitano *GE* dilectissimo fratri flauiano [flauiano ēpo *CCᵃDY*] leo [leo ēps *Φ*] *Φ SLH om. Γ* xp̄ianus *G* 19 sancta et [ac *CCᵃDY*] laudabili fide *EΦΓ* sanctæ et laudabile fide *G* sanctæ laudabili fide *L* sanctæ et [et *om. Lγ H*] laudabilis fidei *S*, *Lγ corr.*, *H* ecclesia catholica pacis *H* sollicitos *L*, *corr. Lγ* 20 qui *S* perturbationes *CD* conturbationis *M* 21 quid *GSL* illi *CD* potuisset *H* 22 prius *E* nos *om. L*, *corr. Lγ* magis *CC*ᵃ*DY om. GEMSLHΓ* reuelationis *DLH* de *om. SL* 23 fidem *SLγ* possimus *GCᵃ* accipimus *G* enim *SLβHᵉ* eutychetis *GEMSLH* 24 inmeritum *L*

cum euocatum se affuisse testetur nec sui præsentiam denegasse, adeo ut in ipso iudicio libellum appellationis se asserat obtulisse nec tamen fuisse susceptum, qua ratione conpulsus sit ut contestatorios libellos in Constantinopolitana urbe proponeret. quibus rebus intercedentibus nondum agnoscimus qua iustitia a communione ecclesiæ fuerit separatus. sed respicientes ad causam, facti tui nosse uolumus rationem et usque ad nostram notitiam cuncta deferri, quoniam nos, qui sacerdotum domini matura uolumus esse iudicia, nihil possumus incognitis rebus in cuiusquam partis præiudicium definire, priusquam uniuersa quæ gesta sunt, ueraciter audiamus. et ideo fraternitas tua per idoneam maxime aptamque personam plenissima nobis relatione significet quid contra antiquam fidem nouitatis emerserit, quod seueriore sententia dignum fuerit uindicari. nam et ecclesiastica moderatio et religiosa piissimi principis fides multam nobis sollicitudinem Christianæ pacis indicunt, ut amputatis dissensionibus fides catholica inuiolata seruetur et his qui praua defendunt, ab errore reuocatis auctoritate nostra quorum fides probata fuerit, muniantur. nec aliqua poterit ex hac parte difficultas afferri, cum memoratus presbyter libello proprio sit professus paratum se esse ad corrigendum, si quid inuentum in se fuerit quod reprehensione sit dignum. decet enim in talibus causis hoc maxime prouideri ut sine strepitu concertationum et custodiatur caritas et ueritas defendatur, frater karissime. et ideo quia dilectio tua de tanta causa nos uidet necessario esse sollicitos, quam plenissime et lucide uniuersa nobis, quod ante facere debuit, indicare festinet, ne inter assertiones partium aliqua ambiguitate fallamur et dissensio, quæ in suis initiis abolenda est, nutriatur, cum in corde nostro ea obseruantia deo inspirante permaneat ne constitutiones uenerabilium patrum diuinitus roboratæ et ad soliditatem fidei pertinentes prava cuiusquam interpretatione uiolentur.

Deus te incolumem custodiat, frater karissime.

DAT XII KL MART ASTVRIO ET PROTOGENE CONSS d. 18. m. Febr. a. 449

4 [*inscr.* AD FAVSTVM PBRM]. *Leo ep. 72 JK 455. Græca uersio extat in Epistularum Collectione H 4*

Dilectissimo filio Fausto presbytero Leo episcopus. Gratum semper est mihi tuam adloqui caritatem et affectum salutationis exsoluere, quoniam [et] scio te probabilem et sincerissimæ fidei esse custodem et qui non circumducitur omni uento doctrinæ, sed in fundamento prophetarum et apostolorum, qui Christus est, firme consistere, ut cum uenerit filius hominis in diuinitate sua ad purgationem totius mundi, in electione

---

GE, *Φ* [= *CC^aDMY*], *S* [= *defmt*], *L* [= αβγ], *H* [= *deg*]

1 cum uocatum *C^aY* conuocatum *CD* testatur *YSL* nec suam *GEM* nec qui *L^{αγ}*, *corr. Lγ*, neque *Lβ* 2 asserit *Y* 3 in *om. H* 4 incedentibus *CC^aDY* necdum *SLH* quia *CD*, *corr. D* a *om. ELγH* 6 differri *Γ* 7 ignotis *G* inconditis *L*, *corr. Lγ* præiudicio *E* definiri *L*, *corr. Lγ* 9 plenissimam *G* plenissime *L*, *corr. Lγ* 10 quo *C^a* seueriori *S^{emt}Lβγ* seuerioris *Sf* seuiori *S^d* sententiam *E* 11 et *om. ΦS^eH* ecclesiæ *S* et *om. L. corr. Lγ* religiosissimi *SL* piissimi *om. SL* 12 pacis] pietatis *MH* inducunt *L^{αγ}H*, *corr. Lγ* ut *om. H* 13 hii *SL* reuocati *S^{de}Γ* uocati *S^{fmt}L* nostra auctoritate *SLH* 14 muniatur *GY^{corr}* aliquam *C^a* 16 inuentum fuerit in se *CD* in se fuerit inuentum *SLH* dicit *C^a* 17 et] ut *E* caritas custodiatur *S* 18 frater carissime *SLHΓ om. GEΦ* 19 necessariæ *GE* quem *M* nam *Y* 20 assertionis *L* 21 dispensio *L*, *corr. Lγ* ea *om. SL* 22 dei inspiratione *LH*, *corr. Lγ* nec *CDS^{defm}* constitutionis *L*, *corr. Lγ* 24 *om. GEΦ* 25 *om. SLHΓ* data *C^aDMY* mai̅ *G* Asturio — conss̅] consule supra scripto *M* austurio *Y* protegene *Y*

G, *Φ* [= *CC^a*, *D* (*multa abscissa*), *MY*]

inscr. ep̅la [incipit epistola *Y*] s̅cissimi archiep̅i romæ leonis ad faustum pbr̅m *Φ* 28 filio *GΓ om. Φ* 29 et *CDMY om. GC^aΓ* scito te *CD* 31 fundamenta *CD*

reperiaris frumentum, æternitatis qui dignus thesaurizari possis in horreis. susceptis itaque litteris per filium meum Parthenium reciprocam salutationem exsoluens exhortor tuam beatitudinem, fili karissime, ut non confundaris de euangelio generationis domini
1 Ioh. 5, 4. 5 Christi filii Dauid filii Abraham secundum carnem, quoniam hæc fides uincit mundum, quando quis credit quia Iesus est filius dei. si quæ uero fidei quæstiones inueniuntur, ammonemus ut de his quæ ad communem utilitatem pertinent, latius nobis scribas, libenter nobis suscipientibus qui ista detulerint.

5 [*inscr.* AD IVLIANVM EPM]. *Leo ep. 35 JK 429 = E 6. Græca uersio extat in Epistularum Collectione H 6*

Leo Iuliano episcopo Coensi. Licet per nostros quos ab urbe [pro fidei causa] direximus, plenissimas ad fratrem Flauianum litteras miserimus contra nimiæ impietatis errorem, tamen quia per filium nostrum Basilium diaconum scripta tuæ dilectionis accepimus, quæ multum nobis catholici sensus feruore placuerunt, etiam hanc paginam quæ illis epistulis consonaret, adiecimus, ut unanimiter atque constanter his qui euangelium Christi corrumpere cupiunt, resistatis, quoniam sancti spiritus in nobis atque in uobis una est eruditio eademque doctrina, quam quisque non recipit, non est membrum corporis Christi nec potest eo capite gloriari in quo naturam suam asserit non haberi. quid autem prodest inprudentissimo seni Nestorianæ hereseos nomine eorum lacerare opinionem quorum piissimam conuellere non potest fidem? cum quantum Nestorius a ueritate discessit deitatem uerbi ab assumpti hominis substantia separando, tantum a recto tramite etiam iste desciscat, qui unigenitum dei sic de utero beatæ uirginis prædicat natum, ut humani quidem corporis speciem gesserit, sed humanæ carnis ueritas uerbo unita non fuerit. de quo prodigio falsitatis quis non uideat quæ opinionum monstra
1 Tim. 2, 5 nascantur? negator enim mediatoris dei et hominum hominis Iesu Christi necesse est ut multis impietatibus impleatur eumque aut Apollinaris sibi uindicet aut Valentinus usurpet aut Manicheus optineat, quorum nullus in Christo humanæ carnis credidit ueritatem. qua utique non recepta non solum quod secundum carnem atque animam rationalem qui erat in forma dei, manens idem in forma serui homo natus, denegatur,

---

G, Φ [= *$CC^{a}DMY$*]

1 frumenti *$C^{a}Γ$* in horreis thesaurizari possis *M* 2 exhortor] exolu *spatium M* 3 domini nostri *Y* 5 quia] quoniam *Y* 6 communionem *M* letius *M* 7 libenter enim *M*

GE, Φ [= *$CC^{a}DMY$*], *Q* [= *aetwx*], *P* [= *acp*], *$P^{l}XZI$*

inscr. EPISTVLA [INC EPISTVLA *Y*] SCISSIMI ARCHIEPI ROMAE [ciuitatis romane *M*] LEONIS AD IVLIANVM EPM COHENSEM [choensium ciuitatis *M cf. Γ*] *Φ* INC [item *Z*] EPISTVLA LEONIS PAPAE [pape leonis *XZ*] AD IVLIANVM EPM [epm coensem *XZ*] *QXZ*, *in fine add. m. alt.* DE DAMNATIONE HERESIS EVTICHIANAE *Q^{ax}* incp [incp eiusdem *P^{c}* item eiusdem *P^{l}*] ad iulianum epm *PP^{l}* item epistola eiusdem ad iulianum cohensem epm *I* 10 leo episc iuuenali episc hierosoli *E* dilectissimo fratri iuliano [iuliano epo *I*] leo *ΦXZI om. QPP^{l}* ad *G* pro fidei causa *GEΦ, Q^{w} corr., XZIΓ om. QPP^{l}* 10/11 dixerimus *D* 11 fratrem nostrum *PΓ* misimus *P^{l}* 12 tamen quia] quamquam *C^{a}* diaconem *$P^{c}I$* 13 catholicis *CD* paginam hanc *M* 14 consonare *M* unianimiter *ECX*, *corr. E* consonanter *G* 16 recepit *$ECDMP^{p}X$* 18 inpudentissimo *$GC^{a}Y$* seni]si *erasum E* 19 piissima *E* non potest conuellere *G* conualere *Y* 20 desciscit *Y* deitate *P^{cp}* deitati *P^{a}* ueritatem *Y* ab *om. P^{ap}* substantiam *YP^{ap}* tanti *P^{ap}* tanto *Φ* 21 recti *$GQPP^{l}$*, *corr. Q^{aw}* iste *om. C^{a}* quia *C^{a}* di *$QPP^{l}Γ$* di filium *GEΦ, Q^{w} corr., XZI* 23 preiudicio *G* qui *G* 23/24 nascantur errores *G*, errores *Q^{w} in mg.* 24 nascuntur *$CC^{a}D$* negator — hominum [*om. PP^{l}*] hominis ihu xpi *$QPP^{l}XZI$* qui enim negat uerum [uerbum *CD* mediatorem di et hominum *G*] hominem ihm xpm *GEΦ cf. Γ et notam marginalem* uerum hominem ihm xpm i(n) a(lio) [sed *D*] mediatorem di et hominum [hominem *C*] *CD* est *om. G* 25 ut *om. Q* appollonaris *CDX* 27 quo *G* atque] autque *CD* 28 rationabilem *GP^{p}* fuit *P^{l}* natus est *PP^{l}*

sed etiam quod crucifixus est et mortuus ac sepultus quodque die tertio resurrexit et quod ad dexteram patris ad iudicandos uiuos et mortuos in eo corpore sit uenturus in quo est iudicatus, abnuitur, quia hæc redemptionis nostræ sacramenta uacuantur, si Christus ueram ueri hominis totamque naturam suscepisse non creditur. an quia manifesta erant signa diuina, falsa dicentur documenta corporea, et testimonia utriusque naturæ ualebunt, ut creator intellegatur, non ualebunt, ut creatura saluetur? quod deitatis est, caro non minuit; quod carnis est, deitas non peremit. idem enim et sempiternus ex patre et temporalis ex matre, in sua uirtute inuiolabilis, in nostra infirmitate passibilis, in deitate trinitatis cum patre et cum spiritu sancto unius eiusdemque naturæ, in susceptione autem hominis non unius substantiæ, sed unius eiusdemque personæ, ut idem esset diues in paupertate, omnipotens in abiectione, inpassibilis in supplicio, inmortalis in morte. nec enim uerbum aut in carnem aut in animam aliqua sui parte conuersum est, cum simplex et incommutabilis natura deitatis tota in sua sit semper essentia, nec damnum sui recipiens nec augmentum et sic adsumptam naturam beatificans, ut glorificata in glorificante permaneat. cur autem inconueniens aut inpossibile uideatur ut uerbum et caro atque anima unus Iesus Christus et unus dei hominisque sit filius, si caro et anima, quæ dissimilium naturarum sunt, unam faciunt etiam sine uerbi incarnatione personam? cum multo facilius sit ut hanc unitatem sui atque hominis deitatis præstet potestas quam ut eam in substantiis suis optineat solius humanitatis infirmitas. nec uerbum igitur in carnem nec in uerbum caro mutata est, sed utrumque in uno manet et unus in utroque est, non diuersitate diuisus, non permixtione confusus nec alter ex patre, alter ex matre, sed idem alter ex patre ante omne principium, alter de matre in fine sæculorum, ut esset mediator dei et homi- 1 Tim. 2, 5
num homo Iesus Christus, in quo habitaret plenitudo diuinitatis corpora- Col. 2, 9
liter, quia assumpti, non adsumentis prouectio est quod deus illum exaltauit et Phil. 2, 9-11
donauit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur cælestium terrestrium et infernorum et omnis lingua confiteatur quoniam dominus Iesus in gloria est dei patris. in eo uero quod Eutyches in episcopali iudicio ausus est dicere ante incarnationem duas in Christo fuisse naturas, post incarnationem autem unam, necessarium fuerat ut ad reddendam rationem professionis suæ crebris atque sollicitis iudicum interrogationibus urgueretur, ne tamquam inane aliquid præterflueret quod non nisi de haustu uenenatorum dogmatum

---

6–11 quod deitatis — personæ *adfert Innocentius Maronita t. IIII 2 p. 73*

GE, *Φ* [= CC^aDMY], *Q* [= *aetwx*], *P* [= *acp*], P^lXZI

1 est] cum *I om. M* quodque] quod *I* 2 patris sedet et *E* patris sedens *ZI* ad *om. Y* iudicandum C^a et] ac P^{cp} 3 iudicaturus *G* 4 ueri *om. M* credimus *M* an] ac *Γ* 4/5 manifestata P^l 5 erunt *CD* et] ac *GQ* 6 saluaeretur *X* 7 monuit *G* deitas] ueritas *P* perimit EQ^w *corr.*, P^l et] est et *P Innoc.* est *Z* 9 cum² *om. GP* unus *CD* 10 susceptionem EP^a 11 adiectione *Q*, *corr.* Q^w, abiectionem *E* 11/12 inpassibilis] et passibilis P^{ap} 12 in supplicio *om.* P^{ap} aut *om. P* carne GQP^cX, *corr.* Q^x 13 sui in *X* inmutabilis *P* commutabilis *X* 15 permaneant *I* autem *om. X* 16 uideantur *X* unus²] unius *YZ* 17 faciant *M* 18 incarnationem *G* persona *E* 19 deitati *XZ* prestat *X* suis *om. E* 20 carne *GE* uerbo *G* muta $Q^{ew}P^c$, *corr.* Q^w 21 et *om DI* unum *G* utraque C^a utroque idem aliter et unus in utroque *D* 22 patre nec P^{ap} alter³ *CDQX cf. Γ* aliter GEC^aMY, Q^e *corr.*, $PP^l X^{corr}$ *ZI* 23 alter *CDQ cf. Γ* aliter GEC^aMY, Q^e *corr.*, PP^lXZI finem *Z* 24 xps ihs *GΦ* inhabitaret $CMQP^{cl}I$ 25 adsumptio MP^{pl} 26 illi *om. X* 27 et terrestrium P^pXZ 27/28 confiteatur lingua *D* 28 quod *D* quia *PI* ihs xps Q^eP^pI, *corr.* Q^e 29–31 duas — rationem *om.* P^{ap} 30 una C^a 31 sua C^a iudicium $ECDMYP^cX$, *corr. EDYZ* 32 nec *CDXZ* inanem *E* superflueret C^a austo C^aQ, *corr.* Q^x uenatorum *GCX*, *corr. CX*, ueneratorum *E*

apparebat effusum. arbitror enim talia loquentem hoc habere persuasum quod anima quam saluator assumpsit, prius in cælis sit commorata quam de Maria uirgine nasceretur, eamque sibi uerbum in utero copularit. sed hoc catholicæ mentes auresque non tolerant, quia nihil secum dominus de cælo ueniens nostræ conditionis exhibuit. nec animam enim quæ anterior extitisset, nec carnem quæ non materni corporis esset, accepit. natura quippe nostra non sic assumpta est, ut prius creata post adsumeretur, sed ut ipsa assumptione crearetur. unde quod in Origene merito damnatum est, qui animarum, antequam corporibus insererentur, non solum uitas, sed et diuersas fuisse asseruit actiones, necesse est ut etiam in isto, nisi maluerit sententiam abdicare, plectatur. natiuitas enim domini secundum carnem quamuis habeat quædam propria, quibus humanæ conditionis initia transcendat, siue quod solus [ex sancto spiritu] ab inuiolata uirgine sine concupiscentia est conceptus et natus, siue quod ita uisceribus matris est editus, ut et fecunditas pareret et uirginitas permaneret, non alterius tamen naturæ erat eius caro quam nostræ nec alio illi quam ceteris hominibus anima est inspirata principio, quæ excelleret non diuersitate generis, sed sublimitate uirtutis. nihil enim carnis suæ habebat aduersum nec discordia desideriorum gignebat conpugnantiam uoluntatum. sensus corporei uigebant sine lege peccati et ueritas affectionum sub moderamine deitatis et mentis nec temptabatur illecebris nec cedebat iniuriis. uerus homo uero unitus est deo, nec secundum existentem prius animam deductus e cælo nec secundum carnem creatus ex nihilo, eandem gerens in uerbi deitate personam et tenens communem nobiscum in corpore animaque naturam. non enim esset dei hominumque mediator, nisi idem deus idemque homo in utroque et unus esset et uerus. incitat quidem nos ad latitudinem disserendi materiæ magnitudo, sed apud eruditionem tuam non est copia laborandum, præsertim cum iam per nostros ad fratrem Flauianum sufficientes litteras miserimus ad confirmandos animos non solum sacerdotum, sed etiam laicorum. præstabit, ut credimus, misericordia dei ut absque cuiusquam animæ detrimento possint aduersum diaboli dolos et sana defendi et uulnerata curari.

d. 13. m. Iun. 449 DAT ID IVN ASTVRIO ET PROTOGENE VV CC CONSS

GE, *Φ* [= CC^aDMY], *Q* [= *aetwx*], *P* [= *acp*], P^lXZI

1 apparebit *I* affusum *G* quod] ut GCC^aDY 2 animam CC^aDYP^a 3 eumque *M* utero] utroque *CD* copularet GCC^aDYP^aXZI copulari *M* mentis *GP*, *corr.* P^p 3/4 aurisque P^{ap}, *corr.* P^p 4 quoniam *EM* ueniens] descendens *M* 5 *post* quæ *eras.* non *E* ante anterior *Q* carne *E* maternis *G* 6 naturam — nostram *Y* ut non *Y* 7 post adsumeretur] sumeretur GCC^aDY assumeretur *M* Origene] uirgine C^a uirginem P^p damnatus *Y* 8 corporis *I* in corporibus *Y* inserentur C^aM uitam [uita *M*] *GΦ*, Q^w *corr.* asseruit fuisse *E* asseruet C^a fuisse asserit *I* 9 sententiam suam $EMPP^lI$ plectantur *Y* 10 habebat *X* 11 transcendant *Q*, *corr.* Q^x ex s͞c͞o spiritu CC^aDYXZI *Γ* *om.* *GEMQP* 12 carnis est *I* et] ut *CD* e uisceribus *P* est matris *I* 13 et *om.* *GQP* facunditas *Y* parceret *CD*, *corr.* *D*, pararet *Y* par esset P^a est *P* 14 caro *om.* *G* nostra *I* alia C^aP^lX est illi *M* animo est *M* 15 excellere *G* carni *Y* 16 discordiæ *G* gignebant *G* conpugnantia $EM^{corr.}$, Q^{etwx}, *corr.* Q^x, P^c Z^{corr} uoluptatum *M* uoluntatem P^{ap} 17 sensus — uigebant *om.* *M* corpore Q^{aex} corporis Q^t lege] sorde *P* afflictionum *I* moderatione *I* 18 sedebat *I* uerus *om.* *M* 19 est *om.* *I* prius *om.* *M* a *G* 20 creatur *E* 20/21 nobiscum communem [communionem P^c] *P* 20 commune MQ^{etwx}, *corr.* Q^x 21 animamque CC^aDQ^wP, *corr.* Q^w natura *E* esset non enim *CD* nam non esset *G* C^{mg} mediator dei et hominum *M* hominum qui CC^a 22 idem *om.* *XZ* et *om.* *XZI* et *om.* C^a quidem] que C^a enim *E* 23 disserendæ *X* materiæ] mariæ *CD* 24 per] fratres *I* nos *D* sufficienter MQ^w 25 etiam] et *Y* 25/26 prestabat *M* 26 cuiusque *XZ* 27 aduersus *M* et[a]]ut *I* *in fine add.* contuli Q^{aetx} deus te incolumem custodiat, s͞c͞e frater *post* 28 *add.* *M* *cf.* *Γ* 28 *om.* PP^l, *dies falsus. cf. p. 18,7* DATA EC^aMyQ^xXZI austurio *MY* asterio C^aXZI u͞u͞c con͞s *XZ* conss *GEΦ* uucc *Q*

6 [*inscr.* AD FLAVIANVM EPM]. *Leo ep. 27 Jk 422*

Leo Flauiano episcopo Constantinopolitano. Peruenisse ad nos tuæ dilectionis epistulas, ut primum uenientis filii nostri honorabilis uiri Rodani oportunitatem repperimus, indicamus, quæ nos de causa facerent certiores quam apud uos prauo dolemus errore commotam, ⟨et⟩ quam aliter de fide quam conuenit, hic qui dudum religiosi uidebatur propositi esse, sentiret, quem a traditione catholica non decuerat deuiare, sed in eadem quæ tenetur ab omnibus credulitate persistere. uerum de hac re plenius per eum qui ad nos tuæ dilectionis portauit epistulas, rescribimus, ut fraternitatem tuam quid de tota causa constitui debeat, instruamus. non enim patimur aut illum in suæ persuasionis prauitate persistere aut dilectionem tuam, quæ zelo fidei prauo et stulto resistit errori, diutina aduersæ partis inpugnatione turbari. supra dictum uero filium nostrum per quem has epistulas dedimus, hac uolumus qua dignum est affectione suscipias et eo ad nos remeante rescribas.

DAT XII KL IVN ASTVRIO ET PROTOGENE CONSS — d. 21. m. Mai a. 449

7 [*inscr.* AD THEODOSIVM AVG]. *Leo ep. 29 JK 424 = E 3. Græca uersio extat in Epistularum collectione H 10*

Cæsari Theodosio religiosissimo et piissimo augusto Leo papa ecclesiæ catholicæ urbis Romæ. Quantum rebus humanis consulere prouidentia diuina dignetur, sollicitudo clementiæ uestræ spiritu dei incitata demonstrat, quæ in catholica ecclesia nihil inpacatum, nihil uult esse diuersum, quoniam fides, quæ non nisi una est, in nullo potest sui esse dissimilis. unde licet Eutyches, quantum gestorum episcopalium ordo patefecit, imperite atque inprudenter errare detectus sit debueritque a sua, quæ merito reprobatur, persuasione discedere, quia tamen pietas uestra, quæ in honorem dei religiosissime catholicam diligit ueritatem, apud Ephesum constituit synodale iudicium, ut imperito seni ea in qua nimis caligat, ueritas innotescat, fratres meos Iulium episcopum et Renatum presbyterum et filium meum Hilarum diaconum misi, qui ad uicem præsentiæ meæ pro negotii qualitate sufficerent et qui eum secum deferrent iustitiæ ac benignitatis affectum, ut quia dubitari non potest quæ sit Christianæ confessionis integritas, et totius erroris prauitas damnaretur et si resipiscens, qui deuiauerat, pro uenia supplicaret, sacerdotalis ei beniuolentia subueniret, cum in libello suo quem ad nos misit, hoc saltem sibi ad promerendam ueniam reseruauerit, ut correcturum se esse promitteret quidquid nostra sententia de his quæ male senserat, inprobasset. quid autem catholica ecclesia uniuersaliter

---

G

3 oportunitate *G* 4 reperimus *G* 5 et quam *scripsi* quam *G* quoniam *Quesnel* 11 resistit errori *Quesnel* resisti terrore *G* 12 qua *Quesnel* quod *G*

GE, *Φ* [= CC^a *DMY*], *Q* [= *aetwx*], *I*

15/16 *inscr.* EPISTOLA SCISSIMI ARCHIEPI ROMAE [*om. M*] LEONIS AD IMPERATOREM THEODOSIVM *Φ* INCIPIT [*om. I*] EPISTVLA LEONIS [beati leonis *I*] PAPAE AD THEODOSIVM AVG Q^{aetw} *I om.* Q^x *E* 17/18 Cæsari — Romæ *GQI* Gloriosissimo et clementissimo Theodosio augusto Leo eps *Φ* leo episc theodosio augusto *E* 18 prouidentiam diuinam C^a 20/21 dissimilis — patefecit *om. CD* 21 quantam C^a imperitiæ *CD* 22 inpudenter C^a a *om. D* quæ merito reprobatur *E Φ* merito reprobabili $GQIC^{mg}$ 23 quoniam *QI* tam C^a honore *GY* religiosissimas *M* 24 apud Ephesum *om. EΓ* iudicium] concilium *QI* imperito — ea] imperitus *Q* 25 ueritas *om. QI* iulianum C^a *QI* et[1] *om. E* 26 diaconem *M* ad inuicem *CD* 27 secum deferent *G* secum deferet Q^e secunde feret Q^{aw}, *corr.* Q^{aw}, secundæ ferrent *CD* iustitiæ *om. M* ut] et *M* 29 uenias *C* supplicet *Q*, *corr.* Q^a ei *om. Y* 30 cum] quem *G* miserit *M* saltim GEC^a Q^{aewx}, *corr.* Q^{ax} 31 reseruarit *ME* reseruaret C^a reseruauit *QI* esse promitteret] expromitteret *G* 32 autem R(ubrica) *CD*

de sacramento dominicæ incarnationis credat et doceat, **ad fratrem et coepiscopum** meum Flauianum plenius continent scripta quæ misi.

d. 13. m. Iun. 449 DAT ID IVN ASTVRIO ET PROTOGENE CONSS

8 [*inscr.* AD PVLCH AVG]. *Leo ep. 30 JK 425 = E 4. Græca uersio extat in Epistularum collectione H 11. est genuinæ epistolæ* [*Coll. Grim. 11*] *exemplar consulto decurtatum et interpolatum*

1 Leo Pulcheriæ augustæ. Quantum sibi fiduciæ de fide uestræ clementiæ ecclesia dei debeat polliceri, multis probauimus sæpe documentis, dum, sicut spiritu sancto docente didicistis, illi per omnia potestatem uestram subicitis, cuius munere et protectione regnatis. unde quia contra integritatem fidei Christianæ dissensionem quandam in Constantinopolitana ecclesia Eutychete auctore generatam fratris et coepiscopi mei Flauiani relatione cognoui, ita ut totius causæ speciem synodalium gestorum textus ostenderet, dignum gloria uestra est ut error, qui de imperitia magis quam de uersutia natus est, auferatur priusquam ullas uires de consensu inprudentium pertina-
2 cia prauitatis acquirat. nam quantum Nestorius a ueritate excidit, dum dominum Iesum Christum de matre uirgine hominem solum asserit natum, tantum etiam hic a catholico tramite deuiauit, qui de eadem uirgine editum non nostræ credit esse naturæ, ut quod formam serui gessit, quod nostri similis fuit atque conformis, quædam nostræ carnis fuerit imago, non ueritas. nihil autem prodest dominum nostrum beatæ uirginis filium hominem dicere, si non illius generis ac seminis homo creditur, cuius
3 in ipso euangelii exordio prædicatur. unde multum doleo multumque contristor quod hic qui antea de humilitatis proposito laudabilis uidebatur, contra unicam spem nostram patrumque nostrorum uana et nimis peruersa audet astruere. qui cum uideret insipientiæ suæ sensum catholicis auribus displicere, reuocare se a sua opinione debuerat nec ita ecclesiæ præsules commouere, ut sententiam damnationis exciperet, quam utique, si in suo sensu uoluerit permanere, nullus poterit relaxare. sedis enim apostolicæ moderatio hanc temperantiam seruat, ut et seuerius agat cum obduratis et ueniam cupiat præstare correctis. quia ergo multa mihi fiducia est de pietatis tuæ sincerissima fide, obsecro clementiam tuam, GL, ut sicuti sancto studio tuo catholica
4 prædicatio semper adiuta est, ita nunc quoque eiusdem faueas libertati. non enim portiuncula aliqua fidei nostræ, quæ minus lucide sit clara, pulsatur, sed hoc imperita resultatio audet incessere, quod dominus in ecclesia sua neminem uoluit ignorare. et ideo pro uestræ pietatis consuetudine elaborare dignamini ut contra singulare sacramentum salutis humanæ quod blasphema insipientia protulit, ab omnium animis

---

GE, *Φ* [= $C C^a D M Y$], *Q* [= *aetwx*]

3 data $C^a M Y Q^{tx} I$ austurio *DM* austorio *Y* asterio $Q^t I$ protegene $Y Q^x$ *in fine add.* contuli *Q* *GE*, *Φ* [= $C C^a D M Y$], *I*

4 *inscr.* EPISTOLA [INCIPIT EPISTVLA *Y*] SCISSIMI LEONIS ARCHIEPI ROMAE [ROMANI C^a] AD PVLCHERIAM AVG *Φ* item epla leonis pape ad pulcheriam augustam *I* 7 Leo [leo eps *I*] — augustæ [augusto *E*] *GEI* Gloriosissime et clementissime filie pulcherie auguste leo eps *M* cf. *Γ*, *om.* $C C^a D Y$ de *om. CD* 8 multis *om. CD* 10 quia om. *Y* contra *om. M* integritate *G* 11 euthice *I* et eutychi *G* 12 ita *om. I* causa C^a 13 gloriæ uestræ *GI* 16 Christum *om. I* uirginis *I* asserit] assumpserit *Y* a *om.* C^a 17 credidit *I Γ* 19 dominum] dm̄ *C* nostrum] non C^a 20 hominis *CD* seminis] similis C^a decreditur *G* 22 ante *GI* 23 audeat *G* asserere *M* 24 sensu *E* 25 nec *MEΓ* ne $G C C^a D Y I$ ecclesia *C* p̃sulem *M* commouere *MEΓ* commoueret $G C C^a D Y I$ 26 qua *M* 27 reseruat $C C^a D$ et *om.* $G C^a$ 28 multum *CD* 29 clementiam tuam [tua *G*] GL [gloriosissima *E*] *GE* clementiam glorie tue *I* gloriosissimam [gloriosam *MY*] clementiam tuam *Φ* sicut *MI* sequuti *CD* 31 quæ *om. M* lucida $C^a M$ licide *Y* est *M* pulsatus *D* 32 neminam *C* 33 et laborare C^a dignemini *M* 34 quod contra — salutis humanæ blasphema *EM*

repellatur ac si ipse qui in hac temptatione incidit, resipiscit, ita ut quod male senserat, propria uoce et suscriptione condemnet, communio illi sui ordinis reformetur. quod etiam fratri et coepiscopo meo Flauiano me clementia uestra scripsisse cognoscat et his quos misimus, delegasse ut uenia concedatur, si error aboletur. ne autem piissimi principis dispositioni qua episcopale concilium uoluit congregari, nostra uideretur præsentia defuisse, fratres meos Iulium episcopum Renatum presbyterum et filium meum Hilarum diaconum misi, qui uicem præsentiæ meæ implere sufficerent. sed ei qui in errore est, melius consuletur, si ubi desipuit, ibidem resipiscat, et ubi damnationem meruit, illic indulgentiam consequatur.

DAT ID IVN ASTVRIO ET PROTOGENE CONSS — d. 13. m Iun. 449

9 [*inscr.* AD THEODOSIVM AVG]. *Leo ep. 54 JK 445 = E 16*

Leo Theodosio augusto. Pro integritate fidei catholicæ Christianissimum principem conuenit esse sollicitum et hoc indefessis precibus diuinam misericordiam posco ut cordi uestro id quod est ueritatis, inspiret neque falli uos in aliquo humanarum æmulationum fraude patiatur. a me autem atque ab omnibus catholicis sacerdotibus quæ euangelicæ atque apostolicæ fidei pietas defendatur, satis plene ac lucide litteris meis quas clementiam uestram iam dudum per famulum uestrum Epiphanium tribunum, qui pro hac causa missus est, arbitror accepisse, reseratum est nec ambigi potest hoc nos purissime credere, hoc constanter asserere quod etiam uenerandi patres quondam apud Nicæam congregati secundum fidem symboli credendum et confitendum sacratissima auctoritate sanxerunt. nos enim, uenerabilis imperator, sicut Nestorii dogma peruersum merito anathemauimus, ita iuste etiam horum impietatem qui ueritatem carnis nostræ negant a domino Iesu Christo susceptam esse, damnamus, GL. unde si pietas uestra suggestioni ac supplicationi nostræ dignetur annuere ut intra Italiam haberi iubeatis episcopale concilium, cito auxiliante deo poterunt omnia scandala quæ in perturbationem totius ecclesiæ sunt commota, resecari, ut per uniuersum regnum uestrum catholicæ fidei integritate seruata et pacem Christianam manere et uestram apud deum crescere gloriam gaudeamus.

DAT VIIII KL IAN ASTVRIO ET PROTOGENE CONSS — d. 24. m. Dec. a. 449

10 [*inscr.* AD FAVSTV ET MAR PRBS]. *Leo ep. 32 JK 426 = E 9. Græca uersio extat in Epistularum collectione H 7*

Leo Fausto et Martino presbyteris et reliquis archimandritis. Cum propter

---

GE, Φ [= CCᵃDMY], I

1 repellantur *CD* pellatur *Y* in *om. M* hanc temptationem *EM* insidit *I* et resipiscet *Cᵃ* resipiscat *I* 2 susceptione *D* 3 etiam] autem *Cᵃ* 5 qua] que *CᵃMI* congregare *CD* 5/6 prescientia *G* 6 iulianum *GCᵃI*, *corr. G* 7 hilarium *Y* uocem *I* 8 consulitur *GCDY* 9 ibi *M* indulgentia *G* 10 *om. M* data *CYI* idus *CᵃI* dd *Y* austurio *Y* asterio *CᵃI* protegene *C GEMI*

11 *inscr.* item ēpla leonis pape ad theodosium augustum *I* 12 item leo ad quem supra theodosio *M om. I* leo episc̄ *E* integritatem *E* 16 atque apostolicæ *om. I* plane *M* 17 quam *G* 18 missus est] misisse *M* ratum *I* 20 nicenam *M* 22 anathematizauimus *I* 23 gloriosissime *G* 25 poterant *M* 26 in turuationem *E* per inturbationem *I* 27 nr̄m M 28 credere *M* 29 data *EMI* nono *M* VIII *E* IVN̄ *G* iunias *MI* astorio *M* 29 hic ēpla ad flauianum lectis dilectionis tuæ litteris *G*mg *GE, Φ [= CCᵃDMY], Z*

30 *inscr.* EPISTOLA [INCIPIT EPISTVLA *Y*] S̄CISSIMI [eiusdem *M*] ARCHIĒPĪ ROMAE LEONIS AD FAVSTVM MARTIANVM [et marcianum *M*] ET RELIQVOS ARCHIMANDRITAS CONSTANTINOPOLIS [*om. Y*] *ΦZ* 32 leo [leo episc̄ *E*] — reliquis [ceteris *E*] archimandritis *GE* dilectissimis filiis fausto et martiano et reliquis archimandritis [archimandritis constantinopolis *Y*] leo ēps *ΦZ*

causam fidei, quam Eutyches perturbare temptauit, de latere meo mitterem qui defensioni ueritatis assisterent, congruum credidi ut etiam ad uestram dilectionem scripta dirigerem, quos certum habeo ita studere pietati, ut blasphemas et impias uoces nullatenus æquanimiter audire possitis, manente in cordibus uestris apostolica institutione
Gal. 1, 9 qua dicitur: si quis uobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit. sensum autem prædicti qui, sicut gestorum lectione cognouimus, merito reprobatus est, etiam nos detestandum esse decernimus, ita ut si assertor insipiens in sua prauitate uoluerit permanere, habeat cum his consortium quorum est secutus errorem. merito enim fiet extra Christi ecclesiam qui in Christo humanam, id est nostram negat esse naturam. sed si idem spiritu dei miserante correctus impietatem sui erroris agnouerit et quæ catholici execrantur, plena satisfactione damnauerit, uolumus ei misericordiam non negari, ut ecclesia domini nullum sentiat damnum, cum et resipiscens possit recipi et solus debeat error excludi. de sacramento autem pietatis magnæ in qua nobis per incarnationem uerbi dei iustificatio est et redemptio, quæ sit nostra ex patrum traditione sententia, in litteris quas ad fratrem meum Flauianum episcopum misi, nunc sufficienter, quantum arbitror, explicatum est, ut per insinuationem præsulis uestri quid secundum euangelium domini [nostri] Iesu Christi in omnium fidelium cordibus fixum cupiamus esse, noscatis.

d. 13. m. lun. a. 449 DAT ID IVN ASTVRIO ET PROTOGENE CONSS

11 [*inscr.* AD PVLCHERIAM AVG]. *Leo ep. 31 JK 425. cf. quæ ad 8 prænotata sunt*

1 Leo Pulcheriæ augustæ. Quantum præsidii dominus ecclesiæ suæ in uestra clementia præpararit, multis probauimus sæpe documentis, et quidquid nostris temporibus contra inpugnatores catholicæ ueritatis industria sacerdotalis optinuit, ad uestram maxime gloriam redundauit, dum sicut spiritu sancto docente didicistis, illi per omnia potestatem uestram subicitis, cuius munere et protectione regnatis. unde quia contra integritatem fidei Christianæ dissensionem quandam in Constantinopolitana ecclesia Eutyche auctore generatam fratris et coepiscopi mei Flauiani relatione cognoui, ita ut totius causæ speciem synodalium gestorum textus ostenderet, dignum gloria uestra est ut error qui, ut arbitror, de imperitia magis quam de uersutia natus est, auferatur priusquam ullas sibi uires de consensu inprudentium pertinacia prauitatis acquirat, quia etiam ignorantia graues non numquam incidit lapsus et plerumque in diaboli ruit foueas incauta simplicitas, per quam in supra dicto subrepsisse intellego spiritum

GE, Φ [= $CC^{a}DMY$], Z

1 causa *G* quem autychis *G* quid *CD* 3 dirigeremus C^{a} ista *C* istam *D* 8 secutus] senectus *G* 10 correctos *CD* correptus *M* 13 errore *CD* 15 quos *C* 16 insuasionem *G* 17 domini nostri *om. G* nostri *CDΓ om.* $EC^{a}MYZ$ omnibus *Y* 19 data $C^{a}MYZ$ austurio *CDM* austorio *Y* asterio $C^{a}Z$ protegene *CD*

21 similis huic quarta isdem conss̄ *post* aug̅ GG^{a}

GG^{a}, *Q* [= *aetwx*], *P* [= *acp*], $P^{l}I$

20 *inscr.* INC̄P [*om.* $Q^{w}P^{c}I$] EPISTVLA [*om.* P^{p}] PAPAE LEONIS [SC̄I PAPAE LEONIS Q^{aetx} LEONIS PAPE $Q^{w}I$ *om.* P^{p}] AD PVLCHERIAM AVGVSTAM *QPI* ITEM EIVSDEM AD AVGVSTVM PVLCHERIAM P^{l} 21 Leo — aug̅ GG^{a} *om.* $QPP^{l}I$ 21/22 uestram clementiam $QP^{l}GG^{a}$, *corr.* Q^{x} præparauerit G^{a} præparauit P^{l} sæpe probauimus *PI* nostris] dn̄i G^{a} 23 obtenet G^{a} optinet *I* 25 subiecistis *P* 26 in *om. P* constantinopolitanæ ecclesiæ *QP*, *corr.* Q^{a} constantinopolitanam ecclesiam G^{a} 28 speciæ $G^{a}P^{c}$ species *I* textus] extas G^{a} ostenderit $PG^{a}I$ gloriæ uestræ $G^{a}I$ 30 ulla P^{ap} illa *Q*, ille Q^{a} *corr.* et pertinatia GG^{a} 31 quia $QP^{l}I$ qua *PG* quæ G^{a} ignorantiæ GG^{a} gravis $GG^{a}Q^{ew}$ *P*, *corr.* Q^{ew} in graues *I* incedit $Q^{ae}PG^{a}$, *corr.* Q^{a} in lapsus PP^{l} 32 foueam P^{l} foueas, *superscr.* uel foueam *I* in *om.* $PP^{l}I$ supradictos obrepsisse Q^{a}*corr.* spiritum] irritum *G*

falsitatis, ut dum æstimat se religiosius de filii dei maiestate sentire, si ei naturæ nostræ
ueritatem inesse non diceret, totum illud quod uerbum caro factum est unius Ioh. 1, 14
atque eiusdem putaret esse substantiæ. et quantum Nestorius a ueritate excidit,
dum Christum de matre solum hominem asserit natum, tantum etiam hic a catholico
tramite deuiarit qui de eadem uirgine non nostram credit editam esse substantiam,
uolens utique eam solius deitatis intellegi, ut quod formam serui gessit et quod nostri
2 similis fuit atque conformis, quædam naturæ nostræ fuerit imago, non ueritas. nihil
autem prodest dominum nostrum beatæ uirginis filium uerum perfectumque hominem
dicere, si non illius generis homo creditur cuius in euangelio prædicatur. dicit enim Mt. 1, 1
Matthæus: liber generationis Iesu Christi filii Dauid filii Abraham
et ita humanæ originis ordinem sequitur, ut generationum lineas usque ad Ioseph,
cui mater domini erat desponsata, deducat. Lucas uero retrorsum successionum gradus
relegens ad ipsum humani generis principem redit, ut Adam primum et Adam nouissi- Lc. 3, 38
mum eiusdem ostendat esse naturæ. potuerat quippe omnipotentia filii dei sic ad
docendos iustificandosque homines apparere, quomodo et patriarchis et prophetis in
specie carnis apparuit, cum aut luctamen iniit aut sermonem conseruit, cumue officia Gen. 18, 38
hospitalitatis non abnuit uel etiam appositum cibum sumpsit: sed illæ imagines huius Gen. 32, 24
hominis erant indices cuius ueritatem ex præcedentium patrum stirpe sumendam
significationes mysticæ nuntiabant, et ideo sacramentum reconciliationis nostræ ante
tempora æterna dispositum nullæ implebant figuræ, quia nondum superuenerat spiritus
sanctus in uirginem nec uirtus altissimi obumbrauerat ei, ut intra intemerata uiscera Lc. 1, 35
ædificante sibi sapientia domum uerbum caro fieret et forma dei ac forma serui in Prou. 9, 1
unam conueniente personam creator temporum nasceretur in tempore et per quem facta
sunt omnia, ipse inter omnia gigneretur. nisi enim nouus homo factus in simili-
tudine carnis peccati nostram susciperet uetustatem et consubstantialis patri consub-
stantialis esse dignaretur et matri naturamque sibi nostram solus a peccato liber
uniret, sub iugo diaboli generaliter teneretur humana captiuitas nec uti possemus
3 triumphantis uictoria, si extra nostram esset confecta naturam. de hac autem
participatione mirabile sacramentum nobis regenerationis induxit, ut per ipsum
spiritum per quem Christus et conceptus et natus est, etiam nos, qui per concupiscentiam
carnis sumus geniti, spiritali rursus origine nasceremur. propter quod ab euangelista
de credentibus dicitur qui non ex sanguinibus neque ex uoluntate carnis Ioh. 1, 13
neque ex uoluntate uiri, sed ex deo nati sunt. cuius ineffabilis gratiæ parti-

---

$G G^{a}$, *Q [= aetwx]*, *P [= acp]*, $P^{l} I$

1 ut] et *G* 2 dicat *I* 2/3 unius eiusdemque, *superscr.* atque *post* unius *G* 3 putet *I* excedit $G^{a} P^{p}$ discedit P^{c} 4 hominem solum $P P^{l}$ 5 deuiaret P^{l} diuiaret G^{a} deuiat *I* uirginem $Q^{x} P^{cp}$, *corr.* Q^{x} nr̄æ $G G^{a}$ 6 quod $P^{l} I$ in quod *Q*, *corr.* Q^{a}, ut in eo Q^{x} *corr.* quod in $P G G^{a}$ forma G^{a} 7 conformes Q^{tw}, Q^{a} *corr.*, Q^{e} *corr.*, G^{a} nostræ naturæ *I* 8 tamen *Q* prode est Q^{twx} P^{cp}, *corr.* Q^{x} nostrum] non $Q^{w} P^{c}$, *corr.* Q^{w} mariæ uirginis $G^{a} I$ 12 ei cui P^{cp} et cui P^{a} 15 iustificandosque *om.* G^{a} et²] ac *Q* 16 cum — conseruit *om.* P^{l} luctam *Q* cumue $Q P^{l}$ cum uel P^{l} *corr.*, $G G^{a}$ uel cum *I* aut *P* 17 humanitatis *P* non habuit $G^{a} P^{c}$ habuit *I* etiam *om.* $Q^{x} P$, *corr.* Q^{x} 18 indicens P^{ap} iudices *I* indicia $G G^{a}$ 19 significationis *QP* 20 impleant *G* uenerat $P^{ap} G^{a}$ 21 uirgine $G G^{a}$ ei et ut *Q* ei ut et Q^{x} *corr.* intra *om.* P^{ap} 23 conuenientem $Q G G^{a}$, *corr.* Q^{x} conuenirent P^{acl} conuenerit P^{p} creatur *P* in] ex P^{ap} 24 ipse — omnia *om.* *G* 24/25 similitudinem $P^{acl} G^{a} I$ similitudines P^{p} nostri P^{l} 26 a *om.* $G G^{a}$ 27 ueniret $Q^{t} P^{l}$ uenirit P^{c} uenerit P^{p} nec uti] nec ut P^{ap} *G*, *corr.* *G* necati G^{a} nec aliter *I* possimus Q^{aetx} P^{ac} $G G^{a}$, *corr.* Q^{x} possumus $Q^{w} P^{p}$ possidemus *I* 28 uictoriam $G G^{a} I$ nostræ P^{a} nostra P^{c} *om.* P^{p} confecta Q^{x} *corr.*, $P P^{l} I$ consecta *Q* conceptus Q^{a} *corr.* conserta $G G^{a}$ 29 mirabile Q^{t}, Q^{x} *corr.*, $G G^{a}$ mirabili Q^{aewx}, Q^{t} *corr.*, $P P^{l} I$ induxit *Q* indulsit $G G^{a}$ indulcit *I* inluxit $P P^{l}$ 30 spiritum *om.* *I* et¹ *om.* $P P^{l}$ 31 spiritalis *G* spirituali *I* rursus] iterum $G^{a} I$ 32 quia $G G^{a}$ uoluptate $P^{c} I^{corr}$ 32/33 carnis — uoluntate *om.* P^{ap}

ceps non est nec potest in filiorum dei adoptione censeri quisque a fide sua hoc quod nos principaliter saluat, excludit, unde multum doleo multumque contristor quod hic qui antea de humilitatis proposito laudabilis uidebatur, contra unicam spem nostram patrumque nostrorum uana et nimis stolida audet astruere. qui cum uideret insipientiæ suæ sensum catholicis auribus displicere, reuocare se a sua opinione debuerat nec ita ecclesiæ præsules commouere, ut damnationis sententiam mereretur excipere, quam utique, si in suo sensu uoluerit permanere, nullus poterit relaxare. sedis enim apostolicæ moderatio hanc temperantiam seruat, ut et seuerius agat cum obduratis et ueniam cupiat præstare correctis. quia ergo multa mihi fiducia est de pietatis tuæ sublimissima et solidissima fide, obsecro clementiam tuam ut sicut sancto studio tuo catholica prædicatio semper adiuta est, ita nunc quoque eius faueas libertati, quam forte ideo permisit dominus hac temptatione pulsari, ut quales intra ecclesiam lateant, possit agnosci, quorum plane non est neglegenda curatio, ut nec ipsorum nos contristet amissio.

4 Augustissimus uero et Christianissimus imperator cupiens quam celerrime turbata componi episcopali concilio, quod Ephesi uult haberi, nimium breue et angustum tempus d. 16. m. Mai. a. 449 indixit diem Kalendarum Augustarum præstituendo conuentui, cum a die tertio Idus Maias, quo serenitatis eius scripta suscepimus, maior pars reliqui temporis absumenda sit, ut profectio sacerdotum qui negotio sufficiant, ualeat ordinari. nam illud quod pietas ipsius etiam me credidit debere interesse concilio, etiamsi secundum aliquod præcedens exigeretur exemplum, nunc tamen nequaquam possit impleri, quia rerum præsentium nimis incerta condicio a tantæ urbis populis me abesse non sineret et in desperationem quandam animi tumultuantium mitterentur, si per occasionem causæ ecclesiasticæ uiderer patriam et sedem apostolicam uelle deserere. quia igitur ad publicam utilitatem pertinuisse cognoscitis ut salua clementiæ uestræ uenia caritati me et precibus ciuium non negarem, in his fratribus meis quos uice mea misi, me quoque adesse cum ceteris qui affuerint, æstimate, qui secundum causam satis mihi ex gestorum serie et ipsius de quo agitur professione patefactam euidenter et plene quid seruandum esset, ostendi. non enim de portiuncula aliqua fidei nostræ, quæ minus lucide declarata sit, quæritur, sed hoc stolidissima resultatio audet incessere, quod dominus in ecclesia sua neminem sexus utriusque uoluit ignorare, si quidem ipsa catholici symboli breuis et perfecta confessio quæ duodecim apostolorum totidem est signata sententiis,

---

GG^a, *Q* [= *aetwx*], *P* [= *acp*], P^lI

1 in *om. I* adoptionem *GQI*, *corr. G* conseri *Q*, *corr.* Q^a consequi G^aI quisquis G^aI hoc *om. I* 3 ante GG^aP^pI 4 stulta P^l dum GG^aI uiderit P^{cp} G^a 6 commoueret *G* 7 sua sententia *I* 8 obseruat G^{corr} G^aI et *om.* PGG^aI et] ut *I* 9 præsentare P^{ap} sublimissima QPP^l sincerissima GG^aI 10 et solidissima PP^lI *om.* QGG^a gloriosam clementiam tuam *G* gloriam clementiæ tue [ūræ G^a] G^aI 11 adiuncta *Q*, *corr.* Q^a fortasse *P* 12 hanc G^a laterent QP^l possit *QI* posset P^l possint *PG* possent G^a 13 ut *om. Q* nec *in* ne *corr.* Q^x nos *om. I* 14 augustus GG^a 15 et episcopali GG^a habere *G* agustum tum P^a augustum G^a 16 die GG^a a tertio die *I* a die P^l ad diem tertium GG^a 16/17 iduum maiarum [magiarum P^{cp}] *PI* 17 quos *G* qua P^{acl} quæ P^p reliquis G^a 17/18 sit temporis absumenda *I* 17 adsumenda QP^c, *corr.* Q^a sumenda GG^a 18 sufficiat *P* 19 ipsius] eius GG^aI etiam *om. Q* inæresse G^a 20 exigitur G^a posset P^l 21 a *om.* GG^aI populi Q^w P^{ap} 22 disperatione G^a quandam *om.* P^{cp} occassione GP^c 23 uideret $Q^{ae}G$, *corr* Q^aG apostolicæ G^a uel G^a 24 publicam hanc GG^aI cognoscetis P^pG^a ueniam *G* caritatis G^a 25 meæ Q^{ae} P^{ap} *GI* 26 cum *om.* GG^a qui[2]] quibus Q^a *corr.*, Q^x *corr.*, *I* causam satis] causas datas Q^x *corr.* ex] et QPP^l 27 series *Q* seriem P^l et *om.* Q^x professionem *P* patefacta *Q* patefactum P^aG et plene *om. G* quæ G^a 28 esse *G* partiuncula PP^l 28/29 clara sit GG^a clarescat *I* 29 stultissima GG^a resolutio P^l incessere P^{pl} GG^aI incessare P^{ac} inserere *Q* 29/30 quod — ignorare *om.* P^{ap} 29 dn̄s n̄r *I* in *om. G* 30 ecclesiam GG^a sua PP^l *om.* QGG^aI neminem *om. G* *ante* ipsa *suprascr.* eum Q^x 31 breuiter GG^a

tam instructa sit munitione cælesti, ut omnes hæreticorum opiniones solo ipsius possint gladio detruncari. cuius symboli plenitudinem si Eutyches puro et simplici uoluisset corde concipere, in nullo a decretis sacratissimi Nicæni concilii deuiaret et hoc a sanctis patribus intellegeret constitutum, ut contra apostolicam fidem, quæ non nisi una est, nullum se ingenium, nullum eleuaret eloquium. et ideo pro uestræ pietatis consuetudine elaborare dignamini ut quod contra singulare sacramentum salutis humanæ blasphema insipientia protulit, ab omnium animis repellatur ac si ipse qui in hanc temptationem incidit, resipiscat, ita ut per libellarem satisfactionem proprium damnet errorem, communio ei sui ordinis non negetur. quod etiam sancto Flauiano episcopo me clementia tua scripsisse cognoscat, ut caritas non neglegatur, si error aboletur.

12 [*inscr.* AD SYNODVM QVAE APVD EPHESVM CONVENIT]. *Leo ep. 33 JK 427 = E 8. Græca uersio extat in Epistularum Collectione H 8*

Leo sanctæ synodo quæ apud Ephesum conuenit. Religiosa clementissimi principis fides sciens ad suam gloriam maxime pertinere, si intra ecclesiam catholicam nullius erroris germen exurgeret, hanc reuerentiam diuinis detulit institutis, ut ad sanctæ dispositionis effectum auctoritatem apostolicæ sedis adhiberet, tamquam ab ipso beatissimo Petro cuperet declarari quid in eius confessione laudatum sit, quando dicenti Mt. 16, 13. 16—18
domino quem me esse dicunt homines filium hominis? uarias quidem diuersorum opiniones discipuli memorarunt, sed cum ab eis quid ipsi crederent, quæreretur, princeps apostolorum plenitudinem fidei breui sermone conplexus tu es, inquit, Christus filius dei uiui, hoc est tu qui uere es filius hominis, idem uere es filius dei uiui, tu, inquam, uerus in deitate, uerus in carne et salua geminæ proprietate naturæ utrumque unus. quod si Eutyches intellegenter ac uiuaciter crederet, nequaquam ab huius fidei tramite deuiaret, propter quam ei respondetur a domino: beatus es, Simon Bar Iona, quia caro et sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cælis est. et ego dico tibi quia tu es Petrus et super hanc petram ædificabo ecclesiam meam et portæ inferi non præualebunt aduersus eam. nimis autem a conpage huius ædificationis alienus est qui et beati Petri confessionem non capit et Christi euangelio contradicit, ostendens se nullum umquam studium cognoscendæ ueritatis habuisse et superfluo honorabilem uisum qui nulla maturitate cordis ornauit canitiem senectutis. uerum quia etiam talium non est neglegenda curatio et pie ac religiose Christianissimus imperator haberi uoluit episcopale concilium, ut pleniore iudicio omnis possit error aboleri, fratres nostros Iulium

---

GG^a, Q [= aetwx], P [= acp], P^lI

1 tamque P^{cp} tamquam P^a 4 ut] et Q^tG qua P nisi quia P^c 5 nullo — ingenio nullo — eloquio *I* 6 laborare GG^aI digniuini P^{ap} ut] et Q, *corr.* Q^{ax} quod *om.* G 7 blasphemia P^{cp} ac] at P^a ad P^p in *om.* QP^l 7/8 hac temtatione P 8 resipiscit PP^l 9 non negetur] reformetur GG^aI ēpō flauiano P meo P^{ap} me olim P^c ne G^a 10 negetur GG^aI *subscr.* contuli Q

GE, Φ [= CC^aDMY], Z, Q [= aetwx], S [= defmt]

11 *inscr.* S̄CISSIMI [INCIPIT EPISTOLA S̄CISSIMI *Y*] ARCHIEP̄I ROMAE LEONIS EPISTOLA [*om. Y*] SCRIPTA AD SECVNDVM CONCILIVM EPHESENVM CONTRA EYTYCHEN QVAE PERDVCTA QVIDEM EST OCCVLTATA VERO PROPTER [pro eo C^aZ] QVOD NON FVERIT CONCESSA PVBLICARI EP̄IS A DIOSCORO CC^aDYZ ēpla eiusdem secundum concilium ephesenum *M* ITEM ĒPLA [item ēpla *om.* S^t] PAPE [*om.* S^{mt}] LEONIS AD EFESIAM SINODVM IN QVA PROVOCAT CONGREGATOS ĒPŌS EVTICETIS BLASFEMIAS CONDEMNARE *S* 13 Leo — conuenit *om.* ΦZ leo episc̄ ESQ^x *corr.* 14 ad] a G 16 affectum Y 16/17 tamquam — quid *om.* M 17 laudatum] declaratum Y dicente GD 18 dicunt esse Y 20 Christus *om.* GC^aZQ, *corr.* Q^t 21 hoc — uiui *om.* Y hoc] tu hoc C^aZ qui *om.* C^aZ uerus C^{corr} es *om.* M 22 in¹ *om.* MY, *corr.* Y 23 fidei *om.* C^aZ 24 ei] et ei Q^x *corr.* responderetur Q, *corr.* Q^x 25 non *om.* Y est in celis M tibi dico GQS^{defm} 27 aduersum C^aZ 28 et¹ *om.* S euangelium GC^{corr} 29 honorabilem *om.* CD 30 auctoritate S ordinauit CDQ^a qui GM$Q^t$$S^{mt}$ 31 habere GQS^{et} 32 abolire Y iulianum C^aZ, Q^x *corr.*, S

episcopum Renatum presbyterum et filium meum Hilarum diaconum cumque his Dulcitium notarium probatæ nobis fidei misi, qui uice mea sancto conuentui uestræ fraternitatis intersint et communi uobiscum sententia quæ domino sint placitura, constituant, hoc est ut primitus pestifero errore damnato etiam de ipsius qui inprudenter errauit, restitutione tractetur, si tamen doctrinam ueritatis amplectens sensus hæreticos, quibus imperitia eius fuerat irretita, plene aperteque propria uoce et suscriptione damnauerit, quod etiam in libello quem ad nos miserat, est professus, spondens per omnia nostram se secuturum esse sententiam. acceptis autem fratris et coepiscopi nostri Flauiani litteris plenius ad eum de his quæ ad nos uidetur rettulisse, rescripsimus, ut abolito hoc qui natus uidebatur errore in laudem et gloriam dei per totum mundum una sit fides
Phil. 2, 10. 11 et una eademque confessio et in nomine Iesu omne genu flectatur cælestium terrestrium et infernorum et omnis lingua confiteatur quia dominus Iesus in gloria est dei patris.

Deus uos incolumes custodiat, fratres karissimi.

d. 13. m. Iun. a. 449 DAT ID IVN ASTVRIO ET PROTOGENE VV CC CONSS

13 [*inscr.* AD IVLIANVM EPM]. *Leo ep. 34 JK 428 = E 7*

Leo Iuliano episcopo. Litteræ dilectionis tuæ, quæ nuper mihi sunt redditæ, quam spiritali catholicæ fidei uigeas amore, demonstrant et multum gaudere me faciunt, quod in eandem sententiam pia corda concurrunt, ut secundum doctrinam spiritus
1 Cor. 1, 10 sancti impleatur in nobis quod apostolus ait: obsecro autem uos, fratres, per nomen domini nostri Iesu Christi, ut id ipsum dicatis omnes et non sint in uobis schismata, sitis autem perfecti in eodem sensu et in eadem sententia. cuius unitatis nimium se Eutyches fecit extraneum, si in sua peruersitate ueterescit neç adhuc quibus uinculis a diabolo sit obligatus, intellegit et quemquam sacerdotum domini reperiendum putat, qui eius imperitiæ amentiæque consentiat. diu apud nos incertum fuit quid in ipso catholicis displiceret, et cum fratris nostri Flauiani nullas litteras sumeremus, ipse autem scriptis suis Nestorianam hæresim repullulare quereretur, non plene potuimus discere unde procederet uel quo tenderet tam dolosa causatio. sed postea quam gestorum ad nos episcopalium documenta perlata sunt, omnia illa quæ fallacium querelarum uelamine tegebantur, quam essent detestanda, patuerunt. et quia clementissimus imperator pro beniuolentia ac pietate animi sui de statu huius, qui antea honorabilis uidebatur, diligentius uoluit iudicari atque ob hoc indicendum credidit episcopale concilium, per fratres nostros Iulium episcopum et Renatum presbyterum, sed et filium meum Hilarum diaconum, quos ex latere meo uice mea misi, ad fratrem nostrum Flauianum sufficientia pro qualitate causæ scripta direxi, quibus et uestra dilectio et ecclesia

---

GE, Φ [= $CC^{a}DMY$], Z, Q [= aetwx], S [= defmnt]

1 et renatum $C^{a}YZ$ hilarium *Y*, Q^{a} *corr.*, S^{mt} 2 notarium] nrm *Z* 3 sunt $C^{a}Z$ constituunt *M* 5 doctrina *M* ueritatis] pietatis *G* hereticorum *G* 6 fuerit *D* 8 secuturum se *S* sequuturum *CDM* sententia *E* 10 error C^{a} 11 et[1] *om. E* dni ihu *Y* 13 ihs xps *M* *in fine add.* contuli *Q* 14 *om. GEQS* karissimi *om. CD* 15 data $EMYQ^{aew}$ id mai *G* asterio $C^{a}ZS^{demt}$ austurio *MY* astorio *SJ* protegene *YQ* uu cc cons Q^{x} *corr.* uu conss *CD* conss uu cc $C^{a}Z$ uu cc *Y* uiris clarissimis *S* cons Q^{aetx} conss *E* consulibus MQ^{w} consulibus in alia id ian *G* *in fine add.* era qua supra *S*, Q^{x} *corr.*

GEI

inscr. item epla leonis pape ad iulianum epm *I* 17 Leo — episcopo *om. I* leo episc *E* epi choensium *E* 19 eadem sententia *GI* 21 et] ut *G* non *om. I* 24 et] quod *I* sacerdotem 26 qui *G* 27 heresem *G* repullare queretur *I* 28 discernere *E* cautio *I* 30 quem esse 31 ante *GI* 32 iudicare *I* 33 iulianum *I* 34 hylarium *I* quod *G*

uniuersa cognoscat de antiqua et singulari fide, quam indoctus inpugnator incessit, quid diuinitus traditum teneamus et quid incommutabiliter prædicemus. quia tamen non debemus partes miserationis omittere, congruere moderationi credimus sacerdotum ut si condemnatus presbyter plena satisfactione corrigitur, sententia qua obstrictus est. relaxetur; si uero in eodem insipientiæ suæ luto iacere delegerit, statuta permaneant et cum eis habeat sortem, quorum est secutus errorem.

DAT ID IVN ASTVRIO ET PROTOGENE CONSS — d. 13. m. Iun. a. 449

14 [*inscr.* EPISTL LEONIS PP AD FLAVIANVM EPM]. *Leo ep. 36 JK 430*

Leo Flauiano episcopo Constantinopolitano. Litteras tuæ dilectionis accepi cum gestis quæ apud uos de fidei quæstione confecta sunt. et quia clementissimus imperator pro ecclesiæ pace sollicitus synodum uoluit congregari, quamuis euidenter appareat rem de qua agitur, nequaquam synodali indigere tractatu, tamen, frater carissime, subsecuturos esse significo quos in hac re placuit destinare. nec necessarium fuit nunc amplius scribi, cum propitio deo de his quæ causæ credimus conuenire, per ea quæ ipsi portabunt scripta sis plenius instruendus.

DAT XII KL IVLIAS ASTVRIO ET PROTOGENE CONSS — d. m. 20. Iun. a. 449

15 [*inscr.* AD THEODOSIVM AVG]. *Leo ep. 37 JK 431 = E 10*

Leo Theodosio augusto. Acceptis clementiæ uestræ litteris multum uniuersali ecclesiæ gaudendum esse perspexi quod Christianam fidem, qua diuina trinitas honoratur et colitur, in nullo dissimilem, in nullo uultis esse discordem. quid enim rebus humanis ad exorandam misericordiam dei efficacius suffragetur quam si una gratiarum actio et unius confessionis sacrificium maiestati eius ab omnibus offeratur? in quo et sacerdotum et cunctorum fidelium ita demum erit plena deuotio, si in his quæ per unicum dei filium deum uerbum pro nostra redemptione sunt gesta, nihil aliud sentiatur quam quod ipse de se et prædicari iussit et credi, GL. unde quamuis ad diem quem concilio episcopali pietas uestra constituit, occurrere me ratio nulla permittat, cum nec aliqua ex hac parte exempla præcesserint et temporalis necessitas me non patitur deserere ciuitatem, præsertim cum tam euidens fidei causa sit, ut rationabilius ab indicenda synodo fuisset abstentum, tamen in quantum dominus iuuare dignatur, meum studium commodaui ut clementiæ uestræ statutis aliquatenus pareatur, ordinatis hinc

---

GEI
2 inmutabiliter *E* 3 et congruere *GE* 3 credidimus *G* 4 presbyter *om. E* quod *G* 7 data *I*

GMVI
inscr. item epla pape ad flauianum epm constantinopolitanum *I* 9 Leo — Constantinopolitano *om. I* leo eps *MV* 10 uos *om. M* de *om. I* 12 synodale *G* tractata *MV* 13 subsecuturos *G* subsecuturus *MV* subsecutos *I* placuit destinare *GI* publici uidi statuare *M* p. uidi stuare *V* nec *om. MV* 14 nunc] nec *I* scripsi *MV* deo *om. M* 15 portabant *MV* 16 data *MVI* xv *I* idus xII *M* astorio *MV*

GEMI
inscr. item epla leonis pape ad theodosium augustum *I* 18 Leo — augusto *om. I* leo episc *EM* augusto *om. M* 19 prospexi *I* 20 uult *I* 21 exortandam *M* 22 qua *G* 23 unigenitum *EM* 24 uerum *E* 25/26 credi — episcopali *om. M* 25 GL *om. E* 26 quem — episcopali *E* episcopalis concilii [concilii episcopalis *I*] quem *GI* 27 neque *M* hac *EM* hoc *G*corr *I om. G* parte *E* ante *GMI* patiatur *I* 28 rationalis *M* ab *om. G* 29 abstinendum *GMI* donare *M* 30 ut] et *E* nre *M*

fratribus meis qui amputandis scandalis pro causæ qualitate sufficiant quique præsentiæ meæ impleant uicem, quia non talis quæstio orta est de qua aut possit aut debeat dubitari.

d. 20. m. Iun. a. 449 DAT XII KL IVL ASTVRIO ET PROTOGENE CONSS

16 [*inscr.* AD FLAVIANVM EPM]. *Leo ep. 38 JK 432 = E 11*

Leo Flauiano episcopo Constantinopolitano. Profectis iam nostris quos ad uos in fidei causa direximus, per filium nostrum Basilium diaconum scripta tuæ dilectionis accepimus, quibus merito parum de negotio communis sollicitudinis indidisti, quoniam et gesta ante delata de omnibus nos sufficienter instruxerant et ad familiarem interrogationem idoneus erat sermo prædicti. per quem nunc alloquia reddentes dilectionem tuam per domini nostri gratiam, in qua fidimus, cohortamur utentes uerbis apostolicis atque dicentes: (Phil. 1, 28) in nullo terreamini ab aduersariis, quæ est illis causa perditionis, uobis autem salutis. quid enim tam exitiabile quam negata ueritate incarnationis Christi omnem spem salutis humanæ uelle dissoluere et apostolo contraire dicenti (1 Tim. 3, 16) manifeste magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne? quid tam gloriosum quam contra inimicos natiuitatis et crucis Christi pro fide euangelica dimicare? de cuius purissimo lumine inuictaque uirtute datis iam ad dilectionem tuam litteris quid in nostro esset corde, patefecimus, ne de his quæ secundum doctrinam catholicam didicimus et docemus, aliquid inter nos uideri possit ambiguum. quia uero tam clara et tam ualida sunt testimonia ueritatis, ut nimis cæcus nimisque obduratus habendus sit qui ad coruscationem lucis atque rationis non confestim se a tenebris falsitatis excusserit, ad curandam imperitorum insaniam etiam patientiæ uos adhibere uolumus medicinam, ut per paternas increpationes hi qui in senectute carnis suæ mente sunt paruoli, discant obœdire maioribus ac si deposita imperitiæ suæ uanitate resipiscunt omnique errore damnato fidem ueram singularemque suscipiunt, misericordia eisdem episcopalis beniuolentiæ non negetur mansuro iudicio quod præcessit, si impietas merito condemnata in sua prauitate persistiterit.

d. 23. m. Iul. a. 449 DAT X KL AVGVST ASTVRIO ET PROTOGENE CONSS

17 [*inscr.* AD FLAVIANVM EPM]. *Leo ep. 39 JK 433*

Leo Flauiano episcopo Constantinopolitano. Auget sollicitudinem nostram taciturnitas tua quod iam diu nulla tuæ dilectionis scripta suscepimus, cum nos curarum tuarum participes pro fidei defensione solliciti frequenter per occasiones idoneas ad

---

GEMI

1 equitate *I* 1/2 quique — uicem *om. I* 4 data *MI* XIII *G* quarta decima *M* astorio *M*

GEMVI

inscr. item epla leonis pape ad flauianum epm *I* 6 Leo — Constantinopolitano *om. I* leo episc [epo *MV*] *EMV* Constantinopolitano *om. E* 7 nostrum *om. M* bassilium *G* 8 indidisses *I* quia *E* 9 ante *om. M* 11 dni nri *E* di nri *G*corr *MV* di *G* quo *G* coartamur *M* 12 atque] itaque *M* ita *V* 13 nobis *E* existimabile *MV* 14 carnis *I* dissoluere *om. M*. 16 et quid *E* gloriosam *MV* natiuitatis et *om. I* 17 pro *om. MV* 18 illis *GI* 19 secundum catholicam *G* de doctrina catholica *M* posset *E* 21 a *G*, *corr. G* corruscatione *G* 22 a *G* curandum *MV* corruscandam *G* 23 uobis *I* 24 sic *G* 24/25 imperitiæ] nuptie *I* 25 unitate *M* resipiscant *GMV* uram *M* 26 misericordiæ *GMV* misericordiam *EI* isdem *GMV* episcopali *MV* beniuolentia *G* 27 persisterit *MV* persisterent *G* 28 data *MI* x]idus *M* 1 *V* asterio *M* austerio *V* austurio *I* aug consulibus *V*

GMVI

inscr. item epla leonis pape ad flauianum constantinopolitanum *I* 30 Leo — Constantinopolitano *om. I* leo epo *MV* constantinopolitano *om. MV* 31 suscipimus *G*

dilectionem tuam litteras miserimus, ut adhortationum nostrarum consolationibus te iuuaremus, ut aduersariorum stimulis pro fidei defensione non cederes, cum laboris tui participes nos probares. olim ad fraternitatem tuam nostros credimus peruenisse, per quos plenius scriptis mandatisque a nobis instructum te esse retinens et Basilium ad te, ut uolueras ipse, remisimus; sed nunc ne aliqua prætermissum occasione te crederes, per filium nostrum honorabilem et amabilem nobis uirum Eupsychium hanc paginam dedimus, ut tota celeritate ad scripta nostra respondeas nosque subinde de tuis actibus nostrorumque et de totius causæ absolutione facias certiores, ut sollicitudinem quam nunc pro fidei defensione gerimus, prosperioribus nuntiis molliamus.

DAT̄ III ID̄ AVḠ ASTVRIO ET PROTOGENE CONS̄S̄ — d. 11. m. Aug. a. 449

18 [*inscr.* AD THEODOSIVM AVḠ]. *Leo ep. 44 JK 438 = E 12. Græca uersio extat in Epistularum Collectione M 12*

Leo et sancta synodus quæ in urbe Roma conuenit, Theodosio augusto. Litteris clementiæ uestræ, quas dudum ad beati Petri apostoli sedem pro catholicæ fidei amore misistis, tantam fiduciam sumpsimus defendendæ per uos ueritatis et pacis, ut in causa tam simplici tamque munita nihil putaremus posse existere quod noceret, præsertim cum ad episcopale concilium quod haberi apud Ephesum præcepistis, tam instructi sint missi, ut si scripta quæ uel ad sanctam synodum uel ad Flauianum episcopum detulerunt, episcoporum publicari auribus Alexandrinus permisisset antistes, ita manifestatione purissimæ fidei, quam diuinitus inspiratam et accepimus et tenemus, omnium concertationum strepitus quieuisset, ut nec imperitia ultra desiperet nec occasionem nocendi æmulatio reperiret. sed dum priuatæ causæ religionis exercentur optentu, commissum est impietate paucorum quod uniuersam ecclesiam uulneraret. conperimus enim, non incerto nuntio, sed fidelissimo rerum quæ gesta sunt, narratore Hilaro diacono nostro, qui uix, ne suscribere per uim cogeretur, effugit, conuenisse ad synodum plurimos sacerdotes, quorum utique frequentia consultationi et iudicio profuisset, si is qui sibi locum principem uindicabat, sacerdotalem moderationem custodire uoluisset, ut sicut moris est, omnium sententiis ex libertate prolatis id tranquillo et æquo constitueretur

---

GMVI

1 misimus *G* 2 fide *G* 3 peruenisse *GMV* destinandos *I* 4 a nobis *GMV* nostris *I* structum *G* te *om. G* retinens *GMV* retines *I* 5 sed *om. I* 6 eussigium *MV* esichium *I* pagina *G* 7 scriptis n̄ris *I* respondeat *MV* de *om. GMV* actionibus *G* 9 nuntiatiis *G* 10 data *MV* tertio *MV* ydus kl̄ *I* astorio *MV* austurio *I*

GE, *Φ* [= *CC^aDMY*], *Q* [= *aetwx*], *S* [= *defmt*]

inscr. EPISTVLA [item epistola *D* incipit epistola *Y*] ALIA [*om. CD*, *corr. C*] S̄C̄ISSIMI ARCHIEP̄I ROMAE [s̄c̄issimi — Romæ *CC^aY* papae *D om. M*] LEONIS [eiusdem *M* leonis et sc̄æ synodi *Y*] AD IMPERATOREM THEODOSIVM CVLPANS EPHESENVM [EPHESIVM *CC^a*] CONCILIVM QVOD ADVERSVS S̄C̄ISSIMVM FLAVIANVM EP̄M FACTVM [facta *M*] EST PETENTIS ALIVD CONCILIVM IN PARTIBVS [in partibus *om. M*] ITALIAE CELEBRARI [quod — celebrari *om. CC^aY*] *Φ* item leonis pape epistola ad theodosium augustum de secunda synodo ephesena in qua euticetis heresis quorundam episcoporum prauo intellectu adiuta est unde hortatur eundem augustum ut priscæ fidei constitutio ab eis non uioletur donec sacerdotes totius orbis quoadunentur *S* 13 leo — augusto *GEQS*, post auḡ *add.* ut recisa sinodo ephesina in italia concilium eius consensu debeat celebrari *Q^a* gloriosissimo et clementissimo theodosio augusto leo ep̄s — conuenit *Φ* leo episc̄ *EQS* et *om. C^a* quæ — conuenit] rome collecta *DM* qui in urbe romana conuenit *D^mg* 14 apostoli petri *GDM* 15 misisti *S* tantum *DQ^t* fiduciæ *D* ut] et *G* 16 munitam *C^aMY*, *corr. MY* ut nihil *Q*, *corr. Q^ax* 17 præceptis *C* sunt *DY*, *corr. Y* 18 scriptura *C* uel¹ *om. ES* 19 auribus publicari *E* ita *om. G* 21 conquieuisset *E* 24 enim quod *D* hilario *YQ^a corr.*, *S^mt*, *corr. Y* 25 effugiit *YS* 26 sacerdotes *om. M* consulationi *Q^aex*, *corr. Q^a*, consolationi *DMQ^w*, *corr. D* profuisse *G* is] hic *G*

examine, quod et fidei congrueret et errantibus subueniret. in ipso autem iudicio non omnes qui conuenerant, interfuisse cognouimus; nam alios reiectos, alios didicimus intromissos, qui pro supra dicti sacerdotis arbitrio impiis suscriptionibus captiuas manus dederent et nociturum statui suo scirent, nisi imperata fecissent, talemque ab ipso prolatam esse sententiam, ut dum homo unus impetitur, in omnem ecclesiam sæuiretur. quod nostri ab apostolica sede directi adeo impium et catholicæ fidei contrarium esse uiderunt, ut ad consentiendum nulla potuerint oppressione conpelli constanterque in eadem synodo, ut decuit, fuerint protestati nequaquam id quod constituebatur, sedem apostolicam recepturam, quoniam re uera omne Christianæ fidei sacramentum, quod absit a temporibus uestræ pietatis, exscinditur, nisi hoc scelestissimum facinus, quod cuncta sacrilegia excedit, aboletur. quia uero diabolica nequitia subtiliter fallit incautos et ita quorundam inprudentiæ per similitudinem pietatis illudit, ut pro salubribus nocitura persuadeat, remouete, quæsumus, a uestræ pietatis conscientia periculum religionis et fidei quodque in sæcularibus negotiis legum uestrarum æquitate conceditur, in rerum diuinarum pertractatione præstate, ut Christi euangelio uim non inferat humana præsumptio. ecce ego, Christianissime et uenerabilis imperator, cum consacerdotibus meis implens erga reuerentiam clementiæ uestræ sinceri amoris officium cupiensque uos placere per omnia deo, cui pro uobis ab ecclesia supplicatur, ne ante tribunal domini rei de silentio iudicemur, obsecramus coram unius deitatis inseparabili trinitate, quæ tali facto læditur, cum ipsa uestri sit custos et auctor imperii, et coram sanctis angelis Christi, ut omnia in eo statu esse iubeatis, in quo fuerunt ante omne iudicium, donec maior ex toto orbe sacerdotum numerus congregetur, nec alieno peccato patiamini uos grauari, quia quod necesse est nos dicere, ueremur ne cuius religio dissipatur, indignatio prouocetur. præ oculis habete et tota mentis acie reuerenter aspicite beati Petri gloriam et communes cum ipso omnium apostolorum coronas cunctorumque martyrum palmas, quibus alia non fuit causa patiendi nisi confessio ueræ diuinitatis et ueræ humanitatis in Christo. cui sacramento quia impie nunc a paucis inprudentibus obuiatur, omnes partium nostrarum ecclesiæ, omnes mansuetudini uestræ cum gemitibus et lacrimis supplicant sacerdotes ut quia et nostri fideliter reclamarunt et eisdem libellum appellationis Flauianus episcopus dedit, generalem synodum iubeatis intra Italiam celebrari, quæ omnes offensiones ita aut repellat aut mitiget, ne aliquid ultra sit uel in fide dubium uel in caritate diuisum, conuenientibus utique Orientalium prouinciarum episcopis, quorum si qui superati minis atque iniuriis a ueritatis tramite deuiarunt, salutaribus remediis in integrum reuocentur ipsique quorum est causa durior,

GE, *Φ* [= $CC^{a}DMY$], *Q* [= *a* (*usque ad* 17 implens) *etwx*], *S* [= *defmt*]

3 pro *om.* $GC C^{a} D$ 4 dederint $Q^{etwx}S^{d}$ dederunt $DQ^{a}S^{e}$ et *om.* *Q*, *corr.* Q^{x} 5 prolata — sententia *E* esse sententiam] penitentiam *G* inperitus *in* inpetitus *corr.* *D* impeditur Q^{aewx}, *corr.* Q^{x} *in mg.* 6 adeo] ad C^{a} ad ubi *Q*, *corr.* Q^{x}, at ubi Q^{aw} *corr.* 8 fuerunt *C* 10 potestatis C^{a} scinditur *GDQΓ* exscinduntur *Y* 10/11 excellentissimum C^{a} 11 excidit $CC^{a}D^{corr}S$ aboleatur $C^{a}DY$, Q^{x} *corr.*, S^{de} *corr.*, *corr.* *D* diaboli *Y* 12 inprudentiam *S* inluditur *DM*, *corr.* D^{mg} 13 ut *om.* *D*, *corr.* *D* pro *om.* Q^{tx}, *corr.* Q^{x}, dum Q^{aew}, *del.* Q^{w} 14 quodque] et quod $CC^{a}Y$ 15 pertractione *CM* 16 ecce] hec *M* 17 sacerdotibus MQS^{f} *inde ab* implens *def.* Q^{a} *propter folii defectum* ergo *C* reuerentia *E* uestræ clementiæ *D* 17/18 sinceri amoris] sinceris *E* 19 dm̅ nr̅i ihu̅ xp̅i C^{corr} rei *om.* *DM*, *corr.* *D* coram] uos per *D* 20 inseparabilem trinitatem DS^{d} a tali *M* 21 Christi] τοῦ θεοῦ *Γ* esse *om.* C^{a} fuerant *Q* 22 omne *om.* *G* 23 uos patiamini GS^{ef} docere *M* non ueremur *DM*, *corr.* *D* nec C^{a} 25/26 cunctarumque *M* 26 aliena C^{a} 27 paucis] pacis *Y* 28 ecclesia *D* 29 et¹] ac *G* reclamauerunt *M* 30 idem *E* eidem E^{corr} S^{m} 31 aut¹] ut CS^{ft} nec *G* 32 ultra sit *om.* C^{a} 33 episcopis quorum] episcoporum CD^{corr} qui] quis YS^{et} nimis CDS^{et} atque] aut $CC^{a}Y$ ueritate *M* 34 salubribus $CC^{a}YD^{mg}$ remedium remediis *G* ipsique] ipsi quem *G* est *om.* *E*

si consiliis melioribus acquiescant, ab ecclesiæ unitate non excidant. quam autem post appellationem interpositam hoc necessarie postuletur, canonum Nicææ habitorum decreta testantur, quæ a totius mundi sunt sacerdotibus constituta quæque supter annexa sunt. fauete catholicis uestro more parentumque uestrorum, date defendendæ fidei libertatem, quam salua clementiæ uestræ reuerentia nulla uis, nullus poterit mundanus terror auferre. cum enim ecclesiæ causas, tum regni uestri agimus et salutis, ut prouinciarum uestrarum quieto iure potiamini. defendite contra hæreticos inconcussum ecclesiæ statum, ut uestrum Christi dextera defendatur imperium.

DAT̄ III ID̄ OCTB̄R ASTVRIO ET PROTOGENE V̄V̄ C̄C̄ CONS̄ d. 13. m. Oct. a. 449

19 [*in mg.* AD CLERVM CONSTANTINOPOLITANVM]. *Leo ep. 50 JK 443 = E 15. Græca uersio extat in Epistularum Collectione H 15*

Leo et sancta synodus quæ in urbe Roma conuenit, clero honoratis et plebi consistenti Constantinopolim. In notitiam nostram quæ Ephesi contra opinionem omnium sunt acta, perlatis magno animum nostrum fatemur mærore confusum nec tantum licuisse iniquitati facile potuissemus credere, nisi filius noster Hilarus diaconus, qui a nobis uice nostra cum aliis, ut interesset synodo, missus fuerat, fugiens reuertisset declinans ne iniustæ particeps esset sententiæ, quippe cum uox illic a nostris contradictionis emissa sit, quam Alexandrinus antistes, qui totum solus inpotentiæ suæ uindicauit, audire contempsit, in consortium suæ uoluntatis inuitos pertrahens sacerdotes, ut per uim coacti suscriberent, qui nullam damnationis causam idoneam repperissent. sed hos ausus pio et Christiano principi confidimus minime placituros; [sed] nunc quia ecclesiam uestram hac ratione cognouimus dissipatam, consolandos adhortandosque uos esse credidimus nostris epistulis, ut pro catholicæ fidei defensione perfidorum nequitiæ resistatis. nolumus enim dilectionem uestram hoc mærore percelli, cum maior gloria uestram sit subsecutura constantiam, si a probabili sacerdote uestro nullæ uos minæ, nulla formido diuellerit. quisque enim incolumi atque superstite Flauiano episcopo uestro sacerdotium eius fuerit ausus inuadere, numquam in communione nostra habebitur nec inter episcopos poterit numerari. nos enim sicut Nestorium in sua

---

GE, *Φ* [= *CC^aDMY*], *Q* [= *etwx*]. *S* [= *defmt*]
1 conciliis *G* acquiescunt *GC^a* excedant *C^aDQS*, *corr. D* 2 hoc *om. Q*, *corr. Q^x* niciæ *Q*, *corr. Q^x* 3 a *om. C^a* 4 defendendi *GC* defendente *S^t* defendite *Q* 5 salue *C^a* nullus *om. C^aS^e* 6 ecclesiæ *om. M* causas tum *QE* causa statum *DS^{df}* causa statutum *S^{emt}* causam tum *GCC^aMY* ut *om. C^a* 8 ut et *EMYSΓ* *in fine add.* contuli *Q* 9 data *C^aMYQ^w* IIII *GCY* quarto *C^a* *om. M* austurio *C^aMY* asterio *DS* protegene *$CDYQS^e$* ūū c̄c̄ *om. GEDMY* ūū c̄c̄s̄ *C^a* *in fine add.* era qua sup̄ *S*

GE, *Φ* [= *CC^aDMY*], *I*

inscr. EPISTOLA S̄C̄ISSIMI ARCHIEP̄Ī ROMAE LEONIS [epistola papæ leonis *D* ēpla leonis pape *M*] ET EIVS S̄C̄Ī [s̄c̄ī *om. DM*] CONCILII AD CLERICOS [clerum *D*] ET HONORATOS [nobiles constantinopolis *DM*] ET OMNEM [omnem *om. DM*] POPVLVM CONSTANTINOPOLITANVM *Φ* item ēpla leonis pape ad constantinopolitanos et plebi constantinopolim consistenti *I* 12/13 Leo — Constantinopolim *om. DMI*, *add. D^{mg}* 12 leo episcopus *ECC^aYD^{mg}* romana *CD^{mg}* 12/13 constantinopoli consistenti *C^a* constantinopoli *E* consistenti constantinopolim [constantinopoli *Y*] dilectissimis filiis in dn̄o salutem *CYD^{mg}* ad *C^aD* in ephesi *Y* 14 omnia *M* peracta *DM* 15 iniquitatis *D^{corr}* nisi ad nos *G* ylarius *I* 17 ne *om. DM*, *corr. D* participes *I* esse *EDM* illic uox *D* uox ille *I* 17/18 contraditionis *CI* 18 potentiæ *GC^aYI* 19 consortio *M* 20 ydonee *I* 21 x̄p̄ianissimo *G* sed *ΦΓ om. GEI* qui *GC* 22 ratione] πράξει *Γ* dissipatum *E* 23 defensionem *C^a* 24 hoc mærore] hac ī̄n more *I* 25 gloriam *M* ūr̄ā *ECC^aD^{corr}* ūram hoc *I* subsecuturam *CD* secutura *E* constantia *M* ad *C* 26 moenæ *E* quisquis *EYI* enim *om. M* superstiteo *C* communionem n̄r̄am *Gy* 28 nominari *C^o*

peruersitate anathematizauimus, ita eos qui ueritatem carnis nostræ in domino Iesu Christo denegant, pari execratione damnamus. state igitur in spiritu catholicæ
Phil. 1, 29 ueritatis et apostolicam cohortationem ministerio nostri oris accipite quia uobis donatum est pro Christo non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo patiamini. nolite arbitrari, dilectissimi, quod sanctæ ecclesiæ suæ desit aut defutura sit diuina protectio; splendescit enim fidei puritas, cum ab ea sordes separantur errorum. unde iterum iterumque uos ante conspectum domini obtestamur pariter et monemus ut a fide in qua fundati estis et in qua Christianissimum principem nouimus permanere, non insidiis, non cuiusquam persuasione moueamini, sed in persona episcopi uestri illum in oculis cordis habeatis, pro quo idem omnia pati quæ fuerint illata, non metuit. cuius per omnia imitatores esse uos cupimus, ut commune cum ipso præmium fidei habere possitis.

d. 13. m. Oct. a. 449 DAT III ID OCTB ASTVRIO ET PROTOGENE VV CC CONSS

20 [*in mg.* AD ANASTASIVM EPM]. *Leo ep. 47 JK 440*

Leo Anastasio episcopo Thessalonicensi. Quantum relatione Hilari diaconi nostri cognouimus, magnum facinus Alexandrino episcopo auctore uel executore commissum est, ut dum in fratrem nostrum Flauianum ueteres æmulationes et odia priuata desæuiunt, nec innocentiæ probatissimi sacerdotis nec Christianæ fidei parceretur. unde multum dilectioni tuæ gratulamur quod te ad illam synodum ire cupientem opportunis obstaculis manus diuina detinuit, ne abstenturus procul dubio a tanto scelere indignis iniuriis subiaceres et furori impio militibus, quantum didicimus, armisque suffulto contraire non posses. quia ergo prorupit in apertum perfidia quæ latebat, et in nefandissimam hæresim unius imperitissimi senis asseclæ transierunt, tempus probationis nostræ debemus agnoscere et contra impetus aduersantium munitionibus cælestibus fulti incommutabilis animi constantiam præparare; scimus, frater karissime, quia sacramento magnæ pietatis suæ aderit diuina protectio. si quid itaque fraternitati tuæ de impiis constitutionibus fuerit ingestum, protestamur pariter ac monemus ne uel in damnatione fratris insontis uel in receptione nefarii dogmatis consensum tui
1 Ioh. 4,4 cordis inmisceas (maior est enim qui in nobis est quam qui aduersum nos); annitere potius quantum te ipse naturæ nostræ susceptor et glorificator adiuuerit, ut omnium fratrum nostrorum corda confirmes. nobis enim ab euangelio generationis et mortis

---

GE, *Φ* [= *CC^aDMY*], *I*

1 anathemauimus *GCC^a* dn̄o n̄ro *CD^corr* 2 denegarent *I* damnauimus *C^a* instate *M* spiritu] fide *M* 4/5 non — arbitrari *om. C* 4 ut² *om. C^a* 5 arbitrare *GD* 6 separatur *C* 7 iterum *om. C^a* 8 fidei *E* 9 non² *om. D* persuasionibus *GCC^aYI* persa *in* perseuerantia *corr. C^a* personam *GEI* 10 cordis] uestris *M* pro *om. C^a* idem] quidem *Y* 11 uos esse *DY* 13 data *EC^aMYI* III *ED* tercio *M om. GCC^aYI* Asturio et Protogene *om. E* asterio *D*, *corr. D^mg* austurio *C^aMY* protegene *CDY* progene *D^mg* ūū c̄c̄ *om. GEDI* CONS̄S̄ s̄s̄ *E* s̄s̄ *C^a GMVI*

inscr. item ēpla leonis pape ad nasthasium thessalonissensem ēpm̄ *I* 15 leo ēps anastasio thessalonicense *MV om. I* hylarii *VI* 16 magnum *om. M* facimus *M* 17 ueteris emulationis *MV* priuata *GI* propria *MV* 19 congratulamur *I* illum *G* 20 tanta *G* celere *I* 21 subiaceris *MV* furore *GMV* 22 contrarie *I* possis *GMV* in apertum *om. I* 23 assede *I* asseculæ *G* ad secula *MV* 23/24 probationis — debemus *om. I* 25 fulti *G* freti *I* frui *MV* constantiæ rore parare *MV* 26 sacramentum *MV* igitur *I* 27 protestamus *MV* et admonemus *MV* 28 dampnationes *I* insontes *MV* in receptione *M* in receptionem *I* in deceptione *G* increpatione *V* 29 Imisceat *MV* aduersus *I* 30 glorificatur *MV* adiuuauerit *G^corr* 31 confirmis *MV*

ac resurrectionis domini nostri Iesu Christi nullatenus recedentibus definitissimum est in nostræ communionis numero non futuros eos qui conantur antiqua catholicæ fidei fundamenta conuellere.

DAT III ID OCT ASTVRIO ET PROTOGENE CONSS — d. 13. m. Oct. a. 449

21 [*in mg.* AD FLAVIANVM EPM]. *Leo ep. 49 JK 442*

Leo Flauiano episcopo Constantinopolitano. Quæ et quanta dilectio tua pro catholicæ fidei defensione patiatur, per diaconum nostrum, qui ab Epheso furtim est lapsus, agnouimus et licet magnificemus deum, qui te gratiæ suæ uirtute confortat, necesse est tamen nos dolere eorum ruinas per quos ueritas inpugnatur et ipsa totius ecclesiæ fundamenta quatiuntur. quia uero prouidentia dei semper suis necessarium præstat auxilium, scire debet fraternitas tua nos pro communi causa nihil eorum quæ agenda sunt, præterire, ut primitus ad ea quæ uniuersitati fidelium prosint, peruenire mereamur; superest ut fortiter interim toleret dilectio tua quæ sibi ad aeternam gloriam non dubitat profutura. perlator sane breuis huius epistulæ fideli sermone poterit enarrare quidquid illud est ad quod iuuante domino studio fidei et caritatis intendimus.

DAT III IDVS OCTOB ASTVRIO ET PROTOGENE CONSS — d. 13. m. Oct. a. 449

22 [*in mg.* AD IVLIANVM EPM]. *Leo ep. 48 JK 441*

Leo Iuliano episcopo. Cognitis quæ apud Ephesum unius hominis præsumptione sunt gesta, magno quidem dolore affecti sumus de his quæ impie furioseque commissa sunt, sed ad deum nostros animos dirigentes multam fiduciam ab ipsa quam sequimur ueritate concipimus, non omittentes omnia agere quæ auxiliante dei gratia credimus profutura. tenendum ergo nobis est quod tenemus, et sæuiente unius turbidæ nubis procella serenissima fidei est amplectenda tranquillitas, donec radios suos ueritas per uniuersa diffundat et caliginem infidelitatis consumat. quæ autem disposita sint, perlatoris sermone cognosces.

DAT III ID OCTOBRES ASTVRIO ET PROTOGENE CONSS — d. 13. m. Oct. a. 449

23 [*inscr.* AD PVLCHERIAM AVG]. *Leo ep. 45 JK 439 = E 13. Græca uersio extat in Epistularum collectione H 12*

Leo episcopus et sancta synodus quæ in urbe Roma conuenit, Pulcheriæ augustæ. Si epistulæ quæ in fidei causa ad pietatem uestram directæ sunt, per nostros clericos

---

GMVI

1 recedentibus] nr̄e cedentibus *G* 2 antique *MV* 4 data *MVI* IIII *MV* astorio *MV*

GMVI

inscr. item ep̄la leonis pape ad flauianum constantinopolitanum ep̄m *I* 6 leo ep̄o flauiano ep̄o cui supra *MV* 6 Leo — Constantinopolitano *om. I* 7 nostrum *om. GI* ephesum *G* 9 nobis *G* ruinas] doctrinas *M* 10 semper *om. G* 11 tua fraternitas *MV* 14 prelator *I* fidei *I* 15 adiuuante *I* 17 data *MVI* quarto *MV* astorio *MV*

GI

inscr. item ep̄la leonis pape ad iulianum ep̄m *I* 19 Leo — episcopo *om. I* 21 dn̄m n̄rm *I* 23 est *om. G* 24 turbidæ nubis *G* turbinis *I* serenissimæ *G* 26 sermonem *I* 27 data *I*

GE, *Φ* [= *CC*[a]*DMY*], *Q* [= *etwx*], *S* [= *defmt*]

inscr. EPISTOLA [INCIPIT EPISTOLA *Y*] LEONIS ARCHIEP̄I [PAPAE LEONIS *D* eiusdem *M*] ET SC̄I [sc̄ique *M*] CONCILII QVOD ROMAE COLLECTVM EST AD PVLCHERIAM AVGVSTAM [A PVLCHERIA AVGVSTA *C*[a]] *Φ* item leonis pape ad pulceriam augustam contra eandem secundam ephesenam synodum ut eius errores in alia sinodo retractarentur *S* 30 Leo — augustæ *GEQS* gloriosissimæ et clementissimæ filiæ [filiæ *om. M*] pulcheriæ augustæ leo ep̄s et sc̄m concilium romæ collectum *Φ* 31 causam *D* directa *G* cleros *C*

peruenissent, certum est remedium uos his rebus quæ contra fidem factæ sunt, aspirante uobis domino præstare potuisse. quando enim sacerdotibus, quando Christianæ religioni aut fidei defuistis? sed cum ad mansuetudinem uestram adeo non potuerint peruenire qui missi sunt, ut ad nos uix unus eorum Hilarus diaconus noster fugiens sit reuersus, iteranda scripta credidimus et ut ualidiores preces nostræ esse mereantur, ipsorum scriptorum quæ ad clementiam uestram non peruenerunt, exempla subiecimus, amplioribus uos obtestationibus obsecrantes ut quanto acerbiora sunt facta, quibus pro fide regia uos conuenit contraire, tanto maiore gloria curam eius in qua excellitis religionis habeatis, ne catholicæ fidei integritas ulla humanarum concertationum occasione uioletur. quæ enim congregata apud Ephesum synodo sopienda et sananda pacis remedio credebantur, hæc non solum in maiora pacis dispendia, sed, quod nimis dolendum est, etiam in ipsius fidei qua Christiani sumus, excidia processerunt. et hi quidem qui missi sunt quorumque unus uim Alexandrini episcopi sibi omnia uindicantis effugiens rerum gestarum nobis ordinem fideliter nuntiauit, reclamauerunt in synodo, sicut oportuit, unius hominis non tam iudicio quam furori, protestantes ea quæ per uim metumque gererentur, sacramentis ecclesiæ et ipsi symbolo ab apostolis instituto præiudicare non posse neque se ab ea fide ulla iniuria separandos, quam plenissime expositam atque digestam a sede beati apostoli Petri ad sanctam synodum detulissent cuiusque recitatio poscentibus episcopis non sit ammissa, ut scilicet remota ea fide quæ patriarchas prophetas apostolos et martyres coronauit, generatio Iesu Christi domini nostri secundum carnem et ueræ mortis ac resurrectionis eius confessio, quod horremus dicere,
ep. 18 solueretur. scripsimus de hac re, ut potuimus, ad gloriosissimum principem et quod est maximum, Christianum, cuius epistulæ pariter exempla subiecimus, ut fidem in qua renatus per dei gratiam regnat, nulla sineret nouitate corrumpi, quoniam Flauianus episcopus in nostra omnium communione persistit atque hoc quod factum est sine consideratione iustitiæ et contra omnem canonum disciplinam, ratum haberi ratio nulla permittit, et quia dissensionis scandalum non abstulisset Ephesia synodus, sed auxisset, habendo intra Italiam concilio et locus constitueretur et tempus, omnibus querellis et præiudiciis partis utriusque suspensis, quo diligentius uniuersa quæ offensionem generauerunt, retractentur et absque uulnere fidei absque religionis iniuria in pacem Christi redeant qui per inpotentiam suscribere coacti sunt sacerdotes, et soli auferantur errores. quod ut optinere mereamur, probatissimæ nobis fidei pietas tua, quæ labores ecclesiæ semper adiuuit, supplicationem nostram apud clementissimum principem, sibi specia-

---

GE, *Φ* [= $CC^{a}DMY$], *Q* [= *a* (*inde a* 10 enim congregata) *etwx*], *S* [= *defmt*]
1 peruenisset *G* in his *G* facta *G* 2 potuisset *G* quando enim *G* xp̄iana *C* 3 potuerunt *YS* 4 hilarius YS^{ft}, *corr.* *Y* 5 credimus GS^{f} 7 attestationibus *G* quanta *G* 8 regia] Ῥωμαικῆς *Γ* conuenit *om.* *E* in tanto Q^{ewx}, *corr.* Q^{x}, in tantum Q^{t} curam eius] coram eis *G* in qua] quam *G* excelletis *MS* 9 nulla *S* 9/10 uioletur occasione *E* sopiendæ et sanandæ Y^{corr} 11 remedia Y^{corr} 12 qua] qui YS^{e} Christiani sumus] xp̄ianissimus $ECYS^{em}$ præcesserunt *Q* 13 uim] insidias *G* alexandrinæ *D* alexandrinus *M* 14 reclamarunt GS^{dfmt} 15 pretestantes *Y* 16 generentur CD^{mg} sacramenti *G* 17 qua *C* 18 dispositam GS^{d} apostoli *om.* *M* 19 cuius $CC^{a}Y$ amissa *C* remotæ a $CD^{corr}MQ^{t}$ remota ea a *D* remota Q^{a} *corr.* 20 et *om.* *Y* dn̄i nr̄i ihū xp̄i $GEC^{a}Q^{w}S^{m}$, *corr.* GQ^{w} 22 re *om.* *M* 23 maxime *M* exemplar *G* et exempla *Y* subicimus C^{a} subiciemus *C* adiecimus *G* fides *G* in] ut *G* 24 natus *DM*, *corr.* *D*, *om.* *G* gratia *E* ulla *M* siniret QS^{de}, *corr.* Q^{ax}, sinat *G* quoniam *om.* C^{a} 25 persistat *DM* 26 canonam *E* 27 permittat *Y* quia] qui ad *C* abstulit *Y* ephesina $C^{a}Q$ ephesena *G* auxit *Y* 28 habenda *G* concilium *YS* 29 praiudiis *E* quod $C^{a}D^{corr}MS^{m}$ offensione $C^{a}M$ 29/30 generauerunt *CMYQ* generauerant $C^{a}DES$ generauerat *G* 30 Christi] θεοῦ *Γ* 31 redeant *om.* *M* 32 mereatur *QΓ*, *corr.* Q^{a} quæque *E* 33 sibi] siue *S*

liter a beatissimo Petro apostolo legatione commissa, dignetur asserere, ut priusquam ciuile hoc et exitiale bellum intra ecclesiam conualescat, redintegrandæ unitatis copiam deo auxiliante concedat, sciens imperii sui uiribus profuturum quidquid catholicæ libertati benigna ipsius fuerit dispositione collatum.

DAT III ID OCTOBR ASTVRIO ET PROTOGENE VV CC CONSS **d. 13. m. Oct. a. 449**

24 [*inscr.* AD FAVSTVM ET CETSS]. *Leo ep. 51 JK 444 = E 14. Græca uersio extat in Epistularum collectione H 16*

Leo et sancta synodus quæ in urbe Roma conuenit, Fausto Martino Petro et Emmanuhel presbyteris et archimandritis Constantinopolitanis dilectissimis filiis in domino salutem. Quamuis ea quæ ad Constantinopolitanam ecclesiam scripsimus, sollici- (ep. 19) tudinem deuotionis uestræ latere non possint, tamen etiam specialibus dilectionem uestram litteris cohortandam esse credidimus, ut memores sanctæ professionis uestræ, quæ proprie in fide et caritate consistit, omnia scandala quæ contra pacem ecclesiæ orta sunt, a uestris cordibus repellatis, beati apostoli sententiam pia mente retinentes: si quis uobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit, et (Gal. 1, 9) custodientes unanimitatem cum fratre nostro Flauiano episcopo, quem ad tempus dominus permisit impiorum factione temptari, ut probatum sibi sacerdotem suum perseuerantiæ merito faceret clariorem. hæ autem perturbationes necesse est auxiliante dei gratia celeriter destruantur et omne quod reprobum est, ab ecclesiæ puritate, quæ nec maculam (Eph. 5, 27) nec rugam recipit, respuatur, maxime cum ab insana imperitia in hoc usque proruptum sit ut contra sacramentum salutis humanæ incarnationis domini nostri Iesu Christi ueritas denegetur et antiquæ fidei prædicator atque defensor, quia non acquieuit blasphemiis, quas olim sancti patres nostri in multis hæreticis damnauerunt, subiciatur iniuriis, in quo utique omnium domini sacerdotum reuerentia cæditur et uniuersa corporis Christi membra pulsantur. sed quia gloriosum nobis est quidquid nos pati deus uoluerit, pro ueritate tolerare, in consortium uos patientiæ paternis exhortationibus aduocamus ut per dilectionem uestram omnibus deo seruientibus quæ scripsimus, innotescant et inimicis euangelii resistentes nec pastoris uestri dilectionem nec

---

GE, *Φ* [= *CC^aDMY*], *Q* [= *aetwx*], *S* [= *defmt*]
1 legationem commissam *S* legatio *C^a* 2 exitiali *DSf*, *corr. D* exiale *Y* sed integrandæ *Y* redintegrationi *E* 3 sui *om. C^a* ad uiribus *G* 3/4 libertate *C* 4 dispositionem *E* 5 data *EMYQ* IIII *CS^efmt*. *corr. C* kal *C^a* asterio *DS*, *corr. D^mg* austurio *MYQ^a* protegene *CDYQ^x S^e* uu cc *om. GED* *in fine add.* era qua supra *S* contuli *Q*
GE, *Φ* [= *CC^aDMY*], *I*
inscr. EPISTVLA SCISSIMI ARCHIEPI ROMAE LEONIS [EPLA PAPAE LEONIS *D* epla eiusdem *M*] AD ARCHIMANDRITAS [ARCHIMANDRITAM *C*] CONSTANTINOPOLITANOS [CONSTANT *C* constantinopolis *DM*] *Φ* epla synodi ad constantinopolitanos *I* 8 leo eps *EΦ* quæ om. *M* romana [roma *D^corr*] ciuitate collecta est [est *om. DM*, *corr. D*] *Φ* 8/9 et emmanuhel *E cf. Γ* magno heliæ [heliæ *om. C^a*] *Φ* et magno et helie *I* et magno et heliæ et emmanuhelo *G* 9 presbytero *I* et ceteris presbyteris *DM* monasteriorum constantinopolitanorum [constantinopolitarum *CD^mg*] *CC^aYD^mg* dilectissimis — salutem *om. EDM*, *add. D^mg* 10 scripserimus *M* 11 possint *GC^aD^corr I* possent *ECMYΓ* possunt *D* 12 credimus *I* sanctæ *om. E* promissionis *G* 14 sunt] est *I* 15 acceptis *G* 16 unianimitatem *DI*, *corr. D* nostro *om. G* 17 fractione impiorum *M* temptare *C* 18 meritum *G* hæc *ECC^aD*, *corr. D* est ut *CC^aDY* 19 et] ut *C^aY* macula *C^a* 20 recepit *C^a* insania peritia *M* præruptum *D* 21 Christi *om. CC^a* 22 antiqua *C* 23 blasphemis *M* quam *C* nostri *om. I* damauerunt *CD^mg* 24 qua *C* creditur *I* 25 xpi corporis *G* nos] nobis *G* 26 ds pati *ED* 27 aduocamur *G* 28 et] ut *Γ* ure dilectionis *G*

unitatem catholicæ fidei deseratis, quoniam ea quæ Ephesi nuper contra iustitiam uel canonum disciplinam per unius hominis inpotentiam gesta sunt, nulla catholicæ fidei ratio rata esse permittit.

d. 13. m. Oct. a. 449 DAT III ID OCTB ASTVRIO ET PROTOGENE VV CC CONSS

25 [*inscr.* AD THEOD AVG]. *Leo ep. 43 JK 437. est exemplar decurtatum atque interpolatum epistulæ 18. Græca uersio et ipsa interpolationibus non immunis extat in Epistularum collectione M I*

Gloriosissimo et clementissimo Theodosio augusto Leo episcopus. Olim et ab initio in conciliis celebratis tantam nos percepimus a beato Petro apostolorum principe fiduciam, ut habeamus auctoritatem ad ueritatem pro nostra pace defendendam, quatenus nulli liceat sic eam munitam in aliquo commouere, dum repente læsio remouetur. igitur quia concilium episcoporum quod propter Flauianum in Ephesena ciuitate fieri præcepistis, et ipsi fidei probatur obesse et omnes ecclesias uulnerare et hæc a nobis conperta sunt, non incerto nuntio, sed ab ipsis reuerentissimis episcopis qui a nobis missi sunt, et fidelissimo rerum quæ gesta sunt, narratore Hilaro diacono nostro, hæc autem ideo culpa processit, eo quod non pura conscientia et recto iudicio secundum consuetudinem hi qui collecti sunt, de fide et errantibus protulerunt, in ipso autem iudicio non omnes qui conuenerant, interfuisse cognouimus, nam alios reiectos, alios didicimus intromissos, qui pro supra dicti sacerdotis arbitrio impiis suscriptionibus captiuas manus dederent et nociturum statui suo scirent, nisi imperata fecissent, talemque ab ipso prolatam esse sententiam, ut in omnes per eam sæuiretur ecclesias, quod nostri ab apostolica sede directi adeo impium et fidei contrarium uidentes nobis significare noscuntur, unde, tranquillissimi principum, remouete, quæsumus, a uestræ pietatis conscientia periculum religionis et fidei, ut Christi euangelio uim non inferat humana præsumptio. ista ego, Christianissime et uenerabilis imperator, cum consacerdotibus meis implens erga reuerentiam clementiæ uestræ sinceri amoris officium cupiensque uos per omnia placere deo, cui pro uobis ab ecclesia supplicatur, ne ante tribunal domini rei de silentio iudicemur, obsecramus coram unius deitatis inseparabili trinitate, quæ tali facto læditur, cum ipsa uestri sit custos et auctor imperii, et coram sanctis angelis Christi, ut omnia in eo statu esse iubeatis, in quo fuerunt ante omne iudicium, donec maior ex toto orbe sacerdotum numerus congregetur, nec alieno peccato patiamini uos grauari, quia, quod necesse est nos dicere, ueremur ne cuius religio dissipatur, indignatio prouocetur. præ oculis habete et tota mentis acie reuerenter aspicite beati

---

GE, *Φ* [*CC^{a}DMY*], *I*

1 in epheso *GI* iusticia *C^{a}* 2 inpotentiam *DM* potentiam *CC^{a}D^{corr} Y* inpatientiam *E* inpudentiam *GI* 3 permittet *C^{a}* 4 data *C^{a}MYI* III *ED om. GCC^{a}MYI* austurio *C^{a}MI* austorio *Y* asterio *D* protegene *DY* progene *C* uu cc ss *C^{a}* uu cc *om. GEDMI*

G, *Φ* [*CC^{a}*, *D* [*multa abscissa*], *MY*]

inscr. EPISTOLA [INCIPIT EPISTOLA *Y*] SCISSIMI ARCHIEPI ROMAE LEONIS [epla eiusdem *M*] AD IMPERATOREM THEODOSIVM QVA ROGAVIT SPECIALE CONCILIVM IN ITALIA FIERI [pro concilio in italia faciendo *M*] ET IN NVLLO ALIO LOCO EO [et *M*] QVOD CONTRARIA SIT CANONIBVS SECVNDA SYNODVS EPHESENA [EPHESIA *CC^{a}D*] *Φ* 8 et^{2} *om. M* 9 celebritatis *M* percipimus *GC^{a}* 10 pro] per *C* pacem *Y* 11 alio *Y* remouetur] aboletur *M* 12 ephesina *GC^{a}* 15 fidelissima *G* 17 et *om. G* errantibus *in* erratibus *corr. Y* sententiam protulerunt *M* iudicium protulerunt *Y* 18 reiectos alios *om. C^{a}* 19 dictis *M* 20 dederunt *G* 21 eum *M* 22 ab *om. Y* 22/23 nos significasse *M* 23 tranquillissime *DΓ* 24 conscientiam *C^{a}M* conscientiæ *G* ut] et *Γ* 25 ista *in* istum *corr. Y* ergo *GC^{a}Y* sacerdotibus *M* 28 rei *om. M* 30 statuisse *CD*

Petri gloriam et communes cum ipso omnium apostolorum coronas cunctorumque martyrum palmas, quibus alia non fuit causa patiendi nisi confessio ueræ diuinitatis et humanitatis in Christo. cui sacramento quia impie nunc a paucis inprudentibus obuiatur, omnes partium nostrarum ecclesiæ, omnes mansuetudini uestræ cum gemitibus et lacrimis supplicant sacerdotes, ut quia et nostri fideliter reclamauerunt et eisdem libellum appellationis Flauianus episcopus dedit, generalem synodum iubeatis intra Italiam celebrari, quæ omnes offensiones ita aut repellat aut mitiget, ne aliquid ultra sit uel in fide dubium uel in caritate diuisum, conuenientibus utique Orientalium prouinciarum episcopis, quorum si qui superati minis atque iniuriis a ueritatis tramite deuiarunt, salutaribus remediis in integrum reuocentur ipsique quorum est causa durior, si consiliis melioribus adquiescant, ab ecclesiæ unitate non excidant. quam post appellationem interpositam hoc necessarie postuletur, canonum Nicææ habitorum decreta testantur, quæ a totius mundi sunt sacerdotibus constituta. fauete catholicis uestro more parentumque uestrorum, date defendendæ fidei libertatem. cum enim ecclesiæ causas, tum regni uestri agimus et salutis, ut prouinciarum uestrarum quieto iure potiamini. defendite contra hæreticos inconcussum ecclesiæ statum, ut et uestrum Christi dextera defendatur imperium.

DAT̄ III ĪD̄ OCT̄B̄R̄S̄ ASTVRIO ET PROTOGENE V̄V̄ C̄C̄ C̄ŌN̄S̄S̄ — d. 13. m. Oct. a. 449

26 [*inscr.* AD PVLCHERIAM AVḠ]. *Leo ep. 46. Græca uersio extat in Epistularum Collectione H 13*

Gloriosissimæ et clementissimæ Pulcheriæ augustæ Hilarus diaconus. Studium mihi fuisse post synodum aduenire Constantinopolim dicere non debeo, quoniam manifesta necessitas erat quæ me litteras beatissimi papæ ad uestram clementiam directas (ep. 11) offerre conpelleret, ut pariter et uestræ pietati et inuictissimo et Christianissimo principi officium quod debebam uenerationis exsoluerem. sed huic congruo meo proposito illud impedimentum euenit, quod omnium bonorum inimicum est et Christianorum ingemescit affectus, hoc est Alexandrinus episcopus in damnatione uirorum inculpabilium potentissimus. nam posteaquam iniustæ eius uoluntati atque sententiæ communicare non potui, ad aliud concilium terroribus atque insidiis me euocare conatus est, quatenus me, quod absit, aut seductionibus faceret consentire ad condemnandum sanctissimum Flauianum episcopum aut resistentem teneret, ut mihi non esset licentia ad pietatem uestram Constantinopolim percurrere aut ad Romanam ecclesiam remeare. uerumtamen confidens de auxilio Christi nostri dei a damnatione reuerentissimi et sanctissimi uiri innocentem me integrumque seruaui, licet nulla flagella, nulla tormenta me possent facere eius consentire sententiæ, sed omnibus derelictis exinde discessi per incognita et inuia loca Romæ ueniens et reuerentissimo papæ omnium quæ in Epheso

---

G, *Φ* [*CC^aDMY*]
1 communis *CD*   2 causa fuit *C^a*   3 uere humanitatis *MY*   quia] qui *C^a*   4 omnis *C^a*   5 n̄ris *Y*   reclamarunt *G*   7 aut¹] ut *C*   11 excidunt *M*   13 a *om.* *C^a*   15 causam *M*   tunc *CC^aD*   ūr̄æ *C^a*   16 statutum *C^a*   17 dexterale *CD*   defendat *C^a*   18 data *MY*   III *om.* *DM*   austurio *C^a* austorio *Y*   protegene *CY*   ūū c̄c̄ s̄s̄ *CD*   ūū c̄c̄ *om.* *GC^aMY*
inscr. EPISTOLA HILARI DIACONI ROMANI AD PVLCHERIAM AVGVSTAM *Φ*   21 et clementissimæ *G* atque piissimæ *ΦΓ*   21 subdiac̄ *G^corr*   23 me *om.* *C^a*   24 et¹ *om.* *G*   25 debeam *M*   26 impedimento *M*   27 damnationem *GC^aD*   29 aliud concilium] *cf. Gesta concilii Epheseni alterius* [*Abhdlg. d. Gött. Ges. d. Wiss. XV* 1] *p.* 8, 23 *sq.*   uocari *G*   30 contemnandum *C*   32 percurre *C*   romam *C*   33 dī n̄ri *C^aD*   ad damnationem *C*   35 possint *D*   scientiæ *G*   36 romā ueniens *C^a*   ephesum *C*

gesta sunt, idoneus nuntiator existens. uestra itaque ueneranda clementia cognoscat a præfato papa cum omni Occidentali concilio reprobata omnia quæ in Epheso contra canones per tumultus et odia sæcularia a Dioscoro episcopo gesta sunt, et nulla ratione hæc in his partibus suscipi posse quæ per potentiam prædicti non sine læsione fidei et præiudicio sanctissimi uiri innoxiique commissa sunt. quæ uero constanti ac forti auctoritate pro fide a me nuntiata sunt, superfluum credo narrare; nam hæc ex
ep. 23 litteris beatissimi papæ poteritis agnoscere. unde, domna splendidissima atque clementissima augusta, adoranda uestra pietas in quibus libenter fecit initium, relinquere non debet, sed hæc zelo religioso fidei constanti uoluntate seruate.

27 [*inscr.* AD MARCIANO ET FAVSTO PBRIS]. *Leo ep. 61 JK 449 = E 18*

Leo Martino et Fausto presbyteris. Bonorum operum et spiritalium studiorum deum auctorem esse non dubium est, qui quorum incitat mentes, adiuuat actiones. quod nobis præsenti experimento euidenter apparuit. siquidem inter discretarum spatia longinqua regionum unum sumpserunt corda nostra consilium ut quod a nobis desiderabatis, eo uobis tempore quo epistulæ uestræ emittebantur, occurreret, si tamen
ep. 24 dilectioni uestræ tradi scripta nostra potuerunt, quæ non solum apostolicæ sedis auctoritate, sed etiam sanctæ synodi, quæ ad nos frequens conuenerat, unanimitate directa sunt, ut in his quantam curam totius ecclesiæ habeamus, appareat, hortando scilicet omnium fidelium mentes et clementissimorum principum præsidia ad defensionem fidei postulando. quorum pios et catholicos animos non diffidimus opem atque auctoritatem suam iustis petitionibus præstaturos, quo citius auxiliante domino perniciosa hæresis et dudum sanctorum patrum auctoritate damnata, quæ nuper Ephesi male adiuta est, auferatur. interim uero det operam, quantum fieri potest, uestra dilectio ut omnibus ecclesiæ filiis innotescat quid contra impium sensum secundum
ep. 34 doctrinam euangelicam et apostolicam prædicemus, quia licet plene quæ semper fuisset atque esset catholicorum sententia, scripserimus, tamen nunc quoque ad confirmandas omnium mentes non parum exhortationis addidimus. memor enim sum me sub
Mt. 16, 17 illius nomine ecclesiæ præsidere, cuius a domino Iesu Christo est glorificata confessio et cuius fides omnes quidem hæreses destruit, sed maxime impietatem præsentis erroris expugnat, et intellego mihi aliud non licere quam ut omnes conatus meos ei causæ in qua uniuersalis ecclesiæ salus infestatur, inpendam. ergo ne habitæ aliqua neglegentiæ
ep. 34 occasione scripta nostra ad uos non potuerint peruenire, exemplaria eorundem nunc mittenda credidimus, ut nullo modo fidei quam defendimus, prædicatio uestræ notitiæ subtrahatur.

d. 17. m. Mart. a. 450 DAT XVI KL APR VALENTINIANO AVG VII ET AVIENO CONSS

G, *Φ* [= *CC^a DMY*]

1 relator *Y* agnoscat *C* 2 a — papa *om. DM*, *corr. D^mg* a *om. Y* 3 epō dioscoro *D* dioscoro *C^a* 4 quæ *om. M* pre potentia *DM* 6 auctoritati *G* 7 poteris *G* domina *C^a DMY*, *corr. C^a* 9 debet finem *C^a* hoc *D* religioso zelo *Y* seruaret *M*

GE, *S* [= *defmt*]

inscr. item leonis exortatoria ad martinum et faustum prsbrs. de damnatione epheseni concilii secundi *S* 11 leo episc *ES^deft* marciano *G* presbyteris et archimandritis *E* 13 in *G* decretarum *GS^m* 14 sumpserint *ES* 15 mittebantur *G* occurreret *EG^corr* occurrerit *S* occurrerent *G* tamen] tali *G* 23 uero *om. E* opera *G* 28 dño nro *G* 30 conatos *GS^ft* ei] et *S* causa *GS^d* 31 ergo ne habitæ *G* ne autem *ES*, *locus corruptus*, *postulatur* ueriti ergo ne 33 credimus *GS^ft* 35 XVI *om. G* VALENTINIANO — CONSS] CONSS SS *E* [*cf.* 28 = *ep.* 60] sexties *G* uu cc conss era qua supra *S*

28 [*inscr.* AD PVLCHERIAM AVG]. *Leo ep. 60 JK 448 = E 17*

Leo Pulcheriæ augustæ. Gaudere me plurimum et exultare in domino pietatis tuæ scripta fecerunt, quibus euidenter ostenditur quantum catholicam diligas fidem et quantum hæreticum detesteris errorem. hæresis quippe est nimis impia et euangelio ueritatis inimica, quæ non portionem aliquam lædere, sed ipsa Christianæ religionis conatur fundamenta conuellere, negans sempiterni patris filium sempiternum de utero beatæ uirginis matris ueram carnem nostræ sumpsisse naturæ et eos damnatione percellens, qui ab euangelica et apostolica fide nullo deduci errore potuerunt, illudque frustra prætendens quod Nicænæ synodi fidem teneat, cuius eum esse constat alienum, GL. unde quia non deserit ecclesiam suam diuina protectio dicente domino ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi (Mt. 28, 20) eodemque opere et tempore spiritus dei et clementiæ uestræ sollicitudinem et curam nostri cordis accendit ut de remediis procurandis eadem utrique cuperemus, quæ prius (ep. 23) poposci, nunc quoque instantius peto, maiore utens fiducia deprecandi, posteaquam præsidium uenerandæ exhortationis accepi, sperans autem adfuturam misericordiam dei ut cooperante uestra clementia pestiferi erroris possit morbus auferri et quidquid ipso inspirante atque auxiliante potuerit salubriter fieri, cum uestræ fidei laude peragatur, quoniam res humanæ aliter tutæ esse non possunt, nisi quæ ad diuinam confessionem pertinent, et regia et sacerdotalis defendat auctoritas.

DAT XVI KL APRIL VALENTINIANO AVG VII ET AVIENO CONSS — d. 17. m. Mart a. 450

29 [*in mg.* AD PVLCHERIAM AVG DE ANATHOLIO EPO]. *Leo ep. 70 JK 453 = E 20*

Leo Pulcheriæ augustæ [de Anatolio episcopo Constantinopolitano]. Gaudeo fidei clementiæ uestræ quod religiosum studium dignanter inpenditis ut pax ecclesiastica renouetur, quæ quorundam dissensionibus uidetur esse turbata. debetur enim hoc uestræ specialiter gloriæ ut ablatis omnibus scandalis quæ contra catholicam fidem inimicus excitauerat, una eademque sit per totum mundum confessio ueritatis, quæ facilius certiusque reparabitur, si prauorum sensuum nulla semina, nulla uestigia relinquantur. quod tamen mearum partium est, præterire non debeo, ut scilicet quid de incarnatione filii dei a Constantinopolitano episcopo teneatur, agnoscam, præsertim cum ordinationem ipsius dura præcesserint taliaque ad nos debuerit scripta dirigere, quæ illum a contagio huius qui nuper emersit erroris alienum euidenter ostenderent. optans itaque securam cum eo habere concordiam gratiamque illi fraternæ caritatis inpendere, scribere ei interim distuli, non dilectionem negans, sed manifestationem catholicæ ueritatis exspectans. simplex enim est absolutumque quod posco, ut remoto longarum dispositionum labore sanctæ memoriæ Cyrilli Alexandrini episcopi epistulæ quam ipse ad Nestorium miserat, adquiescat, in qua et errorem Nestorii

---

GE, *S* [= *de/mt*]

inscr. item leonis pape ad pulceriam augustam unde supra *S* 2 leo episc *ES* 3 diligis *S* 4 impiæ *E* 9 ptendimus *G* constat esse *S* contat *G* 10 GL *GE* gloriosissima augusta *S* suam *om. G* protectione *GE* 13 ut] et *G* utrumque *E* 16 ut *ES/* et *Sdmt* ut eius *G* uestra *om. G* 19 regiæ *G* 20 aug *om. G* CONSS *om. G* uu cc conss era CCCCLXXXVIII *S*

inscr. item leonis ad pulceriam augustam pro his quæ superius a theodosio augusto postulauit *S* 22 leo episc *ES* de — Constantinopolitano *G om. ES* 24 uidetur *om. G* 25 ut] et *G* 26 exciuerat *E* 27 si] se *G* 28 quod *S* 30 in ordinationem *Sdm* in ordinatione *S/t* ad] a *G* 31 a *om. G* contagione *S* 32 et gratiam *G* 33 interim ei *G* 35 labore *om. E* 36 in quæ terrorem *G*

arguit et fidem illi Nicænæ definitionis exposuit, uel epistulæ meæ quæ ad sanctæ recordationis Flauianum episcopum est directa, consentiat. quibus uigilanter inspectis Constantinopolitanus antistes repudiandum sibi quod ausa est contra puram et singularem fidem inperita insipientia definire, incunctanter agnoscat, quia et mea et sanctorum patrum de incarnatione domini concors per omnia et una confessio est. quam si quis æstimauerit non sequendam, ipse se a conpage catholicæ unitatis abscidet, cum tamen nos ut in integrum omnia reuocentur, optemus. ad effectum uero salubrium dispositionum uelocius optinendum fratres et coepiscopos meos Abundium et Aetherium, sed et Basilium et Senatorem presbyteros, probatissimos uiros, misi qui clementiæ uestræ formam fidei quam secundum doctrinam uenerabilium patrum prædicamus, offerrent et remotis circumlocutionibus quibus obscurari ueritas solet, quid de incarnatione filii dei a totius orbis probatis sacerdotibus defensum fuisset, ostenderent. quos post diuinam gratiam sancto uestræ pietatis auxilio dignum est adiuuari, ne in totius ecclesiæ perturbationem inprudens procedat intentio, cum correctione adhibita omnes oporteat in unius confessionis redire concordiam. a qua si forsitan ab aliquibus discrepatur, uniuersale concilium sacerdotum haberi intra Italiam clementia uestra annitente iubeatur, quo remota arte fallendi tandem pateat quid altiore tractatu aut coerceri debeat aut sanari.

d. 16. m. Iul. a. 450 DAT XVII K̄L̄ AVḠ VALENTINIANO AVḠ VII ET AVIENO CONS̄S̄

30 [*inscr.* AD THEODOSIVM AVḠ]. *Leo ep. 69 JK 452 = E 19*

Leo Theodosio augusto. Omnibus quidem uestræ pietatis epistulis inter eas sollicitudines quas pro fide patimur, spem securitatis nobis maximam præstitistis Nicænum commendando concilium adeo ut ab illo, sicut sæpe iam scribitis, non patiamini sacerdotes domini deuiare; sed ne aliquid in præiudicium catholicæ defensionis uiderer egisse, de ordinatione eius qui Constantinopolitanæ cœpit ecclesiæ præsidere, nihil interim in alterutram partem temere rescribendum putaui, non dilectionem negans, sed manifestationem catholicæ ueritatis exspectans (quod æquanimiter ferat, obsecro, uestra clementia), ut cum talem se erga fidem catholicam qualem cupimus, approbarit, de sinceritate ipsius et copiosius et securius gaudeamus. ne uero aliqua illum de nostro animo mordeat sinistra suspicio, occasionem totius difficultatis amoueo nec aliquid exigo quod aut arduum uideatur aut dubium, sed ad id quod nullus catholicorum refutet, inuito. noti enim sunt per uniuersum mundum atque manifesti qui ante nos siue Græca siue Latina lingua in catholicæ ueritatis prædicatione fulserunt, ad quorum scientiam atque doctrinam quidam etiam nostræ ætatis accedunt, de quorum scriptis par et multiplex profertur instructio. quæ sicut Nestorianam hæresim destruxit, ita etiam hunc qui nunc repullulat, abscidit errorem. relegat itaque sollicite quæ a sanctis patribus incarnationis dominicæ fides fuerit custodita semperque similiter

---

GE, *S* [= *defmt*]

1 illi *G* illic *E om. S* ad *om. G* 2 flauiano ēpō *G* 4 cunctanter *E* 5 incarnationem *E* 6 abscidit *G* abscidat S^{t} 8 asterium *S* 11 afferrent *G* qui *G* 12 urbis *E* 13 ūrō *G* 15 concordium *E* 16 discreparetur *E* 17 tractatum *G* 19 XVII *E* XV *G* XIII S^{demt} XIIII S^{f} ūū c̄c̄ consulibus era qua supra *S*

inscr. item leonis pape ad theodosium augustum, ubi scribit ut id quod de incarnatione filii dei ab anatolio constantinopolitano ēpō prædicatur agnoscat et ut uniuersale concilium in italia fiat *S* 21 leo episc̄ *ES* 23 scriptis GS^{mt} 26 alterutrum ES^{mt} scribendum GS^{t} 28 ūrām ES^{de}, *corr.* S^{d} clementiam ES^{dem}, *corr.* S^{d} 33 linguis G^{corr} 35 heresem *G* 36 hinc *G*

prædicata, et cum sanctæ memoriæ Cyrilli Alexandrini episcopi epistulam, qua Nestorium corrigere et sanare uoluit, prauas prædicationes ipsius arguens et euidentius fidem Nicænæ definitionis exponens quamque ab eo missam apostolicæ sedis scrinia susceperunt, præcedentium sensui perspexerit consonantem, Ephesenæ etiam synodi gesta recenseat, quibus contra Nestorii impietatem a sanctæ memoriæ Cyrillo inserta et allegata sunt de incarnatione domini catholicorum testimonia sacerdotum, non aspernetur etiam meam epistulam recensere, quam pietati patrum per omnia concordare reperiet cumque a se hoc quod eidem profuturum sit, expeti desiderarique cognouerit, catholicorum sententiis toto corde consentiat ita ut sinceram communis fidei professionem absolutissima suscriptione coram omni clero et uniuersa plebe declaret apostolicæ sedi et uniuersis domini sacerdotibus atque ecclesiis publicandam, ut pacificato per unam fidem mundo possimus omnes dicere quod angeli nato de Maria uirgine saluatore cecinerunt: gloria in excelsis deo et in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Lc. 2, 14 quia uero et nos et beati patres nostri, quorum doctrinam et ueneramur et sequimur, in unius fidei concordia sumus, sicut prouinciarum omnium protestantur antistites, agat clementiæ uestræ deuotissima fides ut quam primum ad nos Constantinopolitani episcopi qualia debent probati et catholici sacerdotis scripta perueniant, aperte scilicet atque lucide protestantia quod si quis de incarnatione uerbi dei aliud aliquid credat aut asserat quam catholicorum omnium et mea professio protestatur, hunc a sua communione secernat, ut ei fraternam in Christo caritatem merito possimus inpendere. ut autem salubribus curis uelocior pleniorque auxiliante domino per uestræ clementiæ fidem præstetur effectus, ad pietatem uestram fratres et coepiscopos meos Abundium et Aetherium, sed et Basilium et Senatorem presbyteros, quorum mihi devotio est probata, direxi, per quos quæ nostræ forma sit fidei, manifestatis instructionibus quas misimus, possitis dignanter agnoscere, ut si Constantinopolitanus antistes in eandem confessionem toto corde consentit, securi, ut dignum est, de ecclesiastica pace lætemur neque aliquid residere uideatur ambiguum, unde superfluis forsitan suspicionibus laboremus. sin uero aliqui a puritate nostræ fidei atque a patrum auctoritate dissentiunt, concilium uniuersale intra Italiam, sicut synodus quæ ob hanc causam Romam ep. 18 conuenerat, mecum petiit, clementia uestra concedat, ut in unum conuenientibus omnibus his qui aut ignorantia aut terrore prolapsi sunt, correctionis remediis consulatur nec cuiquam ultra sit liberum ita Nicænæ synodi facere mentionem, ut eius fidei inueniatur esse contrarius, quoniam et uniuersæ ecclesiæ et uestro hoc imperio profuturum est, si unus deus, una fides, unum sacramentum salutis humanæ, una totius mundi confessio teneatur.

DAT XVII KL AVGVST VALENTINIANO VII ET AVIENO CONSS d. 16. m. Iul. a. 450

31 [*inscr.* AD FAVSTVM ET CETR]. *Leo ep. 71 JK 454*

Leo Fausto Martino Petro Manuheli Iob Antiocho Abramio Theodoro Pientio Eusebio Helpidio Paulo Asterio et Caroso presbyteris et archimandritis et Iacobo diacono

---

GE, *S* [= *defmt*]

1 quam *G* 4 prespexerit *S* perspexerint *G* ephesanæ *G* 5 a *om. E* 6 adligata *S*[dem] alligata *GS*[ft], *corr. G* 7 recordare *G* 8 cum *E* ad *S* idem *GS*[mt] 10 absolutissimam *E* sedis *S* 18 dilucide *ES* protestanti *S* 20 intendere *S* 22 patres *G* 23 asterium *S* 24 nostra *G* forma sit *om. G* fides *G* 25 in *om. G* 27 unde] ut de *S* 28 ūrǣ *G* a *om. G* 30 petit *S* 31 terrore *S*[mt] errore *GES*[def] remedii *G* 33 et[1] *om. G* 34 et una *G* et unum *G*, *corr. G* 35 confessione *S* 36 xvi *GS* aug̅ vi *S* ūū c̄c̄ consulibus era qua supra *S*

G, *S* [= *defmt*]

inscr. item [idem *S*[def]] leonis ad faustum et martinum ceterosque p̄r̄sbros *S* 38 leo epc̄s *S*

et archimandritæ a pari. Causa fidei in qua salus Christiana consistit, multa me sollicitudine laborare conpellit metuentem ne prauitas quæ in suis fuerat amputanda principiis, processu temporis et pertinacior fiat et latior. nam cum clementissimus imperator talia ad nos scripta direxerit quibus sollicitudinem suam pro pace uniuersalis ecclesiæ demonstraret, ipse Constantinopolitanus episcopus et hi qui eundem consecrarunt, præter id quod ad ordinationem noui antistitis pertinebat, nihil nobis de conpressis uel abdicatis erroribus indicarunt, quasi in illa ecclesia nullum scandalum, nulla exstitisset offensio aut non hinc præcipue fuerit ordinati meritum demonstrandum, si aliena a se quæ catholicorum sensibus sunt aduersa, docuisset. ne ergo, quod inter longinquas regiones accidere solet, in nimias dilationes tenderent ueritatis examina, fratres et coepiscopos nostros Abundium et Aetherium, sed et Basilium et Senatorem presbyteros, probatissimos uiros, ad piissimum principem cum sufficienti paternarum auctoritatum instructione dereximus. quos in omnibus, fratres karissimi, diligentia ac sollicitudine uestra cupimus adiuuari, ut impietas, quæ cæcis ausibus in exitialia abrupta processit, simplices quoque decipiendi ulterius non habeat potestatem, cum altiore medicina etiam illis cupiamus per correctionis remedia subueniri, qui aut imperitia sunt lapsi aut terrore traducti. et ideo uos, qui iustificamini per fidem, qui catholicam diligitis ueritatem et de singulari sacramento salutis humanæ per spiritum sanctum estis edocti, conlaborate nobiscum et quanta potestis deuotione id agite ut falsitate destructa et fidei soliditate defensa secura per totum mundum dei pace potiamur.

d. 16. m. Iul. a. 450 DAT XVI⟨I⟩ KL AVG VALENTINIANO AVG VII ET AVIENO CONSS

32 [*in mg.* AD MARCIANVM PBRM]. *Leo ep. 74 JK 456*

Leo Martino presbytero. Gratias agimus deo et multam fiduciam piæ exultationis accipimus, cum dilectionem tuam et catholicam fraternitatem ita spiritu fidei uigere cognoscimus, ut cordibus uestris nihil infirmitatis hæretica possit inferre temptatio. ad quam diuinitus destruendam nec defuit, ut scitis, sollicitudo nostra nec deerit, donec omnipotentis dextera dei omnia diaboli arma confringat, cui ob hoc aliquid audere permittitur, ut a fidelibus Christi gloria maiore uincatur. si quid autem aut difficultatum interuenit aut morarum, cum æquanimitate tolerandum est, quoniam ubi ueritas est magistra, numquam desunt diuina solatia, fratres dilectissimi. quamuis ergo magna locorum interualla nos diuidant, unitate tamen fidei uobiscum sumus et toto corde Iesum Christum dominum nostrum uerum deum et uerum hominem confitentes nulla in uobis detrimenta perpetimur, cum de uestræ professionis concordia gloriamur, tantum ut sit auxiliante domino constantia perseuerans, dicente apostolo: Phil. 1, 29 u o b i s e n i m d o n a t u m e s t p r o C h r i s t o n o n s o l u m u t i n e u m c r e d a t i s, s e d e t i a m u t p r o i l l o p a t i a m i n i. ad quam fortitudinem sanctarum mentium roborandam fratres nostros atque legatos quos pro apostolicæ fidei libertate direximus et quos dudum apud uos esse confidimus, plurimum credimus profuturos, cum totius

---

G, S [= *defmt*]
1 archimandriti *S* appari *G om. S* 2 improbitas *G* in *om. G* 6 antistis *G* antestis *S*[t] 7 illam ecclesiam *G* 10 accedere *G* tenderet — examen *G* 11 asterium *S* 14 auribus *G* exsitiabilia *G* 16 terrore *G* errore *S* 19 quantum *G* 21 XVII *scripsi cl. epp.* 29. 30 XVI *GS*[defm] XV *S*[t] VI *S* ūū c̄c̄ consulibus era qua supra *S*

G, MV [*usque ad* 28 uincatur], *I*
leo [leo ēpō *MV*] — p̄bro *GMV* item ēp̄la leonis pape ad martianum pbrm̄ *I* 24 accepimus *G* spm̄ *G* s̄p̄s̄ *MV* 26 destruendum *MV* 27 dei *om. I* 28 permittitur *om. G* *in* uincatur *deficiunt MV* 30 karissimi *I* 31 unitatem *G* 34 ut sit] si *I*

actionis nostræ didiceritis affectum et curam uestram atque consilia pio opere iunxeritis. de qua re non necesse est nunc latius scribere, cum iam per supra dictos sufficientes epistulas miserimus, quibus abundantissime omnis catholica fraternitas instruatur. diuinæ erit uirtutis et gratiæ ut dei filius qui naturam humani generis suam fecit, amplius quam uidemus aut sapimus, magnum pietatis suæ asserat sacramentum, quod impia temeritas sibi quidem fraudauit, sed rectis cordibus auferre non potuit.

DAT ID SEPT VALENTINIANO ET AVIENO COSS [per Carterium et Asclepiadem diaconos Constantinopolitanum] d. 13. m. Sept. a. 450

33 [*inscr.* AD FAVSTVM ET MARTINO PBRIS]. *Leo ep. 75 JK 457 = E 21*

Leo Fausto et Martino presbyteris a pari. Omnes scribendi occasiones libenter amplectens alloqui dilectionem uestram sacerdotali affectione non desino, ut ex ipsa frequentia litterarum possitis agnoscere quantam curam ecclesiæ uniuersalis habeamus, pro cuius piissima fide studiosius defendenda uestram quoque deuotionem oportet laborum nostrorum esse consortem. nam et per fratres nostros episcopos atque presbyteros quos pro Christianæ religionis statu misimus quosque dudum uobiscum esse confidimus, plenissime ex omni instructione quam dedimus, potuistis aduertere quam intolerabile habeatur apud cunctos nostrarum partium sacerdotes quod profana quorundam insipientia contra sacramentum redemptionis humanæ inferre molita est, et nunc per filium nostrum Maximinum comitem continuatis uos alloquiis cohortamur ut quia propitio deo multum catholicorum est aucta libertas, assumatis constantiam spiritalem contra antichristi præcursores, dicente beato Iohanne: omnis spiritus 1 Ioh. 4, 23
qui confitetur Iesum Christum in carne uenisse, ex deo est, et omnis spiritus qui soluit Iesum, ex deo non est, et hic est antichristi. cui et Nestorius et Eutyches sub diuersa quidem erroris specie, sed sub eodem spiritu falsitatis militare uoluerunt, cum catholica fides apostolicis atque euangelicis inbuta doctrinis utrumque detestetur, utrumque condemnet. quæ ex quo coæternum patri uerbum caro factum est, quem credit filium dei, eundem etiam filium hominis confitetur et in uno uero deo ac uero homine domino Iesu Christo non unam naturam, sed unam se profitetur adorare personam. in hac fide nobiscum inseparabiliter atque indifferenter uniti state constanter et uiriliter agite ac si quæ sunt moræ de his quæ poposcimus ordinandis, per occasiones tamen quas fidas gratia diuina prouiderit, litteris nos uestræ dilectionis instruite, quia multum solatii est, cum sollicitis animis rerum desideratarum actio nuntiatur. uolumus autem ut hæ litteræ nostræ quas ad uestram dilectionem misimus, etiam ceteris catholicis innotescant, quo intellegant se quoque ad defensionem fidei isdem nostris exhortationibus incitari.

DAT V ID NOV VALENT AVG VII ET AVIENO CONSS d. 9. m. Nou. a. 450

GI

1 consilium *I* pio *om. I* operi *I* 5 prouidemus *G* 7/8 *om. G* 7 data ydus *I* auenio *I* 7/8 per — Constantinopolitanum *del. Ballerini cf. p.* 39,10

GE

10 leo episc *E* presbyteris et archimandritis *E* appari *G om. E* 13 defendendam *GE* 19 continuatim *G* 20 summatis *G* 21 spiritus *om. E* 23 ihm xpm *G* antexpi *E* antixps *G* 26 eternum *G* 30 confitenter *G* poscimus *G* 31 proderit *G* 34 quod *G* 36 v *E* vi *G* aug *om. E*

34 [*inscr.* AD CIVIBVS CONSTANTINOPOLITANIS]. *Leo ep. 59 JK 447*

Leo ciuibus Constantinopolitanis. Licet de his quæ in concilio sacerdotum nuper apud Ephesum gesta memorantur, multus nos mæror afficiat eo quod sicut consonans fama dispersit et ipso rerum monstratur effectu, nec iustitiæ illic moderatio nec fidei est seruata religio, uestræ tamen deuotionis bonitate gaudemus et in sanctæ plebis acclamationibus, quarum ad nos exempla delata sunt, omnium uestrorum probamus affectum, quia et uiuit ac permanet apud bonos filios optimi patris iusta dilectio et catholicæ doctrinæ eruditionem in nulla patimini parte corrumpi. non dubie enim, sicut uobis spiritus sanctus reserauit, Manichæorum confœderantur errori qui ab unigenito dei filio uerum et nostræ naturæ hominem negant esse susceptum omnesque eius corporeas actiones simulatorii uolunt fuisse phantasmatis. cui impietati ne
ep. 19 in aliquo præberetis assensum, iam per filium meum Epiphanium et Dionysium Romanæ ecclesiæ notarium cohortatoria ad dilectionem uestram scripta direximus, quibus confirmationem quam expetistis, ultro præbuimus, ut nos paternam uobis curam non dubitetis inpendere ac modis omnibus laborare ut auxiliante misericordia dei omnia quæ ab inperitis et insipientibus excitata sunt scandala destruantur nec quisquam sibi audeat de sacerdotali honore blandiri qui potuerit in exsecrandi sensus impietate conuinci. nam si uix in laicis tolerabilis uidetur inscitia, quanto magis in eis qui præsunt, nec excusatione est digna nec uenia, maxime cum etiam defendere peruersarum opinionum commenta præsumunt et in consensum suum aut terrore aut gratia instabiles quosque traducunt? spernantur huiusmodi a sanctis membris corporis Christi neque sibi catholica libertas infidelium iugum patiatur imponi. extra donum enim diuinæ gratiæ et extra sacramentum habendi sunt salutis humanæ qui negantes naturam nostræ carnis in Christo et euangelio contradicunt et symbolo reluctantur nec sentiunt se in hoc præruptum sua obcæcatione deduci, ut nec in passionis dominicæ nec in resurrectionis ueritate consistant, quia utrumque in saluatore uacuatur, si in eo nostri generis caro non creditur. in quibus isti ignorantiæ tenebris, in quo hactenus desidiæ torpore iacuerunt? ut nec auditu discerent uel lectione cognoscerent quod in ecclesia dei in omnium ore tam consonum est, ut nec ab infantium linguis ueritas corporis et sanguinis Christi inter communionis sacramenta taceatur, quia in illa mystica distributione spiritalis alimoniæ hoc impertitur, hoc sumitur, ut accipientes uirtutem cælestis cibi in carnem ipsius qui caro nostra factus est, transeamus.

G, Q [= *atwx*], *P* [= *acp*], P^l *I*

inscr. INCIPIT [*om.* Q^w] EPISTVLA PAPAE LEONIS AD CONSTANTINOPOLITANOS *Q*, *add.* SVPER STABILEM FIDEI IPSORVM COHORTATIO Q^a incipit eiusdem papae leonis ad constantinopolitanos ciues *P* item ēpla eiusdem ad constantinopolitanos P^l ēpla beati leonis pape ad constantinopolitanos *I* 2 leo — constantinopolitanis *G* leo ēps et sc̄a synodus quæ in urbe roma conuenit clero et plebi consistenti constantinopoli *I om.* QPP^l 3 nuper PP^l super *Q om. GI*, Q^a *corr.* quod quo *G* 5 bonitate GPP^l pietate *QI* 6—29 quarum — corporis *om.* P^p dilata *Q*, *corr.* Q^a ur̄m *I* 6/7 probauimus *G* 7 qui P^{ac} et *om.* GP^l ac] et GP^a 8 et] cum P^{ac} catholicam *G* catholicæ [catholicam P^a] eius P^{ac} doctrinam *G* eruditionem *om. G* patiamini GP^c dubio P^l 9 enim *om.* P^l uos *G* sc̄s sp̄s P^l 10 et *om. G* 11 sanctiones *Q* simulatoriæ GP^a 12 in aliquo] aliquem *G* præberitis *Q*, *corr.* Q^x 13 notarios *QI* direxerimus P^l 14 curam uobis P^l 15 a comodis *G* ut] aut P^l 16 et] et ab *GI* ne GP^l 17 in *om. Q* 18 si *om. G* inscientia GP^c, Q^a *in mg.* 19/20 nec excusatione — præsumunt *post* 21 transducunt *coll.* P^{ac} 19 excusatio G^{corr}, Q^a *corr.* 20 terrore *G* errore $QP P^l I$ insanabiles *QI* 21 transducunt P^{ac} separentur *I* 22 patiantur *G* 22/23 enim donum gr̄e diuine *I* 25 obsecratione *I* ut] cum *G* 26 uocatur P^l euocatur *G* 27 isti] sunt *G* 28 iacuerint P^l discernerent QP^l uel — cognoscerent *om.* P^a 30 communes P^l communis *I* sacramenta fidei *I* in illa *om. I* mysticæ *P* 31 assumitur *I* cibi] ubi GP^l, *corr. G* 32 carne PP^l transeatur P^l

Vnde ad confirmationem caritatis uestræ, quæ laudabili fide inimicis ueritatis obnititur, apte atque oportune sermone affectuque apostoli utar et dicam: propterea et ego Eph. 1, 15–23 audiens fidem uestram, quæ est in domino Iesu, et dilectionem in omnes sanctos non cesso gratias agens pro uobis, memoriam uestri faciens in orationibus meis, ut deus domini nostri Iesu Christi pater gloriæ det uobis spiritum sapientiæ et reuelationis in agnitione eius, inluminatos oculos cordis uestri, ut sciatis quæ sit spes uocationis eius, quæ diuitiæ gloriæ hereditatis eius in sanctis, et quæ sit supereminens magnitudo uirtutis eius in uos, qui credidistis secundum operationem potentiæ uirtutis eius, quam operatus est in Christo suscitans illum a mortuis et constituens ad dexteram suam in cælestibus supra omnem principatum et potestatem et uirtutem et dominationem et omne nomen quod nominatur non solum in hoc sæculo, sed et in futuro, et omnia subiecit sub pedibus eius et ipsum dedit caput supra omnia ecclesiæ, quæ est corpus ipsius, plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur. dicant hic aduersarii ueritatis quando omnipotens pater uel secundum quam naturam filium suum super uniuersa prouexerit uel cui substantiæ cuncta subiecerit. deitas enim uerbi par in omnibus et consubstantialis est patri et sempiterne atque intemporaliter una eademque potentia est genitoris et geniti. creator quippe omnium naturarum, quoniam per ipsum omnia Ioh. 1, 3 facta sunt et sine ipso factum est nihil, superior est omnibus quæ creauit, nec umquam creatori suo non fuerunt subiecta quæ condidit, cui proprium et sempiternum est nec aliunde quam de patre nec aliud esse quam pater est. huic si addita est potestas, si inlustrata dignitas, si exaltata sublimitas, minor erat prouehente qui creuit, nec habebat diuitias eius naturæ cuius indiguit largitate. sed talia sentientem in societatem suam Arrius rapit, cuius peruersitati multum hæc suffragatur impietas negans uerbo dei humanam inesse naturam, ut dum humilitatem in dei maiestate fastidit, aut falsam in Christo asserat imaginem corporis aut omnes actiones eius passionesque corporeas deitatis potius dicat fuisse quam carnis. quodlibet autem defendere audeat, prorsus insanum est, quia nec pietas fidei nec ratio recipit sacramenti ut aut aliquid passa sit deitas aut in ullo mentita sit ueritas. inpassibilis igitur dei filius, cui cum patre et cum spiritu sancto in una incommutabilis trinitatis essentia hoc quod est, esse perpetuum est, in ea plenitudine temporis quæ sempiterno consilio fuerat præstituta et prophetica dictorum atque gestorum significatione promissa, factus filius hominis non suæ conuersione substantiæ, sed nostræ assumptione naturæ uenit quærere et saluare quod Lc. 19, 10 perierat. uenit autem non locali accessu nec motione corporea tamquam præsens futurus unde afuisset, aut illinc recessurus unde uenisset, sed uenit per hoc quod erat uisibile et commune cernentibus, declarandus, humanam scilicet carnem atque animam

---

G, *Q* [= *atwx*], *P* [= *acp*], P^{l} *I*

1 unde et *QI* laudabilis GP^{apl} fidem *G* 3 domino *om.* *QI* x̄p̄o ihū *Q* ihū x̄p̄o *I* 6 inluminatos habere *G* 7 est *I* eius] ūrǣ *G* 9 uos *G* nos PP^{l} nobis *QI* crededistis *G* credidimus P^{api} credimus $P^{c}QI$ 10 constituens illum *I* 13 hoc *om.* P^{l} et[1] *om.* *QI* 14 ipsud *G* ipse P^{l} super P^{al} omnem ecclesiam *GI* ipsius et *I* 15 adimpleuit *G* hi *QI* 17 prouexit *GI* subiecit *I* par *om.* *G* 19 creatoris *G* 20 superior est] superest *Q* omnium *G* qui *I* 21 fuerant *G* 22 aliundem *G* esse] esset *P* 23 creauit Q^{a} *corr.*, P^{l} 24 naturæ *om.* *G* 25 uerbi *G* 26 esse *G* dei *om.* *G* maiestatem *P* falsatam *Q* 27 actiones] sanctiones *G* 28 fuisse dicat *P* fuisse *I* quidlibet P^{al} quilibet P^{p} 29 aut *om.* *PI* 30 nullo GP^{l} dī filius ds̄ QIP^{l} 31 incommutabili P^{l} *corr.*, *I* 33 doctorum *G* significatione promissa *om.* *P* 35 monitione QP^{p}, *corr.* Q^{ax} 36 ubi *P* affuisset GQ^{x} adfuissit P^{c} illic QP^{ac} illuc Q^{ax} *corr.* uenisse *Q*, *corr.* Q^{ax} 37 et *om.* P^{l}

in uisceribus uirginis matris accipiens, ut manens in forma dei formam serui sibimet et similitudinem peccati carnis uniret, per quam non minueret diuina humanis, sed augeret humana diuinis. talis enim erat omnium a primis ducta genitoribus causa mortalium, ut originali peccato transeunte per posteros nullus pœnam damnationis euaderet, Ioh. 1, 14 nisi uerbum caro fieret et habitaret in nobis, in ea scilicet natura quæ nostri et sanguinis Rom. 5, 18. 19 esset et generis. propter quod dicit apostolus: sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, sic et per unius iustitiam in omnes homines ad iustificationem. sicut enim per inobœdientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita et per unius hominis obœdientiam 1 Cor. 15, 21. 22 iusti constituentur multi, et iterum: quia enim per hominem mors et per hominem resurrectio mortuorum, sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes uiuificabuntur, hi utique omnes qui licet in Adam sint nati, in Christo tamen inueniuntur renati, habentes fidei testimonium et de iustificatione gratiæ et de communione naturæ. quam qui susceptam ab unigenito dei filio in utero Dauiticæ uirginis diffitetur, ab omni sacramento Christianæ religionis alienus est et nec sponsum agnoscens nec sponsam intellegens nuptiali non potest interesse conuiuio. caro enim Christi uelamen est uerbi, quo omnis qui ipsum integre confitetur, induitur, erubescens autem illud et quasi indignum refutans nullum ex eo habebit ornatum ac licet se regio inserat festo sacrisque se epulis inportunus inmisceat, discretionem tamen regis fallere inprobus conuiua non poterit, sed, sicut ipse dominus protestatus est, tolletur ligatis manibus et pedibus et mittetur in tenebras exteriores, Mt. 22, 13 ubi erit fletus et stridor dentium. unde quicumque in Christo non confitetur corpus humanum, nouerit se mysterio incarnationis indignum nec eius sacramenti habere Eph. 5, 30. 31 consortium quod apostolus prædicat dicens: quia membra sumus corporis eius de carne eius et de ossibus eius, propter hoc relinquet homo patrem et matrem et adhærebit uxori suæ et erunt duo in carne una, et exponens quid per Eph. 5, 32 hoc significaretur, adiecit: sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo et in ecclesia. ab ipso ergo principio generis humani omnibus hominibus Christus est denuntiatus in carne uenturus, in qua, sicut dictum est et erunt duo in carne una, utique duo sunt deus et homo, Christus et ecclesia, quæ de sponsi carne prodiit, quando Ioh. 19, 34 ex latere crucifixi manante sanguine et aqua sacramentum redemptionis et regenerationis accepit. ipsa est enim nouæ conditio creaturæ, quæ in baptismate non indumento ueræ carnis, sed contagio damnatæ uetustatis exuitur, ut efficiatur homo corpus Christi, quia et Christus corpus est hominis. unde non deum tantum dicimus Christum, sicut hæretici Manichaei, nec hominem tantum, sicut hæretici Photiniani, nec ita hominem, ut aliquid ei desit quod ad humanam certum est pertinere naturam, siue animam siue mentem rationalem siue carnem, quæ non de femina sumpta sit, sed facta de

---

G, *Q* [= *a*, *e* (*inde a* 19 epulis), *tux*], *P* [= *acp*], P^{l}, *I*

1 ut *om.* *G* forma *Q*, *corr.* Q^{x} 2 carnis peccati *I* ueniret *G* in qua *P* 6 sicut enim *G* 7 in¹] ad P^{l} iustitia *G* 8 ad] in P^{cp} *om.* P^{a} iustificationem uitæ *P* unius inoboedientia hominis *G* 10 constituuntur GP^{c} mors per hominem *P* et²] ita et P^{ac} ita P^{p} 11 et sicut *QI* 12 qui *om.* *I* sint] sic *G* 13 inuenientur *Q* inueniantur *I* 15 est *om.* *P* 16 nuptiale *G* 17 confitetur integre *I* intelligere confitetur P^{l} 19 se regio] religio *G* 20 tamen *om.* *G* improbet conuiuia *I* 21 et legatis *P* et] ac *P* et *om.* *P* 22 ibi PQ^{t} gentium P^{l} 23 indigno *G* 25 relinquid GP^{cp} patrem suum *P* 26 suæ uxori *G* 28 ergo *om.* *I* hominibus *om.* *I* 29 est denuntiatus] enuntiatur *P* et *om.* *G*, Q^{x} *corr.* una] duo P^{l} 32 noua *QI* 34 Christus] xpi *I* 35 fotiniaci P^{a} futiniaci P^{p} fotianici P^{c} 36 est certum P^{l} 37 rationabilem QP^{p} quam *I* sumpta est *G* sumpsit *I* factam *I*

uerbo in carnem conuerso atque mutato, quæ tria falsa et uana Apollinaristarum hæreticorum tres partes uarias protulerunt. nec dicimus quod beata uirgo Maria hominem sine deitate conceperit, qui creatus ab spiritu sancto postea sit susceptus a uerbo, quod Nestorium prædicantem merito iusteque damnauimus, sed dicimus Christum dei filium deum uerum natum de deo patre sine ullo initio temporis eundemque hominem uerum natum de matre homine certa plenitudine temporis nec eius humanitatem, qua maior est pater, minuere aliquid ei naturæ, qua æqualis est patri. hoc autem utrumque unus est Christus, qui uerissime dixit et secundum deum ego et pater unum sumus Ioh. 10, 30
et secundum hominem pater maior me est. hanc fidem, dilectissimi, ueram et Ioh. 14, 28
indissolubilem, quæ sola ueros efficit Christianos, quamque, ut intellegimus et probamus, pio studio et laudabili amore defenditis, perseueranter tenete et constanter asserite. et quoniam oportet uos post diuinum auxilium etiam catholicorum principum gratiam promereri, humiliter ac sapienter exposcite ut petitioni nostræ qua plenariam indici synodum postulauimus, clementissimus imperator dignetur annuere, quo citius adiuuante misericordia dei et sanis fortitudo augeatur et morbidis, si curari acquiescant, medicina præstetur.

35 [*inscr.* AD PVLCHERIAM AVḠ]. *Leo ep. 79 JK 459 = E 23*

Leo Pulcheriæ augustæ. Quod semper de sancta pietatis uestræ mente præsumpsimus, id plenissime experiendo cognouimus Christianam fidem, quamuis diuersis prauorum appeteretur insidiis, uobis tamen præsentibus et in defensionem eius a domino præparatis non posse turbari. non enim deus aut suæ misericordiæ sacramentum aut uestri laboris deserit meritum, quo dudum subdolum sanctæ religionis hostem ab ipsis uisceribus ecclesiæ depulistis, cum hæresem suam tueri impietas Nestoriana non potuit, quia non fefellit famulam et discipulam ueritatis quantum simplicibus infunderetur ueneni per illa loquacis hominis colorata mendacia. de quo uirtutum agone processit ut per sollicitudinem uestram ea quæ per Eutychen diabolus molitus est, non laterent et qui sibi singulas partes geminæ impietatis elegerant, una catholicæ fidei uirtute procumberent. secunda ergo hæc uobis de perempto Eutychis errore uictoria est, quem, si quid sani cordis habuisset, dudum in auctoribus suis perculsum olimque prostratum facile potuerat declinare, ne de sepultis cineribus rediuiua temptaret incendia commouere, ut in eorum transiret consortium quorum secutus esset exemplum, GL̄. libet igitur exultare cum gaudio et pro uestræ clementiæ prosperitate digna deo uota persoluere, qui tibi per omnes mundi partes in quibus domini euangelium prædicatur, duplicem iam et palmam contulit et coronam. clementia igitur uestra cognoscat omnem Romanam ecclesiam de uniuersis fidei uestræ operibus plurimum gratulari siue quod legationem nostram pio per omnia iuuistis affectu

---

G, *Q* [= *aetwx*], *P* [= *acp*], $P^{l}I$

1 carne *Q*, *corr.* Q^{x} atque mutato *om.* *G* uana] una *Q* 2 in tres *P* uarie *I* 5 uero *G* 6 certa] creata *G* nec propter *G* 7 patre *G* minuere] minus ē *G* ei QPP^{l} dī *G* eius *I* autem] tamen *I* 9 fidem] idem P^{ac} enim P^{p} 10 ut *om.* P^{l} 11 defendentes P^{l} *corr.* 12 principium IP^{c} principem Q^{ae}, *corr.* Q^{a} gratia $GQ^{ae}P^{c}$ gratiæ Q^{twx}, *corr.* Q^{ax} 13 quam P^{l} plenaria *Q*, *corr.* Q^{ax} 14 postulamus *QI* quod PP^{l} 15 acquiescunt *G* 16 *in fine add.* contuli Q^{aetx}

GE, *S* [= *defmt*]

inscr. item leonis ad pulceriam augustam [*huc usque* S^{mt}] ubi ei gratias agit quod nestorianam et euticianam heresem fidei defensione destruxerit *S* 18 leo episc̄ *ES* 20 defensione *G* 22 quod *G* S^{dt} 26 concessit *G* 28 erga *G* eutyches *E* euticetis *S* 29 quem] qui *G* habuisse et S^{demt} habuisset et S^{f} habuisset errorem *G* 30 ne de] unde *G* 30/31 temptarent *S* 31 consortio *G* est secutus *E* 32 GL̄ *GE* gloriosissima augusta *S* ur̄a *G*

et quod sacerdotes catholicos qui ecclesiis suis iniusta fuerant eiecti sententia, reduxistis siue quod reliquias sanctæ memoriæ Flauiani innocentis et catholici sacerdotis ad ecclesiam cui bene præfuit, fecistis honore debito reuocari. in quibus utique omnibus gloriæ uestræ multiplicatur augmentum, dum et sanctos pro suis meritis ueneramini et ab agro dominico spinas et tribulos uultis auferri. quosdam sane episcopos de his qui rebus impiis uidentur præbuisse consensum, reconciliationem poscere et catholicorum communionem desiderare tam nostrorum quam fratris et coepiscopi mei Anatolii, cui testimonium ferre dignamini, relatione cognouimus, quorum desideriis sic præbemus effectum ut correctis et quæ male sunt facta, propria suscriptione damnantibus participata nostrorum quos misimus cura cum supra dicto episcopo pacis gratia tribuatur, quia deuotionis utrumque est Christianæ ut et pertinaces ueritas iusta coerceat et conuersos caritas non repellat. quia uero nouimus quantum piæ sollicitudinis catholicis sacerdotibus mansuetudo uestra dignetur inpendere, indicandum esse curauimus fratrem et coepiscopum meum Eusebium nobiscum degere et nostræ communionis esse consortem, cuius commendamus ecclesiam, quam dicitur uastare qui illi iniuste asseritur subrogatus, illud etiam a tua pietate poscentes, quod uos spontaneo facere non dubitamus arbitrio, ut tam fratrem et coepiscopum meum Iulianum quam Constantinopolitanos clericos qui sanctæ memoriæ Flauiano fidelibus officiis adhæserunt, ea qua debetis gratia foueatis. de omnibus uero pietatem uestram per nostros quid fieri aut ordinari deberet, instruximus.

d. 13. m. Apr. a. 451 DAT̄ ĪD ĀP ADELFIO V̄C CONS̄

36 [*in mg.* AD MARCIANVM AVḠ]. *Leo ep. 78 JK 458 = E 22*

Leo Marciano augusto. Litteras pietatis uestræ accepisse me gaudeo et ad significationem totius prosperitatis pertinere cognosco, cum sermonis uestri initia pro fidei nos faciant integritate securos. quantas itaque clementiæ uestræ gratias referamus, non ex uerbis nostris, sed ex beneficiis uestris quæ ecclesiæ contulistis, agnoscite, non ambigentes qualem illum retributorem in omnibus habeatis pro cuius tam pie estis religione solliciti et qui uos, ut res ipsa demonstrat, ad hoc ut fides catholica ab insidiis inimicorum suorum defenderetur, elegit, ḠL. hæc me nunc breuiter per fratris mei Anatolii clericos pietas uestra scripsisse dignanter accipiat, pleniora autem de omnibus quæ ad curam meam pro statu ecclesiarum et concordia pertinent domini sacerdotum, per legatos nostros scripta dereximus.

d. 13. m. Apr. a. 451 DAT̄ ĪD APL ADELPHIO V̄C CONS̄

37 [*inscr.* AD ANATHOLIVM ĒPM̄]. *Leo ep. 80 JK 460 = E 24*

Leo Anatolio episcopo [prima de pace]. Gaudemus in domino et in dono gratiæ

GE, S [= *defmt*]

1 qui de S^{efm} quid S^{t} quo de S^{d} 5 auferre *G* sane *ES* uero *G* 7 communione *G* 9 **affectum** GS^{m} 11 utrumque] ūtrm̄que *G* 12 uere *E* 16 facere spontaneo *G* 21 ū ē] uiro *G* ***in fine add.*** era CCCCLXXXVIIII *S*

GEMVI

inscr. item epla leonis pape ad marcianum augustum *I* 23 Leo — augusto *om. I* leo episc *E* 24 sermones *GMV* initia *E om. GMVI* 24/25 pro fidei *om. I* 25 nostre *M* 26 nris *M* ecla *M* 27 pia *I* 30 nra *M* subscripsisse *M* conscripsisse *G* de] quæ *MV* 32 dirigimus *MV* 33 data *MVI* vc *om. GMVI*

GE, S [= *defmt*], *L* [= *αβγ*], *H* [= *deg*]

inscr. item leonis ad anatolium constantinopolitanum epscm [***quæ secuntur,*** S^{d} ***habet in textu ante singula capitula***] I De fide eius scriptis missis probata II De his qui metu in heresem lapsi sunt si conuersi fuerint recipiantur III De nominibus hereticorum ad sacrum altare non recitandis IIII De commendatione iuliani epscī uel eorum clericorum qui flauiano ēpscō in fidem adeserunt *S* 35 leo episc *ES* prima de pace *G om. ESLH*

ipsius gloriamur, qui, sicut dilectionis tuæ litteris et fratrum nostrorum quos Constantinopolim miseramus relatione cognouimus, sequacem te euangelicæ eruditionis ostendit, ut per sacerdotis probabilem fidem merito præsumamus quod tota ecclesia eidem credita nec rugam cuiusquam sit erroris habitura nec maculam dicente apostolo: despondi Eph. 5, 27 enim uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo. illa est enim uirgo 2 Cor. 11, 2 ecclesia sponsa unius uiri Christi, quæ nullo se patitur errore uitiari, ut per totum mundum una nobis sit unius castæ communionis integritas, in qua societatem tuæ dilectionis amplectimur et gestorum quæ sumpsimus, seriem necessariis, sicut oportuit, munitam subscriptionibus approbamus. ut ergo inuicem dilectionis tuæ animus nostris confirmaretur alloquiis, filios nostros Carterium presbyterum, Patricium et Asclepiadem diaconos, qui ad nos tua scripta detulerunt, cum epistulis nostris post uenerabilem diem festi paschalis remisimus indicantes nos, ut supra diximus, de Constantinopolitanæ d. 8. m. Apr. ecclesiæ pace gaudere, cui hanc curam semper impendimus ut eam nulla uelimus hæreti- a. 451 corum fraude uiolari.

De fratribus uero quos et epistulis tuis et legatorum nostrorum relatione communionis nostræ cupidos esse cognouimus, eo quod doleant se contra potentiam contraque terrores non tenuisse constantiam et alieno sceleri præbuisse consensum, cum ita eos formido turbasset ut in damnationem catholici atque innocentis antistitis et in receptionem detestabilis prauitatis trepido famularentur obsequio, illud quidem quod præsentibus et agentibus nostris constitutum est, approbamus, ut suarum interim ecclesiarum essent communione contenti, sed cum legatis nostris quos misimus, participata tecum sollicitudine uolumus disponatur, quatenus hi qui plenis satisfactionibus male gesta condemnant et accusare se magis eligunt quam tueri, pacis et communionis nostræ unitate lætentur, ita ut digno prius anathemate quæ contra fidem catholicam sunt recepta, damnentur. aliter enim in ecclesia dei, quæ corpus est Christi, nec rata sunt sacerdotia nec uera sacrificia, nisi in nostræ proprietate naturæ uerus nos pontifex reconciliat, uerus immaculati agni sanguis emundat. qui licet in patris sit dextera constitutus, in eadem tamen carne quam sumpsit ex uirgine, sacramentum propitiationis exequitur dicente apostolo: Christus Iesus, qui mortuus est, immo qui et resur- Rom. 8, 34 rexit, qui est in dextera dei, qui etiam interpellat pro nobis. neque enim potest in aliquo benignitas nostra reprehendi, cum satisfacientes recipimus quos doluimus esse deceptos. nec aspere igitur communionis nostræ gratia deneganda est nec temere

GE, *S* [= *defmt*], *L* [= *αβγ*], *H* [= *deg*]

1 et *om.* $L^{\alpha\gamma}$ *H*, *corr.* L^{γ} ūrorum *H* 1/2 constantinopolitano *H* 2 sequacem te] secundum *H* 3 ut] et *LH*, *corr.* L^{γ} fidem *om.* $L^{\alpha\gamma}$ *H*, *corr.* L^{γ} totam *H* 4 ruga *H* sit cuiusquam *G* macula *GS*^{f} *LH* 5 enim uos *om.* *G* 6 ut] et *GH* 8 amplectitur *S* sicut] siquid L^{α} sed quid *H* munita *G* monitam *LH*, *corr.* L^{γ} 9 animos *LH*, *corr.* L^{γ} n̄ros *H* 10 asclipiadem *G* 11 diaconem L^{γ}, *corr.* L^{γ} diaconum *H* quia nos tua L^{β} quia n̄ra $L^{\alpha\gamma}$ quia ad nos tua L^{γ} *corr.* qui n̄ra *H* scriptura *H* detulerant *LH*, *corr.* L^{γ} 12 festum *H* paschæ GL^{α} paschale $L^{\beta\gamma}$, *corr.* L^{γ}, paschalem *H* emisimus *ES* 13 ea *H* uellemus *L* 15 et e legatorum *H* 15/16 communioni *E* 16 deleant $S^{t}H$ debeant S^{m} inpotentiam *S* 18 damnatione *L* catholice H^{dg} catholicam H^{g} 19 famulentur *G* quod] ut $L^{\beta\gamma}$ H^{de}, *corr.* L^{γ} et L^{α} in H^{g} 21 communionem $L^{\alpha\gamma}$ *H*, *corr.* L^{γ} participa *GL*, *corr.* L^{γ} participare *H* 22 sollicitudinem *H* uoluimus *S*, L^{γ} *corr.* 23 magis se *SLH* quantueri *H* nostræ] ne $L^{a}H^{de}$ *om.* H^{g} 24 catholica $EL^{\beta}H^{e}$ 25 recepti *G* rata *ES* sacrata *GLH* 26 n̄ra *H* 27 reconciliet *GLH* uerum *H* emundet *GLH* patri *H* 28 carnem $S^{f}L$, *corr.* L^{γ} 29 exequiretur L^{α} exsequiritur L^{β} exequeretur $L^{\gamma}H$ 30 dexteram *S* 31 in *om.* $L^{\alpha\gamma}$ *H*, *corr.* L^{γ} benignus $L^{\alpha\gamma}H$, *corr.* L^{γ} benignos L^{β} nos $L^{\beta\gamma}H$, *corr.* L^{γ} *om.* L^{α} satisfacientis $L^{\beta\gamma}$ satisfacientibus $L^{\alpha}H$ quod *LH*, *corr.* L^{γ} uoluimus *H* 32 aspire *H* in communionis $L^{\alpha\gamma}H$ deleganda $L^{\alpha\gamma}$, *corr.* L^{γ} diligenda *H*

largienda, quia sicut plenum pietatis est oppressis caritatem dominicam redhiberi, ita iustum est omnia perturbationis auctoribus imputari.

De nominibus autem Dioscori Iuuenalis et Eustathii ad sacrum altare recitandis dilectionem tuam hoc decet custodire quod nostri ibidem constituti faciendum esse dixerunt quodque honorandæ sancti Flauiani memoriæ non repugnet et a gratia tua Christianæ plebis animos non auertat. nam iniquum nimis est atque incongruum eos qui innocentes et catholicos sua persecutione uexarunt, sanctorum nominibus sine discretione misceri, cum damnatam impietatem non deserentes ipsi se sua prauitate condemnent quos conuenit aut percelli pro perfidia aut laborare pro uenia.

Fratrem uero et coepiscopum nostrum Iulianum uel clericos qui sanctæ memoriæ Flauiano fidelibus officiis adhæserunt, dilectioni quoque tuæ uolumus adhærere, ut quem fidei suæ meritis uiuere apud dominum nostrum nouimus, in te sibi eum præsentem esse cognoscant. illud quoque dilectionem tuam nosse uolumus fratrem et coepiscopum nostrum Eusebium, qui causa fidei multa discrimina laboresque tolerauit, nobiscum interim demorari et in nostra nunc communione persistere. cuius ecclesiam tua sollicitudine uolumus esse defensam, ut et nihil eodem absente depereat et nullus ei in aliquo præiudicare præsumat, donec cum litterarum nostrarum ad uos prosecutione perueniat.

Et ut maior circa te uel nostra uel totius Christianæ plebis affectio prouocetur, hoc quod ad dilectionem tuam scripsimus, in omnium uolumus notitiam peruenire, ut qui deo nostro deseruiunt, de confirmata apud te pace sedis apostolicæ gratulentur. de ceteris uero causis atque personis dilectio tua litteris quas per nostros accipiet, plenius instruetur.

d. 13. m. Apr. a. 451 DAT̄ ID̄ AP̄L̄ ADELPHIO V̄C̄ CONS̄

38 [*inscr.* AD IVL̄ EP̄M̄]. *Leo ep. 81 JK 461 = E 25*

Leo Iuliano episcopo. Litteras fraternitatis tuæ per filios nostros Constantinopolitanos clericos nuntias tuæ salutis accepi, quibus te magnis tribulationibus grauatum fuisse significas, cum utique non defuerit materia sollicitudinis et laboris quæ inter procaces catholicæ fidei aduersarios inhærentem ueritati animum fatigarent idque, ut scribis, fuerit animus ut per occasionem necessitatis et nobis te et patriæ præsentares. quod uere futurum speraueram, ut apertius omnium hæreticorum ambages tuo ore cognoscerem, sed gratias deo quod ita et incolumitas tua et ecclesiæ causa profecit, ut liberum tibi fuerit apud eos interim degere quorum nobis probabilis consensus innotuit, sicut et fratris Anatolii scripta profitentur et gesta quæ apud ipsum coram nostris sunt

---

GE, *S* [*defmt*], *L* [= *αβγ*], *H* [= *deg*]

1 caritatis enim *H* 3 eustasii *ELγH*, *corr.* *Lγ* eustasi $L^{\alpha\beta}$ non recitandis S^{def} 4 docet $S^{t}H$ nostri] dn̄i *H* 5 orande *LH*, *corr.* *Lγ* memoriæ *om.* *H* repugnent *LH* et *om.* $L^{\alpha\gamma}H$, *corr.* *Lγ* 8 damnata $S^{m}LH$, *corr.* *Lγ* impietate $L^{\alpha\gamma}H$, *corr.* *Lγ* ipsis L^{β} ipse $L^{\alpha\gamma}$ S^{mt} ipsa *H* se *om.* $L^{\alpha\gamma}$ *H*, *corr.* *Lγ* 9 contempnet *H* pro perfidia] propter *H* ut $L^{a}H$ proueniat S^{m} $L^{\alpha\gamma}$, *corr.* *Lγ* perueniat *H* 12 quem] quæ *H* suæ meritis *ES*, *Lγ corr.* sacramentis *GLH* dn̄i *E* 15 interim dū orari $L^{\alpha\gamma}$, *corr.* *Lγ* interdum orari *H* 16 sollicitudinem $GL^{\alpha\gamma}H^{e}$ ut — depereat *om.* *G* et[1] *om.* *H* 17 ei *om.* *E* persecutione *GH* 18 proueniat *G* 19 circa te] caritate *H* 20 perueniri *H* 21 qui deo] quidem *G* non seruiunt *H* 22 personis] peruersionis *H* 23 instrueretur *H* 24 DAT̄ – CONS̄] era quæ [qua S^{ft} quo S^{m}] supra *S* data LH^{dg} VI IDVS L^{β} PRID L^{α}

GEI

inscr. item ēpla leonis pape ad iulianum ep̄m̄ *I* 26 Leo — episcopo *om.* *I* leo episc̄ *E* 29 procacis *E* ueritatis *G* 30 animi *I* ·præsentaris *E* 32 recognoscerem *I* 33 degerit *G*

confecta, demonstrant, frater karissime. remeantibus ergo prædictis salutationis uicissitudinem reddo et ut contra falsitatis astutias perseuerantem diligentiam teneas, fidenter exhortor, cum tibi ad hoc et tuus animus et nostra auctoritas suffragetur, quoniam licet de multis meliora indicata sint, quod scilicet doleant se deceptos et damnata perfidia cum auctoribus suis gratiam nostræ communionis exposcant, quod nos adeo libenter accepimus reddituri his hanc quam desiderant communionem, cum promissa compleuerint, quosdam tamen persistere in sua obduratione cognouimus, quos oportet districtius conprimi, si nequeunt benignitate sanari. ad quam rem nostros post diem uenerabilem dirigemus, qui tecum participato consilio ea quæ a nobis constituta fuerint, exequantur.

DAT ID APL ADELPHIO VC CONS — d. 13. m. Apr. a. 451

39 [*inscr.* AD MARTIANVM AVG]. *Leo ep. 82 JK 462*

Leo Marciano augusto. Quamuis per Constantinopolitanos clericos ad pietatem (ep. 36) tuam ante rescripserim, sumptis tamen clementiæ uestræ litteris per uirum illustrem præfectum urbis filium meum Tatianum magnam materiam gratulationis accepi, quia studiosissimos uos ecclesiasticæ pacis agnoui. cui sancto desiderio digna æquitate confertur, ut quem statum esse cupitis religionis, eundem habeatis et regni. nam inter principes Christianos spiritu dei confirmante concordiam gemina per totum mundum fiducia roboratur, quia profectus caritatis et fidei utrorumque armorum potentiam insuperabilem facit, ut propitiato per unam confessionem deo simul et hæretica falsitas et barbara destruatur hostilitas, GL. aucta igitur per imperialem amicitiam spe cælestis auxilii confidentius pietatem uestram pro sacramento salutis humanæ incitare præsumo, ne cuiusquam procaci inpudentique uersutia quasi de incerto quid sequendum sit, sinatis inquiri et cum ab euangelica apostolicaque doctrina nec in uno quidem uerbo liceat dissidere aut aliter de scripturis diuinis sapere quam beati apostoli et patres nostri didicerunt atque docuerunt, nunc demum indisciplinatæ moueantur et impiæ quæstiones, quas olim mox ut eas per apta sibi corda diabolus excitauit, per discipulos ueritatis spiritus sanctus extinxit. nimis autem iniquum est ut per paucorum insipientiam ad coniecturas opinionum et ad carnalium disputationum bella reuocemur, tamquam reparata disceptatione tractandum sit utrum Eutyches impie senserit et utrum peruerse Dioscorus iudicarit, qui in sanctæ memoriæ Flauiani condemnatione se perculit et simpliciores quosque, ut in eandem ruinam prouoluerentur, impegit. quorum multis iam, ut cognouimus, ad satisfactionis remedia conuersis et ueniam de inconstanti trepidatione poscentibus non cuiusmodi sit fides tenenda, tractandum est, sed quorum precibus qualiter annuendum. unde piissimæ sollicitudini uestræ quam de indicenda synodo habere dignamini, per legationem quæ confestim ad clementiam uestram deo annuente perueniet, quidquid ad causæ utilitatem arbitror pertinere, plenius atque oportunius suggeretur.

DAT VIIII KL MAI ADELPHIO VC CONS — d. 23. m. Apr. a. 451

GEI

1 demonstrent *I* FK *GE* fratribus *I* salutationibus *G* 4 sunt *I* 5 cum] et cum *G* 7 tamen] autem *I* 9 *post* uenerabilem *superscr.* paschæ *G* concilio *G* 11 data *I*

G, *S* [= *defmt*]

inscr. eiusdem leonis ad marcianum augustum ubi de illo [eo S^{fmt}] pro confirmatione catholicæ fidei gratulatur *S* 13 leo eps *S* 15 titianum *G* 16 agnouimus *G* digna *S* diuina *G* 19 utrumque *G* 21 GL *G* gloriosissime imperator *S* 23 cuius *G* 24 ab *om.* GS^{d} euangeliaca *G* nec in *S* ne *G* 25 quae *G* 30 disputatione *G* Eutyches — utrum *om.* *G* 32 ut — eandem *om.* *G* ruina *G* 34 fides sit *G* 37 quiquid *G* utilitate GS^{t} 39 VIII *G* *in fine add.* era que supra *S*

40 [*in mg.* AD IVLIANVM EPM] *Leo ep. 86 JK 466 = E 29*

Leo Iuliano episcopo. Quam gratum mihi semper est epistulas tuæ dilectionis accipere, tam etiam nostra ad te congruum est scripta deferri, præsertim cum hoc non pro amicitia tantum communi, sed multo magis pro statu uniuersalis ecclesiæ faciamus. unde per fratres nostros Lucensem episcopum et Basilium presbyterum, quos Con-
ep. 38 stantinopolim indicaueramus nos esse missuros, debitum reddo colloquium, ammonens ut studium diligentiæ tuæ eisdem in omnibus sociare digneris, ut reliquiæ scandalorum, si quæ adhuc supersunt, sagaciter auferantur. quamuis enim ubique iam catholicæ fidei lumen eluceat et, quod est ualidissimum, Christianorum principum diuinis auctoritatibus corda famulentur, quædam tamen sunt quæ ita Ephesenus ille turbo confudit, ut magno moderamine sit agendum, ne mala dissensionum quæ inde sunt orta, permaneant. quid itaque legatis nostris iniunctum atque commissum sit, ipsorum insinuatione cognosces, eum mihi atque illis inpensurus affectum, ut quæcumque ipsis mandata sunt, dilectionis tuæ studio et sollicitudine sociata adiuuante deo perueniant ad eum quem optamus effectum.

d. 9. m. iun. a. 451 DAT V ID IVN ADELPHIO VC CONS

41 [*inscr.* AD MAR AVG]. *Leo ep. 83 JK 463 = E 26*

Leo Marciano augusto. Multam mihi fiduciam rescribendi ad clementiam uestram et litteræ uestræ quas ueneranter accepi, et coepiscopi mei reuertentes a Constantinopolim præbuerunt, non sola assertione uerborum, sed ipsis iam operum effectibus demonstrantes ad defensionem catholicæ fidei diuinum in uobis uigere præsidium, quo utique non solum ecclesiæ status, sed etiam uestri robur munitur imperii, cum meritò eius expectatis protectionem cuius colitis ueritatem, GL. nam ut et fratris mei Anatolii citius manifestaretur integritas et olim damnati erroris rediuiuus assertor locum in Christi ecclesia non haberet, ut catholici episcopi quos nuper hæreticorum persecutio deprauare non potuit, ab iniustis reuocarentur exiliis utque reliquiis beatæ memoriæ Flauiani digno honore susceptis impietatem suam condemnator eius agnosceret, uestræ uirtutis titulus, uestræ pietatis est fructus. cui confido etiam aliarum insignia adcumulanda palmarum, ut sicut Constantinopolitana ecclesia recepta apostolicæ fidei libertate lætatur, ita omnes regni uestri prouinciæ emundatas se a diabolici dogmatis
ep. 39 contagio glorientur. ut ergo præcedentibus litteris indicaui, fratres meos Lucensem episcopum et Basilium presbyterum, qui sollicitudinis meæ partes possint implere, direxi, fauori eos pietatis uestræ in omnibus quæ sunt agenda, commendans. nam cum et fratris mei Anatolii scriptis et nostrorum sermone cognouerim multos de his qui apud Ephesum Dioscori factione conpulsi detestabilibus statutis pænitendum præbuere consensum, inconstantiæ suæ ueniam postulare et communionem catholicam per satisfactionem correctionis expetere, non fuit talium neglegenda conuersio, qui non

---

GE
2 leo episc̄ *E* 5 lucensem *E* lucensium *G* 7 in omnibus *E* hominibus *G* 10 ephesinus *E* 13 cognoscis *E* inpensus *G* 16 VI *G* V̄C̄ *om. E*

GE, S [= *defmt*]
inscr. eiusdem leonis ad marcianum augustum ubi inter cetera defensorem fidei catholicæ imperatorem gratulatur *S* 18 leo episc̄ *ES* multa *E* multum *G* fiducia *E* scribendi *ES* ad *om. G* 19 reuertentur *G* 21 nobis *G* 22 cum *G* ut *ES* 23 expectetis *G* ueritate *G* GL *GE* gloriosus [gloriose *S*¹ gloriosissimus *S*ᶜ] imperator *S* et ut *G* 29 constantinopolitanæ ecclesiæ *G* 30 a *om. E* 31 contagione *S* lucensem *GS* lucensium *E* 35 quæ *G* 37 satisfactione *E*

proprio sensu, sed improbi præsumptoris inpulsu in hæc incidisse noscuntur, in quibus liberum non habuere iudicium. ne itaque uel resipiscentium desideria mora longior fatigaret uel incuriosa facilitas temere aliquos ac sine discretione susciperet, iniunctum est ab apostolica sede directis ut in consortium suæ deliberationis adscito Constantinopolitanæ urbis antistite et pestilentiæ contagia non ammittantur et sanitatis remedia non negentur. quæ industria in omnibus quæ nequiter gesta sunt, emendandis celerem iuuante domino consequetur effectum, si reparationi pacis ecclesiasticæ opem suam uestra pietas dignetur adiungere, ut uobis ita regnantibus et dei regnum intra uos habere mereamini et catholicam fidem nulla falsitas uiolet, nulla hæresis inquietet nec cuiquam liceat doctrinam euangelicam deserere et sacerdotali honore gaudere. synodum uero fieri, ut meminit uestra clementia, etiam ipsi poposcimus, sed sacerdotes prouinciarum omnium congregari præsentis temporis necessitas nulla ratione permittit, quoniam illæ prouinciæ de quibus maxime sunt euocandi, inquietatæ bello ab ecclesiis suis eos non patiuntur abscedere. unde oportuniori tempori propitiato domino cum firmior fuerit restituta securitas, iubeat uestra clementia reseruari. de qua re plenius inter cetera apud pietatem uestram poterunt allegare quos misi.

DAT̄ V ID̄ IVN̄ ADELPHIO V̄C̄ CONS̄ d. 9. m. Iun. a. 451

42 [*inscr.* AD PVLCH̄ AVḠ]. *Leo ep. 84 JK 464 = E 27*

Leo Pulcheriæ augustæ. Religiosam pietatis uestræ sollicitudinem, qua uniuerso mundo deo inspirante consulitis, crebrioribus alloquiis incitare præsumo, ut operum uestrorum profectum necessaria perfectio subsequatur ac sicut de statu Constantinopolitanæ ecclesiæ gratulamur, cuius et sacerdos et populus catholicæ puritatis fidem iam tenere cognoscitur, ita etiam aliorum concors nobiscum sit de uerbi incarnatione confessio. unde quod facturum me aliis litteris indicaueram, Lucensem episcopum ep. 35
et Basilium presbyterum fratres meos dirigere properaui, qui dispositiones meas fratris mei Anatolii deuotione sociata secundum eas quas acceperunt regulas exequantur, GL̄. sicut enim prædicti episcopi scriptis et clericorum eius suggestione patefactum est, multa sunt quæ indulgentius sint curanda, multa quæ iustius coercenda, ut in causa tantæ perturbationis nec districtio sit nimis aspera nec remissio parum cauta, cum aliud satisfacientibus, aliud pertinacibus debeatur. offertur ergo pietati uestræ digna materia, quæ placitam deo curam sancti cordis exerceat et præcedentium meritorum coronas etiam de præsentis erroris abolitione multiplicet. sicut enim Nestoriana impietas, ita etiam Eutychiana blasphemia ab omni catholicorum est eliminanda consortio, quia tam impium est consempiternam et consubstantialem patri filii deitatem etiam ex utero uirginis matris partu editam negare corporeo quam unam in dei filio post incarnationis sacramentum affirmare naturam, ut scilicet aut humanitas eius

---

GE, *S* [= *defmt*]
2 habuerant *G* uel *om.* *S* 6/7 emendandi scelere *ES*[efmt] 7 celere *G* reparationis *GS*[f] 8 et] ut *E* 9 et *om.* *E* 12 temporibus *GS*[fm] 13 inquietat; e *E* inquietante *S*[de] inquietanti *S*[fmt] inquiete *G* bellorum *G* 14 propiciante *G* 16 adligari *S* 17 VII *G* *in fine add.* era qua supra [CCCCLXXXVIIII *S*[t]] *S*

GEMVI
inscr. item ēpla leonis pape ad pulcheriam augustam *I* 19 Leo — augustæ *om.* *I* leo episc̄ *E* augusto *M* quam *G* 21 ūrarum *GE*, *corr.* *E* 24 lucensem *EMVI* lucensium *G* 26 sociatas *E* 28 coercenda] inquirenda *G* 29 cuncta *V* 30 pertinatius *G* 31 placitum *MV* dn̄o *I* 32 præsenti *G* ablitione *G* 33 etiam *EMV* et *I* *om.* *G* elimanda *GIV* 33/34 consorcia *G* 34 quia tam] qui autem *MV*

refutetur aut deitas, cum unitione utriusque essentiæ nec altera sit in alteram uersa nec assumpta in assumente finita, sed et uerbi incommutabilitas et carnis atque animæ ueritas maneant inseparabiliter in unitate personæ. quod qui testificante lege, credentibus patriarchis, annuntiantibus prophetis, prædicante euangelio, docentibus apostolis et toto mundo confitente non credunt, extra sacramentum corporis Christi, extra unitatem sunt nominis Christiani, quorum sicut ruinam dolemus, ita perfidiam detestamur. ut autem circa talium personas sincerum seruetur ubique iudicium et aliud correctis, aliud pertinacibus rependatur, uestra pietas nostros qui ab apostolica sede sunt missi, fouere dignetur eorumque omnes quas iniunximus adiuuet actiones, quo citius ac facilius auxiliante domino quæ ad uestram gloriam et ad totius ecclesiæ pacem proficiant, exequantur. de Eutyche autem totius scandali et prauitatis auctore hoc clementia uestra præcipiat ut ab eo loco qui Constantinopolitanæ urbi nimis uicinus est, longius transferatur, ne frequentioribus solatiis eorum quos ad impietatem suam traxit, utatur. monasterio quoque ipsius, cui perniciose indigneque præsedit, catholicum abbatem iubete præponi, qui illam seruorum dei congregationem et a prauo dogmate liberare et institutis ueritatis possit imbuere.

d. 9. m. Iun. a. 451 DAT̄ V ID̄ IVN̄ ADELPHIO V̄C̄ CONS̄

43 [*inscr.* AD ANATHOLIVM EP̄M̄]. *Leo ep. 85 JK 465 = E 28*

Leo Anatolio episcopo Constantinopolitano. Licet sperem dilectionem tuam ad omne opus bonum esse deuotam, ut tamen efficacior tua fieri possit industria, necessarium et congruum fuit fratres meos Lucensem episcopum et Basilium presbyterum,
ep. 37 ut promisimus, destinare quibus tua dilectio societur, ut nihil in his quæ ad uniuersalis ecclesiæ statum pertinent, aut dubie agatur aut segniter, cum residentibus uobis⟨cum⟩ his quibus executionem nostræ dispositionis iniunximus, ea possint agi cuncta moderatione, ut nec beniuolentiæ partes nec iustitiæ neglegantur, sed absque personarum acceptione diuinum in omnibus iudicium cogitetur. quod ut recta obseruantia ualeat custodiri, catholicæ primitus fidei seruetur integritas et quia per omnia angusta et ardua uia est quæ ducit ad uitam, neque in sinistram neque in dexteram ab eius tramite deuietur, et quia euangelica et apostolica fides omnes expugnat errores et ab uno latere Nestorium deicit, ab alio Eutychen et participes eius elidit, hanc regulam mementote seruandam ut quicumque in illa synodo quæ nomen synodi nec habere poterit nec meretur et in qua maliuolentiam suam Dioscorus, imperitiam autem Iuuenalis ostendit, dolent, ut dilectionis tuæ relatione conperimus, se metu uictos et terrore superatos ad consensum scelestissimi iudicii potuisse conpelli et communionem catholicam optinere desiderant, satisfactioni eorum pax fraterna præstetur, ita ut non dubiis

---

GEMVI
1 alteram] alterutrum *I* 3 maneat *MV* unita *MV* 6 unitate *G* ita et *I* 9 dignentur *M* adiuuante *GMV* 10 quos *I* 11 autiche *MV* 12 auctorem *MV* 15 iubente *M* illum *MV* 17 data *MVI* v *E* VII *G* *om.* *MVI* V̄C̄ CONS̄] augusto *MV*

GE, *S* [= *de/mt*], *MV* [*inde a* p. 45,7 atque perpensis]

inscr. eiusdem leonis ad anatolium constantinopolitanum ep̄m̄ de his qui hereticorum erroribus metu uel uoluntate inplicantur ut per satisfactionem ab ecclesia suscipiantur et ut hereticorum nomina ad altare non recitentur *S* 19 leo ep̄isc̄ *ES* Constantinopolitano *om.* *ES* 21 lucentium *S* 23/24 uobiscum his *scripsi* uobis *ES* his *G* 24 possent *S* 25 uiolentiæ *G* 26 quo *E* 27 ualeant *ES* custodire *S* 28 dextram *ES*[d] 29 et[1]] ut *G* et[3] *om.* *G* 30 deiecit *G* 32 potuerit *E* maliuolentia sua *E*

professionibus Eutychen cum suo dogmate cumque consortibus suis anathematis execratione condemnent, de his autem qui in hac causa grauius peccauerunt et ob hoc superiorem sibi locum in eadem infelici synodo uindicarunt, ut humiliorum fratrum simplicitatem arrogantiæ suæ præiudiciis aggrauarent, si forte resipiscant et a facti sui defensione cessantes in condemnationem proprii conuertantur erroris, horum si satisfactio talis accedit quæ non refutanda uideatur, maturioribus apostolicæ sedis consiliis reseruetur, ut examinatis omnibus atque perpensis de ipsis eorum actionibus quid constitui debeat, æstimetur. neque prius in ecclesia cui te dominus uoluit præsidere, cuiusquam talium, ut ante iam scripsimus, nomen ad altare recitetur quam (ep. 37) quid de eis constitui debeat, rerum processus ostendat.

De commonitorio uero a clericis dilectionis tuæ nobis oblato, necessarium non fuit epistulis quid uideretur, inserere, cum sufficeret legatis cuncta committi, quorum sermone ex omnibus diligentius instrueris. annitere itaque, frater karissime, ut quæ ecclesiæ dei congruunt, fideliter et efficaciter cum his fratribus quos tantæ rei idoneos auctores elegimus, exequaris, præsertim cum et ipsa uos causæ ratio spesque diuini auxilii cohortetur et clementissimorum principum tam sancta sit fides, tam religiosa deuotio, ut in eis non solum Christianum, sed etiam sacerdotalem experiamur affectum. qui utique pro ea pietate qua se esse dei famulos gloriantur, omnes suggestiones uestras fidei catholicæ profuturas dignanter accipient, ut ipsorum quoque opere et pax Christiana reparari et error impius possit aboleri. ac si de aliquibus amplius fuerit deliberandum, celeriter ad nos relatio dirigatur, ut pertractata qualitate causarum nostra quid obseruari debeat, sollicitudo constituat.

DAT̄ V ID̄ IVN̄ ADELPHIO V̄C̄ CONS̄ — d. 9. m. Iun. a. 451

44 [*inscr.* AD ANATHOLIVM EP̄M CONSTPL̄]. *Leo ep. 87 JK 467*

Leo Anatolio episcopo Constantinopolitano. Ad declinandam erroris maculam qua nonnullos aut Nestoriana impietas aut Eutychiana labefactauit insania, laudabilem curam filii nostri Basilius et Iohannes presbyteri suæ æstimationis habuerunt, ut inter conpugnantia dogmata falsitatis uera catholicæ fidei pace gauderent, si quidem longinquæ peregrinationis labore suscepto sensum cordis sui in apostolica sede patefecerint, damnantes utramque hæresim quarum supra fecimus mentionem, et de incarnatione domini nostri Iesu Christi non aliud recipientes quam quod instruente sancto spiritu et didicimus et docemus. per hos ergo, frater carissime, cum testimonio nostro ad propria reuertentes dilectioni tuæ nostra scripta direximus, fidenter hortantes ut qui

---

GE, *S* [= *defmt*], *MV*

1 eutyches *ES* 3 ut] et *G* humili eorum *S* 4 simplicitate ES^{efmt} resipiscunt ES^{deft} 5 condemnatione *G* conuertuntur *S* conuerterentur *E* 7 agnitionibus *S* 8 ecclesiam *G* cui] ubi *E* 9 iam *om. V* nominetur *MV* 14 quæ *om. G* quos tantæ rei ES^{demt} quos tantæ curæ *G* constanter ei S^{f} constanter quos *MV* 15 idoneus MVS^{t} actores ES^{d} hac tutores S^{f} eligemus *E* eligimus S^{de} 17 x̄p̄ianam *MV* 20 reparari *ES* reparetur *GMV* aboliri *MV* 22 quæ *GMV* 23 data *MV* vii *G om. MV* ian̄ *MV* v̄c̄ *om. E* aug̃ *MV* *in fine add.* era que supra *S*

GMVIAO

inscr. LEO PAPA ANATOLIO EP̄O PRO SYNODO CALCHEDONENSI *AO* item ep̄la leonis p̄pe ad anatholium constantinopol ep̄m *I* 25 Leo — Constantinopolitano *om. AO* Constantinopolitano *om. MV* 26 aut[2] *om. AO* 28/29 longinquo *I* 29 suscepta *MV* patefecerunt *I* 30 utrumque *G* incarnationem *G* 31 sp̄u sc̄o *GMV* 32 fr̄s *MVIAO*, *corr. I* km̄i *MVAO* 33 orantes *MVI* quia *G*

gratia apostolicæ communionis ornantur, etiam tuo **fauore per omnia se gaudeant** adiuuari.

d. 14. m. lun. a 451 DAT XVIII KL IVL ADELPHIO VC CONS

45 [*inscr.* AD PASCASINVM EPM]. *Leo ep. 88 JK 468 = E 30*

Leo Paschasino episcopo. Quamuis non dubitem fraternitati tuæ omnem originem scandalorum quæ de incarnatione domini nostri Iesu Christi in Orientalibus ecclesiis commota sunt, ad plenum esse conpertam, tamen ne quid forte sollicitudinem tuam latere potuisset, epistulam nostram quam ad sanctæ memoriæ Flauianum de hac re plenissimam misimus quamque ecclesia uniuersalis amplectitur, diligentius tibi recensendam cognoscendamque direxi, ut intellegens qua plenitudine totius huius erroris impietas deo adiuuante destructa sit, ipse quoque eundem spiritum pro tuo in deum amore suscipias sciasque penitus detestandos qui secundum Eutychis impietatem atque dementiam in domino nostro unigenito filio dei suscipientis in se reparationem salutis humanæ dicere ausi sunt duas non esse naturas, hoc est perfectæ diuinitatis et perfectæ humanitatis et putant quod possint nostram dilligentiam fallere, cum aiunt se unam uerbi naturam credere incarnatam, cum utique uerbo dei in deitate patris et sua et spiritus sancti una natura sit, suscepta autem ueritate carnis nostræ illi inconuertibili substantiæ nostram quoque unitam esse naturam. nam nec incarnatio dici possit, nisi caro susciperetur a uerbo, quæ susceptio tanta et talis unitio est, ut a carne animata non solum in partu beatæ uirginis, sed etiam in conceptu nulla deitatis sit credenda diuisio, quoniam in unitatem personæ deitas atque humanitas et conceptu uirginis conuenit et partu. abominanda ergo est in Eutyche impietas, quæ olim a patribus in præcedentibus hæreticis damnata atque destructa est. quod huic stultissimo homini prodesse debuerat, ut quod non poterat sensu apprehendere, uel præcedenti caueret exemplo ne salutis nostræ singulare sacramentum ueritatem carnis humanæ in Christo domino nostro negando uacuaret, quoniam si uera et perfecta in illo humanitatis natura non est, nulla est nostra susceptio et totum quod credimus, quod docemus, secundum ipsius impietatem uanitas est atque mendacium. sed quia nec mentitur ueritas nec passibilis est deitas, manet in deo uerbo utraque substantia in una persona et ita saluatorem suum ecclesia confitetur, ut eum et deitate inpassibilem et carne passi-
2 Cor. 13. 4 bilem fateatur dicente apostolo: e t s i c r u c i f i x u s e s t e x i n f i r m i t a t e n o s t r a , s e d u i u i t e x u i r t u t e d e i.

Vt autem plenius in omnibus tua sit instructa dilectio, sanctorum patrum nostrorum de sacramento incarnationis domini quid senserint et quid ecclesiis prædicauerint, ut euidenter agnosceres, aliqua ad dilectionem tuam scripta transmisi, quæ nostri quoque apud Constantinopolim cum mea epistula allegarunt. et totam Constantinopolitanam ecclesiam cum monasteriis omnibus ac multis episcopis noueris præbuisse consensum et suscriptionibus suis Nestorium uel Eutychen cum suis anathematizasse dogmatibus. noueris etiam proxime me epistulam Constantinopolitani episcopi accepisse, qua refert

---

GMVIAO
1 ortantur *G* gaudent *V* 3 data *MVIAO* XVIII *A*corr *O* XIII *GAI* tertio decimo *MV* iulii *I* iunias *A* IVN̄ *O* V̄IC̄ *O* aug̅ *MV* cons̄s̄ *G* consulibus *MV*
GE
5 leo episc̄ *E* epis̄ lilibetano *E* 12 eutyches *E* eutychetis *G* 16 uerbi *E* 21 unitate *G* 22 in eutyche *E* eutychetis *G* a *om.* *E* 23 est *om.* *G* 25 nec saluti *G* 30 deitatem *G* 30/31 passibile *G* 31 nostra *om.* *E* 34 prædicarent *G* 37 ac *E* et *G* 38 eutycheten *G* 39 me *om.* *E* qua *E* que *G*

Antiochenum episcopum ⟨et⟩ missis per prouincias suas tractoriis uniuersos episcopos et epistulæ meæ præbuisse consensum et Nestorium et Eutychen pari suscriptione damnasse.

Illud quoque curæ tuæ credidimus iniungendum ut quia ratio paschalis festi experientiam tuam non latet, de eo quod in Theophili annotatione inuenimus quodque nos permouet, diligentius requiras illic atque pertractes cum his qui possunt supputationis uel regulæ istius habere peritiam qualiter quarti anni futuri resurrectionis dominicæ dies sit tenendus. nam cum uenturum pascha propitio deo decimo Kalendarum Aprilium die sit tenendum, sequenti autem prid̄ Īd Ap̄l, tertio prid̄ Nōn Ap̄l, quarto sanctæ memoriæ Theophilus VIII K̄l Maī constituit obseruandum, quod a regula ecclesiastica penitus inuenimus alienum; in nostris autem paschalibus cyclis, quod bene nosse dignaris, XV K̄l Maī eiusdem anni pascha celebrandum extitit scriptum. et ideo, ut modis omnibus ambiguitas auferatur, cum peritis quibusque diligentius hoc tua sollicitudo pertractet, ut in futurum huiusmodi caueamus errorem.

d. 23. m. Mart. a. 452 — d. 12. m. Apr. a. 453 — d. 4. m. Apr. a. 454 — d. 24. m. Apr. a. 455 — d. 17. m. Apr. a. 455

DAT̄ VIII K̄L IVL̄ ADELPHIO V̄C̄ CONS̄ d. 24. m. Iun. a. 451

46 [*inscr.* AD MARCIANV̄ AVḠ]. *Leo ep. 89 JK 469*

Leo Marciano augusto. Credebamus clementiam uestram id desiderio nostro posse præstare ut præsenti necessitate respecta differri ad oportunius tempus sacerdotalem synodum iuberetis, ut euocatis de cunctis prouinciis sacerdotibus uere possit esse uniuersale concilium. sed quia uos amore catholicæ fidei congregationem nunc fieri uoluistis, ne deuoto obuiare uiderer arbitrio, fratrem et coepiscopum meum Paschasinum de ea prouincia quæ uidetur esse securior, euocatum qui uicem præsentiæ meæ possit implere, direxi, Bonifatio fratre et conpresbytero meo sociato et his quos antea miseramus, adiunctis, consortem illis fratrem quoque meum Iulianum addentes episcopum. quos ea moderatione uniuersa domino auxiliante credimus esse gesturos, ut quæcumque in querellam perturbationemque uenerunt, ad unitatem pacis et fidei conpressa omni dissensione reuocentur nec ullum in aliquorum cordibus sacerdotum uel Nestorianæ uel Eutychianæ impietatis uestigium relinquatur, quoniam catholica fides quam instruente nos spiritu dei per sanctos patres a beatis apostolis didicimus et docemus, neutrum sibi misceri permittit errorem, ḠL̄. si quid ergo morborum, si quid est uulnerum quod sincera possit correctione curari, ut ad ueram sanitatem reuocetur, optamus, quæ tunc utique non erit dubia nec cuiusquam simplicitati deinceps nocitura, si nullis se excusationibus uoluerit obumbrare, cum abolitionem peccati non obtineat nisi uera confessio. quia uero quidam de fratribus, quod sine dolore

---

GE

1 et *addidi* ad uniuersos *Quesnel* 2 eutychetem *G* 4 credimus *G* 8 decimum *GE* 11 clycis *E* 12 *malim* digneris eius *E* extitit *scripsi* esse sit *GE* 13 modis omnibus *G* nobis omnis *E* diligentibus *E* 15 DAT̄ *om. E* cons̄s̄ *G*

GMIAO

inscr. LEO PAPA MARCIANO AVḠ PRO CONCILIO CALCHEDONENSI *AO* item ēp̄l̄a leonis p̄p̄e ad marcianum augustum *I om. M* 17 Leo — augusto *om. IAO* leo ēp̄s̄ *M* 18 deferri *M* deseri *I* 18/19 sacerdotale *G* 19 uocatis *I* posset *G* 20 congregatione *G* 21 obuiare uiderent *M* obuiarer *G* 22 eadem *GMI* euocato *I* 23 fratri *A* fr̄m̄ et conpbr̄m̄ *M* 23/24 quos — miseramus] quo sc̄ǣ amiseramus *A* 23 ante *GM* 24 fratre *GA* 25 credidimus *G* gestaturas *M* 26 quocumque *G* 28 uel[1] *om. M* 29 instruentes *M* s̄p̄s̄ *O* a] et *O* 30 sibi misceri *AO* subripere *GI* subripere per sibi miseri *M* ḠL̄ *GMI om. AO* morborum] murmurum *O* murmurat *A* 31 sc̄ītatem *AO* 32 reuocentur *G* ne *MAO* simplicitati] sum placitande *M* 33 se *om. M* abolitione *GAO* apollutione *I* peccati *om. M* 34 uere *O* quidem *O* fratribus nostris *I*

non dicimus, contra turbines falsitatis non ualuerunt catholicam tenere constantiam, prædictum fratrem et coepiscopum meum uice mea synodo conuenit præsidere; certus enim sum quod absque odio et gratia ibidem ab his quibus hoc commisimus, laboretur ut cum solius hæreticæ impietatis excidio in omnibus ecclesiis dei et ueritas regnet et caritas.

d. 24. m. Iun. a. 451 DAT VIII KL IVL ADELPHIO VC CONS

47 [*inscr.* AD MARCIANVM AVG]. *Leo ep. 90 JK 470 = E 31*

ep. 41 Leo Marciano augusto [per Bonifatium presbyterum]. Poposceram quidem a gloriosissima clementia uestra ut synodum quam ad reparandam Orientalis ecclesiæ pacem etiam a nobis petitam necessariam iudicatis, aliquantisper differri ad tempus oportunius iuberetis, ut liberioribus ab omni perturbatione animis hi quoque episcopi quos hostilitatis metus detinet, conuenirent; sed quia pio studio humanis negotiis diuina præponitis et rationabiliter ac religiose regni uestri uiribus creditis profuturum, si nulla sit in sacerdotum sensibus dissonantia, nulla sit in euangeli prædicatione discordia, ego etiam uestris dispositionibus non renitor, optans ut in omnium cordibus catholica fides, quæ non potest nisi una esse, firmetur. a cuius integritate et Nestorius antea et nunc Eutyches diuersuis quidem callibus, sed impietate non inpari deuiarunt, abominandi prorsus in persuasionibus suis, quas contra sincerum ueri luminis fontem de cænosis lacubus diabolicæ falsitatis hauserunt. prior itaque synodus Ephesena Nestorium cum dogmate suo merito iusteque damnauit et quisquis in illo errore persistit, ad nullius potest spem remedii pertinere; sequens uero in prædicta ciuitate non possumus uocare concilium, quod in euersionem fidei fuisse constat agitatum quodque uestra clementia amore ueritatis catholicis affutura aliud statuendo cassauit, GL. unde per ipsum dominum nostrum Iesum Christum, qui regni uestri est auctor et rector, obtestor et obsecro clementiam uestram ut in præsenti synodo fidem quam beati patres nostri ab apostolis sibi traditam prædicarunt, non patiamini quasi dubiam retractari et quæ olim maiorum sunt auctoritate damnata, rediuiuis nunc permittatis conatibus excitari illudque potius iubeatis ut antiquæ Nicænæ synodi constituta remota hæreticorum interpretatione permaneant. nec me quoque, ut uoluit uestra clementia, ab illo credatis abesse concilio, cum in his fratribus quos direxi, id est Paschasino et Lucensi episcopis, Bonifatio et Basilio presbyteris, sed et fratre meo Iuliano, quem eorum uolui esse participem, etiam mea sit æstimanda præsentia. quos auxiliante Christo ita acturos esse confido, ut ea quæ domino nostro placeant, decernantur accedente pietatis uestræ studio, quod et paci prosit et religioni et custodiæ ueritatis.

d. 26. m. Iun. a. 451 DAT VI KL IVL ADELPHIO VC CONS

GM, V [*inde a* 1 catholicam], *IAO*
1 turbinis *O* turbidinis *A* turbroines *M* 2 uicem meam *MV* 3 enim sum *GMV om. AOI* gram *G* 4 et[1]] ut *AO om. GMVI* 6 *om. MV* data *IAO* VIII *AO* VI *GI* iun *A* ianuario et adelfio *AO*

GE, S [= *defmt*]
inscr. eiusdem leonis ad marcianum augustum de directa uicis suæ legatione constantinopolim pro calcidonense concilio faciendo *S* 8 leo epis *ES* per — presbyterum *om. ES* 10 necessarium *S* 12 detinent *G* 13 creditis *om. E* 17 inpietati ES^{t} 19 lacubris *G* ephesina *E* 21 possum *S* 23 GL *GE* gloriose [gloriosissime S^{dt}] imperator *S* 24 protestor *E* 25 in *om. G* 27 sunt maiorum *E* nunc] non *Sf* 30 lucensio GS^{efm} lucesio S^{d} lucentius S^{t} 33 acturos *GE* auctores *S* 34 pacis *G* et[1] *om. G* religionis GS^{efmt} et[3] *om. S* custodia S^{demt} custodie hac *Sf* 35 conss *G* *in fine add.* era quæ supra S^{defm} era CCCCLXXXVIIII S^{t}

48 [*in mg.* AD ANATHOLIVM $\overline{\text{EPM}}$]. *Leo ep. 91 JK 471 = E 32*

Leo Anatolio episcopo. Cognita clementissimi principis ex his quas ad nos misit litteris uoluntate mirati sumus congregandæ synodo tam angustum tempus appositum, cum etsi nulla necessitas hostilitatis existeret, ipsa interiectorum dierum paucitas necessarios sacerdotes nos euocare non sineret. quando enim per diuersas longinquasque prouincias mitteremus, ut uere possit fieri uniuersale concilium? sed quia clementissimi principis eo affectu amplectimur uoluntatem, ut huic dispositioni ipsius noluerimus obsistere, maxime cum magno desiderio a nobis hoc etiam ipse deposcas, fratrem et coepiscopum nostrum Paschasinum, nobis probabilem uirum, de securiore prouincia fecimus nauigare, cui fratrem et conpresbyterum meum Bonifatium de urbe coniunximus, illos quoque eisdem sociantes qui prius fuerant ordinati, ut participe in omnibus actionibus fratre et coepiscopo nostro Iuliano, cuius fidem sæpe probauimus, nostra uice utantur ⟨in⟩ futuro concilio. neque enim illic ullis contentionum difficultatibus credimus laborandum, cum et ipse indicare dignatus sis quod in suscipienda catholica fide et damnatione Eutychis atque Nestorii omnes Orientales suscripserint sacerdotes.

DA$\overline{\text{T}}$ VI $\overline{\text{KL}}$ IV$\overline{\text{L}}$ ADELPHIO $\overline{\text{VC}}$ CON$\overline{\text{S}}$ — d. 26. m. Iun. a. 451

49 [*in mg.* AD IVLIANVM $\overline{\text{EPM}}$]. *Leo ep. 92 JK 472 = E 33*

Leo Iuliano episcopo. Quid de dilectionis tuæ animo iudicemus, sæpius agnouisti; præcesserunt enim plurima quæ nos facerent ista præsumere. unde cum ⟨ob⟩ hoc secundum Christianissimi principis uoluntatem in urbe Nicæna sacerdotalis habenda sit synodus, ut omnium scandalorum strepitus auferatur, necessarie fraternitati tuæ quod omni ecclesiæ prosit, iniungimus ut cum fratribus et coepiscopis nostris Paschasino et Lucensi, sed et fratribus et conpresbyteris nostris Bonifatio et Basilio, quos uice nostra ad prædictum conuentum ire præcipimus, curam tuam actionemque coniungas in omnibus auctoritate nostræ præceptionis usurus, quoniam scimus omnium illic actarum rerum maiorem te quam nostros habere notitiam, ut dum curam tuam illis consiliumque sociaueris, in nulla parte fallantur, sed omnia deo adiuuante ueniant in effectum, quæ fidei et paci probaueris conuenire.

DA$\overline{\text{T}}$ VI K$\overline{\text{L}}$ IV$\overline{\text{L}}$ ADELPHIO $\overline{\text{VC}}$ CON$\overline{\text{S}}$ — d. 26. m. Iun. a. 451

50 [*inscr.* AD MARTIANVM AV$\overline{\text{G}}$]. *Leo ep. 94 JK 474 = E 35*

Leo Marciano augusto. Sanctum clementiæ uestræ studium quod ad reparationem pacis ecclesiasticæ synodum haberi uoluistis, adeo libenter accepi, ut quamuis eam fieri intra Italiam poposcissem et aptius expectari tempus optassem, quo scilicet plurimi possint episcopi etiam de longinquioribus prouinciis euocari, mox tamen ut mihi pietatis uestræ scripta sunt tradita, et Bonifatium de conpresbyteris meis ab urbe

---

GE

2 leo epi$\overline{\text{s}}$ *E* episcopi *E* 5 siniret *G* 6 posset *E* 10 $\overline{\text{nrm}}$ *E* 12 actibus *E* 13 in *add. Quesnel* 14 es *E* quod *om. E* 15 eutyches *E* 17 $\overline{\text{vc}}$ *om. E*

19 leo epi$\overline{\text{s}}$ *E* 20 quæ *E* quod *G* ob *add. Quesnel* 22 scandarum *G* fraternitatis *G* 23/24 et[1] — fratribus *om. E* et coepiscopis nostris sed et fratribus *superscr. E* 24 lucensio *G* 26 actarum *E* auctorum *G* 29 fide et pace *G* 30 data *E* $\overline{\text{vc}}$ *om. E*

GG^{a}EMVIAO

inscr. LEO MARCIANO AVGVSTO PRO SYNODO CALCHEDONENSI *AO* item ad marcianum aug per bonephatium pb$\overline{\text{rm}}$ *MV* item eiusdem leonis $\overline{\text{e}}$pla ad marcianum augustum *I* 32 Leo — augusto *om. MVIAO* leo epi$\overline{\text{sc}}$ *E* quo *AMVI* 33 habere *GG^a* ualuistis *AO* 34 ea *I* spectari *E* expectare *I* quos *GG^a* scilicet [licet *G^a*] et *GG^a* 35 possent *MVI* episcopi] $\overline{\text{xpi}}$ *G^a* longinquis *I* 36 $\overline{\text{nre}}$ *MV*, *corr. V* bonefatium *MV* bonifatio *G^a* corpb$\overline{\text{ris}}$ *AO*

direxerim et de episcopis fratrem meum Paschasinum de Sicilia fecerim nauigare, qui uicem meam sufficienter implerent, datis per eosdem epistulis ad eos qui legationem ante susceperant, ut ipsi quoque prædictis ad implendas partes meæ præsentiæ iungerentur, G̅L̅. unde quamuis nimis artus dies synodo fuerit constitutus, spero tamen adfuturum dei omnipotentis auxilium quo omnes ualeant ad præfinitum tempus occurrere et unanimiter cum sanctæ fraternitatis assensu quæ uniuersali ecclesiæ congruant, definire. conpressa enim uel remota inquietudine ac prauitate paucorum facile firmabitur probanda concordia, si in eam fidem quam euangelicis et apostolicis prædicationibus declaratam per sanctos patres nostros accepimus et tenemus, omnium corda concurrant nulla penitus disputatione cuiusquam retractationis ammissa nec per uanam fallacemque
Eph. 2,20 uersutiam aut infirma uideantur aut dubia quæ in ipso angulari lapide, quod est Christus dominus, ab initio sunt fundata et sine fine mansura, hoc nobis indesinenter orantibus ut a sacramento singularis fidei nemo inueniatur alienus, sed damnata impietate hæreseos nullum de perditione cuiusquam catholica ecclesia sentiat detrimentum. quod autem
ep. 47 pietatem uestram his quas per meos misi epistulis obsecraui, nunc quoque simili fiducia precor ut uice mea acturos commendatos per omnia habere dignemini, quo facilius ac diligentius quæ optimo fidei uestræ ordinata sunt studio, salubri impleantur effectu.

d. 20. m. Iul. a. 451 DAT̅ XIII K̅L̅ AVG̅ ADELFIO V̅C̅ CONS̅

51 [*inscr.* AD PVLCHERIAM AVG̅]. *Leo ep. 95 JK 475 = E 36*

Leo Pulcheriæ augustæ [per Theoctistum magistrianum]. Religiosam clementiæ uestræ sollicitudinem quam catholicæ fidei indesinenter impenditis, per omnia recognosco et deo gratias ago quod tantam uniuersalis ecclesiæ curam habere uos uideo, ut quod et iustitiæ et beniuolentiæ congruere arbitror, confidenter insinuem, quo celerius quæ propitio Christo pietatis uestræ studio inreprehensibiliter hactenus gesta sunt, ad gratulandum perducantur effectum, G̅L̅. quod ergo synodum Nicææ haberi clementia uestra præcepit, cum a me ut in Italia haberetur, mansuetudo uestra retineat postulatum, ut omnes nostrarum partium conuocati antistites, si securitas temporis suppeteret, conuenirent, adeo tamen non aspernanter accepi, ut binos de coepiscopis meis et conpresbyteris ordinarem qui uicem meam implere sufficerent, datis ad uenerabilem synodum
ep. 52 congruentibus scriptis, quibus fraternitas aduocata cognosceret quam formam seruare in hac diiudicatione deberet, ne ulla temeritas aut fidei regulis aut canonum statutis aut benignitatis remediis obuiaret. sicut enim a principio huius causæ frequentissime scripsi, hanc inter discordes sensus et carnales æmulationes moderationem uolui custodiri, ut integritati quidem fidei nihil auelli, nihil liceret apponi, ad unitatem uero pacemque

---

$GG^aEMVIAO$

1 paschasium *I* pascasium *MV* 2 eos *MV* 3 predicti *GG^aMV* partis *MV* p̄sentia *MV* 4 G̅L̅ *GG^aMV* gloriæ *AO om. EI* fuerint *A* erit *MV* 4/5 adfuturam *G^aMV* 6 et *om. G^a* ut *MV* unianimiter *AO* ascensu *O* adsensum *G^aM* quæ] quem *O* 7 definiri *G^a* 8 concordiam *A* ea *AO* eandem *I* quæ *G^aV* 9 declarat tam *O* sanctos] quos *G^a* antiquos *I* fratres *AO* accipimus *G* omnium *om. M* 10 amissa *GO* ne *I* fallaceque *A* 11 uidentur *A* quem *AO* lapide angulari qui *I* 11/12 et — sunt *om. G^a* 12 fundata sunt *I* mensura *M* 13 a *om. VAO* damnatam inpietatem *MV* 15 de his *I* per quas [quos *G^aI*] meos [meis *G^a* meas *I*] *G^aMVI* quas] qua *A* eos *E* misimus *E* epistolas *I* 16 ut] et *G^a* me *M* mei *V* aucturos *A* 18 data *AOMVI* XIIII *G^aMVI* AVG *om. MV* V̅C̅] aug̅ *MV om. E*

GG^aEI

inscr. item ēpla eiusdem leonis pape ad pulcheriam augustam per theotistum magistrianum *I* 20 Leo — magistrianum *om. I* leo epis̄ *E* per — magistrianum *om. E* theotistum *G^a* (*I*) per relegiosam *G^a* 23 et[1] *E om. GG^aI* congrue *I* quae *om. E* 24 gesta sunt hactenus *E* 25 G̅L̅ *om. EI* nicheæ *E* calcedonensem *GG^aI* 27 ut in *G* 30 rescriptis *G^a* 32 benignitas *G^aE* 33 hac *E* carnalis emulationis *G^a* custodire *G* 34 euelli *GG^aI*

redeuntibus remedium ueniæ præstaretur, quia tunc opera diaboli potentius destruuntur, cum ad dei et proximi dilectionem hominum corda reuocantur. sed quam contraria tunc his monitis atque obsecrationibus meis acta sint, multum est explicare nec opus est epistulari pagina conprehendi quidquid in illo Epheseno non iudicio, sed latrocinio potuit perpetrari, ubi primates synodi nec resistentibus sibi fratribus nec consentientibus pepercerunt, cum ad infringendam catholicam fidem et ad execrabilem hæresim roborandam alios priuilegio honoris exuerent, alios consortio impietatis inficerent, sæuiores profecto in eos quos persuadendo ab innocentia separabant quam in illos quos beatos confessores persequendo faciebant. uerumtamen quia tales sibi maxime sua iniquitate nocuerunt et maioribus uulneribus diligentior est adhibenda medicina, nullis umquam epistulis definiui etiam talibus, si resipiscerent, ueniam denegandam. et quamuis incommutabiliter inimicissimam Christianæ religioni hæresim detestemur, ipsos tamen, si non dubie corrigantur et digna se satisfactione purificent, ab ineffabili misericordia dei non iudicamus alienos, sed potius cum gementibus gemimus, cum flentibus flemus, et sic utimur iustitia commotionis, ut non amittamus remedia caritatis. quod sicut pietas uestra cognoscit, non uerbis solis promittitur, sed etiam factis docetur, si quidem pæne omnes qui in consensum præsidentium aut traducti fuerant aut coacti, rescindendo quod statuerant, et condemnando quod scripserant, perpetuam culpæ abolitionem et apostolicæ pacis gratiam sint adepti. si ergo clementia uestra propositum meum considerare dignetur, probabit me eo consilio cuncta gessisse, ut sine cuiusquam animæ detrimento hæreseos tantum optineretur extinctio, et ob hoc circa auctores sæuissimorum turbinum quiddam consuetudinis minuisse, ut ad indulgentiam postulandam conpunctione aliqua possit eorum tarditas excitari. qui etsi post illud iudicium suum tam impium quam iniustum non sunt catholicæ fraternitati ita honorabiles, ut fuerunt, suas tamen adhuc optinent sedes et episcopatus sui honore potiuntur, aut per ueram et necessariam satisfactionem pacem totius ecclesiæ recepturi aut si hæresim, quod absit, tuebuntur, professionis suæ merito iudicandi.

DAT̄ XIII K̄L̄ AVḠ ADELPHIO V̄C̄ CONS̄ d. 20. m. Iul. a. 451.

52 [*sine inscr.*] *Leo ep. 93 JK 473 = E 34. Græca uersio extat in Epistularum collectione M 17*

Leo sanctæ synodo apud Nicæam constitutæ. Optaueram quidem, dilectissimi, pro nostri caritate collegii omnes domini sacerdotes in una catholicæ fidei deuotione

---

GG^aEI

1 operum *I* potentias *G^a* potentie *I* 4 ephesino *EI* 5 ibi *I* nec consentientibus *om. E* 7 exsuerint *G^aI* infecerint *G^aI* 10 nullus *I* 12 religionis *GG^a* heresem *G^a* 13 si *om. G* non dubie *om. I* 14 iudicemus *GG^a* 15 flebimus *G^a* ammittamus *G* 17 pæne *om. E* 18 resistendo *I* statuerant *GE* statutum fuerat ab illis *G^aI* condemnanda *G^a* 20 me eo] meo *G^a* concilio *G^a* 22 turbium *I* 23 conpunctionem aliquam *G^a* posset *E* 25 honorem *E* 26 totius *E* potius *GG^aI* receptura *G^a* 27 tuebuntur *I* tuuntur *GG^a* tuentur *E* 28 data *I* ADELPHIO] helpidio *G^aI* V̄C̄ *om. E* *subscr.* EXPLICIVNT EPISTVLAE S̄C̄ISSIMI PAPAE LEONIS QVAE S̄C̄O CALCHEDONENSI CONCILIO SVNT PRAEMISSAE INCIPIVNT QVAE POST GESTA SVBSECVTAE SVNT *E*

GG^a E, Q [= aetwx], S [= defmt], AO

inscr. LEO PAPA S̄C̄ĀE̅ [s̄c̄æ *om. A*] SYNODO CALCHEDONENSI *AO* eiusdem leonis ad synodum calcidonensem ubi ortatur per legatos suos dei sacerdotes ut secundum scripturas sacras cuncta disponerent *S* 31 Leo — constitutæ *om. AO* leo episcopus *EQS* nicheam *E* calchedonam *QGG^a* calcidonam *S* constitutæ dilectissimis fratribus in dn̄ō salutem *Q^aetwx* constitutæ de restituendis episcopis in propriis sedibus qui dudum fuerant pro fide catholica pulsi et ephesinæ prioris sinodi firmitate *Q^a* 32 n̄r̄a̅ *G^a*

persistere nec quemquam gratia aut formidine potestatum sæcularium deprauari, ut a uia ueritatis abscederet; sed quia multa sæpe quæ pænitudinem possint generare, proueniunt et superat culpas delinquentium misericordia dei atque ideo suspenditur ultio, ut possit locum habere correctio, amplectendum est clementissimi principis plenum religione consilium quo sanctam fraternitatem uestram ad destruendas insidias diaboli et ad reformandam ecclesiasticam pacem uoluit conuenire, beatissimi Petri apostoli iure atque honore seruato adeo ut nos quoque suis ad hoc litteris inuitaret ut uenerabili synodo nostram præsentiam præberemus. quod quidem nec necessitas temporis nec ulla poterat consuetudo permittere, tamen in his fratribus, hoc est Paschasino et Lucensi episcopis, Bonifatio et Basilio presbyteris, qui ab apostolica sede directi sunt, me synodo uestra fraternitas æstimet præsidere, non abiuncta a uobis præsentia mea, qui nunc in uicariis meis adsum et iam dudum in fidei catholicæ prædicatione non desum, ut qui non potestis ignorare quid ex antiqua traditione credamus, non possitis dubitare quid cupiam. unde, fratres karissimi, reiecta penitus audacia disputandi contra fidem diuinitus inspiratam uana errantium infidelitas conquiescat nec liceat defendi quod non licet credi, cum secundum euangelicas auctoritates, secundum propheticas uoces apostolicamque doctrinam plenissime et lucidissime per litteras quas ad beatæ memoriæ Flauianum episcopum misimus, fuerit declaratum quæ sit de sacramento incarnationis domini nostri Iesu Christi pia et sincera confessio. quia uero non ignoramus per prauas æmulationes multarum ecclesiarum statum fuisse turbatum plurimosque episcopos, quia hæresim non reciperent, sedibus suis pulsos et in exilia deportatos atque in locum superstitum alios substitutos, his primitus uulneribus adhibeatur medicina iustitiæ, nec quisquam ita careat propriis, ut alter utatur alienis, cum si, ut cupimus, errorem omnes relinquunt, nemini quidem perire honor debeat, sed illis qui pro fide laborauerunt, cum omni priuilegio suo oporteat ius proprium reformari. prioris autem Ephesenæ synodi, cui sanctæ memoriæ episcopus Cyrillus tunc præsedit, contra Nestorium specialiter statuta permaneant, ne tunc damnata impietas ideo sibi in aliquo blandiatur, quia Eutyches iusta execratione percellitur. puritas enim fidei atque doctrinæ quam eodem quo sancti patres nostri spiritu prædicamus, et Nestorianam et Eutychianam cum suis auctoribus condemnat pariter et persequitur prauitatem.

$G G^{a}$ *E*, *Q* [= *a*, *e* (*desinit in* 23 ne quis-*propter folii defectum*), *twx*], *S* [= *defmt*], *AO*

1 consistere *E* quicquam *AO* ut] aut *S* 2 a uia] una G^{a} abscedere *SAO* multa] ea *Q*. *corr.* Q^{w} plenitudinem G^{a} possit *G* 5 religionem *E* relegionis G^{a} qua GG^{a} insidias *om.* *AO* fraudes O^{corr} 6 apostoli *om.* *EQ* 7 ad hoc *om.* *Q*, *corr.* Q^{w} adhuc *G* 8 præueneremus *A* nec *om.* *S* 9 potuit *Q* tam *A* id est *E* paschasinum G^{a} 10 lucensi Q^{etwx} *EA* luculensi *O* lucensio Q^{a}, Q^{x} *corr.*, *GS* lucensium G^{a} epos G^{a} bonifacium et basilum prbros G^{a} 11 uestra fraternitas *S* fraternitas ura *Q* uestra scitas $GG^{a}EAO$ ἡ ὑμῶν ἀδελφότης Γ existimet *Q* abiunctam S^{fmt} ab iniunctam [iniuncta G^{a}] $S^{de}G^{a}$ psentiam meam *S* 12 in² *om.* GG^{a} 13 ex antiquam traditionem *AO*, *corr.* *O* potestis *S* ignorare *Q* 14 reiecta] cuncta *Q*, *corr.* Q^{x} eiecta Q^{w} *corr.* iudicia *Q*, *corr.* Q^{wx} 16 euangelicam auctoritatem *E* 18 de *om.* *Q*, *corr.* Q^{wx} 20 statum *om.* *AO*, *corr.* *O* 21 quia] qui ab *G* qui $G^{a}A$, *corr.* *A* expulsos *E* in *om.* *S* deputatos G^{a} 22 suprestitum *S* substitutos si Q^{w} *corr.* 23 ne *AOQ*, *corr.* Q^{a} careant *Q*, *corr.* Q^{ax} se credat G^{a} si ut] sicut $GG^{a}ES$ 24 errores G^{a} relinquant *E* delinquunt *G* delinquentium abolere et G^{a} neminem G^{a} apud neminem *Q*, *corr.* Q^{x} perire] perire et cum unicuique G^{a} suus [suos *G*] honor GG^{a} Q^{w} *corr.* qui] quidem qui *Q* 25 laborarunt *Q* cum *om.* G^{a} suo *om.* *Q*, *corr.* Q^{w} ius *om.* *AO* priores *GS* 26 efese *A* epheseni G^{a} ephesinæ *QE* episcopus *om.* G^{a} quirillus *Q*, *corr.* Q^{wx} contra] in G^{a} 27 ideo] idem *S* aliquod G^{a} 28 blandiantur *AO* iuxta AOS^{emt}, *corr.* *O* execrationem S^{emt} excusatione GG^{a} 29 doctrina GG^{a} et¹ *om.* *Q* 29/30 eutycianamque *Q* 30 nouitatem *Q*, *corr.* Q^{w} *in fine add.* contuli *Q*, *eras.* Q^{x}

Bene ualete in domino, fratres karissimi.

DAT̄ VI KL IVL ADELFIO VC CONS̄ — d. 26. m. Iun. a. 457

53 [*inscr.* AD EPIS̄ GALLIARVM]. *Leo ep. 102 JK 479 = E 44*

Leo Rauennio Rustico Venerio Constantiano Maximo Armazorio Floro Sabino Valeriano Constantio Nectario Maximo Asclipio Maximo Vrso Ingenuo Iusto Valerio Superuentori Chrysaphio Fonteio Petronio Hydatio Etherio Eulalio Eutychio Fraterno Victuro Eugenio Hilario Vero Amando Gerontio Proculeiano Iuliano Helladio Armentario Honorato Eparchio Anemio Dynamio Maximino Ynant⟨h⟩io et Palladio episcopis per Gallias constitutis. Optassemus quidem fraternitatis uestræ litteras eo tempore quo promiseratis, accipere, ut profecturis ad Orientem fratribus nostris quos ad sanctam synodum uice nostra pro catholicæ fidei defensione direximus, etiam uestræ sententiæ professio iungeretur; sed cum multa obstacula inopinatam uobis intulerint tarditatem, quamlibet seras et diu expectatas epistulas per fratrem et coepiscopum nostrum Ingenuum gratanter accepimus easque cum gaudio recensentes probauimus, sicut confidebamus, eruditione spiritus sancti cælestem in uobis uigere doctrinam, quam in Orientalibus ecclesiis uersutia hostis antiqui per eos quos sequaces suæ repperit falsitatis, fatigare conata est, cum catholica fides, quæ nulla sui est parte mutabilis, per ipsas aduersantium exercitationes et ualidior semper efficiatur et clarior, operante hoc gratia dei ut si qui forte ad hæc suptilia inimici iacula declinanda minus erant instructi minusque solliciti, perceptis ueritatis armis fierent contra impiorum mendacia fortiores. quod ergo, sicut causa poscebat, fiduciam nostram quam de uobis habemus in domino, fideliter atque obœdienter auxistis, multa exultatione gaudemus. et merito nos cognoscimus fratribus et coepiscopis nostris Orientalibus intimasse quod secundum euangelicam et apostolicam traditionem de incarnatione domini nostri Iesu Christi una esset omnium nostrum et indiscreta confessio neque ullis hæreticorum disputationibus obtineri ut aliter aliquid de summi et salutiferi sacramenti ueritate sapiamus quam ex prædicatione sanctorum patrum et ex auctoritate incommutabilis symboli didicimus ac docemus, damnatis ab uniuersali ecclesia et nunc Eutychen et ante Nestorio, quorum si quis non ferendis impietatibus inhærere delegerit, ipse se a corpore Christianæ unitatis abscidet. non enim ultra iam cuiquam excusationis refugium de ignorantiæ inscientia uel de intellegentiæ difficultate conceditur, cum ob hoc ipsum sexcentorum fere fratrum coepiscoporumque nostrorum synodus congregata nullam artem ratiocinandi, nullum eloquium disserendi contra fundatam diuinitus fidem inspirare permiserit, quoniam annitentibus per auxilium

---

GG^a E, Q [= atwx], S [defmt], AO

1 bene — karissimi *Q om.* *GG^aESAO* 2 data *AOQ* v *GG^aQ* iunias *Q* Adelfio — cons *om. Q, corr. Q^x* *in fine add.* era que [qua *S/Q^x corr.*] supra *SQ^x corr.*

GG^aEI

inscr. item eiusdem ad ēpos gallie *I* 4 leo episcō *EI* rusticio *E* constantiniano *GG^a* constantino *I* armentario *GG^aI* 5 galeriano *E* asclepio *E* galerio *E* ualeriano *I* 6 superuenturo *G^aI* crysofio *E* edatio *G* 7 uenturo *GG^aI* uiro *E* proculiiano *E* 8 eparchio *G* epartio *G^aI* aparcio *E*, *emendatio incerta* amenio *I* dynamio *E* caunemio *G* gaunimio *G^aI* ynantio *E* hinantio *GG^a* hyiniatio *I* 12 professione *G* cum *om. E* 13 spectatas *E* 13/14 ingenium *GG^a* 16 hostis] hominis *G* suos *GG^aI* reppererit *E* 16/17 falsitas *GG^aI* 18 efficiatur semper *G^a* efficiatur *I* 22 obedientes *I* 25 nostrorum *G* hereticorum *E* eorum *GG^aI* detineri *GG^aI* 28 eutychen *G^aE* eutychete *G* eutice *I* antea *G^aI* nestorium *G^a* 29 se delegerit *G^a* se *om. GG^a* abscedet *G* abscidit *G^aI* 30 ignorantia et *G^aI* 31 ob *om. G^aI* ipso *I* 33 fundamentum *GG^aI* diuinitus *om. G^aI* fidei *G^aI* respirare *I*

gratiæ dei fratribus et uicariis nostris, quorum plenissima extitit in omni actione deuotio, non solum sacerdotibus Christi, sed etiam principibus ac potestatibus Christianis cunctisque cleri et plebis ordinibus plene atque euidenter apparuit hanc esse uere apostolicam et catholicam fidem ex diuinæ pietatis fonte manantem, quam sinceram et ab omni fæce totius erroris alienam, sicut accepimus, prædicamus et uniuerso iam mundo consentiente defendimus, extinctis toto orbe dogmatibus quæ uel præcedens hæreticus ausus est inferre uel subsequens dissimili quidem mendacio, sed impietate non impari. nam sicut Nestorius non est toleratus affirmans beatam Mariam hominis tantummodo fuisse genetricem, qui postmodum sit a uerbi deitate susceptus, duabus scilicet personis distinctis atque diuisis, ut non idem atque ipse esset filius hominis qui filius dei, neque unus Christus in utraque natura, sed alter sempiternus ex patre, alter temporalis ex
Ioh. 1, 14 matre, cum euangelica auctoritas ita uerbum carnem prædicet factum, ut non duos Christos nec duos filios, sed in uno domino Iesu Christo et dei et hominis nobis insinuet ueritatem, ut utriusque substantiæ, id est saluantis atque saluatæ, nec proprietas possit confundi nec persona geminari — sicut ergo Nestorius in suo dogmate execrabilis fuit, sic Eutyches damnati olim sectator erroris alia profanitate blasphemans a catholicæ soliditatis conpage resecatus est, quia indoctis quibusdam nimiumque simplicibus persuadere temptauit quod uerbum dei ita caro sit factum, ut ueram carnem de matre non sumpserit, nec nostri illum generis corpus habuisse, sed diuinitatis eius et carnis unam esse naturam, ut unum dominum nostrum Iesum Christum et falsum hominem et deum diceret esse passibilem. quod nec pietas fidei nec ratio recipit sacramenti, ut aut in sua natura passibilis fuerit deitas aut in susceptione humana mentita sit ueritas. quæ diabolicorum sensuum prodigiosa commenta sancta nunc synodus humilitatis nostræ scriptis auctoritate domini mei beatissimi Petri apostoli et merito roboratis religiosa unanimitate consentiens abominando hoc ab ecclesia dei amputauit obprobrium, Dioscoro quoque Alexandrino in sua impietate damnato, ne illa ecclesia quæ inter ipsa euangelii principia beatum Marcum beatissimi Petri apostoli discipulum in omnibus utique doctoris sui magisterio consonantem habuit fundatorem quæque postea recentioribus a nostra ætate temporibus Athanasium Theophilum et proxime Cyrillum probatissimos præsules habuit, indignam captiuitatem sub hæretici dominatione pateretur. unde secundum magnam misericordiam dei uniuersos diaboli conatus, quibus ecclesiam dei conturbare molitus est, noueritis esse destructos. reddita igitur deo, fratres karissimi, digna actione gratiarum, oret nobiscum uestra dilectio ut fratres nostros, quos expectatio nostra desiderat, incolumes quam primum redisse lætemur et de omnibus quæ deo adiuuante sunt gesta, plenius uos possimus instruere. nam fratrem Ingenuum noluimus hac expectatione tardari, cum ob hoc ipsum properantius remeare

---

GG^aEI

1 et *om. I* 2 solam *E* ac *E* et *GG^aI* 3 clericis plebibus *GG^aI* plene euidenterque *I* 4 et catholicam *om. G^aI* fontem *E* sinceram — alienam *om. E* 7 non inpari *E* compari *GG^aI* 9 uerbo *GG^aI* deitatis *I* et personis *G^a* naturis et personis *I* 10 districtis *G^a* diuisis — atque] ut neque *I om. G^a* 12 p̄dicet carnem *I* 14 saluandis *I* 15 germinari *G* fuit] et *I* sic et *G^a* 16 sectatur *G^a* sectatus *I* errorem *G^aI* profanitati *G^a* 17 secatus *E* 18 matre] uentre uirginis *I* 19 sed] et *I* una esset natura *G^aI* 20 ut] et *GI*, *corr. G* 21 recepit *E* 22 susceptionem humanam *E* 24 domni *E* 24/25 et merito] *huic loco non apta, coniecerim* ⟨iuste⟩ et merito abominando 25 unianimitate *G^a* consentientes *G^a* abominandum *GE* hoc *om. I* ab *om. G* quod *G^a* obprobium *om. I* 25/26 dioscorum — alexandrinum *I* 26 damnato *GE* manente *G^aI* 28 doctrinis doctoris *I* 31 dei[2]] dm̄ *GG^a* 32 reddite *GG^aI* dō grās *I* 33 dignam actionem gratiarum [grārum actionem *I*] *GG^aI* et oret *GG^aI* 34 reddisse *GI* de *om. GG^a* 35 dnō *GG^aI* iuuante *GG^a* nos *I* 35/36 ingenium *GG^a* 36 araperatius *GG^aI*

deberet, ne diutius uobis esset ignota communium materia gaudiorum. quæ uolumus per curam dilectionis uestræ etiam ad fratres nostros Hispaniæ episcopos peruenire, ut quod operatus est dominus, nulli esse possit incognitum.

DAT VI KL FEB HERCVLANO VC CONS — d. 27. m. Ian. a. 452

54 [*inscr.* AD MARCIANVM AVG]. *Leo ep. 104 JK 481 = E 37. Græca uersio extat in Epist. Coll. B 18*

Leo Marciano augusto [per Lucianum episcopum et Basilium diaconem de ambitu Anatolii]. Magno munere misericordiæ dei totius ecclesiæ catholicæ multiplicata sunt gaudia, cum sancto et glorioso clementiæ uestræ studio perniciosissimus error extinctus est, ut labor noster citius ad desideratum perueniret effectum, quem deo seruiens principatus et fide et potestate iuuisset, quia etsi in uirtute spiritus sancti inter quaslibet dissensiones per sedis apostolicæ famulatum euangelii erat defendenda libertas, manifestior tamen apparuit gratia dei, quæ præstitit mundo ut in uictoria ueritatis auctores tantum uiolatæ fidei deperirent et sua integritas ecclesiæ redderetur. bellum igitur quod pacis nostræ inimicus exciuerat, adeo feliciter dextera domini pugnante confectum est, ut triumphante Christo omnium sacerdotum esset una uictoria et coruscante lumine ueritatis solæ erroris tenebræ cum suis assertoribus pellerentur. nam sicut in ipsa domini resurrectione credenda ad conroboranda initia fidei multum securitatis accessit quod quidam apostoli de corporea domini Iesu Christi ueritate dubitarunt et uisu atque contactu fixuras clauorum et uulnus lanceæ perscrutando ambiguitatem cunctis, dum ambigunt, abstulerunt, ita nunc quoque dum aliquorum infidelitas confutatur, omnium hæsitantium corda firmata sunt et profecit uniuersis ad illuminationem quod quibusdam intulit cæcitatem. in quo opere digne et iuste exultat uestra clementia, quæ fideliter pieque prospexit ut Orientalibus ecclesiis diabolicæ insidiæ non nocerent, sed ad propitiandum deum efficaciora ubique offerrentur holocausta, quando per mediatorem dei et hominum hominem Christum Iesum eadem confessio plebium, (1 Tim. 2, 5) eadem sacerdotum, eadem esset et regum, GL. his autem propter quæ tanta facta est congregatio sacerdotum, bono et optabili fine conpositis, miror et doleo quod pacem

---

GGᵃEI

1 debuerit *I* incognita *GGᵃI* communium *E* cum omnium *GGᵃ* omnium *I* 2 ut *om.* *Gᵃ* 3 operatus — dominus *GE* operatus est *Gᵃ* deus operatus est *I* noli *E* 4 VI *om.* *GGᵃI*

GGᵃE, Q [= a (usque ad 28 doleo), etwx], S [= defmt], Tt

inscr. eiusdem leonis ad marcianum augustum ubi de eius gratulatur fide quæ in calcidonense concilio gesta est et de anatolio constantinopolitano ēpō qui in eodem concilio alexandrinam et antiocenam ecclesias contra constituta nicena per ambitum sibimet uoluit subiugari *S* INCIPIT ĒPLA LEONIS PAPE AD MARCIANVM IMPER DIRECTA CALCIDONENSIS *t* 7 leo episc̄ *EQSTt* 7/8 per — Anatolii *om.* *ESTt* 7 lucinum *Q* diaconum *Q* 8 anatholii ēpī *Q* magno *om.* *T*, *corr.* *Tᵐᵍ* misericordia *E* 10 ut] et *ETt* peruenire *t* peruenit *E* 11 sc̄i sp̄s *t* 11/12 quamlibet dissensionis *Gᵃ* 13 autem aperuit *t* dei *om.* *t* mundum *Gᵃ* 14 perirent *GGᵃ* et] ut *t* 14/15 bellum igitur *om.* *E* 15 exciuerat *ET* excitauerat *QGGᵃSt* 16 confractum *QSt* 17 soli *G* sui *Gᵃ* tenebræ erroris *E* errores *G* adsertionibus *t* 18 a credenda *Qᵃᵉʷ*, *corr.* *Qʷ*, ad credenda *Qᵃ* *corr.* ad *in* et *corr.* *Qᵃ* inita *t* 19 corpore *GGᵃ* dn̄i n̄ri *SᵗTt* dubitauerunt *GᵃE* 20 uisum atque contactum *Gᵃ* contractu *T* praescrutando *ES* 21 cunctis *om.* *T* dum[1]] cum *GGᵃ* 22 stantium *T* proficit *GᵃEQTt* 23 exultat] et iuxta *t* 24 pieque *T* proprieque *GEQStT* proprie *Gᵃ* āecc̄le *t* 25 deum *om.* *t* et efficaciora *GGᵃ* offerentur *GQᵃᵉʷ Sᵉᶠᵗ T*, *corr.* *Qᵃᵉʷ* ofertur *t* 26 ihūm xp̄m *t* 27/28 eadem esset — sacerdotum *om.* *T* 27 gl̄ *GGᵃ* gloria *Qᵃᵉʷˣ* gloriae *Qᵗ* gloriosissime [gloria *t*] fili et clementissime auguste *St* *om.* *E* quem *St* tanta *om.* *t* 28 est *om.* *Q*, *corr.* *Qˣ* bene et *Gᵃ* bonæ *G* minor *T* 28 — p. 57,2 quod pacem — contradictione *om.* *Qᵃ* *propter folii defectum*

uniuersalis ecclesiæ diuinitus reformatam ambitionis rursus spiritus inquietat. quamuis enim necessarie sibi frater meus Anatolius consuluisse uideatur, ut ordinatorum suorum errorem deserens in assensum catholicæ fidei salubri correctione transiret, custodire tamen debuit ut quod uestro beneficio noscitur consecutus, nullius cupiditatis prauitate turbaret. nos enim uestræ fidei et interuentionis habentes intuitum, cum secundum suæ consecrationis auctores eius initia titubarent, benigniores circa ipsum quam iustiores esse uoluimus, quo perturbationes omnes quæ operante diabolo fuerant excitatæ, adhibitis remediis leniremus, quæ illum modestum magis quam inmoderatum facere debuerunt, qui etiamsi præcipuis meritis optimoque iudicio legitime fuisset ac sollemniter ordinatus, contra reuerentiam tamen canonum paternorum, contra statuta spiritus sancti, contra antiquitatis exempla nullis possit suffragiis adiuuari. apud Christianum et uere religiosum uereque orthodoxum principem loquor: multum Anatolius episcopus proprio detrahit merito, si illicito crescere optat augmento. habeat, sicut optamus, Constantinopolitana ciuitas gloriam suam et protegente dei dextera diuturno clementiæ uestræ fruatur imperio: alia tamen ratio est rerum sæcularium, alia diuinarum,
Mt. 16, 18 nec præter illam petram quam dominus in fundamento posuit, stabilis erit ulla constructio. propria perdit qui indebita concupiscit. satis sit prædicto quod uestræ pietatis auxilio et mei fauoris assensu episcopatum tantæ urbis optinuit; non dedignetur regiam ciuitatem, quam apostolicam facere non potest sedem, nec ullo modo speret quod per aliorum offensiones possit augeri. priuilegia enim ecclesiarum sanctorum patrum canonibus instituta et uenerabilis Nicænæ synodi fixa decretis nulla possunt improbitate conuelli, nulla nouitate mutari. in quo opere auxiliante Christo fideliter exequendo necesse est me perseuerantem exhibere famulatum, quoniam dispensatio mihi credita est et ad meum tendit reatum, si paternarum regulæ sanctionum quæ in synodo Nicæna ad totius ecclesiæ regimen spiritu dei instruente sunt conditæ, me, quod absit, coniuente uiolentur et maior sit apud me unius fratris uoluntas quam uniuersæ domus domini communis utilitas. et ideo sciens gloriosam clementiam uestram ecclesiasticæ studere concordiæ et his quæ pacificæ congruunt unitati, piissimum præstare consensum, precor et sedula suggestione uos obsecro ut ausus improbos unitati Christianæ pacique contrarios ab omni pietatis uestræ abdicetis assensu et fratris mei Anatolii nocituram ipsi, si perstiterit, cupiditatem salubriter comprimatis, ne ea quæ uestræ gloriæ atque temporibus inimica sunt, cupiens maior suis uelit esse prioribus liberumque illi sit quantis potuerit splendere uirtutibus, quarum non aliter particeps erit, nisi caritate magis uoluerit ornari quam ambitione distendi. hanc autem inprobi desiderii conceptionem numquam quidem debuit intra cordis sui recipere secretum, sed cum illi fratres et coepiscopi mei qui uice mea aderant, obuiarent, ab illicito appetitu

---

GG^a^E, Q [= *etwx*].*S* [= *defmt*], *Tt*

1 diuinitus *om. E* 3 ascensum *T* ascenso *t* assensu *GG^a^* correptione *T* 4 custodiri *G^a^* ut *om. E* noscitur] noscitis nascitur *T* 5 turbari *t* et *om. St* interuectionis *t* 6 suae *om. t* iniciati titubarent *G* initiati turbarent *Tt* initia turbarent *S^t^* 7/8 uoluimus — adhibitis *om. G^a^* 7 uolemus *t* quod *t* perturbationis *G* 8 magis quam *om. t* moderatum *Q^w^ t* 9 debui *T* obtique *t* oblitique *t^corr^* fuissent *t* 10 institutionem *t* 11 spū *E* posset *ST* 12 et *om. G^a^* uereque] et uere *t* 13 detrahet *G^a^* si illicite *T* sollicito *G^c^* inlicitum *t* obtata augmentum *t* 14 dextera dei *GG^a^* 16 fundamentum *G^a^t* mire posuit *GG^a^* erat illa *t* 17 quin debita *T* sit] si *T om. t* p̄dictis *t* 18 indignetur *G^a^* ne dignetur *E* 19 non potest facere *GG^a^E* speret] impleri *t* 20 possit] per hoc sit *t* s̄c̄arum *S^det^T* 21 decreta *E* possit *G^a^* 22 mutari] uiolari *GG^a^* 23 perseuerante *GTt* 24 est *om. E* si] et *E* sanctionem *t* 25 synodus *T* instruente] strumentæ *T* conditæ] cotidie *t* me] ne *t* 26 et maior] ex maris *t* 29 unitatis *E* 30 contrario *T* omnis *T* assensum *ETt* 31 nec *Et* 32 a uestræ *G* gloriæ *om. T* maiorum *Q*, *corr. Q^x^* uellet *G^a^* 33 splendere — p. 57, 15 *om. t* 34 discendi *T* 35 habuit *Q^wx^* 36 illis *T*

ex eorum saltim contradictione cessasset. nam et uestræ pietatis apices et ipsius scripta declarant legatos sedis apostolicæ, sicut oportuit, contradictione iustissima restitisse, ut inexcusabilior esset præsumptio quæ se nec increpata cohiberet. unde quia conuenit fidei uestræ uel gloriæ ut sicut hæresis deo per uos agente destructa est, ita etiam omnis ambitus retundatur, agite quod et Christianæ est probitatis et regiæ, ut prædictus episcopus parcat patribus, consulat paci neque sibi æstimet licuisse quod Antiochenæ ecclesiæ sine ullo exemplo contra statuta canonum episcopum ordinare præsumpsit, quod nos amore reparandæ fidei et pacis studio retractare cessauimus. abstineat ergo ab ecclesiasticarum iniuria regularum et illicitos declinet excessus, ne se ab uniuersali ecclesia, dum inimica paci temptat, abscidat. quem opto magis inreprehensibiliter agentem diligere quam in hac præsumptione, quæ illum ab omnibus separare poterit, perdurare.

Frater autem et coepiscopus meus Lucianus, qui cum filio meo Basilio diacono clementiæ uestræ ad me scripta portauit, omni deuotione partes susceptæ legationis inpleuit, qui non est æstimandus negotio defuisse, quem potius causa deseruit.

DAT XI KL IVNIAS HERCVLANO VC CONS — d. 22. m. Mai. a. 452

55 [*inscr.* AD PVLCHERIAM AVG]. *Leo ep. 105 JK 482 = E 38*

Leo Pulcheriæ augustæ [de ambitu Anatolii]. Sanctis et deo placitis clementiæ uestræ studiis defensam contra hæreticos catholicam fidem et uniuersæ ecclesiæ redditam pacem ineffabiliter cum uestra pietate gaudemus, gratias agentes misericordi et omnipotenti deo quod exceptis his qui magis dilexerunt tenebras quam lucem, neminem Ioh. 3, 19
passus est euangelica ueritate fraudari, ut abstersa erroris caligine in omnium cordibus purissimum lumen oriretur nec de infirmis quorundam animis tenebrosus ille exultaret inimicus, quem non solum hi qui inlæsi steterunt, sed etiam hi quos fecerat nutare, superarunt, ut errore abolito per totum mundum fides uera regnaret et omnis lingua Phil. 2, 11
confiteretur quoniam dominus Iesus in gloria est dei patris. confirmato autem in unitate euangelii uniuerso orbe terrarum et in eundem sensum directis cordibus omnium sacerdotum optimum fuerat supra illa propter quæ sancta est synodus congregata et quæ secundum pietatis uestræ studium probabili sunt fine conclusa, nihil quod tanto bono contrarium esset, inferri nec per occasionem episcopalis concilii id inportune appeti quod non licuit concupisci. frater enim et coepiscopus meus Anatolius parum considerans quanto pietatis uestræ beneficio et mei fauoris assensu Constantinopolitanæ ecclesiæ sacerdotium fuerit consecutus, non tam de adeptis gauisus quam de inmodicis

---

$GG^{a}E$, Q [= *a* (*inde a* 2 iustissima), *etwx*], S [= *defmt*], T

1 exorum T saltim] salutem E salutis T salubri GG^{a} contraditione $S^{t}T$ cessasset] ὤφειλεν ἀργῆσαι Γ 2 contradictionem iustissimam E 3 cohibuit GG^{a} 4 uel *om.* $GG^{a}E$ 5 ambitus per uos G^{a} 6 ut] et $E\Gamma$ pareat E licuisset Q, *corr.* Q^{ax} 7 ecclesiæ *om.* G^{a} instatuta E istatuta S^{e} instituta $G^{corr}G^{a}$ episcopos Q^{aetw}, *corr.* Q^{a} episcopus Q^{x} episcoporum S epis̄ T 8 retractata recessauimus T 9 ecclesiarum ET 10 pace ST 12 poterit $EQ^{aewx}S$ potuerit $GG^{a}Q^{t}$ potuit T 14 partis Q, *corr.* Q^{x} parti T partem GG^{a} 15 quia GG^{a} extimandus est E *in fine add.* contuli Q 16 data GQ^{aetw} *in fine add.* era CCCCLX S vc *om.* E conss̄ T

$GG^{a}EMVI$

inscr. item eiusdem leonis ep̄la ad pulcheriam augustam de ambicione anatholii I 18 Leo — Anatolii *om.* I leo papa E augusto M de ambitu anatolii GG^{a} *om.* EMV 20 m̄iā MV m̄ē $G^{a}I$ et *om.* $G^{a}I$ 20/21 omnipotentis dei I 23 oreretur E ne I infirmi MV infirmitatis E 24 hii MI ii V laesi E steterant $G^{a}I$ ii MV *om.* $G^{a}I$ fecerant GG^{a} 25 ūrā $GG^{a}MV$ 26 confiteatur $G^{a}MVI$ quia M est *om.* M 27 in uniuerso G orbe terrarum] mundo I eodem sensu $GG^{a}I$ omnibus G^{a} 29 studio G^{a} 30 esse G 31 appetiti G^{a} 32 quando I 33 tamen I

appetendis supra mensuram sui honoris accensus est, credens huic tam intemperanti cupiditati posse prodesse quod ei quorundam consensum suum præbuisse dicitur extorta suscriptio, cum tamen destruendis mox conatibus contradictio fratrum et coepiscoporum meorum uice mea agentium fideliter et laudabiliter obuiarit, quoniam contra statuta canonum paternorum, quæ ante longissimæ ætatis annos in urbe Nicaena spiritalibus sunt fundata decretis, nihil cuiquam audere conceditur, ita ut si quis diuersum aliquid decernere uelit, se potius minuat quam illa conrumpat. quæ si ut oportet, a cunctis pontificibus intemerata seruentur, per uniuersas ecclesiæ tranquilla erit pax et firma concordia, nullæ de mensura honorum dissensiones, nullæ de ordinationibus lites, nullæ de priuilegiis ambiguitates, nulla erunt de alieni usurpatione certamina, sed æquo iure caritatis rationabilis et morum et officiorum ordo seruabitur et ille uere erit magnus
Mt. 20, 26–28 qui fuerit totius ambitionis alienus, dicente domino: quicumque uoluerit inter uos maior fieri, sit uester minister, et quicumque uoluerit inter uos primus esse, erit uester seruus, sicut filius hominis non uenit ministrari, sed ministrare. et tamen hæc illis tunc insinuabantur qui de pusillo uolebant crescere et de infimis ad summa transire, Constantinopolitanæ uero præsul ecclesiæ quid amplius quam adsecutus est, concupiscit aut quid illi satisfaciet, si tantæ urbis magnificentia et claritudo non sufficit? superbum nimis est et inmoderatum ultra proprios terminos tendere et antiquitate calcata alienum ius uelle præripere atque ut unius crescat dignitas, tot metropolitanorum impugnare primatus quietisque prouinciis et olim sanctæ synodi Nicænæ moderatione dispositis bellum nouæ perturbationis inferre atque ut uenerabilium patrum decreta soluantur, quorundam episcoporum proferre consensum, cui tot annorum series negauit effectum. nam sexagesimus fere annus huius coniuentiæ esse iactatur, qua se prædictus episcopus æstimat adiuuari, frustra cupiens id sibi prodesse quod etiam si quisquam ausus est uelle, nullus tamen potuit optinere. agnoscat cui successerit uiro, et repulso omni spiritu elationis Flauiani fidem, Flauiani modestiam, Flauiani humilitatem, quæ illum usque ad confessoris gloriam prouexit, imitetur. cuius si uelit splendere uirtutibus, laudabilis erit et in omni loco plurimum dilectionis adquiret, non ambiendo humana, sed promerendo diuina. hac autem obseruantia meum quoque illi animum spondeo copulandum et apostolicæ sedis dilectionem, quam Constantinopolitanæ ecclesiæ semper impendit, nulla mutabilitate uiolandam, quia et si interdum inmoderati præsules aliquas incidunt culpas, ecclesiarum tamen Christi integritas perseuerat. consensiones uero episcoporum sanctorum canonum apud Nicæam conditorum regulis repugnantes unita nobiscum uestræ fidei pietate in irritum mittimus et per auctoritatem beati Petri apostoli generali prorsus definitione cassamus.

GG^{a}EMVI

1 abscessus *G*^{a} imperanti *G*^{a} 2 exorta *GG*^{a} 3 tam *I* quoep̄orumque *G* coepiscoporum *MV* 4 uicem meam *I* artem meam *MV* obuiaret *GG*^{a}*I* 5 quantae ante *G*^{a} spiritualibus *G*^{a}*MVI* 6 cuiquam] quoque *G*^{a} concedetur *E* quid *G*^{a} 7 si ut] sicut *G*^{a} sint *MV* 9 mensuræ *G* bonorum *I* dispensationes *I* dissensio nec *MV* 10 nulla erunt] nullæ sunt *MV* equa *G* ea quæ *G*^{a} 11 et^1] est et *G*^{a}, *del.* est 13 maior — uos *om. E* fieri — primus *om. M* fieri sit] esse erit *V* 15 hæc *om. G*^{a} insinuebantur *M* 16 p̄suli *G*^{a} quid] quia *G*^{a}*I* 18 nimis et inmoderatum est *E* proprios terminos] fines proprios *I* 19 alium *I* atque ut] ut quæ *E* atque *G*^{a} 21 atque ut] utque *E* atque *G*^{a} 22 p̄ferre *I* cui] cum *V* 23 affectum *G*^{a} annos *MV* conhibentiæ *GG*^{a}*E* cohibentiæ *MV* conuientie *I* 24 que *I* capiens *G*^{a} 25 est *om. E* 26 successit *G*^{a}*I* omnis *G*^{a} fidem flauiani *E om. GG*^{a}*MVI* 28 loco *om. MV* 28/29 adquirit *GG*^{a} 29 hanc *M* hoc *V* hæc *G*^{a} 29/30 obseruantiam eum *GEMV* obseruantia eum *G*^{a} 30 quæque *G*^{a} spondet *G*^{a} apostolica *MV* 31 impendi *G*^{a} impendimus *I* motabilitatem *G*^{a} 31/32 quia etsi *E* quia si *GG*^{a}*I* quasi *MV* 32 incedunt *MV* 33 integritas *E* integra gratia *GG*^{a}*MVI* 34 nicenam *I* codicorum *MV* una *E* ūra *MV* pietatem *MV* in *om. G*^{a}

in omnibus ecclesiasticis causis his legibus obsequentes, quas ad pacificam obseruantiam omnium sacerdotum per trecentos decem et octo antistites spiritus sanctus instituit, ita ut etiam si multo plures aliud quam illi statuere, decernant, in nulla reuerentia sit habendum, quidquid fuerit a prædictorum constitutione diuersum. prolixitatem itaque epistulæ meæ, qua necesse habui explicare quid sentiam, rogo ut per fratrem et coepiscopum meum Lucianum, qui quantum in ipso est, sollicitudinem susceptæ legationis est fideliter exsecutus, et per filium meum Basilium diaconum pietas uestra dignanter accipiat. et quia moris uestri est pro pace et unitate ecclesiæ laborare, fratrem meum Anatolium episcopum ex uestra mihi insinuatione dilectum salubriter in his quæ ipsi profutura sint, continete, ut gloria clementiæ uestræ sicut magnificatur de fide reparata, ita prædicetur de ambitione conpressa.

DAT̄ XI K̄L̄ IV̄N̄ HERCVLANO V̄C̄ CONS̄ — d. 22. m. **Mai.** a. 452

56 [*in mg.* AD ANATHOLIVM EPM̄]. *Leo ep. 106 JK 483 = E 39. Græca uersio extat in Epist. coll. B 17*

Leo Anatolio episcopo [increpans de ambitu]. Manifestato sicut optauimus, per gratiam dei lumine euangelicæ ueritatis et ab uniuersali ecclesia perniciosissimi erroris nocte depulsa ineffabiliter gaudemus in domino quod creditæ nobis dispensationis labor ad desideratum peruenit effectum, sicut etiam epistulæ tuæ textus eloquitur, ut secundum apostolicam doctrinam id ipsum dicamus omnes et non sint in nobis schismata, (1 Cor. 1, 10) simus autem perfecti in eodem sensu et in eadem sententia. in cuius operis deuotione gratulamur dilectionem tuam esse consortem, ut et corrigendis tua prodesset industria et ab omni te deuiantium participatione purgares. decessore enim tuo beatæ memoriæ Flauiano propter defensionem catholicæ ueritatis eiecto non inmerito credebatur quod ordinatores tui contra sanctorum canonum constituta uiderentur sui similem consecrasse, sed adfuit misericordia dei in hoc te dirigens atque confirmans ut malis principiis bene utereris et non te iudicio hominum, sed dei prouectum benignitate monstrares. quod uere ita accipiendum est, si hanc diuini muneris gratiam alia offensione non perdas. uirum enim catholicum et præcipue domini sacerdotem sicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate corrumpi. dicente quippe scriptura sancta post concupiscentias tuas ne eas et a uoluntate tua uetare, (Sir. 18, 30) multis mundi huius inlecebris, multis uanitatibus resistendum est, ut ueræ

GG^aEMVI

1 omnibus *om. M* his *om. E* ius *V* regibus *MV* quam *E* pacem *I* obseruantiam *om. I* 3 multa *V* statuerunt *MV* decernere *G^a* decernere uoluerint *I* nullo *G^aMV* 4 constitutionem *E* prolixitate *G^aI* 5 qua] quæ *G* quia *I* 6 est *om. V* 7 diaconem *I* 8 accipiant *MV* 9 mi insinuatione *G* insinuatione *G^a* insinuatione michi *I* 10 in ipsi *I* sunt *I* continente *I* gloriæ *MV* 11 fidei *M* reputata *MV* ita *om. GMV* 12 data *GMVI* v *M* quinto *V* iulias *MV* iulii *I* v̄c̄ *om. MV*

GE, Q [= aetwx], S [= defmt], T

inscr. eiusdem leonis ad anatolium constantinopolitanum ēp̄m̄ ubi in primis eundem ēp̄m̄ de fide in calcidonense concilio laudat deinde arguet illum quod contra nicenam sinodum alexandrinam atque antiocenam ecclesias sibi subdere uoluisset *S* 15 dilectissimo fr̄i anatolio leo *T* leo ēp̄s̄ *ES* increpans — ambitu *om. EQST*, *post* ep̄ō *add.* CONSTANT̄ DEIVS AMBITV OBIVRGATIO ET ALEXANDRINE ET EVTICIANE SEDIS ANTIQVITVS HONORE PRELATO *Q^a* 16 euangelicæ *om. Q, corr. Q^x* ecclesiæ *G* 19 uobis *TΓ* 20 scientia *QTΓ* in3 *om. E* 22 omnium *G* participationem *ES^t* 25 uidentur *E* suis *G* diligens *T* 26 prouentum *T* profectum *SQ^w, corr. Q^w* 27 benignitatem *GS^{dmt}* diuinis *T* 29 errori *G* corrumpi] uiolari *S* 30 non *EQ^x* 31 mundi] modi *GS^t*

continentiæ optineatur integritas. cuius prima est labes superbia, initium transgressionis et origo peccati, quoniam mens potentiæ auida nec abstinere nouit uetitis nec gaudere concessis, dum inordinato prauoque progressu inpunitarum transgressionum augentur excessus et crebrescunt culpæ, quæ toleratæ sunt studio reparandæ fidei et amore concordiæ. post illa itaque ordinationis tuæ non inculpata principia, post consecrationem Antiocheni episcopi, quam tibimet contra canonicam regulam uindicasti, doleo etiam in hoc dilectionem tuam esse prolapsam ut sacratissimas Nicænorum canonum constitutiones conareris infringere, tamquam oportune se tibi hoc tempus optulerit, quo secundi honoris priuilegium sedes Alexandrina perdiderit et Antiochena ecclesia proprietatem tertiæ dignitatis amiserit, ut his locis iuri tuo subditis omnes metropolitani episcopi proprio honore priuentur. quibus inauditis et numquam ante temptatis ita præueniris excessibus, ut sanctam synodum ad extinguendam solum hæresim et ad confirmationem fidei catholicæ studio Christianissimi principis congregatam in occasionem ambitus trahas et ut coniuentiam suam tibi dedat, impellas, tamquam refutari nequeat quod inlicite uoluerit multitudo, et illa Nicænorum canonum per sanctum uere spiritum ordinata condicio in aliqua cuiquam sit parte resolubilis. nulla sibimet de multiplicatione congregationis synodalia concilia blandiantur neque trecentis illis decem atque octo episcopis quantumlibet copiosior numerus sacerdotum uel comparare se audeat uel præferre, cum tanto diuinitus priuilegio Nicæna sit synodus consecrata, ut siue per pauciores siue per plures ecclesiastica iudicia celebrentur, omni penitus auctoritate sit uacuum quidquid ab illorum fuerit constitutione diuersum. nimis ergo hæc improba, nimis praua sunt quæ sacratissimis canonibus inueniuntur esse contraria; in totius ecclesiæ perturbationem superba hæc tendit elatio, quæ ita abuti uoluit concilio synodali, ut fratres in fidei tantummodo negotio conuocatos et definitione eius causæ quæ erat curanda, perfunctos ad consentiendum sibi aut deprauando traduceret aut terrendo conpelleret. inde enim fratres nostri ab apostolica sede directi qui uice mea synodo præsidebant, probabiliter atque constanter inlicitis ausibus obstiterunt, aperte reclamantes ne contra statuta Nicæna præsumptio reprobæ nouitatis adsurgeret. nec potest de eorum contradictione dubitari, de quibus in epistula tua etiam ipse conquereris quod conatibus tuis uoluerint obuiare. in quo quidem multum illos mihi hæc scribendo commendas, sed temet ipsum quod eis parere nolueris, dum inlicita moliris, accusas, superflue non concedenda appetens et insalubriter contraria concupiscens, quæ nullum umquam poterunt nostrum optinere consensum. absit enim a conscientia mea ut tam praua cupiditas meis studiis adiuuetur ac non potius et meo et

12—14 ut sanctam — trahas *et* 23—26 ita abuti — conpelleret *adfert Pelagius II in ep. III ad ep. Histriæ* 28. 29 [*t. IIII 2 p.* 115]

GE, *Q* [= ^{aetwx}], *S* [= *defmt*], *T*
1 optinetur *T* 2 auida *om. T* 3 audere *S* ordinato *T* processu *S* 4 crebescunt *T* crescunt *Q* 7 prolapsam esse *E* esse progressam *Q* canones *G* 8 conaneris *G* conaberis S^{m} conaueris S^{t} 9 quod $S^{d}T$ sedis *GQT*, *corr.* Q^{ax} 10 iuri tuo] iuret uos *G* 12 præuenires *ET* preueneris S^{ef} preueniri S^{mt} extinguendum *S* 13/14 occasione *T* 14 daret *G* tam *G* 15 sed et *Γ* 16 solubilis *GEQ* 18 et decem GES^{demt} episcopis *om. GS* quantolibet *G om. S* 22 hæc *om. G* 25 quæ erat *om. G* 27 ausibus *om. E* 28 a parte *T* instituta *S* 29 contradicione TS^{m} 30 multum illos] multos *S* 31 commendans *S* molliris *G* moliaris *T* 32 cedenda *T* appetis *G* insalubre *G* concupiscis *G* 33 nullam *G* potuerunt EQS^{e}, *corr.* Q^{a}

omnium qui non alta sapiunt, sed humilibus consentiunt, opere subruatur. sancti Rom. 12, 16 illi et uenerabiles patres qui in urbe Nicæna sacrilego Arrio cum sua impietate damnato mansuras usque in finem mundi leges ecclesiasticorum canonum condiderunt, et apud nos et in toto orbe terrarum in suis constitutionibus uiuunt et si quid usquam aliter quam illi statuere, præsumitur, sine cunctatione cassatur, ut quæ ad perpetuam utilitatem generaliter instituta sunt, nulla commutatione uarientur nec ad priuatum trahantur commodum quæ ad bonum sunt commune præfixa, et manentibus terminis quos constituerunt patres, nemo in ius tendat alienum, sed intra fines proprios atque legitimos, prout quis ualuerit, in latitudine se caritatis exerceat. cuius satis uberes fructus Constantinopolitanus potest antistes acquirere, si magis humilitatis uirtute nitatur quam spiritu ambitionis infletur. noli, frater, altum sapere, sed time et Chri- Rom. 11, 20 stianorum principum piissimas aures improbis petitionibus inquietare desiste, quibus certum habeo modestia te magis quam elatione placiturum. persuasioni enim tuæ in nullo penitus suffragatur quorundam episcoporum ante sexaginta, ut iactas, annos facta conscriptio nec umquam a prodecessoribus tuis ad apostolicæ sedis missa notitiam, cui ab initio sui caducæ dudumque conlapsæ sera nunc et inutilia subicere fulcimenta uoluisti eliciendo a fratribus speciem consensionis, quam tibi in suam iniuriam uerecundia fatigata præberet. memento quid dominus ei qui unum de pusillis scandali- Mt. 18, 6 zauerit, comminetur, et sapienter intellege quale sit dei iudicium subiturus qui tot ecclesiis, tot sacerdotibus scandalum inferre non metuit. fateor enim ita me dilectione uniuersæ fraternitatis obstringi, ut nemini prorsus in his quæ contra se poscit, assentiar possisque euidenter agnoscere me dilectioni tuæ beniuolo animo contraire, ut saniore consilio ab uniuersalis te ecclesiæ perturbatione contineas. non conuellantur prouincialium iura primatuum nec priuilegiis antiquitus institutis metropolitani fraudentur antistites. nihil Alexandrinæ sedi eius quam per sanctum Marcum euangelistam beati Petri discipulum meruit, pereat dignitatis nec Dioscoro impietatis suæ pertinacia corruente splendor tantæ ecclesiæ tenebris obscuretur alienis. Antiochena quoque ecclesia, in qua primum prædicante beato apostolo Petro Christianum nomen exortum Act. 11, 26 est, in paternæ constitutionis ordine perseueret et in gradu tertio collocata numquam se fiat inferior. aliud enim sunt sedes, aliud præsidentes, et magnus unicuique honor est integritas sua. quæ cum in quibuslibet locis propria ornamenta non perdat, quanto magis in Constantinopolitanæ urbis magnificentia potest esse gloriosa, si per obseruantiam tuam et defensionem paterni canones et exemplum probitatis multi habeant sacerdotes?

GE, *Q* [= ^{aetwx}], *S* [= *defmt*], *T*

3 mansurus *Q*, *corr.* Q^{awx} fine $Q^{t}S^{e}T$ 4 et[1] *om.* $QS^{t}T$ 4 umquam *GΓ* 5 cessatur Q^{aetwx} *S*, *corr.* Q^{awx} ut quæ] atque $S^{t}T$ 8 patres] parens *T* in ius] unius *T* 9 uoluerit *GQ*, *corr.* Q^{a} se caritatis] securitatis QS^{et}, *corr.* Q^{ax} satis *om.* *QΓ*, *corr.* Q^{x} 10 humilitate *T* 11 quam si *S* 12 inquietari *G* 13 habeto *Q*, *corr.* Q^{x} modestia te] modestiæ *Q*, *corr.* Q^{ax} electione *S* placiturum *om.* *T* persuasiones S^{e} peruasionis S^{dmt} preuasionis S^{f} 14 petitus *T* quorum *G* 15 facta est Q^{a} *corr.* conscriptio nec umquam *EΓ* conscriptione cum quam *G* conscriptione cum qua *T* conscriptione cum quando Q^{aetw} conscriptio quando Q^{a} *corr.* conscriptio nec ad quemquam iam [emquam iam *ex corr.*] Q^{x} nec umquam iam *in mg.* Q^{x} conscriptione cum quamquam *S* ad *in* ab *corr.* Q^{x} apostolica sede *S* transmissa *GS*, Q^{x} *corr.* notitia $EQ^{etwx}ST$ 16 conlabsescera *T* fulmenta Q^{aetx} fulgmenta Q^{w}, *corr.* Q^{a}, fomenta *S* 17 confessionis *G* sibi *E*, Q^{x} *corr.* 17/18 uerecundiam $ES^{deft}T$ 19 conmonetur *S* qui] quid *Q*, *corr.* Q^{atwx} 20 dilectionem *E* 21 memini *T* assentiam Q^{aetw} assentiamur Q^{x} 22/23 agnoscere — uniuersalis] uersalis *T* 24 primatum *S* 25 sedis *SΓ* 27 corruentes *T* corruentis *Q* conruenti S^{def} Q^{x} *corr.*, conruerunt S^{mt} 28 beato *om.* *G* x̄pianorum *Q* exortus *T* 29 ordinem *E* et *om.* *E* 30 infirmior *E* cuique *E* 31 quæcumque in quibuscūque *E* 33 canonis *G*

Hæc tibi scribens, frater, in domino hortor ac moneo ut deposito ambitionis desiderio spiritu potius ferueas caritatis eiusque uirtutibus secundum doctrinam apostolicam 1 Cor. 13, 4. 5 proficienter orneris. est enim patiens et benigna et non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa nec quærit quæ sua sunt. unde si caritas non quærit propria, quantum peccat qui concupiscit aliena? a quibus Apoc. 3, 11 uolo ut te prorsus abstineas memorque sis eius sententiæ quæ dicit: tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. nam si inconcessa quæsieris, ipse te tuo opere atque iudicio uniuersalis ecclesiæ pace priuabis.

Frater autem et coepiscopus noster Lucianus et filius noster Basilius diaconus quantum in ipsis fuit, studiose his quæ iniunxeras, affuerunt, sed actioni eorum iustitia negauit effectum.

d. 22. m. Mai. a. 452 DAT XI KL IVNIAS HERCVLANO VC CONS

57 [*in mg.* AD IVLIANVM EPM]. *Leo ep. 107 JK 484 = E 40*

Leo Iuliano episcopo. Cum frequentibus experimentis probauerit dilectio tua quam constanti fixoque proposito sanctorum Nicænorum canonum statuta custodiam, dissolui omnes ecclesiasticas regulas æstimans, si quicquam ex illa sacrosancta patrum constitutione uioletur, miror talia te per fratrem et coepiscopum nostrum Lucianum dirigere scripta potuisse quibus in tantum pro appetitu nouæ transgressionis interuenis, ut tibi putes aliquid speciale præstandum, si his quæ inlicite concupiscuntur, annuero. quantalibet te affectione conplectar, nullo modo poteris optinere ut me in excidium ecclesiastici status uel suadendo impellas uel subplicando traducas. frater enim et coepiscopus noster Anatolius si diuina beneficia et mei fauoris assensum sapienter intellegit, satis illi sufficit optinuisse quod summus antistes de honore episcopatus sui gratias deo referat et se ab inlicitorum cupiditate contineat, et quicumque illum specialiter diligunt, tali eum debent confirmare consilio ut impossibilia omnino non quærat et sibi talia concupiscendo non noceat, quia nullis apud me patrociniis ita poterit adiuuari, ut his quæ postulat calcata patrum constitutione consentiam. rescribens itaque ad epistulas tuas pro ea qua diligo affectione te moneo ut maior apud te sit uniuersalis ecclesiæ status saluberrima olim et uera ordinatione munitus quam in cuiusquam gratiam ea uelis postulare, quæ sine reatu utriusque nostrum nec mihi concedere nec tibi liceat optinere.

d. 22. m. Mai. a. 452 DAT XI KL IVN HERCVLANO VC CONS

58 [*inscr.* AD MAR AVG]. *Leo ep. 111 JK 487*

Leo Marciano augusto [propter Aetium archidiaconum]. Quam excellenti pietate et quam glorioso clementiæ uestræ studio in integrum nuper fides Christiana reuocata sit, totus mundus agnoscit et salutis suæ singulare præsidium per uos a domino

---

GE, Q [= *aetwx*], *S* [= *defmt*], *T*

1 et moneo *G* admoneo *T* 3 proficientes *T* 4 abitiosa *T* non *EQ*[a]*S*[mt] 6 eius *om. S* habes] tenes *S* 7 ipse *om. T* 10 quae] que eis *S* iustitiæ *T* 11 *in fine add.* CONTVLI *Q* 12 data *Q* conss *T* *in fine add.* era que supra *S*

GE

14 leo episc *E* 21 suasendo *E* 22 assensu *GE* 27 constitutionem *E* 32 data *E*

GG[a]*MVI*

inscr. de actio et andrea *G*[a] item eiusdem leonis epla ad marcianum augustum de etio et andrea *I* 34 Leo — augusto] leo ad quem supra *MV om. I* propter — archidiaconum *om. G*[a]*MVI* 35 studium *M* 36 reuocata sit] reuocatas in *MV* mungus *V* sautis *MV*

esse reparatum. ac si quid aduersum tanti operis consummationem de contrario spiritu sentitur oboriri, necesse est ut ad uestræ pietatis recurratur auxilium, quod ad custodiam catholicæ ueritatis diuina prouidentia præparauit, ut cum potestatis uestræ sit scandala etiam in longinquo nata resecare, multo magis ea quæ sub uestris audent oculis surgere, non sinatis adcrescere. Anatolii episcopi ordinationem, sicut scientia dei testis est, suspectam, quod fatendum est, mihi fecerant consecrationis eius auctores nec dissimilem ab eligentibus arbitrabar electum secutumque est ut cum communionem apostolicæ sedis expeteret, diu dandis ad eum pacis epistulis abstinerem. sed cum illi pietatis uestræ testimonium suffragaretur et de fide atque unanimitate eius optanda quæque et placitura promitteret, professionem ipsius ita credidi esse sinceram, ut tamen qua obseruantia se agere deberet, non desinerem commonere, sedulo ipsi ac diligenter inculcans ut de persecutoribus beatæ memoriæ Flauiani neminem auderet in suo habere consortio et Eutychis hæretici sectatores tamquam inimicos Christi ueraciter perhorreret. quod adeo obœdienter uisus est accepisse, ut Andream diaconem Eutychianæ hæreseos defensorem a se indicauerit esse deiectum, secutumque est ut de his quæ pro catholica fide in synodali concilio fuerant definita, talia ad me scriberet qualia catholicum sacerdotem scribere congruebat. cum ergo ad commendanda ipsius primordia ista præcesserint, nescio quid causæ aut occasionis emerserit ut uirum catholicæ fidei et Nestorianis atque Eutychianis hæreticis constanter aduersum Aetium archidiaconum sub honoris specie degradaret et dispensationem totius causæ et curæ ecclesiasticæ in Andream Eutychianistam repente transferret, adeo nimia commotione turbatus, ut consecrationem quam pro iniuria dabat, sexta sabbati traditionis apostolicæ aut nescius aut oblitus inferret, quasi non ad episcopum magis quam ad presbyterum ordinationis illius uitium pertineret. qui non inueniens quod argueret in fide quod improbaret in moribus, deiectionem innocentis per speciem prouectionis inpleuit, addens in sententiam illud iniuriæ ut eum cœmiterio deputando quodam damnaret exilio. quem tamen pietati uestræ commendare præsumo, ne ullis ulterius innoxius ingrauari possit insidiis, quem dominus, ut comperi, sub uestra defensione constituit. adicio autem etiam hanc obsecrationem ut prædictum episcopum a professione sua dissonum et nimis testimonii uestri ac fauoris oblitum necessarie increpare dignemini: cesset catholicos insectari, cesset eos qui sanctæ memoriæ Flauiano placuere, conterere et eorum societatem quos improbauit, eligere. fraternam enim illi caritatem non aliter poterimus inpendere quam ut se inimicos catholicæ fidei adprobet execrari eiusque a se consortium quem

---

GG^aMVI

2 est *om. G* pietatis recurratur *MV* pietatis reuocetur *GG^a* reuocetur pietatis *I* 3 custodia *V om. M* præuidentia *GMV* reparauit *MV* 4 longinquum *I* 6 mihi] mihi suspectum me *MV* consecrationes *GMV, corr. G* 7 dissimile *MV* ab eligentibus] abeli *M* cum *G* dum *I om. G^aMV* communione *G^a* 8 expeteret] exstiterit alienus *G^a* ēplis pacis [pacis me *G^a*] *G^aI* 9 et de] unde *G^a* fidei *G* unitate *G* 9—18 optanda — Nestorianis *om. G* 10 eius *G^aI* 11 se *om. M* 12 habere *om. MV* 13/14 Eutychis - - diaconem *om. G^a* eutyches *MV* 15 indicaret *I* 16 fuerat *I* scripserit *G^aI* 18 nescio *om. G^aMV* quod *M* 19 atque] quæ *G* hæreticis *om. MV* aduersum Aetium *Quesnel* aduersum [aduersus *M*] etiam *GMV* etiam aduersum *G^aI* archidiaconem *G^aI* 20 dispensationes *MV* totius *om. MV* et curæ *om. MV* 21 nimiam *I* commulatione *MV* 22 nesciui *MV* 24 arguerit *G^a* 25 deiectionem] dilectionis *MV* in *om. G^a* 26 cœmitirie *M* cœmiturie *V* deputandum *GG^aMV* quondam dampnaret *I* quo damnaret *G* condemnaret *G^a* impietati *MV* 27 ullius *MV* alterius *M* a noxiis *G* noxiis *G^aI* ingrauare possit *GG^aI* possit ingrauari *MV* 28 hanc *om. MV* 30 insectare *GG^aMV* 31 placuere *GG^aI* inprobauit *MV* conterere *GG^aI om.* [*spatio rel. V*] *MV* 32 illis *MV* alter *MV* 33 inimicus *MV* ab inimicos [inimicis *G^a*] *GG^a* adprobat *MV* execrare *MV* eiusque *GG^aI* et *MV* consortio que *G^a*

merito abiecit, abscidat. qui etiam si magna fuisset satisfactione purgatus, post deuium tamen reuersus errorem catholicis diaconis postponi debuit, non præponi. illud quoque clementiæ uestræ beniuolentiam peto ut ueneratorem uestrum fratrem meum Iulianum episcopum in uestro, sicut facere dignamini, habeatis affectu, cuius obsequiis præsentiæ meæ uobis imago reddatur. nam et de fidei eius sinceritate confidens uicem ipsi meam contra temporis nostri hæreticos delegaui atque propter ecclesiarum pacisque custodiam ut a comitatu uestro non abesset, exegi. cuius suggestiones pro concordia catholicæ unitatis tamquam meas audire dignamini placante deo, qui uobis præter regiam coronam etiam sacerdotalem conferat palmam.

d. 10. m. Mart. a. 433 DAT VI ID MART OPILIONE VC CONS

59 [*inscr.* AD PVLCHERIAM AVG]. *Leo ep. 112 JK 488*

Leo Pulcheriæ augustæ [de Aetio et Andrea]. Multis extantibus documentis quibus in dilectione ecclesiæ dei pietatis uestræ manifestatur affectio, merito quotiens aliquid nascitur scandalorum, uestrum desideratur auxilium, ut fides, quæ adnitentibus uobis contra hæreticorum commenta defensa est, securæ pacis perpetem optineat firmitatem. nam quid prodest foris aduersarios ueritatis oppressos, si eosdem habeamus intra dominica septa rediuiuos? quod itaque circa personam filii mei Aetii gestum esse cognoui, nimium me anxium facit et metuere certa ratione conpellit ne pænitendum mihi sit quod de episcopo Constantinopolitano, qui ab inpugnatoribus fidei fuerat ordinatus, uobis adhortantibus adquieui meliora sentire, cum tanto pietatis uestræ testimonio iuuaretur, ne illum grauaret suæ ordinationis infirmitas, cui uestra interuentio præstaretur. unde gratulari cœperam quod beati Flauiani honorare memoriam et hæreticorum conatibus obsistere diceretur; sed doleo illum, sicut prædicti lacrimabilis querella demonstrat, in deteriora mutatum et eum nunc constituisse archidiaconum quem ipse professus est a se esse reiectum. qui Eutychianæ hæresis se apud nos prodiderat defensorem, quem quia nunc ecclesiasticis negotiis præposuit, propter hæreticam peruersitatem eidem fauorem suum præstare conuincitur, qui etiamsi magna satisfactione potuisset indulgentiam promereri, nequaquam debuit his qui in fide permanserant, anteferri. unde quia non latet clementiam uestram quantum periculi aut per pudendam socordiam aut per dolosam nequitiam nutriatur, dignamini episcopum ad professionem suæ fidei auctoritate uestræ clementiæ reuocare. non sibi has maculas superducat nec existimationem suam quam uestro adquisiuit fauore, contemnat; societatem hæretici, quem dudum a se remouit, abscidat et persequi eum quem gratiorem debuit habere, desistat. cuius innocentiæ ita adfuisse uos gaudeo, ut mærori eius digna consolatione uestra pietas subueniret.

GG^aMVI

1 abiecit *om. G^a* abscedat *G* 2 deuium *MV* dubium *GG^aI* errorem reuersus *MV* postponi debuit catholicis diaconis [diaconus *M*] *MV* diaconibus *G^aI* 3 beniuolentiæ *G^a* 4 in] ut in *M* 6 ipsi *om. MV* denegaui *MV* 7 comitato *M* exigi *GMV*, *corr. G* 8 concordiæ *MV* dignemini *I* placente *G^aMV* placentes *I* 10 data *MI* quinto *MV* opelione *MV* uicario *G om. MV*

GG^aI

inscr. item eiusdem leonis epla ad pulcheriam augustam de etio et andrea *I* 12 Leo — Andrea *om. I* æthium et andream *G* 13 dilectionem *G^aI* et merito *G^a* 15 perpetim *G* 19/20 fuerat ordinatus fidei *I* 21 cui *G* ubi *G^aI* 22 honoraret *G^aI* 24 eum] cum *GG^a* archidyaconem *I* 27 fauorum suorum *G^a* 31 ne *I* 32 ne *G^aI* estimationem *I* 33 societate *G^a* 33/34 et — desistat *om. G^aI*

Circa fratrem meum ueneratorem uestrum episcopum Iulianum quantum debeat crescere uestra dignatio, apostolicæ sedis æstimate iudicio, cum in causa fidei, cui gloria uestra famulatur, uicem ipsi meam eatenus delegarem, ut ab ea quæ uobis debetur obseruantia non recedens me pietati uestræ præsentare non desinat, exequens in custodia fidei et in ecclesiasticis disciplinis per omnia sollicitudinem meam et oportunis suggestionibus quod uniuersali ecclesiæ prosit, insinuans, ut in ipso nec catholicis uestrum præsidium quibus uolumus subueniri, nec meum uobis desit obsequium.

DAT VI ID MAR OPILIONE VC CONS — d. 10. m. Mart. a. 453

60 [*inscr.* AD IVLIANVM EPM]. *Leo ep. 113 JK 489*

Leo Iuliano episcopo Coensi [de Aetio et Andrea]. Agnoui in dilectionis tuæ litteris fraternæ caritatis affectum, quod de malis quæ multa et sæua pertulimus, pio nobiscum dolore conpateris. sed utinam hæc quæ nos perpeti dominus aut permisit aut uoluit, ad correctionem proficiant seruatorum et ut desinant aduersitates, finiantur offensæ, quod utrumque de magna erit misericordia dei, si et flagella remoueat et ad se suorum corda conuertat. sicut autem fraternitatem tuam ea quæ apud nos desæuiit, contristauit hostilitas, ita me anxium facit quod in Constantinopolitana ecclesia, quantum tuæ indicant litteræ, hæreticorum insidiæ non quiescunt et exquisitis occasionibus hi qui catholicæ fidei defensores fuere, uexantur. nam dum Aetius ab officio archidiaconi per speciem prouectionis amouetur et in locum eius Andreas, qui ob hæreticorum societatem fuerat abiectus, adsumitur, dum beatæ memoriæ Flauiani accusatoribus honor redditur et piissimi confessoris participes aut discipuli consternuntur, nimis aperte quid episcopo ecclesiæ ipsius placeat, demonstratur. in quem pro causæ merito differo commoueri et quid ipse mecum cum suis epistulis agat, quas missurum eum filius noster Aetius indicauit, expecto, dans locum uoluntariæ emendationi, qua dolorem meum cupio mitigari. clementissimo tamen principi et piissimæ augustæ de his quæ ad custodiam pacis ecclesiasticæ pertinent, scripsi, quos deuotione fidei suæ prouisuros (ep. 58. 59) esse non dubito ne contra gloriam operis ipsorum damnata hæresis ualeat pullulare. studeat ergo dilectio tua, frater karissime, piam et necessariam curam sollicitudini apostolicæ sedis impendere, quæ tibi apud se nutrito catholicam contra Nestorianos et Eutychianos hæreticos actionem materno iure commendat, ut diuino fultus auxilio speculari de Constantinopolitanæ urbis oportunitate non desinas, ne prædictorum dogmatum impius usquam turbo consurgat. et quia tanta est gloriosorum principum fides, ut confidenter eis possis quæ sunt insinuanda, suggerere, pietate ipsorum ad utilitatem ecclesiæ uniuersalis utaris. consulente autem dilectione tua de his in quibus putaueris ambigendum, non deerit relationibus tuis meæ responsionis instructio, ut sequestrata earum actione causarum, quæ in quibusque ecclesiis præsulum suorum

---

GG^aI

1 iulianum ēpm̄ G^a*I* 2 estimare *G* existimate G^a 4 pietati me *I* pietati G^a 5 meam *om.* G^a*I* 6 ne G^a 7 subuenire G^a*I* uobis meum G^a*I* 8 data *I* uic̄ *G*

inscr. de ætio et andrea G^a item eiusdem leonis ēpla ad iulianum choensem episcopum *I* 10 Leo — Andrea *om. I* de — Andrea *om.* G^a 11 multis malis *I* 12 nobis perpeti dn̄s G^a perpeti dn̄s nos *I* 13 proficerent G^a seruatorum *G* multorum G^a*I* 14 fiantur *G* 15 se suorum] seruorum G^a quæ ut apud G^a 16 desæuit GG^a fuit *I* 17 quæsitis G^a que suis *I* 19 archidiaconatus G^a*I* 20 obiectus *I* 21 conteruntur G^a*I* 24 actius *I* 26 quod *I* sue fidei *I* 27 gloriam GG^a regulam *I* ualeat *G* queat G^a*I* 28 sollicitudine G^a 29 tibi *I* sibi GG^a 31 sinas *I* 32 unquam *I* 33 fides GG^a clemencia *I* pietatem GG^a 34 consulenti — dilectioni tuæ GG^a 35 ambigendam G^a 36 eorum *GI* causa G^a cause *I*

debent cognitione firmari, hanc specialem curam uice mea functus adsumas, ne hæresis uel Nestoriana uel Eutychiana in aliqua parte reuirescat, quia in episcopo Constantinopolitano catholicus uigor non est nec multum aut pro sacramento salutis humanæ aut pro sua est æstimatione sollicitus, cum si quid illi inesset spiritalis industriæ, ita et a quibus ordinatus sit et cui uiro successerit, cogitare deberet, ut magis beatum Flauianum quam sui honoris sequeretur auctores. et ideo cum piissimi principes secundum obsecrationem meam dignati fuerint fratrem Anatolium de his quæ merito in querelam ueniunt, increpare, iungat caritas tua diligentiam suam, ut uniuersa scandala adhibita plenissima correctione resecentur et a filii nostri Aetii cesset iniuriis. nam apud catholicum episcopum, etiam si erat quo quacumque de causa sacerdotali succedendum archidiacono uideretur, propter fidei reuerentiam debuit prætermitti potius quam locum catholici nequissimus hæreticus optineret. cum itaque quæ sequantur, agnouero, tunc manifestius quid agi oporteat, æstimabo. nam interim dolore cohibito malui indulgere patientiæ, ut locus esset ueniæ.

De Palæstinis uero monachis, qui iam pridem in tumultu dissensionis esse dicuntur, quo adhuc animo moueantur, ignoro neque cuiusquam sermone mihi patefactum est quas causas uideantur antefatæ præferre discordiæ, utrum scilicet Eutychianæ peruersitati tali furore famulentur an inplacabiliter doleant episcopum suum in hanc impietatem potuisse traduci, quod contra ipsorum sanctorum locorum testimonia, quibus totus mundus instruitur, ab incarnationis dominicæ ueritate desciuerit, et quod in aliis per indulgentiam curari placuit, in illo putent non esse ueniale. unde cupio me super his plenius edoceri, ut etiam talium correctioni congrue studeatur, quia aliud est contra fidem impie armari, aliud pro fide immoderatius commoueri.

Chartas autem quas presbyter Aetius ante indicauit esse directas, et breuiarium fidei quod te misisse significas, necdum ad me noueris peruenisse, unde si expeditioris occasio se præbuerit perlatoris, libenter habeo ut siqua est quæ utilis uideatur, quam primum ad me mittatur instructio.

De Aegyptiis monachis quam quieti aut cuius sint fidei, scire desidero et de Alexandrinæ ecclesiæ pace quid ad uos ueris nuntiis perferatur, ad cuius episcopum uel ordinatores ipsius seu clericos qualia scripta direxerim, missis exemplaribus scire te uolui.
ep. 58. 59 ad clementissimum quoque principem et ad religiosam augustam quis nunc meus sermo
ep. 5 sit missus, directa exemplaria perdocebunt. utrum autem epistula mea quam de incarnationis dominicæ fide incolumi adhuc sanctæ memoriæ Flauiano ad dilectionem tuam per Basilium diaconum miseram, fraternitati tuæ sit tradita, scire desidero quoniam suspectum habeo quod de eius textu nullum umquam indicium reddidisti. ge-

---

24 de breuiario fidei cf. quæ exposui t. I 5,2 p. XVI

GG^aI

1 hac speciali cura *I* adsumas *GG^a* utaris *I* 2 uel[1] *om. I* uirescat *G ex corr.* 4 s̄pualis *G^aI* 7 obsecrationes meas *I* indignati *G^a* per fratrem *G^a* 8 uigeat *I* diligentia sua *I* 10 quo quacumque *G* quoque utcunque *G^a* utcumque *I* de causa succedend̄ *G* decus sacerdotalis succedendo *G^a* decus sacerdotale sacerdotii *I* 11 archidīā *G* archidiac̄ *G^a* archidyaconus *I* uideretur *G om. G^aI* p̄mitti *G^aI* 14 patienti *G^a* ut] et *G* 17 ante factæ *GG^a* 18/19 hac impietate *GG^a* hanc pietatem *I* 19 posse *G^aI* que *I* locórum s̄corum *G^a* s̄corum *I* 21 curare *G^aI* 23 pro — commoueri *G* in errore [errorem *I*] quempiam detineri *G^aI* 24 autem *om. I* actius pbr̄ *I* iudicauit *I* 25 expeditior *I* 26 perlatores *G^aI* 28 aut] ā *G* 30 uel *I* qualia *G* quod alia *G^aI* exemplariis *G^aI* 32 missa *I* directa *om. G^aI* docebunt *I* 33 incarnatione *GG^a* fidei *GG^a* 34 diaconem *I* per fraternitatem tuam *G^a* si [*om. I*] tradita sit *G^aI* desiderio *I*

storum synodalium quæ omnibus diebus concilii in Calchedonensi ciuitate confecta sunt, parum clara propter linguæ diuersitatem apud nos habetur instructio et ideo fraternitati tuæ specialiter iniungo ut in unum codicem uniuersa facias congregari, in Latinum scilicet sermonem absolutissima interpretatione translata, ut in nulla parte actionum dubitare possimus neque ullo modo esse possit ambiguum quod ad plenam intellegentiam te fuerit studente perductum.

DAT V ID MAR OPILIONE VC CONS — d. 11. m. Mart. a. 453

61 [*in mg.* AD MARCIANVM AVG]. *Leo ep. 115 JK 491 = E 45. Græca uersio extat in Epist. coll. B 21*

Leo Marciano augusto [de correctione Anatolii]. Multa mihi in omnibus clementiæ uestræ litteris causa gaudendi est, dum ex magna diuinæ prouidentiæ misericordia præstitum humanis rebus experior quod ecclesiasticam pacem quæ non nisi unitate prædicationis euangelicæ custoditur, piissimo studio iuuare dignamini, ut fidei uestræ gloria non solum utilitate rei publicæ, sed etiam religionis profectibus augeatur, GL. unde ineffabiliter deo gratias ago, qui eo tempore quo oboritura hæreticorum scandala præsciebat, uos in imperii fastigio conlocauit, in quibus ad totius mundi salutem et regia potentia et sacerdotalis uigeret industria. nam cum uestro præcipue opere sit effectum ut per synodale concilium damnatis impii dogmatis defensoribus omnes uires sacrilegus error amitteret, ad eiusdem deuotionis pertinet palmam, si malum quod in suis ducibus oppressum est, etiam in quibuscumque reliquiis deleatur. quod facilius clementia uestra arbitratur implendum, si per uniuersas ecclesias definitiones sanctæ synodi Calchedonensis apostolicæ sedi placuisse doceantur. de quo quidem ratio non fuit ambigendi, cum ei fidei omnium subscribentium consensus accesserit, quæ a me secundum formam apostolicæ doctrinæ ac paternæ traditionis emissa est, et per fratrem meum Lucianum episcopum talia et ad gloriam uestram et ad Constantinopolitanum antistitem scripta direxerim quæ euidenter ostenderent me ea quæ de fide catholica in prædicta synodo definita fuerant, adprobare. (ep. 54. 56) sed quia in eisdem litteris ea quæ per occasionem synodi male sunt adtemptata, reprehenderam, maluit prædictus antistes meam gratulationem tacere quam suum ambitum publicare. mihi autem multum fiduciæ deo per uos operante conlatum est quod probasse uos obseruantiam meam de custodia canonum paternorum pietatis uestræ affatibus indicastis, et merito geminatur gaudium meum, cum uobis religiosissime placere cognosco, ut et fides Nicæna suam teneat firmitatem et priuilegia ecclesiarum inlibata permaneant. quamuis autem de præclaro fidei uestræ opere nihil uestra pietas indicarit, mihi tamen per ueneratorem una mecum specialiter uestrum fratrem meum Iulianum episcopum innotuisse significo quam pio dignati fueritis responso imperitorum monachorum animos et cohibere pariter et docere, ut si illos non penitus deseruit diuina miseratio, sentiant se et

25—28 *adfert Pelagius in ep. III ad episcopos Histriae 41* [*t. IIII 2 p. 116, 32*]

GG^a I
1 conciliis *I* 4 scilicet *om. G^a I* in *om. G* 6 data *I*
GE, S [= *defmt*]
inscr. eiusdem leonis ad marcianum augustum ubi gratias ei agit quod per calcidonense concilium pax ecclesiæ catholicæ reddita sit *S* 10 leo eps̄ *S* leo papa *E* de — Anatolii *om. ES* 14 utilitatem *E* 15 ḡla *G om. E* gloriosissime auguste *S cf. Γ* oboritura *ES^e* aboritura *S^f* obortura *S^dmt* hortura *G* 16 imperio *G* 18 sit opere *G* 20 quod[2]] et *E* 22 synodis *G* sedis *S* 23 subscribendum *S* 24 a] ad *S* 25 talia *om. E* italiam *S^d* et[1] *om. S^de* ad[2] *om. S^fmt* 26 antistitem] ep̄m *G* 27 p̄dictas *G* 31 paternorum *om. E* indicatis *G* 34 indicaret *G* 35 una *om. GE* mecum *om. G* specialiter *om. E* 36 animas *G* et *om. S* 37 si — non] nisi si illos *G*

didicisse quod credant, et agnouisse quod timeant. quia uero omnibus modis obœdiendum est pietatis uestræ religiosissimæ uoluntati, constitutionibus synodalibus quæ mihi de confirmatione fidei catholicæ et de hæreticorum damnatione placuerunt, libens ep. 64 adieci sententiam meam, quæ ut in notitiam omnium sacerdotum ecclesiarumque perueniat, uestræ clementiæ præceptio ordinare dignabitur. affuturam credo et spero gratiam dei, quæ tam sanctam tanti principis curam plenissimum desiderii sui fructum faciat optinere, ut omnibus dissentiendi occasionibus amputatis apostolicæ ubique doctrinæ pax regnet et ueritas. fratri autem meo Iuliano episcopo nouerit uestra clementia hoc me proprie delegasse ut quidquid illic ad custodiam fidei pertinere probauerit, meo nomine uestræ fiducialiter suggerat pietati, quoniam certus sum uos ad hæc omnia emendanda uel defendenda deo auxiliante sufficere.

d. 21. m. Mart. a. 453 DAT XII KL APR OPILIONE VC CONS

62 [*inscr.* AD PVLCHERIAM AVGVSTAM]. *Leo ep. 116 JK 492 = E 46*

Leo Pulcheriæ augustæ. Quamuis nullas nunc litteras tuæ pietatis acceperim, scribente tamen gloriosissimo principe non aliter dignatione ipsius sum gauisus quam si mihi etiam tuæ serenitatis redderentur alloquia. unde consuetudinem debiti a me officii oportuit custodiri, qua me significarem clementiæ uestræ salute gaudere et incessabilibus a deo precibus postulare ut uos et Romanæ rei publicæ et catholicæ ecclesiæ in omni prosperitate conseruet, GL. de uigore autem fidei uestræ quo indesinenter domino sacrificium laudis offertis, quantas deo gratias agam, enarrare non ualeo, quoniam principibus temporis nostri non solum regiam potentiam, sed etiam sacerdotalem cognoscimus inesse doctrinam. indicante enim fratre meo Iuliano episcopo peruenerunt ad nos in exemplaribus præceptionum uestrarum saluberrimæ sanctiones, quibus insanam imperitiam monachorum dignati estis parcendo plectere et docendo punire, ut si eos ad pænitentiam miseratio diuina conuerterit, multis lacrimis et a nefandis cædibus et ab hæreticorum blasphemiis diluantur. quod uero piissimus ep. 64 imperator ad omnes episcopos qui Calchedonensi synodo interfuerunt, uoluit me scripta dirigere quibus quæ illic de fidei sunt regula definita, firmarem, libenter impleui, ne fallax cuiusquam simulatio sententiam meam haberi uellet incertam, cum per Constantinopolitanum episcopum, cui lætitiam meam largiter indicaui, in omnium potuerit ep. 56 notitiam peruenire quod scripseram, nisi maluisset meum gaudium tacere quam repulsam sui ambitus publicare. fratri et coepiscopo meo Iuliano, cui sollicitudinem

---

1—4. 9—11 *adfert Pelagius in ep. III ad episc. Histriæ 42. 48* [*t. III 2 p. 116, 36. 117, 33*]

GE, S [= *defmt*]
2 pietati *S* 7/8 doctrine ubique *E* que ubique doctrinæ *G* 8 episcopo *om. E* 10 pietati] potestati *Pelagius* 11 emundanda *G* deo auxiliante *om. E* 12 *in fine add.* era CCCCLXI *S*

26—28 quod — impleui *adfert Pelagius in ep. III ad ep. Histriæ 49* [*t. III 2 p. 117, 36*]

GEMVI
inscr. item epla leonis pape ad pulcheriam augustam *I* 14 Leo — augustæ *om. I* leo papa *E* augusto *M* 16/17 debiti a me officii *E* me debitam [debitum *MV*] meo officio [mei officii *I*] *GMVI* 17 custodire *GMVI* qua me *E* per quam *GMVI* salute *E* absolute me *GMVI* 18 dno *E* 19 GL *om. EI* qua *E* 20 offeretis *E* 21 potentiam regiam *I* 22 fratri *G* 25 ut] et *G* diuinæ *MV* 27 mea *GMV* 28 illic *om. I* regula sunt *GI* firmare *M* 29 habere *G* 30 legitimam *M* iudicaui *G* incaui *MV* 31 uenire *MV om. E* si *E*

meam in causa fidei delegaui, rogo ut eam fiduciam præbere dignemini qua pietati uestræ possit quæ uniuersali ecclesiæ sint profutura, suggerere.

DAT XII KL AP OPILIONE VC CONS d. 21. m. Mart. a. 453

63 [*inscr.* AD IVLIANVM EPM]. *Leo ep. 117 JK 493 = E 47*

Leo Iuliano episcopo. Quam uigilanter quamque deuote pro catholica fide fraternitas tua excubet, litterarum tuarum textus ostendit. quibus instruentibus multum mea sollicitudo releuatur, accedente religiosi imperatoris religiosissima pietate, quam euidenter apparet ad uniuersalis ecclesiæ firmamentum a domino præparatam, ut dum sancto studio pro fide agunt Christiani principes, fidenter pro eorum regno supplicent domini sacerdotes. quod ergo necessarium credidit clementissimus imperator, libenter impleui, ut ad omnes fratres qui Calchedonensi synodo interfuerunt, scripta dirigerem quibus placuisse mihi quæ a sanctis fratribus nostris de regula fidei confirmata sunt, demonstrarem, (ep. 64) propter eos scilicet qui ad occasionem uelandæ perfidiæ suæ infirma uel dubia uideri uolunt statuta concilii quæ nulla sint consensus mei sententia roborata, cum tamen post reuersionem fratrum quos uice mea miseram, ad Constantinopolitanum episcopum epistulas dederim, ut si eas publicare uoluisset, abunde ex ipsis (ep. 56) potuisset agnosci quanto gaudio ea quæ de fide synodus sanxerat, approbarem. sed quia in eisdem continebatur quale responsum accepisset ambitio, ignorari uoluit quod de fraternis constitutionibus sentiebam, ne simul cognosceretur quod pro inuiolabili Nicænorum canonum auctoritate rescripseram. unde studeat dilectio tua piissimum principem crebris suggestionibus commonere, ut adiunctis affatibus suis ad singularum prouinciarum sacerdotes deferri apostolicæ sedis scripta præcipiat, ne ulterius quisquam ueritatis inimicus de silentio meo se excusare præsumat.

De edicto autem Christianissimi imperatoris, quo imperita quorundam monachorum insania quid mereretur, ostendit, et de responsione piissimæ augustæ, qua monasteriorum præsules increpauit, multum me gaudere significo, non ignorans hunc ipsis feruorem fidei diuina inspiratione conferri, ut omnem excellentiam ipsorum non solum regii culminis, sed etiam sacerdotalis esse appareat sanctitatis. apud quos ut fraternitati tuæ familiarior esset fiducia, et nunc et antea postulaui, confidens de eorum beniuolentia quod necessariis suggestionibus non difficulter dignabuntur annuere. et quia secretius mihi clementissimus imperator per filium nostrum Paulum mandare dignatus est de ammonenda filia nostra clementissima augusta Eudocia, feci quod uoluit, ut litteris meis quam fructuosum ipsi foret, si catholicæ fidei faueret, agnosceret, (ep. 69) et ut clementissimi principis filii sui litteris super hoc ammoneretur, optinui, non ambigens ipsam quoque pio studio elaboraturam ut auctores seditionum propositum suæ professionis agnoscant et si non intellegunt docentium prædicationem, saltim uindicantium timeant potestatem. quem itaque profectum hæc nostra cura optineat, protinus litteris dilectionis tuæ opto cognoscere et utrum tandem rebellis imperitia conquiescat. quæ si de nostra putat ambigendum esse doctrina, saltim beatæ memoriæ Athanasii

---

10—13 quod — demonstrarem *adfert Pelagius in ep. III ad ep. Histriæ* 50 [*t. IIII 2 p. 117, 39*]

---

1 dignamini *V* qua] que *MV* 2 uniuersalis *G* sunt *MV* 3 data *EMVI* vc̄ *om. E* aug̅ *V* agusto *M* *GE*
5 leo papa *E* 14 sunt *G* 17 synodus *om. G* sanxerant *G* 18 qualem *E* quid *E* 20 scribseram *E* 21 ad *om. E* 27 omnem *E* omnes *G* 36 salti *G* salutem *E*

Theophili et Cyrilli Alexandriæ sacerdotum scripta non rennuat, cum quibus ita fidei nostræ forma concordat, ut in nullo a nobis discrepet qui se illis consentire profitetur.

Filio nostro Aetio presbytero in suo mærore conpatimur et cum in locum officii eius is fuerit ascitus qui reprobatione dignus fuerat iudicatus, non est dubium hanc commutationem ad catholicorum iniuriam pertinere. sed patienter interim ista toleranda sunt, ne mensuram moderationis solitæ uideamur excedere, cum possit pro tempore satis esse prædicto quod clementissimorum principum fauore munitur, quibus ep. 58. 59 eum proxime litteris meis ita commendaui, ut apud religiosissimas mentes gratiam ipsius augendam esse non dubitem.

Illud etiam nosse te uolumus Anatolium episcopum post coercitionem nostram in suæ præsumptionis adeo temeritate persistere, ut Illyricianos episcopos ut sibi suscriberent, conueniret, quod nobis episcopus qui a Thessalonicensi ordinationis nuntius missus est, intimauit. cui ideo scribere noluimus, quamuis ipse hoc peteres debere ep. 64 fieri, quia eum corrigi nolle perspeximus. duas a pari ad synodum epistulas feci, ep. 56 unam cui exemplaria epistulæ meæ ad Anatolium episcopum datæ subdi feci, alteram quæ exemplaria subdita non haberet, tuo permittens arbitrio ut quam dandam esse clementissimo principi duxeris, hanc tradas altera apud te retenta.

d. 21. m. Mart. a. 453 DAT XII KL APRIL OPILIONE VC CONS

64 [*inscr.* AD SYNODVM CHALCEDONENSEM]. *Leo ep. 114 JK 490 = E 41. Græca uersio extat in Epistularum collectione B 20*

Leo sanctæ synodo apud Calchedonam habitæ. Omnem quidem fraternitatem uestram nosse non ambigo definitiones sanctæ synodi quæ ob confirmationem fidei in Calchedonensi ciuitate celebrata est, toto corde me fuisse complexum, quia nulla sinebat ratio ut qui unitatem catholicæ fidei dolebam ab hæreticis fuisse turbatam, non exultanter in integrum redisse gauderem; hoc autem non solum ex ipso beatissimæ consensionis effectu, sed etiam ex ep. 56 epistulis meis quas post reditum meorum ad Constantinopolitanæ urbis antistitem dedi, potuissetis agnoscere, si uobis responsionem sedis apostolicæ manifestare uoluisset. ne ergo per malignos interpretes dubitabile uideatur utrum quæ in synodo Calchedonensi per unanimitatem uestram de fide statuta sunt, approbem, hæc ad omnes fratres et coepiscopos nostros qui prædicto concilio inter-

---

GE

4 is] is qui *G* indicatus *E* 5 iniuria *G* 6 moderationis *E* solidationis *G* 8 proximæ eum *E* 15 altera *E* 16 qua *G*

28 ne ergo — p. 71,7 congregari *adfert Pelagius in ep. II ad episcopos Histriæ* 11 [*t. IIII* 2 p. 109, 25—34] *post* uoluisset *habet, sed a ceteris in CD distincte separata* sed quia in eisdem litteris ea quæ per occasionem synodi [fidei synodi *y*] male sunt attemptata, reprehenderam, maluit prædictus antistes meam gratulationem tacere quam suum ambitum publicare *Φ locus desumptus est ex ep.* 61 [*p. 67, 27—29*]

GE, *Q* [= *a* (*usque ad* 22 confirmationem), *etwx*], *IAO*, *Φ* [= *CDY*]

inscr. item epla leo pp ad episcopos qui in sca sinodo calcedonensi fuerant congregati *I* LEO PAPA AD SYNODVM CALCEDONENSEM *AO* EPISTOLE SCISSIMI ET BEATISSIMI ATQVE APOSTOLICI DEI GRATIA PER OMNIA PLENI LEONIS PAPAE omnia gesta scæ calchedonensis [scæ calchedonensis gesta *D*] synodi firmans et sola illa infringens quæ per ambitionem constantinopolitanorum gesta sunt contra nicæni statuta concilii quæ subiecta epistola respondit ad relationem scæ synodi supra scriptam *CD* INCIPIT RESCRIPTVM BEATISSIMI PAPE LEONIS AD RELATIONEM SCI CALCEDONENSIS CONCILII in quo cuncta quæ in eo gesta sunt adprobauit effetatis tantum constantinopolitanæ ecclesiæ priuilegiis indebite usurpatis *Y* 21 Leo — habitæ *om. AOΦ* leo eps *EQI* habitæ *om. E* *post* habitæ *add.* ut ea tantum ualeant quæ de fide contra euticeten decreta sunt cetera effetanda *Q* 22 definitionem *IAO* definitione *G* confirmatione *G* *inde a* fidei *deficit* Q^{a} *propter foliorum defectum* scæ fidei *AO* 23 calchedonensis *Q*, *corr.* Q^{x} calcedonense *I* conflexum *AO* sciebat *A* scinebat A^{corr} 24 ratio] ambitio *AO* unitate Q^{w}*AO* 24/25 exulanter *D* 26 effectus *AO* effectum *G*Q^{w} ex *om. AO* eorum *D* 27 agnoscerem *A* 28 dubitale *AO* 29 unianimitatem *AOΦ* 30 epos *AO* nostros *om. y*

fuerunt, scripta direxi, quæ gloriosissimus et clementissimus princeps, sicut poposci, in notitiam uestram mittere pro catholicæ fidei amore dignabitur, ut et fraterna uniuersitas et omnium fidelium corda cognoscant me non solum per fratres qui uicem meam executi sunt, sed etiam per approbationem gestorum synodalium propriam uobiscum unisse sententiam, in sola uidelicet fidei causa, quod sæpe dicendum est, propter quam generale concilium et ex præcepto Christianorum principum et ex consensu apostolicæ sedis placuit congregari, ut damnatis hæreticis qui corrigi noluissent, nulla penitus resideret de uera domini nostri Iesu Christi incarnatione dubitatio. unde si quis umquam ausus fuerit uel Nestorii tueri perfidiam uel Eutychis ac Dioscori impium dogma defendere, a catholicorum communione resecetur nec habeat eius corporis participationem cuius abnegat ueritatem, fratres karissimi. de custodiendis quoque sanctorum patrum statutis quæ in synodo Nicæna inuiolabilibus sunt fixa decretis, obseruantiam uestræ sanctitatis ammoneo ut iura ecclesiarum, sicut ab illis trecentis decem et octo patribus diuinitus inspiratis sunt ordinata, permaneant. nihil alienum improbus ambitus concupiscat nec per alterius imminutionem suum aliquis quærat augmentum. quantumlibet enim extortis assentationibus se instruat uanitatis elatio et appetitus suos conciliorum æstimet nomine roborandos, infirmum atque irritum erit quidquid a prædictorum patrum canonibus discreparit, quorum regulis apostolica sedes quam reuerenter utatur, scriptorum meorum quibus Constantinopolitani antistitis conatus reppuli, (ep. 56) poterit sanctitas uestra lectione cognoscere me auxiliante deo nostro et catholicæ fidei et paternarum constitutionum esse custodem.

DAT XII KL APL OPILIONE VC CONS (d. 21. m. Mart. a. 453)

65 [*inscr.* AD IVLIANVM EPM]. *Leo ep. 118 JK 494*

Leo Iuliano episcopo. Litteras dilectionis tuæ quas per filium meum uirum illustrem Esychium direxisti, eo tempore accepi quo recentioribus epistulis tuis iterata iam occasione responderam, (ep. 63) unde quia etiam in his alloquiis tuis eadem de impiissimis hæreticis iusto dolore conquestus es, congruum fuit, quia scribendi oportunitas extitit, non tacere. in causa itaque fidei quidquid pro nostro officio agi potuit ac potest, iuuante domino et sollicite et libenter exequimur, ut euangelio Christi inreprehensibiliter seruiamus nec per desidiam nostram ulla pars catholicæ ecclesiæ neglecta uideatur.

---

2 et fraterna — 5 dicendum est *adfert Pelagius in ep. III ad episcopos Histriæ* 30 [*t. IIII 2 p. 115, 13—16*]
11 de custodiendis — 21 custodem *adfert Facundus* 5, 4

GE, *Q* [= *etwx*], *IAO*, *Φ* [= *CDY*]
1 poposcit *AO* 2 et *om. AO* 3 uice mea *G* uices meas *Φ* 4 proprium *CD* uobis comunisse *D* uobis communis *A* uobiscum inisse *QIPel.* 5 causa fidei *G* 6 ex *om. I* xpianissimorum *EPel.* principium *AO*, *corr. O* ex *om. I* 7 ut — corrigi *om. I* qui si *Q* qui se *Q*[x] *corr.* uoluissent *I* nullo *AO* 8 usquam *E* 9 tuere perfidiam *ECD* perfidiam tueri *QIAO* eutyches *QEAO* euthicetis *I* ac] aut *AOΓ* 10 secernetur *Φ* secerneretur *G* 11 fratres karissimi *om. I* 12 statutis *om. I* nicæna synodo *Φ* 13 ut] et *D* iure *AO* 14 diuitus *CD* inspirati *ED*, *corr. E* inspirata *QIAO* 15 imminutiones *Y* imminutionis *G* immitationes *C* imitationes *D* 16 enim se *CD* exortis *QIO* exsortis *A* assentionibus *D* se] sic *AO om. G* ut *E* 17 æstimat *Y* 18 patrum *om. E* discrepauerit *D* discreparet *GAO* sedis *GEQAOCD*, *corr. OQ*[x] 19 constantinopolitano *AO*, *corr. O* antiste *A* epi *Φ* 20 dilectione *A* et me *I* dno *I* et *om. GΦ* 21 paternorum *GQ*, *corr. Q*[x] *in fine add.* contuli *Q* 22 data *EIQ*[tw]*AOY* vic *O* conss *CD* constantinopl *Y*
GG[a]*I*
inscr. item epla leonis ad iulianum choensem episcopum *I* 24 Leo — episcopo *om. I* epo choensi *G*[a] 25 ysicum *I* 27 quia *G* quo ad *I* quod ad *G*[a] 28 agi potuit] oportuit *I* 29 annuente *I* 30 ne *I* ecclie catholice *I*

propter quod sicut omnibus notum est, non destiti laborare ut manifestata atque defensa incarnationis dominicæ ueritate omnis fraternitas quid ubique secundum doctrinam apostolicam et tenendum et docendum esset, agnosceret, accedente gloriosissimorum principum studio diuinitus inspirato, ut in ciuitate Calchedonensi synodo congregata hæretica damnaretur impietas, ne uel quisquam sectator Nestorii uel ullus discipulus Eutychis liberum possit cum catholicis habere consortium, cum quod ad sancti concilii auctoritatem pertinet, nulla usquam remanserit discordia. si qui autem sua obduratione cæcati ita in reprobi sensus amentiam transierunt, ut malint furere quam sanari, ad imperialem pertinet potestatem ut perturbatores ecclesiasticæ pacis et reipublicæ, quæ Christianis principibus merito gloriatur, inimici sollicitius comprimantur. ut autem imperialis est, ut diximus, potestatis tumultus publicos ac seditiones sacrilegas seuerius coercere, ita auctoritatis est sacerdotalis monachis prædicandi aliquam contra fidem licentiam non præbere et omni uirtute resistere ne ea quæ ad sacerdotes pertinent, sibi audeant uindicare. unde miramur fratrem Thalassium episcopum quod Georgio nescio cui, qui præsumendo illicita et propositum monachi et nomen amisit, scribendi uel prædicandi aliquam permiserit facultatem. ad quem episcopum si dilectioni tuæ uisum fuerit, ex hac parte competentia scripta mittemus. agat itaque fraternitas tua oportunis suggestionibus ut clementissimus princeps quæ deo scit placitura, præcipiat et incentores cruentarum seditionum iubeat competentius coerceri, ut nec hi impuniti sint quorum manus scelera perpetrarunt, nec illi qui talium utuntur insania. si autem inquisitio iudiciaria et confessio reorum ad eas personas peruenit quarum uel consilio uel inpulsu mala tanta commissa sunt, nullius fauoris eis sunt præstanda solatia. quanto enim meliora de ipsis sunt credita, tanto sunt amplius detestandi quorum nunc impietas quæ per hypocrisin fuerat uelata, detegitur. et ideo agat Christianissimus et piissimus imperator quod paci ecclesiasticæ intellegit profuturum. quem superna inspiratione ita instruendum esse confido, ut et ⟨ad⟩ disciplinam inquietos reuocari et a sanguine eorum iubeat abstineri, quamuis nihil ultionum non mereantur subire qui ausi sunt et diuinis et humanis constitutionibus repugnare.

d. 2. m. Apr. a. 453 DAT IIII NON APRIL OPILIONE VC CONS

66 [*in mg.* AD MAXIMVM ANTHIOCENV EPM]. *Leo ep. 119 JK 495 = E 42*

Leo Maximo Antiocheno [per Marianum presbyterum et Olympium diaconum.] Quantum dilectioni tuæ placeat communis fidei sacratissima unitas et pacis ecclesiasticæ tranquilla concordia, litterarum tuarum textus ostendit quas ad me filii nostri Marianus presbyter et Olympius diaconus detulerunt (eo nobis gratiores quod per ipsos alloquia alterna miscemus), ut magis magisque innotesceret gratia dei qua fit ut per totum mundum de manifestato catholicæ ueritatis lumine gaudeatur, quamuis, quod

---

GGᵃI

1 ut] et *Gᵃ* manifesta *I* 2 ueritatis *Gᵃ* 4 inspirata *Gᵃ* 6 eutychetis *G* a *Gᵃ* 7 auctoritate *Gᵃ* 8 reprobis *Gᵃ* mallent *GᵃI* 9/10 pacis ecclie *I* 10 qui *I* 11 ut *GGᵃ* unde *I* 12 coherceri *Gᵃ* 13 nec *GGᵃ* 15 georgium *Gᵃ* 17 mittamus *GᵃI*, *corr.* *Gᵃ* 19 dno *GᵃI* scit *GGᵃ* sint *I* 20 ne *Gᵃ* illi *I* manus *I* manibus *GGᵃ* 22 sunt ut *Gᵃ* 23 sint *Gᵃ* quantum *GGᵃI* tantum *GᵃI* 25 et piissimus *om. I* 26 ad *addidi* 27 disciplina *GᵃI* reuocare *GᵃI* 27 nil *GᵃI* 29 *om.* *GᵃI*

GE, *L* [= *αβγ*], *H* [= *deg*], *I*

inscr. item epla leonis pape ad maximum antiochenum episcopum *I* 31 Leo — diaconum *om. I* leo papa *E* maximo epo [episcopi *E*] *ELH* per — diaconum *om. E* marinum *H* 33 tuarum *om. H* 34 marinianus *EI* 35 eloquia *H* miscemur *G* ut *E* et *GLHI* magis *om. H* innotesceret *E* innotescere *GLᵅᵞI* hanc innotescere *H* *om. Lᵝ* gram *I* dei] de *E*

multum dolemus, quidam adhuc, sicut sermo indicat nuntiorum, tenebras suas diligant et cum ubique diei splendor exortus sit, etiam nunc cæcitatis suæ delectentur obscuro et perdita fide solo ac uacuo remanserint nomine Christiani, non habentes intellegentiam qua errorem ab errore discernant et blasphemiam Nestorii ab Eutychis impietate distinguant. nec enim ideo excusabilis uideri aliqua eorum falsitas potest, quia ipsi sibi sunt in sua peruersitate contrarii. nam licet Nestorium Eutychis discipuli detestentur et Eutychen anathematizent Nestorii sectatores, catholicorum tamen iudicio pars utraque damnatur et ambæ simul hæreses a corpore eccelesiæ resecantur, quia neutra falsitas nobiscum potest habere concordiam. nec interest quo sacrilegio ab incarnationis dominicæ ueritate discordent, cum id quod prauissime sentiunt, nec auctoritas euangelii nec ratio recipiat sacramenti. et ideo, frater carissime, oportet dilectionem tuam toto corde perspicere cuius ecclesiæ gubernaculis te dominus uoluerit præsidere, et eius meminisse doctrinæ quam præcipuus apostolorum omnium beatissimus Petrus per totum quidem mundum uniformi prædicatione, sed speciali magisterio in Antiochena et in Romana urbe fundauit, ut illum in suæ glorificationis domicilio præminentem ea intellegas reposcere instituta quæ tradidit, sicut ab ipsa quam confessus est ueritate suscepit. neque ullo modo sinas in Orientalibus ecclesiis maximeque his quas Antiochenæ sedi sacratissimorum patrum Nicæni canones deputarunt, ab improbis hæreticis euangelio resultari et uel Nestorii uel Eutychis a quoquam dogma defendi, quoniam, sicut dixi, catholicæ fidei petra, cuius cognomen beatus apostolus Petrus sumpsit a domino, nullum recipit ab utraque impietate uestigium, sed euidenter atque perspicue et Nestorium anathematizat, qui uerbi carnisque naturam in beatæ uirginis conceptione seiungens unumque Christum in duos diuidens aliam deitatis et aliam humanitatis uoluit esse personam, cum omnino unus idemque sit qui et secundum sempiternam deitatem de patre est natus sine tempore et secundum ueram carnem de matre est natus in tempore, et Eutychen similiter execratur, qui in domino Iesu Christo ueritatem humanæ carnis euacuans ipsum uerbum in carnem asseruit transformatum, ut nasci nutriri proficere pati mori atque sepeliri et die tertio suscitari solius fuerit deitatis, quæ seruilis formæ non ueritatem susceperit, sed figuram. summa itaque uigilantia cautum esse te conuenit ne quid sibi hæretica prauitas audeat uindicare, cum te deceat his sacerdotali auctoritate resistere nosque sæpius de profectu ecclesiarum tuis relationibus quid agatur, instruere. dignum est enim te apostolicæ sedis in hac sollicitudine esse consortem et ad agendi fiduciam priuilegia tertiæ sedis agnoscere, quæ in nullo cuiusquam ambitione minuentur, quia tanta apud me est Nicænorum canonum reuerentia, ut ea quæ sunt a sanctis patribus constituta, nec permiserim nec patiar aliqua nouitate uiolari. etsi

---

GE, *L* [= *αβγ*], *H* [= *deg*], *I*

2 diei] di *LH* extus sit *Lαγ* excussit *H* 3 nomine remanserint *E* remanserunt nomine *H* xpiano *H* 4 quo *GI* quod *L* eutichitis *L* impietatem *GE* 6 licet *ELH* dum *GI* eutyches *EL* eutychetis *GI* 7 et *om. LH* tamen *om. I* 8 damnetur *H* 9 concordia *H* quod *H* sacrilegium *Lαγ H* incarnatione *G* 10 discordent dum *I* discordantium *LH* 11 recipiat *om. H* frs kmi *L* 12 prospicere *G* præscire *LH* 15 in *om. GI* ut — in] et in illum *H* domicilium *H* 16 intellegare [intellegere *LαH*] poscere *LH* 17 in his *I* quam *Lβγ H* qui *Lα* que *I* 18 sedis *L* deputauerunt *H* dedicarunt *I* 19 resultare *LH* eutyches *E* euthicetis *I* 20 dixit *ELβ* nomen *H* 21 recepit *Lβ* ad *LH* utramque *LαH* impietatem *H* sed euidenter] se uidenter *H* prospicue *Lβ* priscuæ *Lα* priscæ *Lγ* priscum *H* 22 beata *I* 23 inhumanitatis *L* humilitatis *H* 25 secundum — carnem *om. I* est *om. I* 26 eutycheo *H* ueritate *L* 27 carne *H* asserit *G* 29 ueritate *L* sumat *LαH* igitur *E* uigilantiam *H* causam *LH* 29/30 te esse *G* 30 contenit *Lαβ* contempnit *Lγ* contenuit *H* sibi secundum *H* audeant *H* 31 profectum *G* 32 te] de *H* 33 ad *om. G* augendi *H* tertia *G* sedis *om. G* ambitionem *L* 34 minuitur *G* inuenitur *LH* tanta] notanda *H* 35 ne *I* permiserim] permisceri *H*

enim diuersa nonnumquam sunt merita præsulum, iura tamen permanent sedium, quibus possunt æmuli perturbationem aliquam fortassis inferre, non tamen possunt minuere dignitatem. unde cum aliquid pro Antiochenæ ecclesiæ priuilegiis dilectio tua agendum esse crediderit, propriis studeat litteris explicare, ut nos consultationi tuæ absolute et congrue respondere possimus. nunc autem ad omnia generaliter pronuntiare sufficiat quod si quid a quoquam contra statuta Nicænorum canonum in quacumque synodo uel temptatum est uel ad tempus uidetur extortum, nihil præiudicii potest inuiolabilibus inferre decretis et facilius erit quarumlibet consensionum pacta dissolui quam prædictorum canonum regulas ex ulla parte corrumpi. subripiendi enim occasiones non prætermittit ambitio et quotiens ob occurrentes causas generalis congregatio facta fuerit sacerdotum, difficile est ut cupiditas improborum non aliquid supra mensuram suam moliatur appetere, sicut etiam de Ephesena synodo quæ impium Nestorium cum dogmate suo perculit, Iuuenalis episcopus ad optinendum Palæstinæ prouinciæ principatum credidit se posse proficere et insolentes ausus per commenticia scripta firmare. quod sanctæ memoriæ Cyrillus Alexandrinus episcopus merito perhorrescens scriptis suis mihi quid prædicti cupiditas ausa sit, indicauit et sollicita prece multum poposcit ut nulla illicitis conatibus præberetur assensio. nam cuius epistulæ ad nos exemplaria direxisti sanctæ memoriæ Cyrilli, eam in nostro scrinio requisitam nos authenticam noueris repperisse. hoc tamen proprium definitionis meæ est ut quantumlibet amplior numerus sacerdotum aliquid per quorundam subreptionem decernat quod illis trecentorum decem et octo constitutionibus inueniatur aduersum, id iustitiæ consideratione cassetur, quoniam uniuersæ pacis tranquillitas non aliter poterit custodiri, nisi sua canonibus reuerentia intemerata seruetur. si quid sane ab his fratribus quos ad sanctam synodum uice mea misi, præter id quod ad causam fidei pertinebat, gestum esse perhibetur, nullius erit penitus firmitatis, quia ad hoc tantum ab apostolica sunt sede directi, ut excisis hæresibus catholicæ essent fidei defensores. quidquid enim præter speciales causas synodalium conciliorum ad examen episcopale defertur, potest aliquam diiudicandi habere rationem, si nihil de eo est a sanctis patribus apud Nicæam definitum. nam quod ab illorum regulis et constitutione discordat, apostolicæ sedis numquam poterit obtinere consensum. quanta uero hoc diligentia
ep. 56 custodiatur a nobis, exemplaribus eius epistulæ quam ad Constantinopolitanum episcopum refrenantes ipsius cupiditatem direximus, instrueris, quam in omnium fratrum et consacerdotum nostrorum facies notitiam peruenire, ut nouerint pacem ecclesiasticam per concordiam deo placitam debere seruari.

Illud quoque dilectionem tuam conuenit præcauere ut præter eos qui sunt domini sacerdotes, nullus sibi docendi et prædicandi ius audeat uindicare, siue ille monachus

---

GE, *L* [= *αβγ*], *H* [= *deg*], *I*

1 non num *E* non unum E^{corr} tamen iura *GI* sedum *E* sed *H* 2 possint *G* 3 pro *om.* *H* 4 credidit *I* litteris studeat *EI* studeat *LH* explicari *H* nos *om.* *E* consolationi *H* 5 et] ut *H* omnia me *E* 6 quodam L^{a} quondam *H* 7 exortum *ELH* 8 dissensionum $GL^{\beta\gamma}$ discensionum $L^{a}H^{eg}$ discessionum H^{d} facta $L^{a}H$ 9 subrependi *I* 10 præmittit *H* et *om.* *E* ob occurrentes GL^{β} *corr.* ab occurrentes L^{γ} ob currentes $L^{\alpha\beta}$ occurrentes *H* ob incurrentes *EI* generalis] generationes *H* 11 ut *om.* *H* 12 suam *om.* *GLH* moli $L^{\alpha\gamma}H$ ephesina *EI* ephesi *H* qui *H* 14 sufficere *GI* insultes *H* commendaticia *LH* 15 episcopus *om.* *I* 16 quid *ELI* qui *G* quoque *H* esset *G* 17 prospicit *H* ut] et *LH* conantibus $L^{\alpha\gamma}H$ p̄paretur $L^{\alpha\gamma}H$ 18 ea $L^{\alpha\gamma}H$ 19 defensionis *G* 20 numeros *G* subscriptionem *H* 20/21 discernat *H* 21 aduersus *H* 22 considerationi *G* tranquillitatis $L^{a}H$ 23 reseruetur *H* quis *GLH* 24 uicem meam nisi *L* 25 peribeatur *E* 27 consiliorum *I* 27/28 differtur *I* 28 aliqua *L* aliquan *H* esse *H* 30 diligentiam *H* 32 refrenantem *E* instructuris *LH* 33 facias *I* ut] et *H* 36 uendicare nullus preter sacerdotalem gradum p̄dicandi ius p̄sumat *I*

siue sit laicus, qui alicuius scientiæ nomine glorietur. quia etsi optandum est ut omnes ecclesiæ filii quæ recta et sana sunt, sapiant, non tamen permittendum est ut quisquam extra sacerdotalem ordinem constitutus gradum sibi prædicatoris assumat, cum in ecclesia dei omnia ordinata esse conueniat, ut in uno Christi corpore et excellentiora membra suum officium impleant et inferiora superioribus non resultent.

DAT III ID IVN OPILIONE VC CONS d. 11. m. Iun. a. 453

67 [*inscr.* AD MARCIANVM AVG DE PASCHA]. *Leo ep. 121 JK 497 = E 48*

Leo Marciano augusto [de pascha]. Tam multis documentis per omnes Christi ecclesias fides uestræ pietatis innotuit, ut si quid sollicitudinum pro communi religione generatur, merito uestrum quæratur auxilium. et quia memor dispensationis mihi creditæ necesse habeo curas meas etiam in ea quæ sunt futura, præmittere, non improbe cupio clementiæ uestræ studiis adiuuari, ut in ea obseruantia quæ certa semper ratione uariatur, nihil possit erroris incurri. paschale etenim festum, quo sacramentum salutis humanæ maxime continetur, quamuis in primo semper mense celebrandum sit, ita tamen est lunaris cursus condicione mutabile, ut plerumque sacratissimi diei ambigua occurrat electio et ex hoc fiat plerumque, quod non licet, ut non simul omnis ecclesia quod non nisi unum esse oportet, obseruet. studuerunt quidem sancti patres occasionem huius erroris auferre omnem hanc curam Alexandrino antistiti delegantes (quoniam apud Ægyptios huius supputationis antiquitus tradita uidebatur esse peritia), per quem quotannis dies prædictæ sollemnitatis sedi apostolicæ indicaretur, cuius scriptis ad longinquiores ecclesias indicium generale percurreret; sed sanctæ memoriæ Theophilus Alexandrinæ urbis episcopus, cum huius obseruationis annos centum numero collegisset, septuagensimi sexti anni paschale festum longe aliter quam alii decreuerant, tenendum esse constituit. nam a primo augustæ memoriæ Theodosii senioris con- a. 380
sulatu succedentem sibi sacræ obseruantiæ ordinem ponens, ut longioris temporis ratio eius litteris teneretur adscripta, cuius complexionis septuagensimus et quartus est annus, in quo pridie Idus Ap sanctum pascha celebrauimus, d. 12. m. Apr. a. 453
sequenti uero anno pridie Nonas Apriles eadem propitio deo erit agenda festiuitas, d. 4. m. Apr. a. 454
sicut regulariter centenariæ annotationis ordo declarat; sed in anno qui erit septuagensimus sextus, is paschæ dies inuenitur ascriptus quem a passione domini nullius exempli, nullius constitutionis ammittit auctoritas. nam diem octauum Kalendarum Maiarum ab eo cognoscimus præfinitum, d. 24. m. Apr. a. 455
qui nimie limitem antiquæ constitutionis excedit, cum alii xv Kal. Mai. huic festiuitati d. 17. m. Apr.

GE, *L* [= *αβγ*], *H* [= *deg*], *I*

1 siue ille *E* 2 sca *E* 3 sacerdotum *LH* prædicationis *H* 4 cum] ut cum *LH* et] ut *H* 6 data *LβγHdgI* IIII *GLγ*

67 *de computo paschali Romanorum cf. Abhndlg. d. Gött. Ges. d. Wiss. N. F. VIII 6 p. 40 sq.*

GGaEI

inscr. de pascha *Ga* 8 Leo — pascha *om. I* leo papa *E* de pascha *om. GaE* etiam *Ga* iam *I* 9 regione *I* 10 generatus *G* geratur *I* 13 erroris *om. I* qua *I* 16 et] ut *I* 17 non *om. Ga* quidem *GE* qui *Ga* que *I* 18 epo *GaI* 19 esse uidebatur *I* 20 quam *GGaI* quod annis *GE* quod [qua *I*] annis singulis *GaI* sollemnitatis eueniret *GaI* huius *GaI* 21 scripti *I* iudicium generaliter percurrit *GaI* sed *om. I* 22 ecce urbis *I* 23 septuagesimo sexto *I* anni *om. GaI* 24 nam *om. I* senioris theodosi *E* 24/25 consulatus *Ga* 25 succedentes — ordines *GaI* ratio *om. I* 26 adscriptam *G* agnus *I* 27 paschale *E* 28 habenda *GGaI* 28/29 annorum rationis *I* 29 is *om. GGaI* inuenietur *GaI* 30 a *om. E* 32 qui nimiæ *E* qui quia nimiæ *G* quique [qui *I*] anni *GaI* antiquis constitutionibus *Ga* antiquitus constitutum *I* exedit *Ga* quinto decimo kalendarum maiarum *GaI* hinc *I* festiuate *G*

d. 21. m. Mart. d. 22. m. Apr. deputauerint diem, si quidem ab XI Kal. Aprilium usque in XI Kal. Mai. legitimum spatium sit præfixum intra quod omnium uarietatum necessitas concludatur, ut pascha dominicum nec prius possimus habere nec tardius. quod enim in decimum et in d. 22. 23. m. Apr. nonum Kal. Mai. uidetur nonnumquam peruenisse festiuitas, quadam ratione defenditur, quia etsi dies resurrectionis ultra terminum uidetur exisse, dies tamen passionis limitem positum non inuenietur egressus; ad octauum autem Kal. Mai. paschalem obseruantiam perducere nimis insolens et aperta transgressio est. quia ergo in illa, ut dixi, centenaria supputatione Theophili septuagensimus sextus annus diem paschæ contra morem ecclesiasticum statuisse monstratur et non leuiter delinquitur, si in principio sacramenti ueritas et unitas ab uniuersali ecclesia non tenetur, obsecro clementiam uestram ut studium uestrum præstare dignemini quatenus Ægyptii uel si qui sunt alii qui certam huius supputationis uidentur habere notitiam, scrupulum sollicitudinis huius absoluant, ut in eum diem generalis obseruantia dirigatur qui nec paternarum constitutionum normam relinquat nec ultra præfixos terminos euagetur. quidquid autem pietas uestra de hac consultatione cognouerit, ad meam iubeat mox notitiam peruenire, ut in diuinis mysteriis nulla dissonantiæ culpa nascatur.

d. 15. m. Iun. a. 453 DAT XVII KL IVL OPILIONE VC CONS

68 [*inscr.* AD IVLIANVM EPM]. *Leo ep. 122 JK 498 = E 49*

Leo Iuliano episcopo. De paschali obseruantia sanctæ memoriæ Theophilus a. 380 ad augustum Theodosium seniorem scribens per centum annos a primo prædicti principis consulatu digessit ordinem festi, cuius instructionis septuagensimus quartus nunc annus d. 12. m. Apr. a. 453 euoluitur, quo Opilione consule prid. Id. April. celebrata est sacra sollemnitas, unde d. 4. m. Apr. a. 454 sequenti anno prid. Non. April. eadem festiuitas rationabiliter consequetur. sed annus qui erit septuagensimus sextus, eam memorati episcopi annotationem habere cognoscitur quæ a totius antiquitatis exemplo et ab omni patrum auctoritate discordat. d. 24. m. Apr. a. 453 si quidem in octauum Kal. Mai. dominicum pascha transtulerit præfinitos antiquitus limites nimis audenter excedens, cum in die XV Kal. Mai. paschalem sollemnitatem, sicut constituerunt alii, potuerit adnotare. unde quia non mediocris mihi sollicitudo generatur ne apud Ægyptios hæc persuasio roboretur, ad clementissimum et Christianis- ep. 67 simum principem scripta direxi, quibus causam scrupuli diligenter exposui et suppliciter postulaui ut operam suam, quemammodum consueuit, religionis cultui dignanter impendat, ut eos qui huius supputationis perfectam uidentur habere notitiam, in unum iubeat conuenire et diligenter inquirere, ne forte hæc definitio teneatur et hic excessus, qui prioribus uidetur repugnare temporibus, nostræ coniuentiæ uel neglegentiæ deputetur et fiat in nostris diebus quod numquam ante præsumptum est. quia uero oportet fraternitatem tuam curæ istius mecum esse participem et ne quid tale accidat, præcauere, crebrius religiosissimo et fidelissimo principi dignare suggerere ut indissimulanter

---

GG^aEI

1 deputauerunt *I* undecimo kalendarum maiarum *G^aI* 2 p̄finitum *I* 3 possumus *G^a* 4 kalendarum maiarum *G^aI* 6 kalendarum maiarum *G^aI* 9 leui *I* 11 qui *om.* *G* 12 eius *E* 13 in *om.* *G^aI* dirigat *I* 14 præfixus terminus *E* 16 in *om.* *G^a* 17 data *I* XVII *E* XVI *GG^aI* iun̄ *G* 19 leo papa *E* Iuliano episcopo] eudochie auguste *I cf. ep.* 69 de pascali obseruantia [de pascha *I*] *salutationis formulæ adiungunt* *G^aI* 21 institutionis *I* 21/22 euoluitur nunc annus *I* 22 quo *om.* *I* 23 consequitur *G^aI* 24 erat *I* eam *E om.* *GG^aI* annotatione *G^a* 26 kalendarum maiarum *G^aI* paschæ *G^a* antiquitatis *G^aI* 27 exedens *G^a* in *om.* *G^aI* quinto *I* kalendarum maiarum *G^aI* 29 probaretur *G^aI* 30 direximus *I* 31 opera sua *G^a* 34 conihibentiæ *G^a* 37 religiosissimo et *om.* *E* ut] et *G^a* indissimulanter ut insimulanter *G^a*

Ægyptios iubeat ammoneri ne in summæ festiuitatis die aut dissensione aliqua aut trangressione peccetur. quidquid autem de hac re diligentior sollicitudo reppererit, cito ad notitiam meam gloriosus imperator iubeat peruenire, quia et ad ipsius et ad omnium salutem pertinet ut dei cultus nullo errore lædatur.

DAT XVII KL IVL OPILIONE VC CONS — d. 15. m. Iun. a. 453

69 [*inscr.* AD EVDOTIAM AVG]. *Leo ep. 123 JK 499 = E 50*

Leo Eudociæ augustæ [de Palæstinis monachis]. Quanta mihi catholicæ cura sit fidei et qua sollicitudine in quantum dominus adiuuat, debeam præcauere ne umquam ab imperitis aut impiis ueritatis euangelio resistatur, pietatem uestram scire non dubito. et ideo cum salutationis officio quo semper mihi est uestra honoranda clementia, obsecro dominum ut me de tua incolumitate lætificet, et causam fidei, in qua quorundam intra prouinciam Palæstinam monachorum fuerant corda turbata, magis magisque per uos faciat adiuuari, ut quantum pietatis tuæ studio fieri potest, hæreticæ peruersitati omnis fiducia subtrahatur. quos enim nec ratio sacramentorum nec auctoritas scripturarum nec ipsa sacratorum locorum testimonia commouebant, quid eis nisi abruptum periculum timeretur? prosit ergo ecclesiis, sicut fauente deo prodest, et generi prosit humano in uerbi dei incarnatione suscepto, quod domicilium habitationis uestræ ibi esse uoluistis ubi uobis dominum Iesum Christum sicut uerum deum, ita et uerum hominem in unitate personæ et mirabilium indicia et passionum documenta locuntur. si ergo prædicti nomen catholicum uenerantur et diligunt et inter domini corporis uolunt membra numerari, prauos errores, quos temere ammiserant, detestentur et agant pænitentiam impiarum blasphemiarum cruentorumque factorum. subcumbant pro salute animarum suarum synodalibus quæ in ciuitate Calchedonensi sunt confirmata decretis et quia ad intellegendum sacramentum salutis humanæ nisi fides uera et humilitas quieta non peruenit, credant quod legunt in euangelio, quod confitentur in symbolo, nec impiis dogmatibus misceantur. fides enim catholica sicut damnat Nestorium, qui in uno domino Iesu Christo duas ausus est prædicare personas, ita damnat etiam Eutychen cum Dioscoro, qui ab unigenito deo uerbo negant in utero uirginis matris ueritatem carnis humanæ susceptam. si quid autem erga prædictorum conuersionem exhortatio uestra profecerit, quod uobis gloriam præstabit æternam, peto hoc mihi clementiæ uestræ litteris indicetis, ut et uos boni operis fructum cepisse et illos gaudeam misericordia domini non perisse.

DAT XVII KL IVL OPILIONE VC CONS — d. 15. m. Iun. a. 453

GG^aEI

1 iubeat ægyptios *GG^aI* admonere *G^aI* die *om.* *G^a* 2 diligentior *E* diligentius *GG^a* diligentius inuestigare *I* repperit *G* tua poterit *I* 3 gloriosissimus *G^aI* 5 data *EI* XVII *E* XVI *GG^aI*

GG^aEI

inscr. item epla leonis ad eudochium augustam de palestinis monachis *I* 7 Leo — monachis *om. I* leo papa *E* de — monachis *om. E* 8 debeat præcaueri [pgrauari *G^a*] *G^aI* 9 aut] et *I* 10 oranda *G^aI* 11 me — causam] me tuam incolumitatem in causa *I* lætificet *om.* *G^a* causa *G^aE* 12 fuerunt *I* 13 per uos *om. I* adiuuare *I* tantum quod *G^aI* studium *G* 15 scriptorum *GG^aI* conmonebant *EI* 16 quis *G* timerem *I* 17 et prodest *GG^aI* prosit generi *GG^aI* uerbis *I* 17/18 incarnatione — habitationis *om.* *G^aI* 17 suscepta *G* 18 uram *I* uoluntati *G^a* uoluntatem *I* nrm [*om.* *G^a*] dnm ihm xpm uobis *G^aI* 19 ita *om. I* uerum quoque *I* 21 intra *I* corpus *G* corpus se [si *G^a*] *G^aI* nominari *G^aI* 22 cruendorumque *I* 25 legunt *om.* *G^a* quod legunt *om.* 27 dno nro *G^aI* 28 euticem *I* quod *I* negat *GG^a* 31 in uos [uobis *I*] *G^aI* 32 cœpisse *G om.* *G^aI* in illis *G^aI* misericordiam *G^aI* 33 data *EI* VII *GG^aI*

70 [*inscr.* AD IVLIANVM EPM]. *Leo ep. 125 JK 501*

Leo Iuliano episcopo [per comitem Rodanum]. Sæpissime dilectionem tuam ad hanc curam et diligentiam meis sum litteris cohortatus ut de his quæ circa fidem aguntur, sollicitudinem meam indesinenter instrueres, et cum omnibus occasionibus scribere non quiescam, quibusdam tamen scriptis meis, id est per filium nostrum subadiuuam Rodanum domesticum filii nostri uiri illustrissimi Asparacii datis nullum responsum tuæ fraternitatis accepi, tamquam ratio temporis non habuerit ut quid post mea scripta sit gestum, potueris indicare. et ideo per filium meum comitem Rodanum his litteris te saluto et ut nullam oportunitatem scribendi neglegas qua æstus sollicitudinis meæ releuetur, ammoneo. cum enim in te quandam mei Constantinopolitani habeant portionem, dignum est et pro communi amicitia et pro totius ecclesiæ dilectione incessabili te uigore prospicere ne quid possit de statu fidei me latere. quæ ergo per
ep. 61. 63 prædictos uel ad gloriosissimum principem uel ad tuam dilectionem scripsi, ut celerrime tradantur effectui, oportunis suggestionibus elabora et quidquid fuerit deo auxiliante dispositum, scire me facito, ut perductis in effectum his quæ rationabiliter ordinata sunt, pax fidei canonumque custodia et securior ubique habeatur et fortior.

d. 25. m. Iun. a. 453 DAT VII KAL IVL OPILIONE VC CONS

71 [*inscr.* AD THEODORETVM]. *Leo ep. 120 JK 496*

Dilectissimo fratri Theodoreto Leo episcopus. Remeantibus ad nos fratribus et consacerdotibus nostris quos ad sanctum concilium sedes beati Petri direxit, agnouimus dilectionem tuam superno adiutorio nobiscum tam Nestorianæ impietatis quam Eutychianæ uesaniæ exstitisse uictricem. unde gloriamur in domino cum propheta
Ps. 123, 8 cantantes: a d i u t o r i u m n o s t r u m i n n o m i n e d o m i n i, q u i f e c i t c æ l u m e t t e r r a m; qui nullum nos in nostris fratribus detrimentum sustinere permisit, sed quæ nostro prius ministerio definierat, uniuersæ fraternitatis inretractabili firmauit assensu, ut uere a se prodisse ostenderet quod prius a prima omnium sede formatum totius Christiani orbis iudicium recepisset, ut in hoc quoque capiti membra concordent. in quo amplior nobis accrescit gaudendi materia, dum tanto maius se perculit inimicus, quanto contra Christi ministros sæuius insurrexit. nam ne aliarum sedium ad eam quam ceteris omnium dominus statuit præsidere, consensus assentatio uideretur aut alia quælibet subrepere posset aduersa suspicio, inuenti prius sunt qui de iudiciis nostris ambigerent, et dum nonnulli a dissensionis incitati auctore ad contradictionum bella prosiliunt, ad maius bonum malo eius auctore ** totius bonitatis dispensante peruentum est. dulcius siquidem munera gratiæ diuinæ proueniunt quotiens non sine magnis sudoribus acquiruntur

---

GG^aI

inscr. item ēpla leonis ad iulianum epm̄ per comitem rodanium *I* 2 Leo — Rodanum *om. I* rodanium G^a 3 qui *I* 5 quibus *I* 6 rodanium *I* 7 accepit G^a 8 comitem *om.* G^aI 9 te *om.* G^aI nullam *om. I* non negligas *I* qua æstus *G* in quo questus G^aI 10 reuelatur G^a quadam GG^a 11 est *post* amicitia *coll. I* et[1] *om.* G^aI 11/12 incessabili te *GI* incessabilitate G^a 14 elaborare G^a 17 data *I*

inscr. item ēpla leonis pape ad theodoritum epm̄ post calcedonense consilium *I* 19 theoderito G^a theodorito ēpo *I* 20 sacerdotibus *I* sedis GG^a direxi G^{corr} 25 definierant G^a 26 ostenderit G^a sede formatum GG^a fideliter fide firmatum *I* 27 capite G^a 28 accrescit *G* in hac re sit G^a in hac re accrescit *I* maius $G^{corr}G^a$ magis *I* 29 ea G^a 30 subripere *G* possit GG^a 32 ad dissensiones G^a dissensionum *I* ab auctore G^a contradictionis G^aI 33 malum G^aI *lacunam indicaui e. g. supplendo* nolente sed auctore 34 acquirantur G^a

et minus bonum uideri solet pax continuata per otium quam reddita per laborem; ipsa quoque ueritas et clarius renitescit et fortius retinetur, dum quæ fides prius docuerit, hæc postea examinatio confirmarit. multum denique sacerdotalis officii meritum splendescit ubi sic summorum seruatur auctoritas, ut in nullo inferiorum putetur imminuta libertas, et ad maiorem dei gloriam proficit finis examinis, quando ad hoc se accipit exerendi fiduciam, ut uincatur aduersitas, ne quod per se probatur reprobum, silentii præiudicio uideatur oppressum. exulta igitur, carissime frater; in unico dei filio uictor exulta. uicit per nos ille pro se cuius carnis ueritas negabatur; uicit per nos et pro nobis ille cui uicimus. secunda est post aduentum domini hæc orbi festiuitas, redditum sæculo est prædone prostrato incarnationis diuinæ mysterium, quod humani generis inimicus, quia rebus ipsis auferre non poterat, calumniis obscurabat. quin immo ab incredulorum corde perierat immortale mysterium, quia nihil prodest tanta salus incredulis, ipsa ueritate suis dicente discipulis: qui crediderit et baptizatus (Mc. 16, 16) fuerit, saluus erit; qui autem non crediderit, condemnabitur. solis iustitiæ iubar densis per Orientem Nestorii et Eutychis nebulis impeditum pure ab Occidente resplenduit, ubi culmen suum in apostolis et doctoribus principaliter collocauit, quamuis nec illinc umquam defuisse credendus sit, quo confessores sibi egregios reseruauit, ita ut dum denuo conaretur hostis antiquus per secundi Pharaonis impænitens cor fidei Abrahæ semen et filios promissionis extinguere, deo miserante languescens nisi sibi nocere nihil posset. de quo et illud omnipotens mirabilius egit, quia et quos sibi socios ad Israhelitici populi cædes adsciuerat, non cum tyrannidis auctore summersit, sed cum suo populo congregauit et, sicut re uera se dignum et soli sibi possibile fons misericordiæ nouerat, uictos a nobis nobiscum fecit esse uictores. nam dum solus uere sit humani generis hostis spiritus falsitatis, omnes de illo iam triumphare non dubium est quos sibi ueritas uindicauit. nunc prorsus illa redemptoris nostri dicta quam sint diuinæ auctoritatis, apparet, dum contra hostes fidei sic aptantur, ut de ipsis dicta dubitari non liceat: uos, inquit, ex patre diabolo estis et desideria patris uestri uultis implere. (Ioh. 8, 44) ille homicida fuit ab initio et in ueritate non stetit, quia ueritas in eo non est; quando loquitur mendacium, ex suis loquitur, quia mendax est et pater eius. nihil ergo mirandum est quod hi qui in ueritate dei nostræ naturæ mendacium crediderunt, patri suo et circa ista concordant, quidquid uisum, quidquid auditum, quidquid denique teste euangelio tactum est atque palpatum in unico dei filio, (Ioh. 20, 27) non eius cuius probatum est, asserentes, sed coæternæ et coessentialis patri fuisse substantiæ, quasi aut diuinitatis natura crucis ligno transfixa sit aut inconuertibilis crescere per ætates et in sapientia proficere sapientia sempiterna uel spiritu deus, qui spiritus est, subinde repleri potuerit. in hoc quoque se acerba uesania ex quo auctore accesserit, prodit quod quantum in se est, uniuersis nocere molita est. nam qui uos persequendo afflixit, ceteros ad consensum sceleris impellendo deprauauit, sed nec nos, licet in singulis fratribus, quia membra nostra sunt, uulnerasset, ab speciali dolore fecit exceptos, quibus noua et inaudita prius atque incredibili audacia inferre contra suum caput est molitus iniuriam. sed utinam uel post tot pessima resipiscens non nos etiam de suo æternæ dam-

---

$GG^a I$

1 uidere G^a laboris *G* 3 confirmaret GG^a 5 dei *om.* G^a 6 exercendi fiducia *I* 8 pro se *om. I* 10 s̄clum G^a 15 eutices G^a euthichetis *I*, G^a *corr.* 16 summum *I* 19 promissionis *om. I* noscere *I* 20 possit G^a conscios G^a 21 cædis G^a sedes *I* nunc G^a suum populum G^a 22 solis *I* 23 uictus G^a uicturos G^a 24 omnis *G* 26 dubitare dicta [dictum *I*] $G^a I$ 29 suis propriis $G^a I$ 30 hic G^a ueritatem *G* 31 concordant ista *I* 36 replere G^a poterit GG^a processerit *I* 37 est[2] *om.* G^a 38 implendo *I* 39 a *I* speciale GG^a 40 prius *om.* G^a

nationis interitu contristasset. quam mensuram sceleris prætermisit cui nec hoc sufficere
potuit quod nec uiuis parcendo nec mortuis etiam in sanguine innocentis et catholici
sacerdotis pollutas iam pridem addicta ueritate atque approbata falsitate manus intinxit?
1 Ioh. 3, 15 et cum scriptum sit: qui odit fratrem suum, homicida est, ille quod odio iam
fecisse addictus est, impleuit operibus, quasi nec hæc audisset nec illud quod dominus
Mt. 11, 29. 30 ait: discite quia mitis sum et humilis corde, et inuenietis requiem
animabus uestris; iugum enim meum suaue est et onus meum leue est.
dignus diabolici prædicator erroris Ægyptius uastator inuentus est, quia tamquam
sæuissimus tyrannus ecclesiæ nefandas blasphemias per uiolentam seditiosorum turbam
Ioh. 8, 44 et per cruentas manus militum uenerandis fratribus imponebat. et cum uoce nostri
redemptoris firmatum sit unum eundemque esse homicidii et falsitatis auctorem, ille
pariter utrumque compleuit, quasi non ut caueantur, sed ut perpetrentur, scripta sint,
ad perditionis suæ cumulum trahens quæ dei filius monuit ad salutem, illud quoque
Ioh. 8, 38 surda nimis aure præteriens quod ab eodem domino dictum est: ego quod uidi apud
patrem meum, loquor: et uos ergo quod uidistis apud patrem uestrum,
facitis. igitur dum sanctæ memoriæ Flauiano uitam præsentis sæculi moliretur
auferre, se ueræ uitæ luce priuauit; dum uos ab ecclesiis uestris conaretur expellere,
se a Christianorum collegio segregauit; dum trahit plurimos et impellit ad erroris
assensum, multiplici animam suam uulnere sauciauit, solus ultra omnes et per omnes
ac pro omnibus reus, qui causa reatus omnibus fuit.

Sed licet his tua fraternitas solido cibo firmata indigere minime uideatur, tamen
2 Cor. 11, 28. 29 ut quod nostri loci est, impleamus circa uocem dicentis apostoli: præter ea quæ
extrinsecus sunt, instantia mea cottidiana sollicitudo omnium ecclesiarum; quis infirmatur, et ego non infirmor? quis scandalizatur, et
ego non uror?, hoc præcipue præsenti occasione credidimus ammonendum, frater carissime, ut quotienscumque diuina gratia ministrante illos qui foris sunt, fonte doctrinæ aut summergimus aut purgamus, in nullo ab illis quas spiritus sancti diuinitas in Calchedonensi concilio protulit fidei regulis recedentes inter utrumque hostem nouellæ perfidiæ sermonem nostrum cum omni cautela libremus, non iam, quod absit, tamquam de dubiis disceptantes, sed auctoritate sua quæ bene definita sunt, astruentes, cum et in apostolicæ sedis epistula uniuersalis sanctæ synodi assensu firmata tanta diuinæ auctoritatis testimonia nouerimus esse congesta, ut nullus queat ulterius dubitare nisi qui sibimet ipsi errorum tenebras inferre maluerit, et synodalia gesta uel quibus primum definitio fidei legitur esse formata, uel quibus præfatæ litteræ apostolicæ sedis etiam tuæ fraternitatis studio defensæ sunt, et maxime ad piissimos principes totius concilii allocutio tot sit præcedentium patrum testimoniis roborata, ut cuiuis imprudenti ac pertinaci animo, si tamen non iam cum diabolo pro sua impietate damnatus est, ualeant suadere. unde hoc quoque nos contra hostes ecclesiæ prouidere condignum est ut eis nullam calumniandi occasionem, quod ad nos attinet, penitus relinquamus nec umquam contra Nestorianos aut Eutychianos agentes alteri eorum uideamur terga uertisse, sed utrosque Christi hostes æqua lance uitemus atque damnemus, ita ut eos quotiens audientium quantalibet poscit utilitas, cum dogmatibus eorum digno anathe-

GG^aI

1 contristaret *I* 2 parcendum *G^a* sanguinis *G^a* 3 abdicata *I* 4 odium *G^a* 6 discite a me *G^aI* 8 diabolicæ *GG^a*, *corr.* *G^a* 9 uiolentiam *GG^a* 11 esse *om.* *I* 12 penetrentur *G^a* 16 facite *G* 17 ueræ] serenæ *G^a* nos *I* 22 ut *om.* *I* implemus *I* 25 credimus *I* 28 synodo *I* 31 et *om.* *I* uniuersali *G^a* tante *I* 33 et] cum *I* 36 p̄sedentium *I* cuiuis *G* cuius *G^a* quamuis *I* 39 nulla *G^a* 40 aut] atque *I* 42 dignum *G^a*

mate promptissime atque euidentissime feriamus, ne si hoc a nobis aut obscurius fieri uideatur aut tardius, putetur inuitum, quod quamuis prudentiam tuam res ipsæ ammonere sufficiant, iam tamen et experimenta docuerunt. sed benedictus deus noster, cuius inuincibilis ueritas ab omni hæreseos macula mundum te secundum sedis apostolicæ iudicium demonstrauit, cui dignam retribues pro tot laboribus gratiam, si talem te qualem probauimus ac probamus, pro uniuersalis ecclesiæ defensione seruaueris. nam quod deus omnium calumniosorum fallacias soluit, maximam beatissimi Petri curam pro cunctis nobis agnoscimus, qui postquam suæ sedis iudicium in fidei definitione firmauit, nec circa cuiusquam uestrum, qui nobiscum pro fide catholica laborastis, personam reprobum uideri permisit, quia nec poterat sancto spiritu iudicante quisquam ex eis non uictor exire, quorum iam uicerat fides.

Quod superest, exhortamur ut quia illic nonnullas Eutychiani ac Nestoriani erroris reliquias cognouimus remansisse, nunc etiam sedi apostolicæ collabores. uictoria enim quam Christus deus noster suæ donauit ecclesiæ, quamdiu in hoc mundo uersamur, licet fiduciam maiorem tribuat, non tamen in totum sollicitudinem perimit nec ut dormiamus, donata est, sed ut suauius laboremus. unde in hoc quoque tuæ uigilantiæ sollicitudine uolumus adiuuari, ut tua relatione currente quid apud illas regiones dominica doctrina proficiat, apostolicam sedem festines instruere, quatenus illius regionis sacerdotes in quocumque usus exegerit, adiuuemus. de his uero quæ in sæpe dicto concilio illicita contra uenerabiles Nicænos canones præsumptione temptata sunt, ad fratrem et coepiscopum nostrum Antiochenæ sedis præsulem scripsimus, adicientes et ep. 66
illud quod nobis propter improbitatem monachorum quorundam regionis uestræ uerbo mandasti per uicarios nostros, et hoc specialiter statuentes ut præter domini sacerdotes nullus audeat prædicare seu monachus siue ille sit laicus qui cuiuslibet scientiæ nomine glorietur. quas tamen litteras pro utilitate uniuersalis ecclesiæ per prædictum fratrem et coepiscopum nostrum Maximum ad omnium uolumus peruenire notitiam et ob hoc his noluimus earum exemplar adicere, quia quæ prædicto fratri et coepiscopo nostro iniunximus, non dubitamus implenda.

Et alia manu: Deus te incolumem custodiat, frater karissime.

DAT III IDVS IVN OPILIONE VC CONS — d. 11. m. Iun. a. 453

72 [*inscr.* AD MARCIANVM AVG]. *Leo ep. 126 JK 502 = E 51*

Leo Marciano augusto [de Palæstinis monachis gratias agit conuersis]. Geminis clementiæ uestræ lætificatus alloquiis cum debita gratiarum actione rescribo cf. p. 83,9. 11
gaudens de misericordia dei, qui in uirtutibus prouidentiæ uestræ et ad utilitatem Romanæ rei publicæ et ad catholicæ ecclesiæ pacem gloriosissimum præsidium collocauit. unde confido utramque hanc pietatis uestræ saluberrimam curam ita diuinitus adiuuandam, ut plena tranquillitas et Christianæ religioni et uestro tribuatur imperio. quod

---

GGªI
1 atque] aut *I* 2 ipsa *GªI* 3 sufficiat *GªI* iam] nunc *I* 5 retribuis *GGªI* 7 fallaces *Gª* 8 nobis cunctis *I* 9 catholica fide *I* laboratis *GªI* 9/10 persona *G* 10 spu sco *GªI* 11 ex eis non *om. I* 14 Christus *om. I* 15 tribuat] offerat *I* perimet *Gª* permittit *I* 17 sollicitudinem *GªI* illos religionis *GªI* 17/18 doctrina dominica *I* 18 religionis *I* 19 sæpe dicto *G* sua pdicto *Gª* supra dicto *I* 22 religionis *GªI* 23 hoc *om. GªI* 24 siue *I* ille siue *I* qui *om. GªI* 27 nolumus *GªI* et coepiscopo nostro *om. I* 30 data *I* IIII *GªI*
GE
32 leo papa *E* de — conuersis *om. E* 33 scribo *G* 36 hanc *E* nunc *G* 37 tribuatur *om. G*

ergo in prouinciis Palæstinis plebes dei ad unitatem sunt fidei reuocatæ et compressis errantium motibus ad euangelicam apostolicamque doctrinam omnium, ut indicare dignamini, corda directa sunt quodque fratri et coepiscopo meo Iuuenali ad sacerdotii sui sedem tandem licuit non iam resultante populo, sed desiderante remeare, uestræ fidei opus, uestræ pietatis est fructus. pro cuius augmento per omnes Christi ecclesias concors multiplicatur oratio ut si qua adhuc apud Ægyptum caligo residet, quæ nondum recepit radios ueritatis, totius mundi precibus remedia illuminationis accipiat et execrabilis Dioscori ultra contagiis non grauetur nec in illo dominicæ oues inprudenti affectu personam diligant pastoralem quem expertæ sunt sæuissimum fuisse morum et fidei uastatorem. et ideo in sancto et mirabili studio suo perseueret uestra clementia, ut si quid usquam aut ægrum inuenitur aut turbidum, et sanitati reddatur et paci, quia dignum est ita uos præsidere rebus humanis, ut gaudeatis sacramentis seruire diuinis.

d. 9. m. Ian. a. 454 DAT V ID IAN AETIO ET STVDIO VV CC CONSS

73 [*inscr.* AD IVLIANVM EPM]. *Leo ep. 127 JK 503 = E 52*

Leo Iuliano episcopo. Christianissimi principis fidem sæpe euidentissimis probauimus documentis et deo nostro gratias ago quod talem dignatus est rebus humanis concedere pro sua pietate rectorem, qui et fidei causas et rei publicæ summa uigilantia tueretur hæreticorum ausibus semper obsistens et nihil eorum insaniæ aduersum catholicam fidem licere permittens. cuius post deum beneficiis hoc debetur quod et Hierosolymitanus episcopus est receptus et monachos, quos perfidia hæreticæ falsitatis inuaserat, ad sanitatem augusta auctoritate reuocauit. mox itaque ut accepi epistulas tuas talia continentes, non solum eadem die, sed prope eadem hora responsum reddere maturaui, ut certior de omnibus quæ scripseras, reddereris.

Fratrem Proterium Alexandrinæ urbis episcopum gratulor plenas satisfactionis de fide sua ad nos litteras direxisse et manifestius quid teneat, indicasse. cui me dignam gratiam necesse est pro fidei ipsius sinceritate præstare, ut honorem in nullo suæ perdat ecclesiæ, sed sedis suæ priuilegia paternæ antiquitatis exemplo iuxta canonum illibata iura possideat. (can. Nic. 6)

De præsentis anni pascha nulla dubitatio nobis esse potuit, sed de futuro quæsiuimus, quod Theophilus Alexandrinæ urbis episcopus octauo Kalendarum Maiarum die, (d. 24. m. Apr. a. 455) quod numquam ita a tempore dominicæ resurrectionis celebratum est, credidit adscribendum. unde sollicitius congruit hoc requiri, ut omnis occasio tollatur erroris. nam in nostris annalibus xv Kalendarum Maiarum dies (d. 17. m. Apr.) apertissime a patribus nostris et constitutus legitur et celebratus. ac ne uel apud nos uel apud Orientales nascatur ex hac parte diuersitas, hoc instantius nostro nomine cum Christianissimo principe agere tua dignetur dilectio, quamuis et ipse clementissimus princeps se inquisitionem sollicitissima cura hanc Ægyptiis delegasse suis epistulis dignatus sit indicare.

GE
6 rescdit *G* 8/9 inprudentiæ defectu *G* 9 experti *G* 10 idem *E*
GG^a*EI*
inscr. item epla leonis ad iulianum epm *I* 15 leo — episcopo *om. I* leo papa *E* 16 et] ac *G*^{a}*I* quod *E* qui *GG*^{a}*I* 17 pietatem *E* et] pro *G*^{a} *om. I* causas *in* causa *corr. G*^{a} 17/18 summe uigilantie studio *I* 20 et[1] *om. G*^{a}*I* 21 auctoritas *G*^{a}*I* 24 plena *G*^{a} 25 litteras suas *G*^{a} manifeste *I* quid] quod *G*^{a} 26 pro — præstare necesse est *I* 27 sed] et *I* exemplum *G*^{a} 28 iura *om. E* 29 esse nobis *G*^{a} 30 VIIII *G*^{a} diei *E* 33 xv *om. I* die *G*^{a}*I* aptissime *G*^{a}*I* 34 nos — apud *om. I* 35 hoc *G* 36 inquisitione *GG*^{a}*I* 37 sollicitissimam *GE* curam *G*^{a}*E I*

Epistulam sane meam ad Calchedonensem synodum datam præsentibus episcopis et clericis lectam fuisse tuis epistulis rettulisti, sed usque ad illud capitulum quo ea quæ de fide acta sunt, meus uidetur firmasse consensus. unde miratus sum quod reliqua quæ secuta fuerint, non pariter in notitiam eorum quibus sunt lecta, prolata sint, cum maxime omnibus innotescere debuisset improbum a nobis ambitum notatum fuisse et nouis usurpationibus obuiatum, ut uetustas, quæ est canonibus constituta, inuiolata, ut semper scripsimus, seruaretur. ep. 64

Aetium uero presbyterum, quem asseris fuisse discussum, gratulamur cognitione habita in omnibus fuisse purgatum. epistulam quoque ad Christianissimum principem noueris me misisse, in qua illi gratias egi quia curam mihi suam tam pro fidei causa quam pro securitate rei publicæ dignatus est indicare. aliam quoque ad nos epistulam dedit, interueniens pro Anatolio episcopo ut nostri illi animi gratia præbeatur, quoniam correctionem eius promittit et in omnibus satisfacturum esse quæ ad fidei obseruantiam pertinent, pollicetur. ep. 72

DAT V ID IAN AETIO ET STVDIO VV CC CONSS — d. 9. m. Ian. a. 454

74 [*in mg.* AD MARCIANVM AVG]. *Leo ep. 130 JK 506 = E 54*

Leo Marciano augusto. Puritatem fidei Christianæ qua clementia uestra præfulget, etiam his litteris quas frater et coepiscopus meus Nestorius detulit, demonstrastis iustissimum fratri meo Proterio Alexandrinæ urbis antistiti impendentes fauorem, quo mihi per omnia esset acceptior. nam cui uestra pietas testimonium perhibere dignatur, indubitanter esset probandus, etiamsi taceret; sed accedit ad gratiam quod proprio quoque sermone cognoscitur et quam sincerus sit catholici dogmatis prædicator, ipsius professione clarescit. unde plenissimo affectu dilectionem orthodoxi fratris amplector et deo gratias ago quod amoto eo qui euangelio Christi uoluit contraire et a sanctorum patrum intellegentia dissidere, talem prospexit Alexandrinæ ecclesiæ sacerdotem qui præcedentibus rectoribus et fide concordaret et uita. nam cum amplecti se epistulam meam quam ad beatæ memoriæ Flauianum contra Eutychen impium misi, toto corde profitetur, quid aliud quam apostolorum se ostendit esse discipulum? quoniam doctrina ueritatis in lumine suo permanet et non potest esse diuersum quod unum est atque diuinum. rescripsi itaque prædicto fratri quod debui, utque in sancto studio perseueraret, ammonui. ep. 75 qui sine dubio constantior erit, si etiam clementiæ uestræ cohortationibus adiuuetur nec in aliquo eum terreat quorundam imperita dissensio, quos paucorum hæreticorum instigationibus ignorantia facit obnoxios. quod ergo sua diligentia assequi nequeunt, oportune eorum insinuetur auditui et ne memoratus noua inferre et propria uideatur astruere, uenerabilium patrum qui eidem ecclesiæ præfuerunt,

---

GG^aEI

2 illum G^a quod GG^a 3 confirmasse G^a quod] quo *I* 4 fuerunt G^aI 5 debuissent *E* et] a *I* 6 obuiatum — canonibus *om.* G^aI ut] et *G* 7 seruarentur *I* 8 uero *om.* G^aI 10 agi *I* qui *E* 15 data *I* uc cons *GE*

G, G^a [*usque ad* 27 Flauianum], *E*, *S* [= *defmt*]

inscr. eiusdem leonis ad marcianum augustum. 1 De proterio alexandrino epo ut priorum suorum decreta conseruet 11 Vbi postulat imperatorem ut epistolam quam ad flauianum constantinopolitanum epm miserat, in greco translatam alexandrinæ ecclesiæ destinaret *S* 17 leo papa *E* leo eps *S* quam G^a 17/18 perfulget G^a 19 iustissimam G^a 20 præbere *E* 21 accidit G^a accedet *S* 22 et *om.* *S* 23 clarescet *S* inde *E* 24 amoto *ES* damnato GG^a a *om.* *S* 25 intellegentiam *E* disserere G^a 26 fidei *S* uite *S* amplectisse S^{efmt} amplectisset S^d *inde a* 27 contra *def.* G^a 30 atque *G* atque ut S^d utque ut S^e *corr.* studio ut *G* 30/31 perseueret *S* 34 neglegentia *S*

scripta relegantur et quid beatus Athanasius, quid Theophilus, quid Cyrillus, quid etiam alii Orientales magistri de incarnatione domini senserint, recognoscant nec repullulantibus decipiantur erroribus, qui olim euangelici sermonis sunt uirtute prostrati, quoniam omnes fere hæreses quæ diuersis temporibus extiterunt, dum sacramentum corporeæ natiuitatis et passionis ac resurrectionis Christi non intellegunt, ab euangelio deuiarunt. et possemus minus laborare in hæreticis repellendis, si rudes animos ea non turbarent mendacia quæ peremit antiquitas; sed nunc, ut dixi, hic docendi optimus modus est ut paternorum sensuum lineæ Alexandrinæ plebis et cleri auribus innotescant ac si qui sunt qui nostra scripta despiciant, illis saltim qui nobiscum apostolicis sensibus congruunt, acquiescant. in quo opere multum consacerdotis mei deuotione gaudebo et semper ipsius unanimitate lætabor, quia fraterna pax non nisi in una fidei confessione seruatur.

Quia uero quorundam hæreticorum uersuta nequitia ad conturbandam nostrorum simplicitatem epistulam meam quam ad beatæ memoriæ Flauianum dedi, falsasse perhibetur, ut commutatis quibusdam uerbis uel syllabis receptorem me Nestoriani erroris assererent, obsecro uenerabilem clementiam uestram ut eandem epistulam per fratrem meum Iulianum episcopum uel eos quos idoneos ad hoc opus pietas uestra delegerit, in Græcum sermonem iubeatis integre diligenterque translatam per idoneum perlatorem sub uestri signaculi inpressione deferri tradendam iudicibus Alexandrinis, qui eam clero et plebi ipsius ciuitatis cum prædictorum episcoporum prædicationibus, quibus et mea scripta consentiunt, faciant recitari, ut agnoscant se fallacium hominum fraude ulterius decipi non debere et probentur apostolicæ sedis sinceri esse discipuli, apud quam nec Eutyches nec Nestorius ullum optinent locum, quia sicut alios hæreticos, ita et istos ecclesia uniuersa damnauit.

d. 10. m. Mart. a. 454 DAT VI ID MART AETIO ET STVDIO VV CC CONSS

75 [*in mg.* AD PROTERIVM EPM]. *Leo ep. 129 JK 505 = E 55*

Leo Proterio episcopo Alexandriæ. Lætificauerunt me litteræ dilectionis tuæ, quas frater et coepiscopus noster Nestorius pio apportauit officio. oportebat enim ut ab Alexandrinæ ecclesiæ præsule talia scripta ad sedem apostolicam mitterentur quæ ostenderent magisterio beatissimi Petri apostoli hoc ab initio per beatum Marcum eius discipulum didicisse Ægyptios quod constat credidisse Romanos, quoniam præter do-
Act. 4, 12 minum Iesum Christum non est aliud nomen datum hominibus sub cælo, in quo oporteat nos saluos fieri. sed quia non omnium est fides et insidiosus ille temptator nullis magis corda hominum gaudet sauciare uulneribus quam ut incautas mentes his inficiat erroribus qui sint euangelicæ ueritatis inimici, magna sancti spiritus eruditione nitendum est ut diabolicis falsitatibus nequeat intellegentia Christiana uiolari. contra quod periculum præcipue conuenit ecclesiarum uigilare rectores et quadam ueri similitudine colorata mendacia ab animis simplicis plebis auertere. angusta

---

GE, *S* [= *defmt*]
2 alii *om.* *G* 3 euangelicis *G* 6 possimus *G* ea *ES* ipsa *G* 7 nunc *GE* hinc S^{demt} hunc S^{f} hic] hinc S^{demt} 8 paternarum *G* linea *G* clericorum *S* innotescat GS^{t} 11 in *om.* *G* 15 me *om.* *G* 20 eam *E* etiam *G* tam *S* 21 cognoscant *G* 22 probetur *G* sinceri — discipuli *ES* sinceritas *G* 23 optinet *G* 24 uniuersalis *S* 25 data *E* *in fine add.* era ccccLXII *S*
GE
27 leo papa *E* 30 apostoli petri *E* 31 quos *G* 32 datum hominibus aliud nomen *G* 33 nos *om.* *G* 37 quodam *G* 38 ueri *om.* *E* similitudinem *E*

enim et ardua uia est quæ ducit ad uitam, nec tantum laqueorum in actionum Mt. 7, 14 obseruantia quantum inter discrimina sensuum latet, dum uis sententiarum breuissima adiectione aut commutatione corrumpitur et confessio quæ operabatur salutem, subtili nonnumquam transitu uergit in mortem. cum autem dicat apostolus: oportet 1 Cor. 11, 19 hæreses esse, ut probati manifesti fiant in uobis, ad totius ecclesiæ tendit profectum, quotiens se contrariorum sensuum prodit impietas, ne quæ sunt noxia, sint occulta et aliorum lædant incolumitatem quæ reuocari non poterunt ad salutem. unde sibi imputent ruinas et obcæcationes suas qui inprudenti pertinacia iacere in reatu suo quam ad oblatum remedium surgere maluerunt. quorum merito fraternitati tuæ displicet obduratio et laudabiliter eam doctrinam quæ a beatis apostolis et sanctis patribus in nos manauit, amplecteris. non enim nouæ prædicationis est epistula mea qua ad relationem sanctæ memoriæ Flauiani contra Eutychen de domini nostri Iesu Christi incarnatione respondi, in nullo discedens ab eius fidei regula quæ euidenter a nostris uestrisque est defensa maioribus. quos si Dioscorus sequi imitarique uoluisset, in Christi corpore permaneret, habens et in beatæ memoriæ Athanasii opusculis unde instrueretur, et in sanctæ recordationis Theophili et Cyrilli sermonibus unde damnato olim dogmati laudabiliter contrairet potius quam consortium Eutychianæ impietatis eligeret. hoc igitur, frater carissime, pro sollicitudine fidei communis ammoneo ut quia inimici crucis Christi omnibus et uerbis nostris insidiantur et syllabis, nullam illis uel tenuem occasionem demus qua Nestoriano nos sensui congruere mentiantur. plebem autem et clerum omnemque fraternitatem ita debet diligentia tua ad profectum fidei cohortari ut nihil te nouum docere demonstres, sed ea omnium insinuare pectoribus quæ uenerandæ memoriæ patres consona prædicatione docuerunt, cum quibus in omnibus nostra concordat epistula. hoc autem non solum tuis uerbis, sed et ipsa præcedentium expositionum recitatione monstrandum est, ut plebs dei nouerit ea sibi præsenti doctrina insinuari quæ patres et acceperunt a præcedentibus suis et posteris tradiderunt. unde lectis primitus prædictorum sacerdotum assertionibus tunc demum mea quoque scripta recitentur, ut aures fidelium probent non aliud nos quam quod a maioribus accepimus, prædicare et qui ad hæc discernenda minus excercitatos habeant sensus, ex patrum saltim litteris discant quam antiquum hoc malum sit quod nunc [a nobis] tam in Nestorio quam in Eutyche, qui erubuerunt euangelium Christi secundum ipsius domini doctrinam prædicare, damnauimus. per omnia igitur et in fidei regula et in obseruantia disciplinæ uestutatis norma seruetur et dilectio tua constantiam prouidi rectoris exerceat, ut prosit Alexandrinæ ecclesiæ quod improbæ quorundam ambitioni seruato ueterum priuilegiorum iure sollicitius obuiaui et metropolitanis omnibus inlæsam manere uolui dignitatem, sicut ex epistularum mearum quas ad sanctam synodum uel ad Christianissimum principem, sed et ad Con- ep. 64. 54 stantinopolitanum episcopum misi, tenore cognosces manifesteque perspicies hoc speciale ep. 56 esse sollicitudinis meæ ut neque a fidei regula in ecclesiis domini deuietur neque in priuilegiis aliquid cuiusquam improbitate minuatur. quæ cum ita sint, teneat fraternitas tua suorum consuetudinem decessorum et comprouinciales suos episcopos, qui Alexandrinæ sedi ex antiqua constitutione subiecti sunt, congrua sibi auctoritate contineat, can. Nic. 6

GE

6 contrariorum sensuum se *G* 9 ad *om. G* surgere *G om. E* 18 pietatis *G* 20 quæ *G* nos nestoriano *E* 22 cohortare *G* 24 nrā in omnibus *E* 25 et *om. E* expositionem *G* 27 p̄dicatorum *G* 29 accipimus *G* qui *scripsi* quia *GE* 30 habent *G* 31 a nobis *G om. E* 34 prosit *G* possit *E* 35 ueterum *E* uerorum *G* sollicitus *G* 37 sed et *E* siue *G* 38 cognoscis *E* 39 sollicitudini *E* fidei regula *G* fide *E* ecclesias *G* 42 ex *om. G*

ut mori ecclesiastico non resultent, sed uel statutis temporibus uel cum ratio causæ alicuius exegerit, ad caritatem tuam conuenire non differant et si quid quod ecclesiæ sit utilitatibus profuturum, ex communi collatione tractandum est, collecta in unum fraternitate unanimiter ordinetur. non enim ulla causa est quæ illos ab hac obœdientia debeat reuocare, cum talis nobis et fide et moribus innotuerit fraternitas tua, ut tibi de auctoritate præcedentium decessorum tuorum nihil patiamur imminui aut te inpune contemni.

d. 10. m. Mart. a. 454 DAT̄ VI ID̄ MART̄ AETIO ET STVDIO V̄V̄ C̄C̄ CONS̄S̄

76 [*inscr.* AD MARCIANVM AVḠ]. *Leo ep. 128 = JK 504*

Leo Marciano augusto. Si quantum uestra clementia pro euangelicæ fidei integritate sollicita est, tantum Constantinopolitanæ urbis episcopus in custodiendis ecclesiasticis regulis uellet esse deuotus, omnia compressis dissensionum scandalis ad statum proprium iam redissent nec quicquam sibi uobis in imperio constitutis, qui omnia iusta defenditis et erroribus obuiatis, eorum adhuc prauitas uindicaret qui curationem sibi non patiuntur adhiberi. sed uestræ mansuetudini hæc palma seruatur ut uobis omnium qui ad Christum dominum nostrum per catholicam fidem reuocantur aut redeunt, sanitas debeatur. sicut itaque gloriamur in uobis, ita constristamur in eis quibus carnali æmulatione præoccupatis uos pro statu ecclesiarum et pace omnium sacerdotum spiritu tam Christiano quam regio in tantum uidemus esse sollicitos, ut interuentionem uestram pro his quos deuiare cognoscitis, commodetis adhortando me uestris epistulis ut coepiscopo meo Anatolio animi mei gratiam fraterna caritate restituam, quam illi et amabiliter, ut meministis, impendi et præbere semper opto, si tamen, ut hortatus ante sum, ab ea quæ illum grauauit ambitione descisceret et eos qui ipsum
ep. 56 obfuscabant, in suo consortio non haberet. sed ad epistulas meas pia affectione transmissas hactenus respondere nihil uoluit et cum de persona Aetii uel Andreæ, qui illi fuerat substitutus, ea secuta sint quæ debeant improbari, non otiosum est quod de his quæ maxime fuerant curanda, reticetur. præceptioni itaque pietatis uestræ parere uolueram et litteras dare ad episcopum supra dictum, si priores quas ad illum direxi, uel effectu rerum uel scriptis ipsius proficere aliquid probauissem. at cum nihil de ambitionis pænitudine uoluerit profiteri nihilque ad hæc respondere quæ a me sunt scripta, curauerit, colloquia quidem mea ab illo suspendi, sed animum quo eum corrigi et meliorem esse desidero, non mutaui. proinde si placet uestræ clementiæ, immo quia id uobis placere cognosco, satisfaciat canonibus et omnium gratiam sacerdotum pacifica humilitate seruaturum se esse rescribat ambitumque culpabilem se abiecisse significet: ego me illum in eam gratiam spondeo recepturum, ut in omnibus quæ sunt domino placitura, consortium eius amplectar, quoniam illa pax uera, illa caritas erit firma in qua simul studebimus et catholicam fidem et Nicænorum canonum decreta seruare.

d. 9. m. Mart. a. 454 DAT̄ VII ID̄ MART̄ AETIO ET STVDIO V̄V̄ C̄C̄ CONS̄S̄

GE
2 uenire *G* 4 fraternitatem *E*
G
18 eis *scripsi* nos *G* eos *Quesnel* carnalia *G* 19 tamen *G* 20 interuentionem uestram *scripsi* interuentionum ūrarum *G* 23 gragauauit *G* ambitio *G* 25 nil *G* 39 *temporis notatio dubitationi obnoxia*

77 [*inscr.* AD IVLIANVM EPM]. *Leo ep. 131 JK 507 = E 56*

Leo Iuliano episcopo. Sumptis fratris et coepiscopi nostri Proterii Alexandrini antistitis litteris indubitanter agnoui catholicæ eum studere doctrinæ et recto corde hæreticis obuiare, ut merito sperare possimus eum ecclesiæ cui præsidet, et exemplo morum et insinuatione fidei profuturum. sed quia non parum ipsi laboris Eutychianorum factionibus excitatur, qui epistulam meam ad beatæ memoriæ Flauianum datam fallaci interpretatione corruptam simplicibus quibusque aut indoctis ita dicuntur ingerere, ut quædam loca Nestoriano congruere uideantur errori, ut hæc malignitas non possit de conturbatione fidelium gloriari, hoc fraternitati tuæ laboris iniungo ut eandem epistulam meam, quam in omnibus apostolicæ concordare doctrinæ consonantia maiorum exempla testantur, diligenti interpretatione ex Latino in Græcum transferre digneris, quam gloriosissimus et fidelissimus princeps ad Alexandrinos iudices, sicut poposci, sub signaculi sui impressione transmittat Christianæ plebi in ecclesia recitandam cum prædicationibus sanctorum uirorum qui ipsi ecclesiæ præfuerunt, quo facilius hi qui ignoranter fluctuare dicuntur, ueritate comperta prauis persuasionibus in errorem ulterius non trahantur. ne autem fraternitatem tuam aliquid præteriret, qualia ad clementissimum imperatorem uel ad ipsum Alexandrinæ urbis episcopum scripta direxerim, subdita huic epistulæ exempla monstrabunt. ep. 74. 75

De futuro pascha, ut sæpe iam scripsi, esto sollicitus et clementissimo principi meo nomine oportunius intimato ut quid sibi rescriptum sit, faciat certiorem, quoniam imminent dies, ut nosse possimus quem diem formatis adscribere debeamus et omnium ex hac parte suspicio euidentius possit absolui.

DAT VI ID MART AETIO ET STVDIO VV CC CONSS — d. 10. m. Mart. a. 454

78 [*in mg.* AD MARCIANVM AVG]. *Leo ep. 134 JK 508*

Leo Marciano augusto. Quod sæpissime multa iam experimenta docuerunt, sanctum pietatis uestræ studium circa religionem Christianam gloriosis perseuerat et crescit augmentis et hæc fides uestræ clementiæ non solum me, sed et omnes domini sacerdotes consolatur et roborat, dum in Christianissimo principe sacerdotalem experimur affectum. quem si Orientalium partium sacerdotes studeant imitari, nihil scandalorum neque pax neque fides Christiana patietur. unde cum Constantinopolitanus antistes ad omnem pietatis profectum præsenti clementiæ uestræ doceatur exemplo, si fideliter uestris acquiescat hortatibus, habet in me sinceræ gratiæ animum, tantum ut quod uerbis spondet, corde perficiat. si uero quæ deo et pietati uestræ displiceant, pertinaci intentione delegerit, salua mansuetudinis uestræ reuerentia utar cum omnibus et pro omnibus uobis quoque annitentibus aduersum superbientem liberiore constantia, quem, quod sæpe dicendum est, mallem pro sanctis actibus fraterna caritate complecti [gloriosissime imperator].

Quia uero suggestiones meas pro tranquillitate catholicæ fidei libenter accipitis, significatum mihi esse fratris et coepiscopi mei Iuliani sermone cognoscite Eutychen

---

GE
2 leo papa *E*   15 ueritatem *E*   21 quc *E*   22 data *E*   23 VII *G*

G, S [= *de/mt*]
inscr. eiusdem leonis ad marcianum augustum ubi scribit ei de exilio euticetis ut ad secretiora loca eum transferret quia ubi positus erat adhuc praua docebat *S*   25 leo eps *S*   28/29 experiamur *G*   33 spondit *G*   36 mallim *G*   37 gloriosissime imperator *S om. G*   38 catholicæ *om. G*   39 esse *om. S*   euticetem *S*

impium pro suis quidem meritis exulare, sed in ipso suæ damnationis loco multa aduersum integritatem catholicam blasphemiarum desperatius uenena profundere et quod in illo totus mundus horruit atque damnauit, inpudentia maiore, ut innocentes decipere possit, euomere. plenum itaque rationis existimo ut uestra clementia ad longinquiora eum iubeat et secretiora transferri. de monasterio uero eius Constantinopolim constituto, in quo habitatores monachi euangelica apostolicaque doctrina crebrius sunt et plenius roborandi, salubriter, ut arbitror, fiet, si is qui ipsi monasterio præpositus esse dicitur, a societate ueneratoris uestri Iuliani episcopi, quem in speculis propter fidem illic esse constitui, non recedat, cuius assidua uisitatione profectus seruorum dei illic habitantium possit augeri.

Petitionem autem meam de festiuitate paschali gaudeo ita a uestra pietate susceptam, ut confestim agentem in rebus Alexandriam mitteretis de errore remouendo quem sanctæ memoriæ Theophili constitutio uidetur inferre. de qua re, sicut scribere dignamini, quidquid ad pietatis uestræ notitiam perlatum fuerit, iubete me nosse, ut de obseruantia, quam non licet esse diuersam, quid potissimum sit tenendum, ecclesia uniuersalis agnoscat.

Precor autem, quod uestræ noui clementiæ conuenire, ut eos maxime tueamini contra omnes insidias, quos mihi et uestræ mansuetudini propter amorem fidei placere cognoscitis, ut eos Constantinopolitanus episcopus lædendi non habeat facultatem.

d. 15. m. Apr. a. 454 DAT XVII KL MAI AETIO ET STVDIO VV CC CONSS

79 [*in mg.* AD ANATHOLIVM EPM]. *Leo ep. 135 JK 509*

Leo Anatolio episcopo [per Nectarium agentem in rebus]. Si firmo incommutabilique proposito dilectio tua curam gratiæ communis habuisset, nihil profecto quod ullam anxietatem tibi ingereret, extitisset. non enim sinebat ratio ut eius caritatem spernerem quem amore pacis et studio reparandæ catholicæ fidei inter ipsa episcopatus rudimenta iuuissem optans in ecclesiasticis curis talem habere consortem, ut mihi de sanctis præcessoribus tuis nec Iohannis spiritalem copiosamque doctrinam nec auctoritatem Attici nec industriam Procli nec fidem beati Flauiani deesse sentirem et ita studiis tuis uterer, ut nullus auderet uel fidei catholicæ resultare uel Nicænis uenerabilium patrum regulis contraire. sed cum in iniuriam canonum, ut agnoscis, illa temptata sint quæ omnibus ecclesiis scandalum maximum generarent, quid aptius ac modestius facerem quam ut te primum ut ab hac intentione discederes, fraterno animo missis
ep. 56 litteris ammonerem? ad quas cum non rescriberes, ipse te a colloquii mei consortio separasti. denique inde iam tacui, sed clementissimo principi, custodi fidei, frequenti litterarum petitione suggessi ut pro pace ecclesiarum, quam tibi maxime prodesse cognoscis, hæc quæ nunc a tua dilectione facta sunt, implerentur. cui ineffabiles gratias ago quod secundum eruditionem spiritus sancti, cuius est uirtute plenissimus, sacerdotali dignatur studere concordiæ, sciens sibi orationes supplicantium copiosius profuturas, si famuli unius domini in nullo sint a ueræ pacis unitate diuisi.

G, *S* [= *defmt*]
4 ita *G* 5 de *G om. S* 6 habitatores ipsius [sunt ipsius S^d, S^e *corr.*] *S* 11 meam *om. S* 11/12 susceptum *S* 12 remobendo *S* ammonendo *G* 15 diuersum *G* 20 XVII *S* VII *G* *in fine add.* era que [qua S^d] supra *S*
G, *Q* [= *etwx*], *T*
22 leo — rebus *GQ* dilectissimo fr̄i anatholio leo *T* 25 quam *Q* 27 processoribus *T* præcursoribus *Q*, *corr.* Q^w 28 proculi *QT* 30 in *om. GT* 31 artius *T* 32 recederes *G* 34 inde te *G* tacui sed] tacuisse *G* 35 pro] cum *G* quam *om. G* 36 ineffabilis *T*

Quod ergo in Constantinopolitana ecclesia quædam in officiis clericorum correcta significas, ut et Aetium presbyterum in tuam gratiam affectionemque reuocaueris et Andream ab archidiaconi actione submoueris, nobis placuisse rescribo, quia existimationem tuam, ut optabam, plurimum erigit atque commendat. et merito post correctionem in obliuionem deducitur quod reprehensioni obnoxium uidebatur, cum et hæreticorum prouectione et discipulorum sanctæ memoriæ Flauiani iniuria grauareris. quæ nunc simul ab omni offensione cum tui, ut uolui, laude cessabunt, quia in ordinem suum quæ fuerant turbata, redierunt. Andream sane, qui rationabiliter archidiaconi est priuatus officio, et Euphratam, qui sanctæ memoriæ Flauiani, ut comperi, improbus extitit accusator, si professionibus plenissime scriptis non minus Eutychianam hæresim quam Nestorianum execrabile dogma condemnant, quoniam uenia est præstanda correctis, presbyteros consecrabis, ut sibi remedium catholicæ fidei sentiant profuisse, electo primitus et probato qui archidiaconi officium possit implere, id est quem nulla umquam prædictarum impietatum fama resperserit. ceteri uero quos par reatus inuoluerat, si ueniam simili professione cum satisfactione deposcunt, suis ordinibus reformentur, his tantum ad officiorum primatum ammissis, quos ab omni errore liberos fuisse constiterit.

Illam autem culpam quam de augenda potestate aliena, ut asseris, adhortatione contraxeras, efficacius atque sincerius tua caritas diluisset, si quod temptari sine tua uoluntate non potuit, non ad sola clericorum consilia transtulisses, quia sicut in mala suasione delinquitur, ita et in mala consensione peccatur. sed gratum mihi, frater carissime, est quod dilectio tua profitetur sibi displicere, ut tunc etiam placere non debuit. sufficit in gratiæ communis regressum professio dilectionis tuæ et attestatio principis Christiani nec uidetur tarda correctio, cui tam uenerabilis assertor accessit. abiciatur penitus inconcessi iuris qui dissensionem fecerat appetitus; sufficiant limites quos sanctorum patrum prouidentissima decreta posuerunt, ut quieta sit suis meritis et antiquis priuilegiis dignitas omnium sacerdotum. renouetur et maneat in te dominicæ caritatis affectio, ad quam dilectionem tuam sæpius cohortatus sum cum fratre et coepiscopo nostro Iuliano, qui communem gratiam semper optauit. cuius industria et sollicitudines tuæ releuabuntur et fides catholica munietur. super omnia autem fraterna caritate hortor et moneo ut ea quæ ad gloriam uel munimen pertinent sacerdotalis officii, Nicænorum canonum uniuersalis ecclesiæ pacem seruantia decreta custodias. sic enim inter domini sacerdotes inuiolata caritas permanebit, si paribus studiis quæ sunt a sanctis patribus constituta, seruentur.

DAT IIII KL IVN AETIO ET STVDIO VV CC CONSS d. 29. m. Mai a. 454

80 [*inscr.* AD MARCIANVM AVG]. *Leo ep. 137 JK 511*

Leo Marciano augusto. Sollicitudinem meam quam de paschali obseruantia

---

G, *Q* [= *a* (*inde a* 23—buit), *etwx*], *T*

1 constantinopolitanæ ecclesiæ *Q*, *corr.* Q^{w} 2 tua gratia $Q^{etx}T$ affectioneque Q^{etx} 3 ab *om.* *Q*, *corr.* Q^{w} 5 correctione *T* obliuione *T* perducitur *G* reprehensionibus *G* noxium *Q* et *om.* *GQ* 6 discipulorum *om.* *Q*, *corr.* Q^{w} grauaueris *T* 7 ut] et *T* 7/8 ordinationem suam *T* 9 eufratan *T* 10 eutychianum *G* hæresim *om.* *G* 11 commendant *T* 13 officio *G* 15 simul *T* 18 illa—culpa *Q*, *corr.* Q^{w} 19 si quod *QT* sicut *G* 20 concilia *T* 21 confessione *G* 22 ut *T* quod *GQ* 24 correptio $Q^{w}T$, *corr.* Q^{w} 25 abiciuntur *T* discessione *T* limites *om.* *T* 27 et[2]] ac *G* 30 releuantur *Q*, *corr.* Q^{aw} relebuntur *G* fide *T* minuetur *T* 31 ac *G* uel ad *Q* pertinent a *T* 33 uiolata *T* 35 data Q^{aetw} *in fine add.* CONTVLI *Q*

habui, sancto clementiæ uestræ studio pro mea petitione gratulor absolutam, qui diligentius in Alexandrina ecclesia iussistis inquiri utrum recte possit VIII Kalendarum Maiarum die [d. 24. m. Apr. a. 455] secundum definitionem Theophili episcopi contra ueterem obseruantiam futura paschalis festiuitas celebrari, cum passionis domini saluatoris in omnibus nostris annalibus XV Kalendarum Maiarum [d. 17. m. Apr.] dies legatur ascriptus. sed cum Ægyptiis alia ratio placeat, consensum meum, ne qua discrepantia per prouincias de obseruantia tam uenerabilis fieret ⟨festiuitatis⟩, commodaui, ut resurrectionis dominicæ maximum sacramentum nusquam die alia celebretur et inter domini sacerdotes nihil in tanta sollemnitate sit uarium, sed per uniuersas ecclesias deo nostro pro uestræ pietatis prosperitate uel regno pariter supplicetur. litteras autem fratris et coepiscopi mei Proterii Alexandrinæ ciuitatis episcopi me accepisse significo, quibus apud pietatem uestram de mea consensione respondi, non quia hoc ratio manifesta docuerit, sed quia unitatis, quam maxime custodimus, cura persuaserit.

Illud etiam rationabiliter huic epistulæ credidi copulandum ut de eo quod pietatem uestram prioribus petii litteris, deprecarer, ut œconomos Constantinopolitanæ ecclesiæ nouo exemplo et præcipue pietatis uestræ temporibus a publicis iudicibus non sinatis audiri et hanc quoque iniuriam sacris remoueatis ordinibus, sed rationes ecclesiæ secundum traditum morem sacerdotali examine iubeatis inquiri.

d. 29. m. Mai a. 454 DAT IIII KL IVN AETIO ET STVDIO VV CC CONSS

81 [*inscr.* IT AD MAR AVG]. *Leo ep. 136 JK 510 = E 57*

Leo Marciano augusto [de correctione Anatolii]. Litterarum clementiæ uestræ multiplex gratia debita a me ueneratione suscepta est et gratulanter agnoui quam piam curam Christianæ religionis, ut consueuistis, habeatis, cum inter domini sacerdotes eam uultis firmare concordiam quæ et uniuersali ecclesiæ et diuino apta sit cultui. illa enim probabilis pax et caritas uera est quam plenissime beatus apostolus prædicat [1 Tim. 1,5] dicens: c a r i t a s d e c o r d e p u r o e t c o n s c i e n t i a b o n a e t f i d e n o n f i c t a. obsequens itaque et libenter assentiens sanctis uestræ pietatis hortatibus, fratris et coepiscopi [ep. 79] mei Anatolii scriptis reciproco, ut debui, sermone respondi, qui cessationem alloquii mei [ep. 56] suo silentio potuit imputare, cum ad litteras meas, quibus eum fraterna caritate monueram ut a reprehensibili ambitione discederet, ulterius respondere neglexit. ego uero, qui apud illum tacui, clementiæ uestræ pro pace uniuersalis ecclesiæ quæ essent profutura, suggerere pro mea cura non destiti. nam et uestra mansuetudo insinuationem meam tam libenter accepit, ut et semper rescribere dignaretur et hæc ageret ut quæ nunc correcta sunt, uestræ gloriæ debeantur, quod tales nunc misit epistulas quibus notabilem ambitus culpam aliis potius quam sibi assereret deputandam. agnoscat ergo, auguste uenerabilis, prædictus antistes quanto amplius humilitate quam elatione crescatur, et memor limitum paternorum salubritatem canonum ad pacem uniuersalis ecclesiæ conditorum ea qua debet, in posterum obseruatione custodiat, defensioni quoque catholicæ fidei indesinenter inuigilet, pro custodia dominici gregis diligentes prætendat excubias, utatur in omnibus deuotissimo uestræ pietatis auxilio et si quid usquam sub catholico

---

G

2 alexandrinæ *G* 3 diem *G* 7 festiuitatis *addidi* 8 tanto *G*

GET

21 leo papa *E* leo eps *T* de — Anatolii *om. ET* 23 ut] et *E* consuetis *T* 25 uera] ura *T* 33 tam *T om. GE* et¹ *T om. GE* scribere *T* agere *G* 34 correpta *T* quod] qui *G* 38 quæ *E* defensione *T* 39 diligenter *G*

nomine hostilium fraudium latet, id prodendum gloriæ uestræ instanter indaget. qui enim sacrilegum errorem a longinquioribus quoque prouinciis expulistis et ad ueritatis lucem contenebrata Palæstinorum corda reuocastis, quomodo eum sub uestræ fidei radiis spirare patiemini? cum etiam per Ægyptum deo uos in omnibus adiuuante celerius credamus omnes praui dogmatis extinguendas esse reliquias. benigne enim his consulitis quibus licentiam execrabilis erroris aufertis. gaudeo itaque quæ perturbata fuerant, esse composita, cum et memoria beati Flauiani in consolationem discipulorum eius excolitur, cum Andreas ab archidiaconi ministerio submouetur, cum postremo a sanctorum patrum iniuria temperatur et a uiolandis canonibus abstinetur, ut regnum uestrum Christo regnante tranquillum Christo defendente sit ualidum. unde cum per omnia me clementiæ uestræ parere delectet, fratris mei Anatolii caritatem toto corde suscipio; amabilem fidumque se præbeat et ab ea quam illi spondeo caritate nulla se deinceps uarietate dissociet, eos sibi sincera affectione coniungens quos catholicæ fidei probauimus defensores. habet in omnibus uestræ pietatis quod sequatur exemplum, maxime cum benignitatis uestræ adiuuetur auxilio. suggestiones autem fratris et coepiscopi mei Iuliani, quem pietati uestræ commendo, quæso ut benignius, sicut facitis, audiatis. hoc etiam fratri meo Anatolio proderit, si eum quem pro catholico dogmate illic esse uolui, dignanter habeatis.

Illud etiam quod Constantinopolitanæ ecclesiæ est saluberrimum, rogo ut Carosus monachus nimis imperitus nimisque peruersus, qui ut comperi, multorum corda subuertit, sua uenena pietatis uestræ beneficio ultra non exerat, ne ubi sancto mansuetudinis uestræ studio omnis pæne hæreticorum est conatus extinctus, ibi per uilem ac reprobum damnatæ perfidiæ defensorem et fidei uestræ gloria et synodalis uioletur auctoritas.

DAT IIII KL IVN AETIO ET STVDIO VV CC CONSS — d. 29. m. Mai a. 454

82 [*in mg.* AD IVVENALEM EPM]. *Leo ep. 139 JK 514 = E 53. Græca uersio extat in Epistularum collectione B 22*

Leo Iuuenali episcopo Hierosolymitano. Acceptis dilectionis tuæ litteris, quas ad me filii nostri Andreas presbyter et Petrus diaconus detulerunt, gauisus quidem sum quod tibi ad episcopatus tui sedem redire licuisset, sed confluentibus in recordationem omnibus causis quæ te per quosdam excessus laborare fecerunt, dolui aduersitatum tuarum temet ipsum tibi fuisse materiam et resistendi hæreticis constantiam perdidisse, quia æstimant non esse tibi liberum ut eos audeas redarguere, quos tibi professus sis in suo errore placuisse. beatæ enim memoriæ Flauiani condemnatio

GET

1 gloriæ uræ id prodendam *G* indiget *T* 2 enim] eius *T* sacrilegium *T* ad *T* 4 sparare *T* sperare *T*[corr] patimini *G* patemini *E* 5 omnis *GT* reliquias esse *E* 6 consulistis *T* auferitis *E* gaudio *T* itaque gloriæ *T* 7 et] ad *T* in *om. T* consolatione *GT* 9 a[1]] ad *T* 11 me] meæ *T* fratres *E* caritate *T* 12 fidemque *T* caritatem nullam *T* 13 dissocietur et *T* 16 iulianum *T* 17 faciatis *G* huc *G*[corr] 18 dignantes *T* 22 omnes *E* uigilem *G* 23 gloria *om. T* uiolentur *T* 24 Aetio] æditio *T* uu cc *om. T*

GE, Q [= aetwx], P [= ap], P[l], L [= αβγ], H [= deg], I

inscr. incp ad iouenalem epm *P* INCIPIT EPISTVLA PAPAE LEONIS AD IVVENALEM EPM HIEROSOLYMITANVM DE HERESI EVTYCHIANA *P[l]* item epla leonis pp ad iuuenalem iherosolimitanum *I* DE EADEM RE *Q[a]* 27 Leo — Hierosolymitano *om. PP[l]* item leo *Q* leo episcopus *QPP[l]LHI* leo papa *E* iherosolimitano epo *I* 28 me] nos *PP[l]* mei *GLH* 29 sed et *LH* 29/30 recordatione *LβγH* 30 doluit *H* 31 tuarum *om. I* heretica *H* 31/32 constantia perdidisse *LβH* perdidisse constantiam *PP[l]* 32 qui *Q[x] corr., I cf. Γ* esse — liberum] estimabili uerum *H* esset *G* audeat *LαγH* 33 es *P[a]P[l]* memoriæ enim *G* memoriæ *LH*

et impiissimi Eutychis receptio quid nisi domini nostri Iesu Christi secundum carnem negatio fuit? quam ipse grandi misericordia sua fecit resolui, cum detestandum illud Ephesenæ synodi iudicium ita sancta Calchedonensis concilii auctoritate destruxit, ut nullum deprauatorum a remedio correctionis arceret. unde quia in tempore indulgentiæ resipiscentiam magis quam pertinaciam delegisti, gaudeo te cælestem expetisse medicinam, ut fidei ab hæreticis inpugnatæ tandem possis esse defensor. quamuis enim nulli sacerdotum liceat nescire quod prædicat, inexcusabilior tamen est omnibus imperitis quilibet Hierosolymis habitans Christianus, qui ad cognoscendam uirtutem euangelii non solum paginarum eloquiis, sed ipsorum locorum testimoniis eruditur. et quod alibi non licet non credi, ibi non potest non uideri. quid laborat intellectus, ubi est magister aspectus? et cur lecta uel audita sunt dubia, ubi se et uisui et tactui tota humanæ salutis ingerunt sacramenta? quasi ad singulos quosque
Lc. 24, 38. 39 cunctantes adhuc dominus uoce corporea utatur et dicat: quid turbati estis et quare cogitationes ascendunt in corda uestra? uidete manus meas et pedes meos, quia ipse ego sum; palpate et uidete quoniam spiritus carnem et ossa non habet, sicut me uidetis habere. utere igitur, frater karissime, inuictissimis catholicæ fidei documentis et euangelistarum prædicationem sanctorum locorum, in quibus degis, testificatione defende. apud te est Bethleem, in qua salutifer Dauiticæ uirginis partus inluxit, quem inuolutum pannis inter angustias diuersorii præsepe suscepit; apud te est declarata ab angelis, adorata a magis et per multorum infantium mortes ab Herode quæsita saluatoris infantia; apud te est ubi pueritia eius adoleuit, ubi adulescentia maturauit et per incrementa corporea in uirum perfectum ueri hominis natura profecit, non sine cibo esuritionis, non sine somno quietis, non sine fletu miserationis nec sine pauore formidinis. unus enim atque idem est qui et in dei forma operatus est miracula magna uirtutis et in forma serui subiit sæuitiam passionis. hoc tibi indesinenter ipsa crux loquitur, hoc lapis clamat sepulcri, in quo dominus humana conditione iacuit et de quo diuina potentia resurrexit. et cum ad montem olíueti locum ascensionis ueneraturus accedis, nonne illa uox angelica
Act. 1, 11 in tuo resultat auditu, qua eleuationem domini stupentibus dicitur: uiri Galilæi, quid statis aspicientes in cælum? hic Iesus qui adsumptus est a uobis, sic

---

GE, Q [= *aetwx*], *P* [= *ap*], P^l, *L* [= *αβγ*], *H* [= *deg*], *I*

1 eutyches QPP^l eutychetis *EI* carnis dn̄i PP^l secundum carnem *om.* PP^l 2 cum] quam *P* 3 ephesinæ *EQPI* ephese *L* ephesi *H* synodi *om. H* sc̄i *G* auctoritas *LH* 4 a *om.* $L^{\gamma}H$ 5 indulgentiam *H* pertinantiam Q^w pertinentiam *HI* ita gaudeo *G*, Q^x *corr.* 6 excepisse P^l inpugnatam *H* posses *E* inciperes PP^l 7 enim *om.* $L^{\alpha\gamma}H$ quid PP^l prædicet [prædicat *I*] quoniam qui ignorat ignorabitur PP^lI 8 Hierosolymis—Christianus] hierosolymitanus [uel hierosolymitanus *I superscr.*] antistes PP^l, *I superscr.* 9 ueritatem *P* sed et P^l locorum ipsorum $L^{\alpha\gamma}H$ testimonii $L^{\alpha\gamma}$ testimonio *H* 10 edocetur *E* quid enim Q^x *cf.* *Γ* laborant *E* 11 audita] laudata *P* sint *P* dubia *om. H* 12 actui $L^{\beta\gamma}$ aptui $L^{\alpha}H$ tot Q^t *I*, *corr.* Q^t quoque P^l 13 dn̄s adhuc *QI* corpore $L^{\alpha\gamma}H$ putatur *LH* et [1]] ut *LH* perturbati PP^l 14 ascenderunt *Q*, *corr.* Q^a cordibus uestris P^p 15 meos *om. P* palpate] pertractate P^l et uidete *om. Q*, *corr.* Q^x quia QP^lH^eI 16 ossa et carnem *GQI*, *corr.* Q^x ergo *QI* 16/17 fratres carissime Q^e fratres karissimi GP^pL, *corr. G* 17 inuictissimi *G* p̄dicatione QLH^e, *corr.* Q^x 18 deges GP^a de his $L^{\alpha\gamma}$, *corr.* L^{γ}, legis P^l *om. H* testificationem *QH*, *corr.* Q^{ax} 18/19 Bethleem — salutifer *om.* PP^l 19/20 partus — suscepit] conceptus et partus PP^l 19 inuolutus *H* obuolutum *QI* 21 mortis $Q^{ae}PLH$, *corr.* Q^{ae} apud — ubi] ibi PP^l 22 eius pueritia PP^l ibi P^l per omnia *QI* 23 cibo et *Q*, *corr.* Q^{ax} esuritiones *Q*, *corr.* Q^{aex} non sine somno quietis *om. E* 24/25 unus — serui] in multis miraculis manifestauit potentiam uirtutis et in subiectione humilitatis PP^l 24 unum *EH* 25 magnis $L^{\alpha\gamma}$ magne *H* formam *G* 26/p. 93, 1 hoc tibi — euntem in cælum *om.* PP^l 26 ipsa crux indesinenter *QI* lapsis *H*, *corr.* H^g 27 qua *H* 28 a monte *H* adcedes L^{α} accedes L^{γ} adcedens L^{β} accedens *GH* 29 quæ $L^{\alpha}H$ 30 adstatis *H* uobis in cælum Q^x *corr.*, $L^{\alpha\gamma}$

ueniet quemammodum uidistis eum euntem in cælum. ueram igitur Christi generationem crux uera confirmat, quoniam ipse in nostra carne nascitur, qui in nostra carne crucifigitur, quæ nullo interueniente peccato, nisi fuisset nostri generis, non potuisset esse mortalis. ut autem repararet omnium uitam, recepit omnium causam et uim ueteris chirographi, quod solus inter omnes non debuit, pro omnibus soluendo (Col. 2,14) uacuauit, ut sicut per unius reatum omnes facti fuerant peccatores, ita per unius inno- (Rom. 5,18) centiam omnes fierent innocentes, inde in homines manante iustitia, ubi humana est suscepta natura. nulla enim ratione extra nostri est corporis ueritatem de quo euangelista prædicationem inchoans dicit: Liber generationis Iesu Christi filii (Mt. 1,1) Dauid filii Abraham, beati Pauli apostoli consonante doctrina, cum dicit: quorum (Rom. 9,5) patres et ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in sæcula, itemque ad Timotheum memento, inquit, Iesum Christum (2 Tim. 2,8) resurrexisse a mortuis ex semine Dauid. hæc autem ueritas quantis et noui et ueteris testamenti auctoritatibus declaretur, pro antiquitate sacerdotii tui euidenter agnoscis, cum fides patrum et scripta mea ad sanctæ memoriæ Flauianum data, quorum mentionem ipse fecisti, adiecta uniuersalis synodi confirmatione sufficiant. unde prospicere oportet dilectionem tuam ut contra redemptionis ac spei nostræ ineffabile sacramentum nullus obmurmuret, sed si qui sunt qui adhuc aut ignorantia caligant aut peruersitate discordant, eorum quorum in ecclesia dei apostolica fuit et clara doctrina, auctoritatibus instruantur, ut de incarnatione uerbi dei hoc nos credere, quod illi credidere, cognoscant neque se extra corpus Christi, in quo conmortui et conresuscitati sumus, sua obduratione constituant, quia nec pietas fidei nec ratio recipit sacramenti ut aut in sua essentia passibilis fuerit deitas aut in nostræ naturæ susceptione mentita sit ueritas.

[Particulam dominicæ crucis cum eulogiis tuæ dilectionis ueneranter accepi.]

DAT PRID NONAS SEPTEMB AETIO ET STVDIO VV CC CONSS (d. 4. m. Sept. a. 454)

83 [*in mg.* AD IVLIANVM EPM]. *Leo ep. 140 IK 515*

Leo Iuliano episcopo. Litteras dilectionis tuæ per filium nostrum Gerontium

---

1/3 *Iohannes papa II in epistula 23* [*t. IIII 2 p. 209*]: in epistola papæ Leonis ad Iuuenalem: ueram — crucifigitur

---

GE, Q [= *aetwx*], *P* [*ap*], P^{l}, *L* [= *αβγ*], *H* [= *deg*], *I*

1 igitur *om.* PP^{l} 2 ipsa *H* 3 carne *om. I* crucifigetur $P^{a}I$, *corr. I* 4 mortalis esse *H* omnium *om. LH* 5 uim *om.* $L^{\alpha\gamma}H$ non] mori *H* 6 uocauit $L^{\alpha\gamma}H$ reatum — unius *om. I* reatu $EP^{p}L^{\alpha\gamma}$ 7 hominem *LH* manente $GEP^{a}L$ manentem *H* iustitiam $L^{\alpha\gamma}H$ est humana *QI* 8 est x̄ps Q^{x} *corr.* 9 p̄dicatione $P^{p}L$ 10 abraham et qui de se [de se *om. I*] samaritanæ mulieri protestatur quoniam salus ex iudaeis est $PP^{l}I$ Pauli *om.* $L^{\alpha\gamma}H$ apostoli *om. P* dicitur P^{l} 11 et *om.* P^{p} Christus] ih̄s P^{a} deus *om. G* 12 x̄pm ih̄m *Q* 13 surrexisse P^{l} dauid secundum carnem *QI* ueritas *om. H* 14 auctoribus *P* declaratur $P^{l}H$ 14/15 pro — agnoscis] longum est explicare PP^{l} 15 fides] traditio *P* data] tanta *H* 16 mentione *H* ipsi *H* abiecta uniuersali *H* confirmationem *E* confirmationi *Γ* conuersatione *H* sufficiunt Q^{w} *corr.* 17 ut] ne *QI* redemptionem *H* ac *om. G* hoc *H* 18 ullus QI^{corr} obmurmuret] hoc murmuret *LH* 18/20 aut ignorantia — auctoritatibus] dissentiunt a consentientibus PP^{l} 20 instruatur Q^{ex}, Q^{w} *corr.*, $L^{\alpha\gamma}$, *corr.* Q^{x} ut de — 22 constituant] quia inter tot et euangelica et localia præconia caligantes nec sperni conuenit nec timeri PP^{l} 20 ut de] unde $L^{\alpha\gamma}$ et de $QH^{e}I$, *corr.* Q^{x} 21 credere *QLH*, *corr.* Q^{ax} 22 recepit $P^{p}L^{\beta\gamma}E$ recepti P^{a} 23 aut[1]] autem *H* essentia] esset iam *H* in *om. PH* susceptione naturæ PP^{l} *in fine add.* contuli Q^{aewx} 25 particulam — accepi $PP^{l}I$ *om.* *GEQLHΓ* particulam ueritas *I* tuæ dilectionis P^{l} dilectionis *P* dilectionis uestre *I* *in fine* expl ad iuuenalem hierosolymæ [*om.* P^{p}] ep̄m *P* EXPLICIT P^{l} 26 *om.* PP^{l} 26 data Q^{aw} $L^{\gamma}HI$ pridiis H^{de} 11 *Q* conss̄ *om. Q*

me accepisse rescribo mihique fuisse pergratum quia non omiseris oportunitatem familiaris alloquii, quod omni occasione inter nos conuenit frequentari, ut de his quæ ad curam nostram pro ecclesiæ statu pertinent, nihil incognitum, nihil habeamus incertum. in hac autem sollicitudine constitutis numquam desunt diuina præsidia, quæ hypocritarum simulationes nihil posse permittunt occultamque eorum nequitiam manifesta destructione confundunt. quamuis enim iam pridem omnia hæreticorum machinamenta confracta sint et uniuersas eius uires dextera ueritatis abstulerit, nunc tamen intereunte, ut scripsistis, Dioscoro in profundiora ceciderunt et perfidiæ incentore sublato instabiles quædam et insipientes animæ habent quod paueant, non habent quod sequantur. unde auxiliante misericordia dei facilius est errantium speranda correctio et efficacior erit prædicatio euangelii extincto defensore mendacii, cooperante ad hoc remedium Christianissimi principis pietate, cuius deuotio pro omnibus catholicæ fidei prouectibus sanctas semper prætendit excubias. et ideo fraternitatem tuam hortor et moneo ut dignatione et caritate regia sapienter utaris et de omnibus quæ profutura credideris, oportunas suggestiones non moreris offerre, quia multis experimentis probauimus eam esse gloriosissimi augusti fidem, ut tunc maxime se arbitretur regno suo consulere, cum præcipue studuerit pro integritate ecclesiæ laborare. si quid sane de Alexandrinæ plebis prouectibus cognoueris, scire nos facito, ut sicut de Orientalium populorum pace lætamur, ita de prouectibus etiam huius populi gaudeamus.

d. 6. m. Dec. a. 454 DAT VIII ID DECEM AETIO ET STVDIO VV CC CONSS

84 [*inscr.* AD ANATHOLIVM EPM]. *Leo ep. 143 JK 518 = E 59*

Leo Anatolio episcopo. Curæ esse dilectioni tuæ caritatis officia libenter accipiq et ut his crebrius utaris, exhortor, quoniam ad totius ecclesiæ pertinet utilitatem, cum quæ aguntur, agnoscimus. in qua autem sollicitudine dilectionem tuam uigilare conueniat, indubitanter intellegis, quia aliquantas apud uos prauorum hominum resedisse reliquias recognoscis, quibus comprimendis uel potius, quantum dominus auxiliatur, abolendis cupimus te instanter incumbere, ne, quod absit, sub aliqua segnitie lenitatis, quæ tardius fuerint destructa, reualescant.

d. 13. m. Mart. a. 455 DAT III ID MART VALENTINIANO AVG VIII CONS

85 [*inscr.* AD IVLIANVM EPM]. *Leo ep. 141 JK 516*

Leo Iuliano episcopo Coensi. Per filium meum Gerontium litteras tuæ fraternitatis accepi, quibus deuotione consueta quæ ad curam nostram pro causa fidei merito æstimas pertinere, significas, Carosum scilicet in fidei confessione correctum, sed ita contra fratrem Anatolium in simultate nescio qua permanere, ut propter ipsius discordiam etiam nunc a communione desciscat; Iohannem uero spectabilem uirum et in fidei sinceritate laudabilem ad Ægyptum causa fidei fuisse directum, qui quantum paci emendationique profuerit, cum primum redierit, scire me facias, quod te etiam sine meo monitu facturum esse non dubito.

---

8 *Dioscorus mortuus est d. 4 m. Sept. a. 454 cf. Seuer. ep. 4, 9*

G
13 excubiis *G* 18 prouectus *G* 19 lætamus *G*
GE
22 leo papa *E* 23 et ut *G* ut et *E* utilitatem *om. E* 25 qui *E* paruorum *E* residisse *E*
26 auxiliator *G* 29 VIII *E* uc *G* cons *om. E*

De Antiocheni autem episcopi statu multo animi dolore contristor, si, quod absit, uera aduersus eum ab accusatoribus proferuntur. sed præter sacerdotalem diligentiam, quam curam utilitatis habituram esse non ambigo, maxima mihi de iustitia et beniuolentia gloriosissimi principis fiducia datur, qua certus sum in quantum potest fieri, prouidendum, ne in ullam partem possit ualere fallacia. sed ad quem finem hæc causa peruenerit, cum oportunum fuerit, dignaberis indicare.

DAT̄ V ID̄ MAĪ VALENTINIANO AVḠ VIII CONS̄ — d. 11. m. Mai. a. 455

86 [*inscr.* AD MARCIANVM AVḠ]. *Leo ep. 142 JK 517 = E 58*

Leo Marciano augusto. Quanta sit in uestra clementia dilectio dei, cui seruiendo regnatis et regnando seruitis, ipsa dignatio religiosissimi sermonis ostendit et in hunc me affectum totius cordis inflammat, ut pro incolumitate gloriæ uestræ uota offerre et supplicare non desinam, quia multum et sanctæ ecclesiæ et Romanæ rei publicæ diuinitus uestra salute consulitur. eadem igitur occasione qua pietatis uestræ apices ueneranter accepi, debita salutationis obsequia exoluo et insufficientes gratias ago, quod de sacratissimo die paschæ sacerdotali me sollicitudine pietas uestra commonuit, licet dudum in hac obseruantiæ regula me acquiescere sim professus et (ep. 80) eundem diem uenerabilis festi omnibus Occidentalium partium sacerdotibus intimasse quem Alexandrini episcopi declarauit instructio, id est ut anno præsenti VIII Kl. Mai. (d. 24. m. Apr. a. 455) pascha celebretur omissis omnibus scrupulis studio unitatis et pacis.

De Caroso uero et Dorotheo, qui hæretica prauitate in multorum perniciem damnatos tuebantur errores, gaudeo pietatem uestram, sicut mihi uenerator uester frater meus Iulianus episcopus indicauit, saluberrime præcepisse ut ablatis monasteriis suis apud eos degere iuberentur quibus nocere non possint. quod, ut spero, multis remedio erit quos a peruersis doctoribus liberastis, crescentibus per omnia gloriæ uestræ meritis in amorem fidei Christianæ, ob quam iustus et misericors deus tribuit ut uobis sicut diuina sunt cara, ita sint mundana subiecta.

DAT̄ III ID̄ MAR̄ VALENTINIANO AVḠ VIII CONS̄ — d. 13. m. Mart. a. 455

87 [*in mg.* LEONI AVḠ]. *Leo ep. 145 JK 521 = E 61*

Leo Leoni augusto. Officiis quæ ad gratulationem imperii uestri pertinent, persolutis etiam hanc paginam necessariæ supplicationis adieci, qua catholicæ fidei diuinitus præparatum fauoris uestri posco præsidium. nam talia in Alexandrina ecclesia perpetrata fratris et coepiscopi mei Anatolii relatione cognoui, ut omnis Christiana religio sentiat se impeti atque uiolari, nisi in uniuersum fidei uestræ deuotione prospiciatur et memoratæ ecclesiæ, quæ ante catholicis fuit clara rectoribus, reddatur Christiana libertas ut cessantibus hæreticorum impugnationibus euangelica doctrina

---

G

7 maī *G* Martii *Quesnel* conss̄ *G*

GE

9 leo papa *E* 14 obsequia salutationis *E* 16 hanc *E* 19 scripulis *G* studium *G* 20 qui *G* qui in *E* 23 uiderentur *G* possent *G* 25 amore *E* 26 ita sint *E* itas in *G* 27 mar̄ *E* *om.* *G* auḡ ualentiniano *G* conss̄ *G* *om.* *E*

GEMV, *L* [= $\alpha\beta\gamma$], *H* [= *deg*], *I*

inscr. item ēpla leonis pape ad leonem augustum *I* 29 Leo — augusto *om.* *I* leo episc̄ *E* auḡ IIII *L* 30 necessarii *G* adiecti *I* 31 laboris *LγH* posco *om.* *M* 32 omnis *om.* *M* 33 impetiri *H* in *om.* *LαI* uniuersa *GMV* 33/34 prospicitur *LβγH* 34 antea *EI* lectoribus *I* redditur *E* sed datur *MV* 35 ut] et *G*

quæ illic ante Dioscorum uiguit, unita cum totius ecclesiæ pace reparetur. quod opus uirtutibus uestris gloriæque conueniens celerem et deo placitum habebit effectum, si apud sanctam Calchedonensem synodum de domini Iesu Christi incarnatione firmata nulla permiseritis retractatione pulsari, quia in illo concilio per sanctum spiritum congregato tam plenis atque perfectis definitionibus cuncta firmata sunt, ut nihil ei regulæ quæ ex diuina inspiratione prolata est, aut addi possit aut minui, GL. hoc autem etiam apud clementiæ uestræ scientiam non ambigimus esse perspicuum, si quidem, ut multorum ante relatione comperimus, molitiones hæreticorum quæ contra prædictæ synodi auctoritatem conabantur assurgere, nihil ex hoc permiseritis audere. unde quod negandum illis sponte uidistis, gloriosum uobis est uniuersali ecclesiæ me supplicante concedere et incommutabiliter perpetueque præstare ut quæ secundum euangelium Christi et prædicationis apostolicæ ueritatem omnibus retro sæculis una fide unaque intellegentia roborata sunt, nulla ulterius possint actione conuelli. prout ergo misericordia dei consilio spiritus sui mentem uestræ pietatis instruxerit, sanctæ primitus Alexandrinæ ecclesiæ pacis reparatione consulite et per catholicos sacerdotes talem prouideri iubete pontificem in quo et in actuum probitate et in fidei perfectione nihil possit reprehensibile repperiri, ut omnibus rite compositis eadem ubique seruetur prædicatio ueritatis.

d. 11. m. Iul. a. 457 DAT̄ V ID̄ IVL̄ CONSTANTINO ET RVFO CONS̄S̄

88 [*inscr.* ANATHOLIO EP̄O]. *Leo ep. 146 JK 522 = E 62*

Leo Anatolio episcopo [de relatione apud Alexandriam gestorum]. Satis claret fraternitatis tuæ sermone, quem sumpsimus, quam piam et probabilem curam dolori ecclesiarum omnium nuper impenderis manifestando nobis quæ apud Alexandriam in Christianæ religionis opprobrium gesta didicisti, ut gloriosus et clementissimus imperator de prospiciendis remediis etiam meis precibus posceretur. cuius quidem tam laudabilis fides et tam prompta deuotio est, ut quæ paci ecclesiasticæ congruebant, sine intercessione cuiusquam, sicut ipse indicas, sponte præstiterit omnes hæreticorum insidias repellendo, qui oportunitatem se inuenisse temporis æstimabant, quo sanctæ synodi Calchedonensis decreta cassarent. sed gratias deo, qui post excessum sanctæ ac uenerandæ memoriæ Marciani talem principem omnium electione prospexit, ut in eius uirtutibus et Romana res publica et religio Christiana gauderet. secutus ergo tuæ
ep. 87 dilectionis hortatum, in quantum debui, glorioso principi supplicaui ne in peruasionem Alexandrinæ ecclesiæ aliquid ulterius sibi possit hæretica audacia uindicare, sed nefariis ausibus salubri fine præfixo et libertati ecclesiasticæ consuleretur et paci. superest

---

GEMV, *L* [= *αβγ*], *H* [= *deg*], *I*

1 diascorum *M* unitas *H* pace] parte *LH* reformetur *I* 2 uestræque *G* uestræ G^{corr} celere $MVL^{\alpha\beta}$ cædere L^{γ} placitam *MV* 3 apud *om. GMV* firmatam *GMVI* 4 nullam $GML^{\varkappa\beta}$ permanseritis *M* retractione *MV* pulsare $L^{\varkappa\gamma}H$ sp̄m sc̄m *EMH* 4/5 congregatum *G* congregatam H^{dg} congregata H^{e} 5 tam plenis *om. H* plenius adque perfectius *E* firma *G* 6 est *om. G* aut¹ *om. G* gloria H^{dg} gloriam H^{e} *om. EI* autem *om. E* 7 clementiam EH^{e} 8 ut *om. H* relationem MVL^{β} comperi *H* cognouimus *E* esse per molitiones *MV* quo *H* p̄dicatore *G* prædicti *E* 9 auctoritate LH^{de} promiseritis *H* audire $MVL^{\gamma}H$ 13 alterius *H* possit *LH* accusatione *H* ergo *om. G* 14 spiritus] ēp̄s *H* mente *H* 15 reparationem $VL^{\varkappa}$ consulite et] consultet *H* 16 prouidere *G* qua *G* actus *G* in *om. LH* 19 data $ML^{\beta\gamma}H^{d}I$ iuñ *GI* constantio *MV* constante *LHI*

GE

21 leo epis̄ *E* de — gestorum *om. E* 22 dolore *G* 25 tam *G* iam *E*

ut etiam fraternitas tua ex oportunitate præsentiæ fidelissimi imperatoris animum studeat enixius deprecari de statutis sanctæ synodi Calchedonensis sine ulla retractatione seruandis, cum ea quæ deo aspirante decreta sunt, nulla se patiantur uarietate corrumpi. in quem autem profectum huius pietatis cura procedat, frequentibus dilectionis tuæ litteris me debebis instruere, ut de sanctis clementissimi principis studiis pariter in domino gloriemur.

DAT V ID IVL CONSTANTINO ET RVFO CONSS — d. 11. m. Iul. a. 457

89 [*inscr.* AD IVLIANVM EPM ET AETIVM PBRM]. *Leo ep. 147 JK 523 = E 63*

Leo Iuliano episcopo et Aetio presbytero a pari. Quamuis dudum litteras tuæ dilectionis acceperim, miror tamen eam te scribendi oportunitatem qua frater Anatolius necessarie usus est, silentio præterisse, cum pro ratione temporis atque causarum crebriora oporteat esse colloquia. ego sane prædicti fratris litteris plenius de his quæ apud Alexandriam hæretica temeritas gessit, edoctus ad clementissimum principem scripsi et pro statu ecclesiæ, sicut erat necessarium, supplicaui, ut rebus ep. 87 nimium perturbatis studium suæ pietatis impendat. unde sicut fratrem et coepiscopum nostrum Anatolium cohortatus sum, ita etiam dilectionem tuam ammonere ep. 88 non desino ut clementissimi principis fidem quantis oportunum fuerit precibus ambiatis. quem pro religionis catholicæ munimento sponte iam quædam præstitisse cognouimus, ut non difficilis apud eum sit actio cuius uoluntaria sollicitudine præuenimur. quod ergo in causa fidei principale est, incessabilibus suggestionibus optinete ut sanctæ synodi Calchedonensis statuta nullis hæreticorum pulsentur insidiis neque liceat quicquam de illa definitione conuelli quam ex inspiratione diuina non dubium est per omnia euangelicis atque apostolicis consonare doctrinis. tum illud omni assiduitate deposcite ut Alexandrinæ ecclesiæ status in antiquæ fidei libertatem refutata atque depulsa hæreticorum obcæcatione reuocetur, per catholicorum scilicet sacerdotum prouidentiam, ut in locum sanctæ memoriæ Proterii probatissimus et de cuius fide nequeat dubitari, constituatur antistes, cui cum securitate concordiæ communio sedis apostolicæ præbeatur. satis enim erit religioso principi gloriosum, si dispositionibus ipsius non solum tuta res publica, sed etiam dei ecclesia sit quieta.

DAT V ID IVL CONSTANTINO ET RVFO CONSS — d. 11. m. Iul. a. 457

90 [*inscr.* AD BASILIVM ANTHIOCENVM EPM]. **91** [*inscr.* AD EVXITHEVM EPM THESAL]. *Leo ep. 149. 150 JK 526. 525 = E 65*

Leo Basilio Iuuenali Euxitheo Petro et Lucæ episcopis. Ordinationem quidem dilectionis tuæ secundum ecclesiasticum morem tuo uel fratrum nostrorum prouincialium episcoporum debueramus sermone cognoscere, sed quia non defuerunt causæ quæ possent hanc diligentiam præpedire et sanctæ memoriæ Marcianus princeps suis scriptis consecrationem tuam nobis cognitam fecit nec de tuo possumus merito dubitare, quem

---

GE

3 patiatur *G* 7 vi *E*

9 leo epis *E* et — pari *om. E* 12/13 de his plenius *G* 20 scā *E* 22 de *E* ex *G* 29 tuta *E* tota *G* 30 data *E*

GG¹ E

epistulæ a pari scriptæ duo habet exemplaria G 33 leo epis basilio — episcc *E* leo basilio epo anthioceno *G* leo euxitheo epo thessalonicensi et iuuenali hierosolimorum a pari *G¹* ordinationem — p. 98,2 *om. G¹* 34 morem ecclesiasticum *E* 35 debueram *E* sermonem *G* 36 possint *E* 37 possimus *E*

nouimus, de necessitate præsenti, sicut aliquantos fratres nostros, ita etiam dilectionem tuam nostris litteris commonemus. VSQVE HIC BASILIO

Cognitis quæ apud Alexandriam Eutychianorum furore commissa sunt quæque fraternitati uestræ comperta esse non dubito, pro ea sollicitudine quam omnibus ecclesiis dei debeo, hæc scripta direxi, quibus dilectionem uestram credidi commonendam ut sceleratis ausibus sancta constantia resistatis, ne in quoquam nostrum communis fides aut trepida inueniatur aut tepida, cum propitio domino, qui ecclesiam suam in quacumque tribulatione non deserit, tam religiosum tamque catholicum animum piissimi imperatoris habeamus, ut non aliud de illo credendum sit, quam probauimus de augustæ memoriæ Marciano, si quidem etiam adhuc nostra actione cessante ita fidelissimus imperator parricidale crimen horruerit, ut nullum aditum hæreticorum concesserit actioni, qui post immanitatem facinoris perpetrati hoc sibi possibile esse credebant ut sanctæ Calchedonensis synodi definitionibus resolutis in alios tractatus uocaretur episcopale concilium. quod quia, frater carissime, abrupte inimicum est fidei Christianæ et non ob aliud tanta improbitate deposcitur nisi ut prædicatio euangelii et dominicæ incarnationis mysterium subruatur, obsecro dilectionem uestram ut a Calchedonensis synodi definitionibus in nullo animos relaxetis et quæ ex diuina sunt inspiratione composita, nulla patiamini nouitate temerari. certus enim sum quod clementissimus imperator et uir magnificus patricius cum omni cœtu illustrium potestatum nihil in perturbationem ecclesiæ patientur hæreticos optinere, si pastorales animos in nullo uiderint fluctuare. ut autem hæc cohortatio ad omnium fratrum et coepiscoporum nostrorum [per Illyricum] possit notitiam peruenire, diligentiæ uestræ cura prospiciat, quia, quod sæpe dicendum est, tota religio Christiana turbatur, si quicquam de his quæ apud Calchedonam sunt statuta, conuellitur.

d. 1. m. Sept. a. 457 DAT KL SEP CONSTANTINO ET RVFO CONSS

92 [*inscr.* AD LEONEM AVG]. *Leo ep. 148 JK 524 = E 64*

cf. ep. 87 Leo Leoni augusto. Licet proxime ad clementiam uestram gemina scripta direxerim, quorum unum debitum salutationis impleret, aliud pro statu ecclesiæ supplicaret, etiam hac tamen occasione quæ deo prouidente se præbuit, iterari utrumque conuenit, GL. secundum illam ergo fiduciam quam ex dei inspiratione uniuersali ecclesiæ præstitisti ante cuiusquam preces constituendo quod maxime ab omnibus fuerat expetendum, non desinimus gratias agere et prouidentiam dei in fidei uestræ feruore benedicere, qui sancto et catholico spiritu sicut fratris et coepiscopi mei Anatolii sermone cognoui, ita hæreticorum impudentiæ restitistis, ut profiteremini in totius mundi

---

5—7 hæc — tepida] *adfert Pelagius II in epist. III ad episc. Histriæ* [*t. IIII 2 p. 116, 26*] 16 obsecro — 18 temerari. 21 ut — 24 conuellatur *adfert Pelagius l. c. p. 116, 19. 21*

GG¹ E

2 VSQVE — BASILIO *E om. GG¹* 3 cognitis enim *G* quæ *G¹* 6 auribus *GG¹*, *corr. G¹* 10 nra adhuc *G¹* 11 horruit *G¹* 13 sanctæ *om. G¹* tractatos *E* euocaretur *G¹* 16 et *om. G* tuam *Pelagius* a *om. G¹* 17 animum *Pel.* 18 temerori *G* 19 magnificus *GG¹* præcipuus *E* 20 conturbationem *G¹* 21 adhortatio *G* exhortatio *Pel.* 22 per illyricum *G¹ om. GE* notitia *GE* 23 perspiciat *G¹* xpianæ *G* 24 statuta [constituta *Pel.*] sunt conuellatur *G¹ Pel.* 25 KL *G¹ E* x Id *G*

GEMVI

inscr. item leo papa leoni aug *MV* item epla eiusdem ad eundem *I* 27 Leo — augusto *om. MVI* leo epis *E* scriptura *M* 29 etiam hac *E* hac *MV om. GI* qua *E* prouidentie *I* 30 GL *om. EI* illa *M* dei] fidei *MV* 31 præstitistis *EI* 32 desinemus *MV*

pacem Calchedonensis synodi uos esse custodes. quod cum ex uestræ fidei sententia saluberrime definitum sit, quanto studiosius uniuersali est ecclesiæ conferendum ut tranquillitas fidei Christianæ etiam uestro prosit imperio nec improbitas hæretica in aliquo de suo molimine glorietur, cuius pertinax et insidiosa contentio ilico conquiescit, si imperiali potestate frenetur.

DAT KL SEPTEM CONSTANTINO ET RVFO CONSS — d. 1. m. Sept. a. 457

93 [*inscr.* AD IVLIANVM EPM]. *Leo ep. 152 JK 527 = E 67*

Leo Iuliano episcopo. Existente occasione filii nostri Gerontii Constantinopolim reuertentis conueniens fuit ad dilectionem tuam scripta dirigere, quibus studium tuum in causis ecclesiasticis et in his quæ ad fidem pertinent, incitamus, ut contra hæreticorum conatus constanter obsistas, confidentes dei misericordiam præstituram ut scelestis ausibus etiam in hoc tempore digna reddantur. sciat autem dilectio tua ad aliquantos fratres et coepiscopos nostros metropolitanos litteras nos dedisse, quæ ut confestim ad ep. 90. 91 unumquemque perueniant, tua uel filii nostri Aetii presbyteri debebit diligentia prouidere. si enim episcopalis constantia a sanctæ synodi Calchedonensis definitionibus non recedit, certus sum quod clementissimus et Christianissimus princeps libenter tuebitur sententiam suam et quod sponte iam præstitit, multo magis rogatus efficiet, ne bene finita atque composita aliqua possint nouitate uiolari. miror sane calumniantium uanitati aliquid adhuc in epistula mea, quæ uniuerso mundo placuit, obscurum uideri, ut de ea putent apertius exponendum, cum illius prædicationis tam plana et solida sit assertio, ut nihil recipiat uel in sensu uel in sermone nouitatis, quia quidquid tunc a nobis scriptum est, ex apostolica et euangelica probatur sumptum esse doctrina.

DAT KL SEPT CONSTANTINO ET RVFO CONSS — d. 1. m. Sept. a. 457

94 [*in mg.* AD AETIVM PBRVM]. *Leo ep. 153 JK 528 = E 68*

Leo Aetio presbytero. Accepimus dilectionis tuæ litteras, quæ diligentiam tuam in causa ecclesiæ testarentur, et breuiter interim cohortamur ut cœptis uigilanter insistas, ne hæreticorum peruersitas quicquam quod ecclesiam domini turbet, optineat. nos autem pro diligentia nostri * et ad clementissimum principem et ad magnificum uirum ep. 92 patricium Asparem necessaria in causa fidei scripta transmisimus, quæ sine dubio effectum congruum poterunt optinere, si etiam uestra cura peruigilet. placuit etiam nobis ut ad metropolitanos episcopos generales litteras mitteremus, quæ animum eorum ep. 90. 91 firment atque corroborent, ut sciant ad defendendam Calchedonensem synodum æquali studio et concordi unitate nitendum. de quibus epistulis unam ad Antiochenum, alteram ad Hierosolymitanum, si uobis in commune uisum fuerit, dirigetis; nos autem ad Illyrios episcopos similia iam scripta transmisimus. de sacramento uero catholicæ fidei nullis nobis iam conflictationibus est agendum, quia nec diligentius aliquid indagari potest nec uerius definiri. exemplaria quoque epistularum quæ Galli ad nos atque Itali episcopi concordi credulitate miserunt, pariter direximus, ut quam etiam illorum nobiscum sit fides una, non lateat. præterea scripta quæ tam clementissimo principi ep. 92

GEMVI
2 quantum *MV* est ecclesiæ *MV* ecclesiæ *E* ecclesiæ est *GI* 4 et *om. I* 6 data *MVI*
GE
8 leo epis *E* 10 in[2] *om. G* pertinet *G* 11 celestis *G* 14 debet *G* 20 plena *G*
25 leo epis *E* 27 quo ecclesia — turbetur *E* 28 nostri officii *Ballerini*, *malim* nostri sacerdotalis officii
32 ut] et *E* 35 transmisimus *G* direximus *E*

quam necessariis personis per filium nostrum Gerontium misimus, uel a dilectione tua uel a filio nostro Sporacio, si adhuc uobiscum est, uolumus offerri et eo sermone quo conuenit, adiuuari. ut autem ea quæ scripsimus, scire possitis, exemplaria direximus, ut de omnibus instructi esse possitis.

d. 1. m. Sept. a. 457 DAT KL SEPTEM CONSTANTINO ET RVFO CONSS

95 [*in mg.* AD ANATHOLIVM EPM]. *Leo ep. 155 JK 531*

Leo Anatolio episcopo [de relatione contra Timotheum Alexandrinum]. Diligentiam necessariæ sollicitudinis quam fraternitas tua in dirigendis ad nos litteris exequitur, approbamus et acceptis per filium nostrum Olympium paginis tuis sacerdotalem in te curam uigere sentimus. cui nos quoque, quantum dominus donat posse, non desumus, exhortantes dilectionem tuam ut quia tempus laboris incidimus, in sancta
Ps. 117, 16 uigilantia perseueres, donec dextera domini faciat uirtutem et sub pedibus ecclesiæ suæ conterat temptatorem. consolatur etenim nos per omnia præparata diuinitus clementissimi principis fides, quem meo rursus, sicut oportuit, sum cohortatus alloquio ut impiissimorum latronum ausibus districtiore constantia faciat obuiari, quos nefas est tantum de suo fauore præsumere ut etiam apud Constantinopolim audeant insanire. sed hoc eis ideo diuinæ prouidentiæ ratione permittitur, ut magis ac magis quo spiritu agitentur, appareat, ne dubitari possit in quantam essent audaciam prorupturi, si post damnationem impiissimæ hæresis disceptandi contra fidem acciperent potestatem, ut quantum in ipsis est, latius hoc furore sæuirent quem fratres et coepiscopi nostri, qui ad uos nuper ex Ægypti partibus confugerunt, se pertulisse deplorant. quibus et a Christianissimo principe et a tuæ fraternitatis deo placita caritate solatia pietatis impendi non ambigerem, etiam si ipse non scriberes. oportunum autem credidi ut ad ipsos
ep. 96 quoque scripta dirigerem, quæ illos possint in communis fidei proposito roborare et quid pro patientia sua superna remuneratione mereantur, agnoscere, sicut beatus aposto-
Phil. 2, 29. 30 lus docet dicens: excipite itaque illos cum omni gaudio in domino et huiusmodi cum honore habete, quoniam propter fidem Christi usque ad mortem accesserunt.

Illud sane plurimum mihi displicere significo quod inter dilectionis tuæ clericos quidam esse dicuntur qui aduersariorum conіueant prauitati ut uasa iræ uasis misericordiæ misceantur. quibus inuestigandis et seueritate congrua coercendis debet diligentia tua uigilanter insistere, ita ut his quibus prodesse non potuerit correctio, non
Mt. 18, 8. 9 parcat abscisio. oportet enim nos euangelici meminisse mandati, quod ab ipsa ueritate præcipitur, ut si nos oculus aut pes aut dextera scandalizauerit manus, a compage corporis auferatur, quia melius sit his in ecclesia officiis carere membrorum quam cum ipsis in æterna ire supplicia. nam superfluo extra ecclesiam positis resistimus, si ab his qui intus sunt, in eis quos decipiunt, uulneramur. abicienda prorsus pestifera hæc a sacerdotali uigore patientia est, quæ sibimet peccatis aliorum parcendo non parcit,

---

GE

1 ad dilectionem ūram *G* 2 a filio n̄ro storacio *E* ad filium n̄rm sporacium *G*

G, *Q* [= *etwx*], *I*

inscr. item eiusdem leonis ēpla ad anatholium ēpm *I* 7 leo ēps *QI* de — Alexandrinum *om.* *QI* 10 donat *G* dat *QI* 11 exhortantes *G*, Q^{w} *corr.* exorantes *QI* incedimus Q^{twx} incidit *I* 12 dexteram *I* suæ *om.* *G* 16 apud *QI* ad *G* 17 eis *om.* *G* 18 profecturi *G* 19 disceptandis *G* 20 quam *G* 22 fraternitate *Q*, *corr.* Q^{w} 24 propositu *G* 25 agnoscerent *I* 30 ut *G*, Q^{x} *corr.* et *QI* uasa — uasis *QI* uasis — uasa *G* 30/31 misceantur misericordie *I* 33 enim *G*, Q^{w} *corr.* etenim *QI* uarietate *G* 35 officiis *G*, Q^{w} *corr.* *om.* *QI* membris Q^{x} *corr.*, *I* 38 a *om.* *I* sacerdotale *G*

sicut Heli quondam sacerdos filiorum suorum delicta tolerando cum ipsis diuinæ iustitiæ sententiam meruit experiri, quia segni indulgentia dissimulauit plectere peccatores. quantum itaque oportunitas inuitat officii, religiosissimum principem dilectio tua studeat frequentare et non solum regiam, sed et sacerdotalem ipsius mentem precibus meis obsecrare persiste, ut memor communis fidei, quam sancto spiritu docente suscepimus, omnia hæreticorum machinamenta confringat neque quicquam illis in ecclesiis Christi licere patiatur, ne in eorum potestate sint diuina mysteria quibus in domo dei pro scelerum suorum magnitudine nec habitandi ius residet nec orandi. 1 Reg. 3, 13. 4, 18

DAT V ID OCT CONSTANTINO ET RVFO CONSS — d. 11. m. Oct. a. 457

96 [*inscr.* AD EPIS EGYPTIORVM]. *Leo ep. 154 JK 530*

Leo episcopis ex Aegypto catholicis apud Constantinopolim constitutis. Licet laboribus dilectionis uestræ quos pro obseruantia catholicæ fidei suscepistis, toto corde compatiar et ea quæ uobis ab hæreticis illata sunt, non aliter accipiam quam si ipse pertulerim, intellego tamen magis esse gaudii quam mæroris quod confortante uos domino Iesu Christo in euangelica apostolicaque doctrina insuperabiles perstitistis et cum uos inimici fidei Christianæ ab ecclesiarum uestrarum sede diuellerent, maluistis peregrinationis iniuriam pati quam ulla impietatis ipsorum contagione uiolari. unde ad Christianissimum principem nostrum litteras dirigens gratias egi ipsius pietati quod uos sicut nobis indicatum est, ea qua dignum erat caritate suscepit. a cuius beniuolentia non dubito eam uobis fiduciam esse collatam, ut pro uniuersalis ecclesiæ statu constanter exequi quæ sunt agenda, possitis, quia et clementia eius pro defendendis sanctæ synodi Calchedonensis decretis sacerdotali feruet affectu et nihil uniuerso mundo præstari salubrius ac beatius potest, quam ut dispositum ante sæcula sacramentum inuiolabiliter per omnia ecclesiastica pace seruetur et regia. unumquemque igitur uestrum, quos idem animus et eadem fidei causa coniunxit, uel qui uos hæreticorum persecutione despecta indefesso ardore fidei ex Ægypto sunt secuti, fraterno simul et paterno cohortor affectu ut æquo et forti animo hæc temptamenta toleretis agnoscentes uos non amisisse propria, sed maiora meruisse, quorum breui fatigatione, qua ad confessorum peruenitur coronas, ita utitur prouidentia dei, ut per uestram patientiam multorum deuotio roboretur et cum gloria uenerandi principis Alexandrina ecclesia depulsis hæreticis antiquam recipiat dignitatem.

DAT V ID OCTOB CONSTANTINO ET RVFO CONSS — d. 11. m. Oct. a. 457

97 [*inscr.* AD LEONEM AVG]. *Leo ep. 156 JK 532*

Leo Leoni augusto. Litteras clementiæ tuæ plenas uirtute fidei et lumine ueritatis ueneranter accepi. quibus cuperem etiam in eo quod præsentiam meam pietas uestra necessariam existimat, obœdire, ut maiore fructu conspectum uestri

---

G, Q [= *etwx*], *I*

2 signi *I* dissimulaui *G* 6 ecclesia *G* 9 data *QI* v *Q* vi *G* 11 *I* uu cc cons *QI* *in fine add.* CONTVLI Q^{etw} 10—32 *in G tantum extant*

34—p. 102,16 *adfert Facundus* 12, 2

GMVI, N [= *pw*]

inscr. EPISTVLA LEONIS PAPAE AD LEONEM IMPERAT N^{w} item epla eiusdem ad eundem *I* 34 Leo — augusto *om. I* leo episcopus *MV* leo papa *N* lumen *N corr.* N^{w} 35 ueritati *MV* caperem *I* 36 necessarium *I* æstimat *N* maiorem fructum N^{w} fructum maiorem N^{p}

splendoris adsequerer, sed magis id uobis arbitror placiturum quod eligendum ratio demonstrauit. nam cum sancto et spiritali studio in uniuersum pacem ecclesiæ muniatis nihilque sit conuenientius fidei defendendæ quam his quæ per omnia instruente spiritu sancto inreprehensibiliter definita sunt, inhærere, ipsi uidebimur bene statuta conuellere et auctoritates quas ecclesia uniuersalis amplexa est, ad arbitrium hæreticæ petitionis infringere atque ita nullum collidendis ecclesiis modum ponere, sed data licentia rebellandi dilatare magis quam sopire certamina. unde quia post illas Ephesenæ synodi impietates quibus Dioscori scelere fides catholica refutata et peruersitas Eutychiana suscepta est, nihil ad conseruationem fidei Christianæ utilius potuit ordinari quam ut prædicti facinus sancta synodus Calchedonensis aboleret et tanta illic haberetur cælestis cura doctrinæ, ut nihil in cuiusquam opinione resideret quod a prædicationibus uel propheticis uel apostolicis dissonaret, ea scilicet moderatione seruata ut rebellibus tantum ac pertinacibus ab ecclesiæ unitate reiectis nulli correcto uenia negaretur. quid probabilius, quid religiosius poterit pietas uestra decernere quam ut quæ non tam humanis quam diuinis sunt statuta decretis, nullus ultra sinatur inpetere, ne uere digni sint tantum dei munus amittere qui de ueritate ipsius ausi fuerint dubitare? cum ergo uniuersalis ecclesia per illius principalis petræ ædificationem facta sit petra et primus apostolorum beatissimus Petrus uoce domini dicentis audierit

Mt. 16, 18 tu es Petrus et super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, quis est nisi aut antichristus aut diabolus, qui pulsare audeat inexpugnabilem firmitatem, qui in malitia sua inconuertibilis perseuerans per uasa iræ et suæ apta fallaciæ falso diligentiæ nomine, dum ueritatem se mentitur inquirere, mendacia desiderat seminare? atque contemnenda et uitanda merito sibi incontinens furor et impietas cæca præscripsit, ut dum diabolico instinctu in sanctam Alexandrinam sæuit ecclesiam, quales essent qui Calchedonensem synodum retractari cupiunt, disceretur. in qua nullo modo accidere potuit ut a nobis contra sanctam Nicænam synodum sentiretur, quod hæretici mentiuntur, qui se fidem Nicæni concilii tenere confingunt. in quo sancti et uenerabiles patres nostri contra Arrium congregati non carnem domini, sed deitatem filii omousion patri esse firmarunt, in Calchedonensi autem concilio aduersum Eutychianam impietatem definitum est de substantia uirginis matris dominum Iesum Christum sumpsisse nostri corporis ueritatem. apud Christianissimum igitur principem et inter Christi prædicatores digno honore numerandum utor catholicæ fidei libertate et ad consortium te apostolorum ac prophetarum securus exhortor ut constanter despicias ac repellas eos qui ipsi se Christiano nomine priuauerunt, nec patiaris impios parricidas sacrilega simulatione de fide agere, quos constat fidem uelle uacuare. cum enim clementiam tuam dominus tanta sacramenti sui inluminatione ditauerit, debes incunctanter aduertere regiam potestatem tibi non ad solum

---

GMVI, N [= *pw*]

1 ut sequerer *MV* placitarum *MV* 2 in *om. I Fac.* uniuersam *MVI* uniuerso mundo *N^w^* *corr.* uniuersæ *Fac.* 4 uidebimus *MV* 6 colligendis *N* 7 libellandi *I* 7/8 ephesinæ *MVI* 8 impietas *M abscissum in V* fidei *MV* et] est *N* 9 confirmationem *I* 12 dissonare *N*, *corr. N^w^* 13 ecclesie ab *I* rectis *in* eiectis *corr. N^w^* 14 humanas *MV*, *corr. V* 15 sinatur *om. M* 16 tantum *om. V* manus *MV* 17 ecclesiæ *N^w^* ædificationis *G* 18 uocem *MV* 19 aut[1] *om. M* 20 infirmitatem *MV* quia *MV* 21 et *om. N* fallacia *G* 22 contemnendam *N*, *corr. N^w^* in contempnenda *I* atque *MVN* uitandam *N*, *corr. N^w^* 23 continens *MV* ceco *MV* prescribit *M* perscripsit *GN*, *corr. N^w^* 24 retractare *MV* 25 docerentur *N* accedere *MVN* 25/26 s̄c̄m̄ nicenum *N*, *corr. N^w^* 26 niceni concilii fidem *MV* 27 contingant *MV* 28 firmauerunt *IN* 29 aduersus *MV* 31 principem igitur *I* nominandum *MV* 32 libertatem *N*, *corr. N^w^* te *om. I* 33 ipsi se *GN^p^* se *MVI* ipsis *N^w^* se ipsi ex *N^w^ corr.* 34 ne *M* 35 cum *om. M* c̄l *V* enim *om. M* dš *M* tanta *om. M*

mundi regimen, sed maxime ad ecclesiæ præsidium esse collatam, ut ausus nefarios comprimendo et quæ bene sunt statuta, defendas et ueram pacem his quæ sunt turbata, restituas, depellendo scilicet peruasores iuris alieni et antiquæ fidei sedem Alexandrinæ ecclesiæ reformando, ut correctionibus tuis dei iracundia mitigata religiosæ antea ciuitati non retribuat quæ ammissa sunt, sed remittat. constitue ante oculos cordis tui, uenerabilis imperator, omnes qui per totum orbem sunt domini sacerdotes pro ea tibi fide in qua totius mundi est redemptio, supplicare, in qua te specialius ambiunt qui apostolicæ fidei sectatores Alexandrinæ ecclesiæ præsederunt, agentes apud pietatem tuam ne homines hæreticos et merito pro sua peruersitate damnatos uti sua peruasione patiamini, cum siue impietatem erroris aspicias siue opus perpetrati furoris attendas, non solum ad sacerdotii honorem ammitti nequeant, sed ab ipso Christiano nomine mereantur abscidi. nam quod exorata pietatis uestræ uenia dixerim, quodam contagio splendorem uestræ serenitatis obfuscant, cum sacrilegi parricidæ id audeant petere quod nec innocentes liceat obtinere, G͞L. oblatæ sunt pietati uestræ preces, quarum exemplaria uestris litteris subdidistis. sed in his quæ catholicorum sunt, deplorantium subscriptio continetur et quia causa probabilis est, fiducialiter nomina singulorum uel dignitas sui honoris aperitur; in illis autem quas orthodoxo principi hæretica porrigere non formidauit obreptio, sub incerto confusæ uniuersitatis uocabulo ideo certum nomen retrahitur, ne non solum paucitas personarum, sed etiam meritum detegatur. latere enim sibi utile existimat eorum quantitas quorum est qualitas iudicata, nec incongrue cuius loci homines sint, profiteri metuunt qui meruere damnari. in una ergo catholicorum supplicatio continetur, in alia hæreticorum commenta panduntur, hic sacerdotum domini et totius Christiani populi ac monasteriorum defletur euersio, ibi immanium scelerum continuatio demonstratur, ut quod non licuit auderi, liceat dilatari. nonne perspicuum est quibus pietas uestra succurrere et quibus debeat obuiare, ne Alexandrina ecclesia, quæ semper fuit domus orationis, spelunca sit nunc Mt. 21, 13 latronum? manifestum quippe est per crudelissimam insanissimamque sæuitiam omne illic cælestium sacramentorum lumen extinctum, intercepta est sacrificii oblatio, defecit chrismatis sanctificatio et parricidalibus manibus impiorum omnia se subtraxere mysteria. nec ullo modo ambigi potest quid de his decernendum sit qui post nefanda sacrilegia, post sanguinem probatissimi sacerdotis effusum et concremati corporis cinerem in contumeliam aeris cælique dispersum audent sibi ius peruasæ dignitatis expetere et apostolicæ doctrinæ inuiolabilem fidem ad concilia prouocare. magnum ergo uobis est ut diademati uestro de manu domini etiam fidei addatur corona et de hostibus ecclesiæ triumphetis, quia si laudabile uobis est aduersarum gentium arma conterere, quanta

---

GMVI, *N* [= *pw*]

1 ausos GN^{w}, *corr.* N^{w} 2 sunt bene *I* 3 depellendos *GN*, *corr.* N^{w} 4 reformanda *MV* correctionis *M* correptionibus *N* dei *om.* IN^{p}, *corr.* N^{p} 7 qui] quia *N*, *corr.* N^{w} 8 agente *M* 8/9 tuam pietatem *I* 9 persuasione *GI* 10 patimini *N*, *corr.* N^{w} errorum *I* expendas *MV* 12 exortata *MV* uestræ] ueritate *MV* ueniam *GN*, *corr.* N^{w} 14 gloriosissime *N* pietatis *N*, *corr.* N^{w} exemplar *MV* exempla *I* 15 deplorantium sum *MV* 16 est causa probabilis *G* causa est probabilis *MV* omnia *N*, *corr.* N^{w} 17 hæretica *om.* *M* 18 incerta *G* increto *MV* unitatis *I* 19 paucietas *N* 20 estimat *MVI* 21 metuere *N* uno *MV* 22 non tenetur *MV* 23 populi x͞piani *MV* ac] de *MV* 24 audere *MV* audiri *IN* 26 nec *MV* alexandrinæ ecclesiæ *N*, *corr.* N^{w} qui *M* nunc sit *N* 27 crudelissimum *MV* l inmanissimam N^{w} *in mg.* uesaniam *N* 30 dicere mendum N^{w}, *corr.* N^{w} *in mg.* dicendum N^{p} sit *om.* *MV* 30/31 infandum sacrilegium *MV* 31 sacratissimi *N* concrematis *MV* 32 contumelia *N* sibi ius] sibitus *V* subitus *M* peruersæ *MV* 33 doctrina *V* uero *I* 34 diademate *GV* adiamante *M* 35 triumphatis N^{w} quia si] quasi *M* aduersus *MV* aduersariorum *N* quantæ *MV*

erit gloria ab insanissimo tyranno Alexandrinam ecclesiam, in cuius contritione omnium Christianorum est iniuria, liberare?

Vt autem pietati tuæ litteræ meæ colloquium quasi præsentis exhibeant, quidquid de communi fide fueram suggesturus, scriptis prosequentibus insinuandum esse perspexi ac
ep. 104. 105 ne huius epistulæ pagina in nimiam longitudinem tenderetur, aliis litteris quæ assertioni catholicæ fidei congruunt, conprehendi, ut licet ea quæ a sede apostolica sunt prædicata, sufficerent, insidias tamen hæreticorum etiam hæc quæ sunt adiecta, reserarent. sacerdotalem namque et apostolicum pietatis tuæ animum etiam hoc malum ad iustitiam ultionis debeat accendere, quod Constantinopolitanæ ecclesiæ puritatem pestilenter obscurat, in qua inueniuntur quidam clerici hæreticorum sensui consonantes et intra ipsa catholicorum uiscera assertionibus suis hæreticos adiuuantes. in quibus deturbandis si frater meus Anatolius, cum nimis benigne parcit, segnior inuenitur, dignamini pro fide uestra etiam istam ecclesiæ præstare medicinam, ut tales non solum ab ordine clericatus, sed etiam ab urbis habitatione pellantur, ne ulterius sanctus dei populus peruersorum hominum contagio polluatur. cultores autem pietatis tuæ Iulianum episcopum et Aetium presbyterum mea petitione commendo ut suggestiones eorum pro catholicæ defensione fidei placide digneris audire, quia uere sunt eiusmodi ut fidei uestræ possint per omnia utiles inueniri.

d. 1. m. Dec. a. 457 DAT KL DECEM CONSTANTINO ET RVFO CONSS

98 [*inscr.* AD EPOS AEGYPTIORVM]. *Leo ep. 158 JK 533*

Leo Aegyptiis episcopis catholicis apud Constantinopolim constitutis. Olim me commissorum apud Alexandriam scelerum indicia contristauerunt et ita animum meum ipsius immanitate facinoris uulnerauerunt, ut quibus hoc lacrimis, qua lamen-
Ier. 9, 1 tatione defleatur, ignorem meritoque illa prophetica uoce proclamem: quis dabit capiti meo aquam et oculis meis fontem lacrimarum? querelas tamen dilectionis uestræ præueniens clementissimo et Christianissimo principi de tantorum malorum reme-
ep. 92 diis supplicaui et per filios nostros Gerontium et Olympium subadiuuas diuerso tempore depoposci ut illius ciuitatis ecclesiam, in qua tot catholici floruere doctores, præciperet damnata hærese purgari et parricidales animos quos a rectoris sui sanguine nec ueneratio loci potuit deterrere nec temporis, nihil de clementia sua sineret optinere, maxime cum in euersionem fidei Calchedonense concilium cupiant retractari. proinde dilectionis uestræ tolerantiam eadem causa debet quæ uos de propriis sedibus expulit, consolari, quia certum est tribulatos animos et propter nomen suum patientes aduersa nequaquam domini protectione destitui. ferte igitur magnanimiter et illam quæ uestra est patriam cogitantes de præsenti peregrinatione gaudete. absit a uobis exilii dolor nec aliquid de hac fatigatione mæroris habeatis, qui scitis propter fidem domini etiam
2 Cor. 11, 18. 30 de periculis plurimis apostolum gloriari. habetis cum præparatis retributionis præmiis istius certaminis cognitorem: nemo fugiat hunc laborem, cuius merces est in æternum

---

GMVIN [= *pw*]

1 gloriæ *MVN* contritionem *MV* 2 iniuriam *N*, *corr.* N^{w} 3 præsentes *MVN* 4 scriptis se N^{w} scripsisse N^{p} inspexi *I* 5 eius *MV* nimia *MV* longitudine *V* adsertionibus N^{p} 6 congruant *MV* congruum *N*, *corr.* N^{w} 7 abiecta *MV* reseruarent *N*, *corr.* N^{w} *in mg.* 9 debet G^{corr} *I* accedere *G* puritate *G* 9 pestilentes N^{w} *corr.* 10 obscurant N^{w} 12 nimis *om. V spat. rel.* parcet *MV* senior *MN*, *corr.* N^{w} signior *V* 14 etiam *om. M* 16 euthicium *I* 17 defensionis fidei *N* fidei defensione *MV* fides *MV* 19 DATA *MIN* nouembr̄ *MVI* rufo ūū c̄c̄ *IN* rufo aug̃ *MV* *G*

29 hærese *scripsi* hereseos *G* 30 siniret *G* 33 tribulantes *G* 38 mercis *G*

regnare uel uiuere; sint in atriis Hierusalem fixi pedes omnium dimicantium, qui spe retributionis illius nec inimicorum castra poterunt formidare nec prœlia. de reliquiis hostis abiecti pariter ab uniuersitate perculsis numquam est ardua uictoria nec palma difficilis, præcipue de his quarum prostratos iam uidetis auctores. assiduis ergo precibus, sicut et ipse non tacuit, fauorem, qui deo propitio promptus est, Christianissimi imperatoris ambite, ut secundum scripta quæ misi, communis fidei causam ea mentis deuotione quam probauimus eum habere, communiat dilectionisque uestræ reditum præiudiciis omnibus quæ hæreticorum furore sunt generata, sublatis pro sua pietate disponat et singulas quasque prouincias omnesque ecclesias cum sacerdotibus suis inconcussa faciat Christi pace gaudere.

Ps. 121, 2 — ep. 97

DAT KL DECEM CONSTANTINO ET RVFO CONSS — d. 1. m. Dec. a. 457

99 [*inscr. om.*]. *Leo ep. 162 JK 539 = E 72*

Leo Leoni augusto [per Filoxenum agentem in rebus]. Multo gaudio mens mea exultat in domino et magna mihi est ratio gratulandi, cum clementiæ uestræ excellentissimam fidem augeri per omnia dono gratiæ cælestis agnosco et per incrementa diligentiæ deuotionem in uobis animi sacerdotalis experior. nam in uestræ pietatis alloquiis non dubie patet quid per uos in totius ecclesiæ salutem spiritus sanctus operetur et quantis uniuersorum fidelium precibus sit optandum ut in omnem gloriam uestrum extendatur imperium, qui supra curam rerum temporalium religiosæ prouidentiæ famulatum diuinis et æternis dispositionibus perseueranter impenditis, ut scilicet catholica fides, quæ humanum genus sola uiuificat, sola sanctificat, in una confessione permaneat et dissensiones quæ de terrenarum opinionum uarietate nascuntur, a soliditate illius petræ, supra quam ciuitas dei ædificatur, abigantur, GL. hæc autem dei munera ita demum nobis diuinitus conferentur, si de his quæ sunt præstita, non inueniamur ingrati et tamquam nulla sint quæ adepti sumus, contraria potius expetamus. nam quæ patefacta sunt, quærere, quæ perfecta sunt, retractare et quæ sunt definita, conuellere quid aliud est quam de adeptis gratiam non referre et ad interdictæ arboris cibum improbos appetitus mortiferæ cupiditatis extendere? unde quia ad pacem uniuersalis ecclesiæ et ad custodiam catholicæ fidei cura dignamini sollicitiore respicere, euidenter agnoscitis quod magnis hæreticorum audetur insidiis, ut inter Eutychis Dioscorique discipulos et eum quem apostolica sedes direxerit, diligentior, tamquam nihil ante fuerit definitum, tractatus habeatur et quod totius mundi catholici sacerdotes a sancta Calchedonensi synodo probant gaudentque firmatum, in iniuriam etiam sacratissimi concilii Nicæni efficiatur infirmum. quod enim nostris temporibus apud

Gen. 2,17

19—23 supra — abigantur *adfert Pelagius in ep. III ad ep. Histr. 24* [*t. IIII 2 p. 114, 28*] 23—28 *adfert Vigilius Coll. Auell.* 83, 290 26—28 *adfert Pelagius l. c. p. 114, 21* 28—29 quia — respicere *adfert Pelagius l. c. p. 114, 39*

GE, *Q* [= *e* (*usque ad* 24 conferentur), *twx*], *I*

inscr. ēpla leonis pape ad leonem augustum *I* 13 leo eps *EQI* per — rebus *Q om. GEI* 14 et *om. G* gratulandi *G* gloriandi *EQI* 15 donis *EQI* agnoscam *I* 16 experiar *I* 17 patet et *E* salute *Q* 18 quantum *I* 21 humanum genus] humanus *G* 23 OL *GE om. QI* 24 conferuntur *Vigilius* 25 expectamus Q^1*I* expectemus *Vigilius* 26 definita sunt *E* 27 est *om. E* gratias *G* ad *om. E* 28 cibos *G* appetitos *GEQ, corr.* Q^x pacis *G* 30 eutyches *EQ, corr.* Q^x 31 sedis *GEQ, corr.* Q^x direxit *E* 32 a *om.* Q^w*I* 33 iniuria *GE*

Calchedonam de domini Iesu Christi incarnatione firmatum est, hoc etiam apud Nicæam mysticus ille patrum numerus definiuit, ne catholicorum confessio aut unigenitum dei filium in aliquo crederet patri imparem aut eundem, cum factus est filius hominis, non ueram carnis nostræ atque animæ habuisse naturam. detestandum ergo nobis est perseueranterque uitandum quod fraus hæretica nititur optinere, nec in aliquam disceptationem pie et plene definita reuocanda sunt, ne ad arbitrium damnatorum ipsi de his uideamur ambigere quæ manifestum est per omnia propheticis et euangelicis atque apostolicis auctoritatibus consonare. unde si qui sunt qui ab his quæ cælitus sunt constituta, dissentiunt, suis opinionibus relinquantur et ab unitate ecclesiæ cum ea quam elegerunt peruersitate discedant. nam nullo modo fieri potest ut qui diuinis audent contradicere sacramentis, aliqua nobis communione socientur. iactent se in sui eloquii uanitate et de argumentationum suarum uersutia, quæ inimica est fidei, Col. 2,8 glorientur: nobis placeat apostolicis obœdire præceptis dicentis uidete ne quis uos decipiat per philosophiam et inanem seductionem hominum. nam Gal. 2, 18 secundum eundem apostolum si quæ destruxi, hæc ædifico, præuaricatorem me constituo et eis me ultionum condicionibus subdo, quas non solum auctoritas ep. 64 beatæ memoriæ principis Marciani, sed etiam ego mea consensione firmaui, quia, sicut sancte ueraciterque dixistis, perfectio incrementum et adiectionem plenitudo non recipit. unde cum sciam te, uenerabilis princeps, sincerissimo lumine ueritatis imbutum in nulla fidei parte nutare, sed sancto perfectoque iudicio a prauis recta discernere et a refutandis amplectenda diuidere, obsecro ne humilitatem meam de diffidentia putes esse culpandam, cum hæc mea cautio non solum uniuersali ecclesiæ consulat, sed etiam tuæ gloriæ famuletur, ne sub imperii tui tempore et hæreticorum aucta uideatur improbitas et catholicorum perturbata securitas.

Quamuis ergo multum de pietatis uestræ per omnia corde confidam et per inhabitantem in uobis spiritum dei satis uos instructos esse perspiciam nec fidei uestræ ullus possit error illudere, præceptioni tamen uestræ in eo annitar obœdire, ut aliquos de fratribus meis dirigam, qui apud uos præsentiæ meæ instar exhibeant et quæ sit apostolicæ fidei regula, licet, ut dixi, uobis bene sit nota, demonstrent, patefacientes in omnibus et probantes non esse omnino inter catholicos computandos qui definitiones uenerabilis synodi Nicænæ uel sancti Calchedonensis concilii regulas non secuntur, cum utrorumque sancta decreta ex euangelico et apostolico manifestum sit fonte prodire et quidquid non est de inrigatione Christi, poculi esse uiperei. prænoscat igitur pietas tua, uenerabilis imperator, hos quos spondeo dirigendos, non ad confligendum cum hostibus fidei nec ad certandum contra ullos a sede apostolica profecturos, quia de rebus et apud Nicæam et apud Calchedonam, sicut deo placuit, definitis nullum audemus inire trac-

---

17. 18 quia — recipit *adfert Pelagius l. c. p.* 112, 10 33—p. 107,1 prænoscat — auctoritas *adferunt Facund. 5, 5 et Vigilius Coll. Auell.* 83, 291 35—p. 107,1 de rebus — auctoritas *adfert Pelagius l. c. p. 112*, 6

GE, *Q* [= *twx*], *I*

1 dñi nři *QI* 5 in *om. E* 5/6 aliqua disceptatione *E* 7 et euangelicis *om. G* 8 atque *GE* et *QI* 10 quem *G* qua *I* 11 nobiscum *G* 12 de *om. E* 13 dicentibus *EQI* 14 educationem *I* 17 marciani principis *E* meam consensionem *E* 18 recepit *G* 19 dum *E* 20 mutare *Q*, *corr. Q*[x] 21 differentia *G* 25 per omnia de [de *om. I*] pietatis uestræ corde [corde *om. I*] *GQI* et] ut *Q* 26 dei satis] deitatis *E* instructum *I* ne *I* 27 annitor *G* 29 demonstrarent *G* 30 diffinitionem *I* 31 nicæni *EQI*, *corr. Q*[x] scæ *GQ*[t] *om. Q*[w] 32 euangelica et apostolica *E* et apostolico *om. G* 33 erat *G* uiperii *E* ūra *E* 35 illos *QI Vig. Fac.*

tatum, tamquam dubia uel infirma sint quæ tanta per sanctum spiritum fixit auctoritas. instructioni autem paruulorum nostrorum, qui post lactis alimoniam cibo desiderant (Hebr. 5, 12. 13) solidiore satiari, ministerii nostri præsidium non negamus, sed sicut simpliciores non spernimus, ita a rebellibus hæreticis abstinemus, memores præcepti dominici dicentis nolite dare sanctum canibus neque miseritis margaritas uestras ante (Mt. 7,6) porcos. nimis quippe indignum nimisque iniustum est eos ad libertatem disceptationis ammit'. quos significat sanctus spiritus per prophetam, dicens: filii alieni (Ps. 17, 46) mentiti sunt mihi. qui etiam si euangelio non resisterent, de illis tamen se esse monstrarent de quibus scriptum est: deum se profitentur scire, factis autem (Tit. 1, 16) negant, clamante adhuc iusti Abel sanguine aduersum impium Cain, qui increpatus (Gen. 4, 6—10) a domino non requieuit ad pænitudinem, sed exarsit ad cædem. cuius uindictam sic domini iudicio uolumus reseruari, ut improbus prædo et parricida crudelis in se ipsum recidat et nostra non teneat. neque sanctæ ecclesiæ Alexandrinæ lamentabilem captiuitatem patiamini ulterius prolongari, cui oportet fidei uestræ iustitiæque præsidio suam restitui libertatem, ut per omnes Ægypti urbes dignitas patrum et ius sacerdotale reparetur.

DAT XII KL APRIL LEONE ET MAIORIANO AVGG CONSS — d. 21. m. Mart. a. 458

100 [*inscr.* AD EPIS ET CLE EGYPT]. *Leo ep. 160 JK 537*

Dilectissimis fratribus Nestorio Athanasio Paulo Petro Theoni Esaiæ Apollonio Arpocrati Isidoro Isaac Apollonio Maximo Marioni Pœmenio et Helpidio episcopis et clericis catholicis ex Ægypto apud Constantinopolim constitutis Leo. Tribulationem quam dilectioni uestræ spiritus diabolicæ temptationis ingessit, ab eo fiducialiter credite subleuandam propter quem talia sustinetis, atque ipsius auxilio consolandos uos esse præsumite cuius dilectioni quæ toleratis, impenditis. qui licet temporaliter fieri quæ sunt aduersa permittat, constantiam tamen fidei non uult decuti, sed probari. promissæ beatitudinis spem gerentes patientiæ longanimitatem uestris mentibus adhibete; fidelis enim deus est, qui non patietur uos temptari super id quod (1 Cor. 10, 13) potestis, sed faciet cum temptatione exitum, ut possitis sustinere. nec pedes uestros peccatorum pax uisa dimoueat, quos in ea petra fixos habere debetis (Ps. 72, 2. 3) aduersum quam nec portas inferi præualere legistis. quia igitur, fratres carissimi, (Mt. 16, 18) Christianissimus imperator rursus ad nos scripta direxit, quibus ut aliquem de nostris partibus dirigamus, hortatur et tamquam illic uestra desit instructio quæ ualeat hæreticorum obstinationibus obuiare, desiderat a nobis tamen dirigi qui fidem damnatis et eam diabolico spiritu non recipientibus, tamquam sit adhuc dubia, possit asserere, quæ sicut necessarie prædicatur, ita uoluntate percipitur, dilectionem uestram moneo ut inanis gloriæ contentionem id ipsum dicentes omnes unianimitatis uirtute uitetis. (1 Cor. 1, 10) scitis enim quæ uobis debeatur huius palma certaminis cuius idem cognitor qui hoc spectat, adiutor est atque ipse ad uincendum uires sufficit qui diligentibus se præmium (1 Cor. 2, 9) iam parauit. nullus se propriis sedibus queratur extorrem aut patriis expulsum

---

G, *E* [*usque ad* 13 Alexandrinæ *propter ultimi folii defectum*], *Q* [= *twx*], *I*

1 spm scm *I* finxit *E* 2 instructionem *G* 3 solido *E* sed *E* et *GQI* 4 dnici præcepti *I* dm *G* 7 sps scs *EI* propheta *E* 8 esse se *E* 10 ad hoc *G* aduersus *EI* 11 non requieuit] nro quieuit *G* penitentiam *G* uindicta *E* 13 ura *I* 17 data $Q^{wx}I$ xi *G* leone et *G* glp *Q* calippio *I* aug cons *QI* *in fine add.* CONTVLI *Q*

G

26 adhibere *G* 38 expectat *G*

finibus ingemescat: nemo uestrum exul est deo, quem auxiliaturum uobis ubique confidite. ferte uniuersa patienter et confortato corde dominum fideliter sustinete: breuis est tribulatio quam tempus incidit, nec confessioni uestræ noua uideantur quæ Mt. 5, 12 uos ab inimicis domini tolerare cognoscimus; *sic enim persecuti sunt et prophetas qui erant ante uos.* omni itaque dilectioni uestræ studio ac labore nitendum est ne ulla insidiantium disceptatio possit ammitti neue hoc ab hæreticis ualeat optineri quo euangelicam fidem manifestum est impugnari. nam definitarum rerum quas tantæ synodi uel Christianissimi principis sanxit auctoritas et apostolicæ ep. 64 sedis confirmauit assensus, nihil oportet discuti, ne contra fas aliquid uideatur infringi, multumque fidei et sacerdotali constantiæ derogatur, si cum his qui homicidiis et furore repleti sunt ac uolunt conuertere euangelium Christi et facinore suo deo probantur exosi, superfluæ et plurimum nocituræ altercationis conflictus habeatur.

d. 21. m. Mart. a. 458 DAT XII KL APRIL LEONE ET MAIORIANO AVGG CONSS

101 [*in mg.* AD CLERVM CONSTANTINOPOLITANVM]. *Leo ep. 161 JK 538*

Leo presbyteris diaconibus et clericis Constantinopolitanæ ecclesiæ. Lætificatus ualde sum et plurimum delectatus quod mihi fidei uestræ est, de qua in domino glorior, manifestata constantia et intellego uos per omnia deuotissimos doctrinæ euangelicæ esse discipulos atque apostolicis prædicationibus, quæ ex eodem fonte manarunt, nihil prorsus sentire diuersum, quia catholica fides, quæ uera et una est, nulla se patitur diuersitate uiolari. et ideo cohortari dilectionem uestram ac monere non desino 1 Cor. 1,10 ut instruente spiritu sancto perseueranter *id ipsum dicatis omnes et non sint inter uos schismata, sitis autem perfecti in eodem sensu et in eadem sententia* proculque a consortio uestro olim damnatorum depellatis errores, ut in coartatissima fidei constantia permanentes nullum sinatis uobis Nestoriana uel Eutychiana infectum peruersitate sociari, tamquam leue ac tolerabile sit ad quod uterque quorundam insipientium corda traduxit et in scelera diabolici furoris accendit. habemus propitio deo magnum et diuinitus præparatum Christianissimi imperatoris auxilium, quem ep. 99 scriptis meis quantum causa expetit, obsecraui ne improbis parricidarum petitionibus in aliquo clementiæ suæ præberet assensum neque ullo modo sineret sanctæ Calchedonensis synodi definitiones, quæ uere de cælestibus prodiere decretis, tamquam necessaria retractatione uiolari, cum insidias impiorum ad hoc subripere uelle manifestum sit, ut statuta euangelicis prædicationibus et patrum traditionibus consonantia nouo faciant infirma iudicio et dum disceptatio ammittitur, auctoritas auferatur. aderit, ut spero, suis inspirationibus diuina protectio eamque sancto principi tribuet facultatem ut nullo modo fieri sinat quod humanæ saluti sentit aduersum.

Atticum uero et Andream, quorum nomina fratri et coepiscopo meo Anatolio ep. 102 missis ante litteris indicaui, quos a uestra laudabili fide dissentire cognoui atque Eutychianorum apertissime coniuere perfidiæ, nisi prius hostilia dogmata propria uoce ac suscriptione damnauerint et fidem Calchedonensi concilio roboratam in ecclesia populo

---

5—12 omni — habeatur *adfert Facund.* 12, 2   26—33 habemus — auferatur *adfert Facundus* 12, 2

G

11 deo *Facundus om. G*   20 ideo] ide *G*   23 a] ac *G*   24 coartatissima *scripsi* coastatis in *G*   28 expetit *Facundus* extitit *G*   29 siniret *G*   30 prodire *G*

Christiano præsente se professi fuerint secuturos, ordinis sui honore **priuentur, ne diutius** luporum feritas simplicitati dominicarum ouium misceatur.

DAT XII KL APRIL LEONE ET MAIORIANO AVGG CONSS — d. 21. m. Mart. a. 458

102 [*inscr.* AD ANATHOLIVM EPM]. *Leo ep. 157 JK 534*

Leo Anatolio episcopo Constantinopolitano. Rursus acceptis dilectionis tuæ litteris omnia quæ Alexandriæ insanissime gesta sunt, cum magno dolore cognoui, si tamen ullæ epistularum paginæ tam atrocia facinora explicare potuerunt. sed non iam nobis in deflendis aduersitatibus est morandum, cum utilius sit prouidere quæ prosint et quæ hæreticorum furorem tandem aliquando ab ecclesiæ quiete depellant. cum enim talem principem nobis diuina ⟨prouidentia⟩ prospexerit ut fides ipsius sollicitudinem pæne superet sacerdotum, tuæ dilectionis maxime expectatur instantia, ut uenerandissimo imperatori pro uniuersali ecclesia supplicare non desinas et crebris suggestionibus poscere ut quam primum a peruasoribus suis Alexandrina ecclesia liberetur. ego sane quantum potui, piissimum principem precatus sum, ut et statuta (ep. 97) sanctæ synodi Calchedonensis manere inuiolata præciperet et hæreticorum assertiones in magna uergere ignorantiæ cæcitate cognosceret et quæ de peruadendo sacerdotio parricidæ sacrilegi commiserunt, nulla posse dissimulatione tolerari nec alio modo totam causam posse consumi, nisi prædictæ synodi constitutiones perennitatis robur accipiant et insanissimi peruasores ab aliena sede pellantur fiatque tandem Alexandrinus populus suæ quietis et pacis, ne paucorum hæreticorum arbitrio in ecclesiæ noxam et in dei præcipitentur offensam.

Multum autem in eo consolationis accepi quod ex omni numero episcoporum qui Ægyptiacis diœcesibus præsunt, solum dudum damnati potuerunt quattuor inueniri qui Timotheo et impietate hæreseos ⟨et⟩ sceleris latrocinio iungerentur. qui ad petendam synodum ammitti nullatenus possent, etiam si de solo hæretico arguerentur errore; cum autem et in occupando episcopatum et interficiendo episcopum inauditum facinus perpetrarint, quid illis in ecclesia loci est, etiam si catholicam suscipiant ueritatem? omnibus igitur intra Ægyptum sacerdotibus domini siue recentioribus siue ex antiqua constitutione residentibus uno auxilio remedioque præstandum est ut tam indignis persecutionibus liberentur et hoc malum, quod se penetralibus tantæ urbis ingessit, salubri auctoritate pellatur et Christiana plebs fidei atque operibus ante deuota paternis constitutionibus ualeat cum quiete seruire.

Fratres autem nostros qui Constantinopolim ab Ægypti parte uenerunt, litteris meis imperatori commendare non destiti, sed etiam te tuæ humanitatis ammoneo ut (ep. 97) ad consolationem peregrinationis ipsorum quantum potes studii adhibere digneris. quorum præsentia multum dilectionem tuam iuuare apud clementissimum principem potest ne petitioni hæreticorum ad nouam synodum, quæ uniuersali ecclesiæ inimica est, annuatur, quamuis apostolica sedes ea fide ac stabilitate fundata sit, ut nequaquam recipiat istius nouitatis assensum, ac si quis aduersariorum machinationibus coniuendum esse crediderit, ipse se a communione catholicæ ecclesiæ separabit, cum secundum inspirationem dei et in fide incarnationis domini et in custodia Calchedonensis synodi uniuersalis ecclesiæ sit una sententia et præcipue in nostris partibus tam firmiter euan-

G
10 prouidentia *add. Quesnel* 18 synodo *G* 21 offensa *G* 22 qui] quia *G* 24 impietate *Quesnel* impietatis *G* et *add. Quesnel* 25 possint *G* argueretur *G* 26 episcopatu *G* 30 penetrabilibus *G* 31 fide *G* 38 sedis *G* 39 cohibendum *G* 41 inspiratione *G*

gelica doctrina teneatur, ut magnum sacrilegium putetur, si a traditione apostolica uel in exiguo aliquo deuietur.

ep. 95 Iam pridem dilectioni tuæ scripsisse me recolo ut in clero ecclesiæ tuæ nullum Eutychianæ hæresi consentire patiaris, quoniam capitis periculum respicit, si quid saucium inueniatur in membris. sed cum hoc nulla adhuc correctione purgatum sit et Atticum presbyterum tuum ad eam insolentiam profecisse cognoscam ut in ecclesia contra catholicam fidem et Calchedonensem synodum audeat disputare, cogor uehementius de tua dissimulatione causari. nam quod incommonitus facere debuisti, miror etiam post euidentia nostra scripta neglectum et ideo acrius moneo neque amplius dissimulandum esse protestor, si hominem pestilentem ulterius in tua habendum communione credideris. quem nos, si fieri potest, emendare malumus quam perire, ut scilicet si correctum se uideri cupit et in societate ecclesiastica permanere, de eo loco unde contra catholicam fidem multa disseruit, aperte nunc ipsius fidei prædicator appareat et nihil Eutychiani dogmatis prætermittat quod non manifestatione suæ professionis Christiano populo audiente condemnet, ne, ut dixi, plurimum dissimulatio ista te maculet, si uel hic tam noxius uel Andreas impietati ipsius socius nec correcti fuerint nec repulsi. EXPLICIT

103 [*in mg.* AD LEONEM AVḠ]. *Leo ep. 164 JK 541 = E 69*

Leo Leoni augusto. Multis manifestisque documentis probatum esse mihi gaudens quanto uniuersali ecclesiæ consulatis affectu, præceptis pietatis uestræ, ubi primum licuit, parere non distuli, dirigens Domitianum et Geminianum fratres et coepiscopos meos qui apud uos preces meæ sollicitudinis exequentes pro quiete uobis doctrinæ euangelicæ supplicarent et libertatem fidei, in qua secundum eruditionem spiritus sancti ipse præcipue emines, optinerent, repulsis procul hostibus Christi, qui etiam si uoluissent furorem suum tegere, non laterent, quia alia est domini gregis sancta simplicitas, alia sub uestitu ouium simulatio latentium bestiarum nec possunt iam per hypocrisin inrepere quos tantæ furor manifestauit insaniæ. agnosce igitur, uenerabilis imperator, in quantum totius mundi præsidium diuina sis prouidentia præparatus, et quid auxilii matri tuæ ecclesiæ debeas, quæ te filio maxime gloriatur, intellege: non sinantur contra dexteræ omnipotentis triumphos rediuiuis assurgere motibus extincta certamina, præsertim cum id damnatis iam dudum hæreticorum ausibus omnino non liceat et hic fructus piis laboribus debeatur ut omnis ecclesiæ plenitudo in suæ unitatis soliditate secura permaneat nihilque prorsus de bene compositis retractetur, quia post legitimas et diuinitus inspiratas constitutiones uelle confligere non pacifici est animi, sed rebellis,
1 Tim. 2,14 dicente apostolo: uerbis enim contendere ad nihil est utile nisi ad subuersionem audientium. nam si humanis persuasionibus semper disceptare

---

G

2 aliquod *G* 6 Atticum *Quesnel* antiquum *G* 9 debuistis *G* 12 se uideri *Quesnel* si uideris *G*

27—p. 111,1 resultare *adfert Facundus* 2, 6 29—p. 111,2 non — confidere *adfert Vigilius Coll. Auell. 83, 292* 33 nihilque — retractetur *adfert Facundus 12, 2* 29. 30 non — certamina. 33 nihil — retractetur. 33—p. 111,1 legitimas — resultare *adfert Pelagius in ep. III ad episc. Histriæ. 21. 20 t. IIII 2 p. 114, 17. 19. 13*

GEMV

19 leo epīs *E* item leo ēps *MV* documentum *G* mihi esse *E* 20 gaudens *om. M* 21 donatianum *E* 24 emines optinerent *GE* minime sopor tenere ne *MV* ut repulsis *G* 25 sororem *M* suorum *G* regere *MV* domini [dominici *E*] gregis *GE* gregis domini *MV* 26 ypocrisim *E* 27 tantæ *om. E* 29 quæ te] quiete *V* sinantur *GEFac.* sinatur *MV* sinas *Vigil. Pelag.* 30 omnipotentis dei *Pelag.* exsurgere *Vig. Pel.* 31 cum id] cui *M* his *M* 35 enim *om. Pelag.* 35/36 subuersione *E*

sit liberum, numquam deesse poterunt qui ueritati audeant resultare et de mundanæ sapientiæ loquacitate confidere, cum hanc nocentissimam uanitatem quantum debeat fides et sapientia Christiana uitare, ex ipsa domini Iesu Christi institutione cognoscat, qui omnes nationes ad inluminationem fidei uocaturus non de philosophis aut de oratoribus qui prædicando euangelio famularentur, elegit, sed de humilibus et piscatoribus per quos sancta manifestaret, adsumpsit, ne doctrina cælestis, quæ erat plena uirtutum, auxilio uideretur indigere uerborum. unde apostolus protestatur et dicit: non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare, non in sapientia uerbi, ne euacuetur crux Christi. uerbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est, his autem qui salui fient, uirtus dei est. scriptum est enim: perdam sapientiam sapientium et prudentiam prudentium reprobabo. ubi sapiens? ubi scriba? ubi inquisitor huius sæculi? nonne stultam fecit deus sapientiam huius mundi? argumenta enim rhetorica et institutæ ab hominibus uersutiæ disputandi in eo præcipue gloriantur si in rebus incertis et opinionum uarietate confusis ad hoc audientium trahant sensum quod asserendum ingenio atque eloquio suo quisque delegerit, et ita fieri ut quod maiore facundia defenditur, uerius æstimetur. sed Christi euangelium hac arte non indiget, in quo doctrina ueritatis sua luce manifestata est, nec quæritur quid auribus placeat, ubi ueræ fidei sufficit scire quis doceat. hos autem qui suis decipiuntur inuentis, nihil magis ab euangelica luce dissociat quam quod incarnationis dominicæ ueritatem non putant ad humanam, id est nostram pertinere naturam tamquam indignum fuerit gloriæ dei ut maiestas uerbi inpassibilis ueritatem mortalis carnis assumpserit, cum aliter salus hominum reparari non posset, nisi qui est in forma dei, formam suscipere dignaretur et serui. unde cum sancta synodus Calchedonensis, quæ ab uniuersis Romani orbis prouinciis cum totius mundi est celebrata consensu et a sacratissimi concilii Nicæni est indiuisa decretis, omnem Eutychiani dogmatis impietatem a corpore catholicæ communionis absciderit, quomodo erit cuiquam lapsorum ad ecclesiasticam pacem recursus, nisi perfecta fuerit satisfactione purgatus? nam quæ istis tribui potest licentia disserendi, qui iusto sanctoque iudicio meruere damnari, ut uerissime illam sententiam beati apostoli Iohannis exciperent, qua inter ipsa ecclesiæ nascentis exordia inimicos crucis Christi perculit dicens: omnis spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne uenisse, ex deo est et omnis spiritus qui soluit Iesum, ex deo non est, sed hic est antichristi. qua sancti spiritus præcurrente doctrina pie nobis et constanter utendum est, ne dum talium disceptatio ammittitur, his quæ diuinitus definita sunt, auctoritas derogetur, $\overline{\text{GL}}$, cum per omnes regni uestri partes et in uniuersis

1 Cor. 1,17—20

1 Ioh. 4, 2. 3

33—35 pie — derogetur *adferunt Vigilius in Coll. Auell. 83, 293 et Pelagius l. c. p. 117, 4*

GEMV

2 quantam *M* habeat *E* 4 de² *om. MV* 5 et] et de *MV* 6 $\overline{\text{sca}}$ *GMV* se *E* est *MV* uirtutum *E* uirtutibus *GMV* 7 auxilium *G* 10 fiunt *E* 12 conquisitor *MV* 13 stultitiam *M* rhetorica et] retoricæ *G* 15 confisis *G* asserendo *G* 16 diligerit *MV* fit *E* 18 manifesta *E* quæritur *E* sequitur *GMV* 19 quis *E* quos *MV* quod *G* 20 luce *E* uoce *G* uoce luce *MV* 23 possit *MV* 24 romane urbis [cibis *MV*] *EMV* 27 ad] et *M* reuersus *MV* 28 differendi *V* 29 iustos *MV* 29/30 iohannis apostoli *EM* 33 sed] et *E* antix$\overline{\text{ps}}$ *M* quia *MV* 34 neccessarium autendum *MV* disputatio *E Vig. Pelag.* admittetur *E* 35 auctoritati *Pelag.* auctoritatis *E* dum *GMV* $\overline{\text{uri}}$ regni *G*

finibus terræ ea quæ apud Calchedonam confirmata est fides, fundatissima pace seruetur nec Christiano sit dignus nomine qui se a consortio nostræ unitatis abrumpit. de
Tit. 3, 10. 11 quo apostolus dicit: *hæreticum hominem post unam et secundam correptionem deuita, sciens quia huiusmodi peruersus et proprio iudicio sit damnatus.* quod ergo in sanctæ Alexandrinæ ecclesiæ peruasione et in præsulis ipsius crudelissima cæde impius parricida commisit, non potest humanis remissionibus expiari, nisi ille exoretur qui talia et solus potest digne plectere et solus ineffabili misericordia relaxare; nos uero non ultionum sumus cupidi, sed ministris diaboli non possumus ulla ex parte sociari. quos si a peruersis discedere, ab errore resipiscere et ab armis discordiæ ad pænitentiæ cognoscamus lamenta conuerti, possumus etiam nos pro illis, ne in æternum pereant, supplicare, ut pietatis domini utamur exemplo, qui pro perse-
Lc. 23, 34 cutoribus suis ligno crucis adfixus orabat dicens: *pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.* quod ut fructuose pro inimicis suis caritas faciat Christiana, relinquant impii semper religiosam semperque deuotam ecclesiam dei neque simplicis populi animos hæretica audeant conturbare fallacia, ut ubi omnibus retro temporibus sincerissima fides floruit, nunc quoque euangelica et apostolica possit uigere doctrina, quia et nos diuinam misericordiam, in quantum ualemus, imitantes nullum iustitia plecti, sed omnes cupimus misericordia liberari.

Vtatur, obsecro, clementia tua prædictorum fratrum meorum suggestionibus,
ep. 99 quos sicut iam dudum in præmissa epistula sum locutus, non disceptaturos cum damnatis, sed supplicaturos uobis pro catholicæ tantum fidei stabilitate direxi. et præcipue illud pietas uestra pro fide sua et diuinæ maiestatis contemplatione concedat ut hæreticorum contentionibus prorsus amotis misericordem curam his qui infeliciter prolapsi sunt, dignetur impendere et libertate Alexandrinæ ecclesiæ in statum pristinum reuocata antistes illic Calchedonensis synodi statuta custodiens et concordans euangelicis disciplinis, qui conturbatam plebem pacificare ualeat, ordinetur, ii etiam episcopi uel clerici quos de ecclesiis suis depulit impius parricida, pietatis tuæ præceptione reuocentur, ceteris quoque quos similis malignitas habitationibus propriis fecit extorres, in statum pristinum restitutis, quatenus plene atque perfecte de gratia dei et fidei uestræ merito sine ullo iam concertationum strepitu gaudeamus. nam si quis ita Christianæ spei ac propriæ salutis oblitus est, ut ad conuulsionem sacratissimi concilii Nicæni sanctæ Calchedonensis synodi euangelicum apostolicumque decretum uiolare aliqua disputatione præsumat, hunc cum omnibus hæreticis, qui de incarnatione domini nostri Iesu Christi impia et detestanda senserunt, simili anathemate parique execratione damnamus, ut et legitima satisfactione correctis pænitentiæ remedium non negetur et in resultantes sententia synodalis, quæ ueritatis est plena, permaneat.

d. 17. m. Aug. a. 458 DAT XVI KL SEPTEM LEONE ET MAIORIANO AVGG CONSS

GEMV

2 xpianus *G* 3 et secundam *om. MV* 3/4 correctionem *M* 4 et] est et *G* 5 damnato *M* peruasionem *MV* persuasionem *E* 6 crudelissimam [crudelissimum *MV*] cædem *EMV* non *om. M* 9 sanciri *M* quod *E* persuasis *E* 12 tuis *M* crucis adfixos *G* crucis fixus *E* crucifixus *MV* 14 impii et *MV* dl lacessire *E* simplices *E* 19 clementiam tuam *EMV* fratrum *om. M* 20 disputaturos *E* disceptaturus disputaturos *MV* cum condemnatis *E* 21 catholica *MV* 23 infideliter *MV* 26 placare *E* hii *GMV* hic *E* 27 pepulit *E* uræ *E* reuocetur *MV* 28 ceteros *MV* quoque] uero *M* quod *G* extorrens *E* 29 et de fidei *V* 30 tam *E* 31 conclusionem *MV* conpulsionem *E* sceque *MV* 34 ut *om. E* 37 data *MV* xvi *om. EMV* leone et *om. MV* maiuriano *GMV* aug cons *MV*

104 [*inscr.* AD LEONEM AVG̅]. *Leo ep. 165 JK 542 = E 70. 71. Graecam uersionem edidi in Abhdlg. d. Bayer. Ges. d. Wiss. XXXII 6 p. 56—62*

Leo Leoni augusto. Promisisse me memini, uenerabilis imperator, in causa fidei, ep. 97 de qua clementiam tuam noui pie esse sollicitam, pleniorem humilitatis meæ dirigendum esse sermonem, quem nunc auxiliante domino fideli occasione persoluo, ut sancto pietatis tuæ studio utilis, quantum arbitror, deesse non possit instructio. quamuis enim sciam clementiam tuam humanis institutionibus non egere et sincerissimam de abundantia spiritus sancti hausisse doctrinam, officii tamen mei est et patefacere quod intellegis, et prædicare quod credis, ut ignis ille quem dominus ueniens misit in terram, motu Lc. 12, 49 crebræ meditationis agitatus sic concalescat, ut ferueat, et sic inflammetur, ut luceat.

Magnas enim caligines Eutychiana hæresis Orientis partibus inferre molita est et ab illa luce quæ, sicut euangelium loquitur, l u c e t i n t e n e b r i s e t t e n e b r æ e a m n o n Ioh. 1, 5 c o n p r e h e n d e r u n t, imperitorum oculos temptauit auertere cumque ipsa in suam recciderit cæcitatem, in discipulis recrudescit quod in auctore defecit. non longo namque temporis interuallo catholica fides, quæ est singularis et uera cuique nihil addi, nihil minui potest, a duobus est hostibus adpetita, quorum prior Nestorius, Eutyches secundus emersit, qui ecclesiæ dei duas hæreses sibimet contrarias inferre uoluerunt, ut uterque a prædicatoribus ueritatis merito damnarentur, quia insanum nimis et sacrilegum fuit quod uaria falsitate ambo senserunt. anathematizetur ergo Nestorius, qui beatam uirginem Mariam non dei, sed hominis tantummodo credidit genetricem, ut aliam personam carnis, aliam faceret deitatis nec unum Christum in uerbo dei et carne sentiret, sed separatim atque seiunctim alterum filium dei, alterum hominis prædicaret, cum manente illa incommutabilis uerbi essentia, quæ ei cum patre et cum spiritu sancto intemporalis atque coæterna est, ita intra uirginea uiscera uerbum caro sit factum, ut per ineffabile sacramentum uno conceptu unoque partu secundum ueritatem utriusque naturæ eadem uirgo et ancilla domini esset et mater, quod etiam Elisabeth, sicut Lucas euangelista declarat, intellexit et dixit: u n d e h o c m i h i u t u e n i a t Lc. 1, 43 a d m e m a t e r d o m i n i m e i? Eutyches quoque eodem percellatur anathemate,

---

14 catholica fides] *hinc inde plus minus repetitur epistula ad Palæstinos* [*infra Q* 81]

GE, *Q* [= *aetwx*], *P* [= *acp*], P^l, *S* [= *defmt*], *L* [= *αβγ*], *H* [= *deg*]

inscr. INC̅P EPISTVLA PAPAE LEONIS AD LEONEM IMPERATOREM CONTRA EVTYCHEN *P* ITEM PAPAE LEONIS AD AVGVSTVM LEONEM P^l EIVSDEM LEONIS AD LEONEM AVGVSTVM i De blasfemiis nestorii et euticetis eorumque digno anathemate II Quod in una dn̄i n̄ri ihū xp̄i persona gemina sit deitatis et humanitatis asserenda natura III De capitulis fidei ex sc̄orum patrum libris collectis *S* INCIPIT EPISTOLA PAPAE LEONIS AD LEONEM AVGVSTVM *L* item alia epistola leonis papæ ad leonem augustum *H* LEONIS PAPE DE VNA D̅N̅I̅ N̅R̅I̅ I̅H̅V̅ X̅P̅I̅ PERSONA CVM SVBIECTIS TESTIMONIIS PATRVM Q^a *om. EQ* 2 Leo—augusto *om.* PP^l leo episcopus *EQSLH* 3 pie *om.* PP^l prolixiorem *G* utilitatis Q^{aetw} uilitatis Q^a *corr.* 4 fidei P^l sc̄æ *H* 5 sciat *H*, *corr.* H^g 6 et] sed *G* abundantiam EP^cL, *corr.* L^γ 7 auxisse *SL* haurisse *G* mei tamen *S* 8 quod] quæ *LH* terra $GL^\alpha H$ 9 incalescat *LH*, *corr.* L^γ 10 eutychianas *H* patribus *H* 11 in euangelio *LH* 12 cum *H* 13 falsitatem P^l in[1] $EQPP^l\Gamma$ nunc in *G*, Q^x *corr.*, *SLH* deficit *H* longa *H* 14 numquam $L^\alpha H$ catholice *LH corr.* L^γ cui *S*, L^γ *corr.* 15 nihilque GSL^γ *corr.* nihilue Q^a *corr.* est *om.* H^{de} id H^g et eutyches P^l 16 emerserit $GL^{\alpha\gamma}H$ ecclesiam *H* duas *om. H* contrarias sibimet *Q* sibimet ipsis contrarias $L^\alpha H$ 17 damnaretur Q^x *corr.*, PP^lH 19 credit P^lS^t 20 faceret aliam *E* ne P^l Christum] sp̄m *H* in *om. Q* dn̄i $L^\alpha H$ 21 carnem *H* seiunctum GS^t filium hominis Q^xH 22 prædicare *H* commanente *H* commanentem P^c essentia] substantia *P* ei] et *E* 23 incorporalis *P* intra] in tua *H* uirginis tantum *H* 24 per $EGQPP^l\Gamma$ per id quod *SLH* unum conceptu [conceptum H^{eg}] *H* 26 declarans *Q*, *corr.* Q^x 27 mater dn̄i mei ad me *SLH* eadem *L*, *corr.* L^γ precellatur S^e procellatur *H*

qui per impios ueterum hæreticorum uolutatus errores tertium Apollinaris dogma delegit, ut negata humanæ carnis atque animæ ueritate totum dominum nostrum Iesum Christum unius assereret esse naturæ, tamquam uerbi deitas ipsa se in carnem animamque conuerterit et concipi ac nasci, nutriri et crescere, crucifigi ac mori, sepeliri ac resurgere et ascendere in cælum et in patris dextera, unde ad iudicandos uiuos et mortuos ueniet, consedere diuinæ tantum essentiæ fuerit. quæ nihil horum in se sine carnis recipit ueritate, quoniam natura unigeniti natura est patris, natura est spiritus sancti simulque inpassibilis, simul est incommutabilis sempiternæ trinitatis indiuisa unitas et consubstantialis æqualitas. unde si ab Apollinaris peruersitate Eutychianus quisque desciscit, ne conuincatur deitatem passibilem sentire atque mortalem, et tamen uerbi incarnati, id est uerbi et carnis unam audet pronuntiare naturam, manifeste in Valentini
1 Tim. 2,5 et Manichæi transit insaniam et mediatorem dei et hominum hominem Christum Iesum simulatorie omnia credit egisse nec humanum in ipso corpus, sed phantasticam corporis speciem oculis apparuisse cernentium. quæ impietatis mendacia quoniam olim fides catholica detestatur et talium assertionum sacrilegia concordibus per totum mundum beatorum patrum dudum sunt damnata sententiis, non dubium est eam nos fidem prædicare atque defendere, quam sancta synodus Nicæna firmauit dicens

Credimus in unum deum patrem omnipotentem, uisibilium et inuisibilium factorem; et in unum dominum nostrum Iesum Christum filium dei, natum de patre unigenitum, hoc est de substantia patris, deum de deo, lumen de lumine, deum uerum de deo uero, natum, non factum, unius substantiæ cum patre, quod Græci dicunt omousion, per quem omnia facta sunt siue quæ in cælo siue quæ in terra, qui propter nos et nostram salutem descendit [et] incarnatus est et homo factus, passus est et resurrexit tertia die, ascendit in cælos, uenturus iudicare uiuos et mortuos; et in spiritum sanctum.

In qua professione hoc euidentissime continetur quod etiam nos de domini incarnatione confitemur et credimus, qui ad salutem humani generis reformandam ueram carnem nostræ fragilitatis non de cælo secum detulit, sed in utero uirginis matris assumpsit. quicumque ergo illi sunt ita obcæcati et a lumine ueritatis alieni, ut uerbo dei a tempore incarnationis humanæ carnis denegent ueritatem, ostendant in quo sibi Christianum nomen usurpent et cum euangelio ueritatis qua ratione concordent, si

---

GE, Q [= *aetwx*], *P* [= *acp*], P^l, *S* [= *defmt*], *L* [= *αβγ*], *H* [= *deg*], T^o [*inde a* 2 atque]
1 uolatus errorem *H* apollenarius *H* dogmate diligit *E* dogmate legit S^{et}, *corr.* S^e, $L^αH$ dogmate elegit S^d $L^γ$, *corr.* $L^γ$ 2 negatam *L*, *corr.* $L^γ$, negatum *H* ueritatem EP^aLH 3 asserit PS^f adseret T^o adsererent $L^α$ asserant *H* naturam T^o 4 et¹ *om.* $L^{αγ}H$, *corr.* $L^γ$ et sepelliri resurgere PT^o 5 cælos *Q* caelo T^o in²] ad $GLHT^o$ dexteram GQP^pST^o dexteram consedisse [consedisset *H*] *LH* uenturus est et T^o 6 cum consedere *LH* quem *H* horum *om. H* recepit EP^cHT^o 7 ueritatem $PSLHT^o$, *corr.* $L^γ$ patris] patris natura est filii *E* 8 simulque P^l inmutabilis P^l 9 æquitas *E* si] se *Q*, *corr.* Q^x 9/10 discessit P^pHT^o 10 conueniatur T^o sentire — mortalem *om. LH* sentire æque mortali *superscr.* $L^γ$ et tam *L*, *corr.* $L^γ$ etiam *H* 10/11 incarnatio *LH*, *corr.* $L^γ$ ualentes T^o 12 ihm̄ xpm̄ S^{deft} LH^g 13 credit omnia $SL^γ$ *corr.* ex se credidit omnia *LH* in ipso] ipsum *H* fantasmaticam T^o $SL^γ$ *corr.* fantasiam *L* fantasia *H* 14 specie *H* aperuisse L^a aperuisset *H* quoniam *om. LH*, *corr.* $L^γ$ 15 alium Q^x P^c T^o, *corr.* Q^x aliorum *SLH* 16 beatorum—dudum *om. H* esse *H* 17 confirmauit Q^x *corr.*, *SLH* 18 omnium uisibilium *QΓ* 19 ihm̄ xpm̄ dnm̄ nrm̄ *LH* Christum *om.* T^o 21 greci GQ^a *corr.*, Q^{twx} PP^l $S^{demt}LHT^o$ grece $EQ^{ae}S^fΓ$ 22 nos et *om.* T^o et propter $P^lSLHΓ$ 23 descendit de cælo *SLH* et¹ $EL^αH$ *om.* $GQPP^lSL^{βγ}T^o$ est *om.* P^l et² *om.* PT^o est *om.* EL^a tertio EP^l 23 et ascendit *LH* cælum *L*, *corr.* $L^γ$ inde [unde $L^β$] uenturus est *LH* spū sc̄o QP^cL, *corr.* $L^γ$ 25 quos T^o etiam et P^l 26 quia GLH^g, *corr. G* reformandum $P^pL^{αγ}H$, *corr.* $L^γ$ 27 fragilitatis nr̄æ *E* secundum *E* 28 ita sunt *G* in uerbo *G* 29 a *om.* QT^o in P^p carni *H* 30 xp̄iani *E* nomen *om. E* usurpant *H* concordant T^o

beatæ uirginis partu aut caro sine deitate aut deitas est orta sine carne. sicut enim negari non potest euangelista dicente quod uerbum caro factum est et habitauit [Ioh. 1, 14] in nobis, ita negari non potest beato Paulo apostolo prædicante quod deus erat in [2 Cor. 5, 19] Christo mundum reconcilians sibi. quæ autem reconciliatio esse posset qua humano generi propitiaretur deus, nisi omnium causam mediator dei hominumque susciperet? qua uero ratione ueritatem mediatoris impleret, nisi qui in forma dei [Phil. 2, 6. 7] æqualis est patri, in forma serui particeps esset et nostri, ut mortis uinculum unius præuaricatione contractum unius morte, qui solus morti nihil debuit, solueretur? effusio enim pro iniustis sanguinis Christi tam fuit diues ad pretium, ut si uniuersitas captiuorum in redemptorem suum crederet, nullum diaboli uincla retinerent, quoniam, sicut apostolus ait, ubi abundauit peccatum, superabundauit gratia et cum sub peccati præ- [Rom. 5, 20] iudicio nati potestatem acceperint ad iustitiam renascendi, ualidius factum est donum libertatis quam debitum seruitutis. quam itaque sibi in huius sacramenti præsidio spem relinquunt qui in saluatore nostro negant humani corporis ueritatem? dicant quo sacrificio reconciliati, dicant quo sanguine sint redempti. quis est, ut apostolus ait, qui tradidit semet ipsum pro nobis oblationem et hostiam deo in [Eph. 5, 2] odorem suauitatis? aut quod umquam sacrificium sacratius fuit quam quod uerus et æternus pontifex altari crucis per immolationem suæ carnis inposuit? quamuis enim multorum sanctorum in conspectu domini pretiosa mors fuerit, nullius tamen insontis [Ps. 115, 15] occisio redemptio fuit mundi. acceperunt iusti, non dederunt coronas, et de fortitudine fidelium exempla nata sunt patientiæ, non dona iustitiæ. singulares quippe in singulis mortes fuerunt nec alterius quisquam debitum suo fine persoluit, cum inter filios hominum unus solus dominus noster Iesus Christus, qui uere erat agnus inmaculatus, extiterit in quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes sepulti, omnes sint etiam suscitati, de quibus ipse dicebat: cum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me. fides [Ioh. 12, 32] etenim uera iustificans impios et creans iustos ad humanitatis suæ tracta participem in illo adquirit salutem, in quo solo homo se inuenit innocentem, liberum habens per gratiam dei de eius potentia gloriari, qui contra hostem humani generis in carnis nostræ humilitate congressus his uictoriam suam tribuit, in quorum corpore triumphauit.

Licet ergo in uno domino Iesu Christo uero dei atque hominis filio uerbi et carnis una persona sit, quæ inseparabiliter atque indiuise communes habeat actiones, intellegendæ tamen sunt ipsorum operum qualitates et sinceræ fidei contemplatione cernendum est ad quæ prouehatur humilitas carnis et ad quæ inclinetur altitudo deitatis, quid sit

---

GE, Q [= *aetwx*], *P* [= *acp*], P^{l}, *S* [= *defmt*], *L* [= *αβγ*], *H* [= *deg*], T^{o}

1 partus *ESLγ corr.* 2 negare $P^{c}S^{f}H$ 3 apostolo paulo $P^{l}SL^{\beta\gamma}$ apostolo PHT^{o} 4 possit $GP^{ac}T^{o}$ potest *Q* qui *L* 5 quae T^{o} repropitiaretur $GEP^{l}S$, *Lγ corr.* causa $EQSL^{\alpha}HT^{o}$, *corr.* S^{e} et hominum *Q* et hominumque *H* 6 susceperit $P^{cp}LHT^{o}$ carnem susciperet *Q* 7 et *om.* PT^{o} *post* nostri *ins.* et per unum nouum hominem fieret renouatio ueritatis Q^{x} *corr.* ut] et GQH^{g} 8 præuaricationem *H* per unius *LH* morte — solus *om. H* mortem *L* nihil morti *G* morte T^{o} 9 sanguis GH^{e} Christi *om.* $L^{\alpha\gamma}H$, *corr. Lγ* diues fuit *E* ut *om.* T^{o} 10 in *om. H* crederent *P* uincula $QP^{l}T^{o}S^{e}$ *corr.*, *L* uinculum *H* tenerent *P* 11 et gratia Q^{aewx} P^{c} sub *om.* T^{o} 12 nati] non *H* factus *H* 13 præsidio] præ *H* 14 saluatorem nr̄m *Q*, *corr.* Q^{x} 15 sunt PH T^{o} qui $Q^{w}L$, *corr.* $Q^{w}L^{\gamma}$ quid T^{o} 17 sacratus $P^{a}L^{\alpha}$ sacratum *H* 18 crucis *om. LH*, *corr. Lγ* inmutationem T^{o} enim *om.* T^{o} 19 insontis *om.* PT^{o} in scīs LH^{g}, *corr. Lγ* in scī H^{de} 20 isti *H* 21 singulares] singillatim *G* 22 in morte $L^{\alpha\gamma}H$, *corr. Lγ* fuerint *H* suo *om.* T^{o} finem P^{p} $L^{\alpha\gamma}HT^{o}$ 23 solus *om. LH*, *corr. Lγ* solus filius *G* 24 existerit S^{d} existeret *H* sunt *S* etiam ipse *H* 25 me ipsum Q^{x} *corr.*, *S*, *Lγ corr.* 26 enim $GP^{c}L^{\beta}T^{o}$ participium *S* 27 acquiret GT^{o} in quo] qui T^{o} solus $L^{\alpha}H$ T^{o} *om. G* se homo *Q* 28 potentiam P^{p} S^{m} L^{β} *H* potestate P^{l} carnem *E* 29 humilitatis $EP^{c}S^{f}L^{\alpha}$ humanitate T^{o} 30 dn̄o nostro QP^{l} uerbo *H* d̄o *G* 31 quem *H* commune *H om.* T^{o} habeant *EH* 32 sincera *E* contemplationes *H* 33 est *om.* P^{l} quam¹ $L^{\beta\gamma}$ quem $L^{\alpha}H$ ad² *om. H* quam² *LH*, *corr. Lγ* declinetur *P* inclinatur *H*

quod caro sine uerbo non agit et quid sit quod uerbum sine carne non efficit. sine
uerbi enim potentia nec conciperet uirgo nec pareret et sine ueritate carnis obuoluta
Mt. 1, 11. 13 pannis infantia non iaceret. sine uerbi potentia non adorarent magi puerum stella
indice declaratum et sine ueritate carnis non iuberetur transferri in Aegyptum puer
et ab Herodis persecutione subduci. sine uerbi potentia non diceret uox patris missa
Mt. 3, 17 de cælo hic est filius meus dilectus, in quo mihi [bene] conplacui, et sine
Ioh. 1, 29 ueritate carnis non protestaretur Iohannes ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata
mundi. sine uerbi potentia non fieret redintegratio debilium et uiuificatio mortuorum
et sine ueritate carnis nec cibus ieiuno nec somnus esset necessarius fatigato. postremo
sine uerbi potentia non se dominus patri profiteretur æqualem et sine ueritate carnis
Ioh. 14, 28 non idem diceret patrem se esse maiorem, cum catholica fides utrumque suscipiat,
Mt. 16, 16 utrumque defendat, quæ secundum confessionem beati apostoli Petri unum Christum
dei uiui filium et hominem credit et uerbum. quamuis itaque ab illo initio quo in
utero uirginis uerbum caro factum est, nihil umquam inter utramque formam diuisionis
extiterit et per omnia incrementa corporea unius personæ fuerint totius temporis actiones,
ea ipsa tamen quæ inseparabiliter facta sunt, nulla permixtione confundimus, sed quid
cuius formæ sit, ex operum qualitate sentimus.

Dicant ergo isti ypocritæ, qui cæcis mentibus lumen nolunt recipere ueritatis, in
1 Cor. 2,8 qua forma crucis ligno dominus maiestatis Christus affixus sit, quid iacuerit in sepulcro
et reuoluto monumenti lapide quæ tertio die caro surrexit et in quo post resurrectionem
suam non credentes quosdam discipulos arguebat et hæsitationem cunctantium confuta-
Lc. 24, 39 bat, cum diceret palpate et uidete quia spiritus carnem et ossa non habet
Ioh. 20, 27 sicut me uidetis habere et apostolo Thomæ infer manum tuam in latus
meum et uide manus meas et pedes et noli esse incredulus, sed fidelis.
qua utique manifestatione corporis sui iam hæreticorum mendacia destruebat, ut uni-
uersa ecclesia Christi inbuenda doctrinis hoc sibi non dubitaret credendum quod apostoli
susceperant prædicandum. ac si in tanta luce ueritatis tenebras suas hæretica ob-
duratio non relinquit, ostendant unde sibi spem uitæ polliceantur æternæ, ad quam nisi
1 Tim. 2,5 per mediatorem dei et hominum hominem Iesum Christum non potest perueniri. sicut
Act. 4, 12 enim ait beatus Petrus apostolus, non est aliud nomen datum hominibus sub
cælo in quo oporteat nos saluos fieri, nec est redemptio captiuitatis humanæ
1 Tim. 2,6 nisi in sanguine eius qui dedit semet ipsum redemptionem pro omnibus, et qui,

---

GE, Q [= aetwx], P [= acp], P^l, S [= defmt], L [= αβγ], H [= deg], T^o

1 uerbo] uerbum *H* et—sit *om.* T^o 2 enim uerbi P^cT^o potentiam $EP^cT^oL^β$ subuoluta $L^αH$ 4 egypto $P^{cp}H$, *corr.* H^g 6 dilectissimus $L^{αγ}H$, *corr.* $L^γ$ bene *om.* $QPP^lSL^{αγ}HT^o$ complacuit $L^{αγ}H^g$ complacuit [conplacui S^e] ipsum audite *S*, $L^γ$ *corr.* 7 ecce[2] *om.* *P* peccatum $ES^{fmt}L^β$ Γ 8 fuerit $L^αH$ retente gratia [gratiæ *H*] $L^αH$ resurrectio *G* 9 ieiunio Q^{aex} S^{et} $L^αHT^o$, *corr.* Q^{ax} fatigati *H*, *corr.* H^g 10 sine[1] *om.* $L^{αγ}H$, *corr.* $L^γ$ H^g 12 petri apostoli S^f $L^αH$ Christum *om.* *LH*, *corr.* $L^γ$ 13 uiui *om.* *LH*, *corr.* $L^γ$ credidit GS^dL, *corr.* $L^γ$ quod S^{dmt} *LH* qui T^o 14 facta T^o inter] in GS^d aliquid diuisionis *SLH* 16 tamen] namque alibi tamen *S*, $L^γ$ *corr.*, namque *LH* quæ *om.* S^tLH, *corr.* $L^γ$ conmixtione *SLH* confidimus *H* 18 ergo nunc *H* ceci *H* mentis LHT^o, *corr.* $L^γ$ lumen nolunt lumen *H* ueritatis rennuunt *H* 19 lignum P^p HT^o cruci adfixus *H* 20 die tertio *H* caro *om.* P^p $L^γ$, *corr.* $L^γ$ surrexerit GQ^a *corr.*, Q^w P^{ac} S^{df}, S^e *corr.*, $L^{αβ}$ resurrexit *H* resurrexerit P^p in *om.* T^o quo $GEPP^lT^o$Γ qua *QSLH* 21 suam *om.* *G* dubitantium $L^{αγ}H$ 23 apostolus *H* infers GEQ^{etwx} S^{eft} infres Q^a inferenst P^c infert $L^β$, *corr.* Q^{awx} 24 meas *om.* *Q*, *corr.* Q^x pedes meos $L^αH$Γ 25 quia Q^t P^l $L^{αγ}H$, *corr.* P^l manifestationem P^p $L^{αγ}H$, *corr.* $L^γ$ 26 imbuendam *H* non sibi *S* si non T^o esse credendum T^o 27 hereticas $L^{αγ}H$, *corr.* $L^γ$ hereticorum *G* 28 reliquit S^{mt} $L^α$ $L^γ$ *corr.*, *H* polliceatur *H* 29 hominem *om.* *H* xpm ihm GQS^m poterit *P* poterint T^o peruenire T^oS^d 30 est enim *LH* hominibus *om.* P^l 31 saluari *LH*, *corr.* $L^γ$ nec esset $L^{αβ}H$ necesse $L^γ$ necesse est P^p, *corr.* $L^γ$ 32 sanguinem *Q*, *corr.* Q^{ax} qui[2] *om.* P^e S^{mt} *LH*

sicut prædicat beatus apostolus Paulus, cum in forma dei esset, non rapinam Phil. 2, 6—11
arbitratus est esse se æqualem deo, sed semet ipsum exinaniuit formam
serui accipiens in similitudinem hominum factus et habitu inuentus ut
homo humiliauit semet ipsum factus oboediens usque ad mortem, mor-
tem autem crucis. propter quod et deus illum exaltauit et donauit illi
nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flec-
tatur cælestium terrestrium et infernorum et omnis lingua confiteatur
quia dominus Iesus in gloria est dei patris. cum ergo unus sit dominus
Iesus Christus et ueræ deitatis ueræque humanitatis in ipso una prorsus eademque
persona sit, exaltationem tamen qua illum, sicut doctor gentium dicit, exaltauit deus et
donauit illi nomen quod super omne nomen excellit, ad eam intellegimus pertinere formam
quæ ditanda erat tantæ glorificationis augmento. in forma quippe dei æqualis erat
filius patri et inter genitorem atque unigenitum nulla erat in essentia discretio, nulla in
maiestate diuersitas, nec per incarnationis mysterium aliquid decesserat uerbo, quod ei
patris munere redderetur. forma autem serui, per quam inpassibilis deitas sacramen-
tum magnæ pietatis impleuit, humana humilitas est, quæ in gloriam diuinæ potestatis
euecta est, in tantam unitatem ab ipso conceptu uirginis deitate et humanitate conserta,
ut nec sine homine diuina nec sine deo agerentur humana. propter quod sicut dominus 1 Cor. 2, 8
maiestatis dicitur crucifixus, ita qui ex sempiternitate æqualis est deo, dicitur exaltatus,
quia inseparabiliter manente unitate personæ unus atque idem est et totus hominis filius
propter carnem et totus dei filius propter unam cum patre deitatem. quidquid ergo
in tempore accepit Christus, secundum hominem accepit, cui quæ non habuit, conferuntur.
nam secundum potentiam deitatis indifferenter omnia quæ habet pater, etiam filius
habet, et quæ in forma serui a patre accepit, eadem in forma dei etiam ipse donauit.
secundum formam enim dei ipse et pater unum sunt, secundum formam autem serui Ioh. 10, 30
non uenit facere uoluntatem suam, sed uoluntatem eius qui misit eum. secundum Ioh. 5, 30. 26
formam dei sicut habet pater uitam in semet ipso, sic dedit et filio uitam
habere in semet ipso; secundum formam serui tristis est anima eius usque ad Mt. 26, 38
mortem. et idem ipse est, sicut apostolus prædicat, et diues et pauper, diues, quia 2 Cor. 8, 9
euangelista dicente in principio erat uerbum et uerbum erat apud deum et deus Ioh. 1, 1—3
erat uerbum; hoc erat in principio apud deum. omnia per ipsum facta 31
sunt et sine ipso factum est nihil; pauper uero, quia propter nos uerbum Ioh. 1, 14
caro factum est et habitauit in nobis. quæ autem est eius exinanitio quæue

---

GE, *Q* [= *aetwx*], *P* [= *acp*], P^l, *S* [= *defmt*], *L* [= *αβγ*], *H* [= *deg*], T^o [*usque ad* 24 donauit]
1 prædicabat Q^a *corr.*, *LH*, *corr.* $L^γ$ ait *G* paulus apostolus *E* apostolus GS^t rapina $EL^{αβ}$ 2 se *om.* T^o 3 similitudine $QP^{al}S^{et}$, S^m *corr.*, H^d, *corr.* Q^{ax} repertus $P^{cp}T^o$ receptus P^a 5 et¹ *om.* GQ^xT^o, *corr.* Q^x exaltauit illum P^cH dedit T^o 6 omnem $EQ^eP^pL^{αβ}H$ 8 quoniam *E* ihs̄ x̄p̄s Q^eQ^a *corr.*, Q^x *corr.*, *SLHΓ* 9 in ipsa *G* ipse P^l prorsus una *LH* eandemque *E* 10 exaltatione QP^lSLH^{eg} quia Q^w, *corr.* Q^w dixit *G* dn̄s T^o 11 quod est $Q^tP^pS^mL^αHT^o$ omnem $EP^pS^mL^{αβ}H^eT^o$ eam] eandem ES^m eadem $P^{ap}L^β$ pertinere *om.* $L^γH$, *corr.* $L^γ$ 12 ex tantæ PT^o tande $L^αH^{dg}$ tam de H^e 13 filius *om.* *H* patris *H* generatorem atque genitum T^o 14 recesserat *H* ei] dei P^lLH 15 serui est *LH* 16 gloria $QP^cL^γH$, *corr.* $L^γ$ pietatis *LH*, *corr.* $L^γ$ 17 euecta est mirabiliter *Q* tanta unitate P^pH conserta est *LH* 18 sicut] et *Q* 19 ita qui] itaque $QP^pL^αH^{de}$, *corr.* Q^a atque H^g ex *om.* *H* qua æqualis *Q* ds̄ $L^αH$ exultatus *E* 20 personæ] naturæ T^o et *om.* *LH*, *corr.* $L^γ$ 21 ergo] enim *SLH* 22 accipit¹ ² $P^lΓ$ conferentur *LH* conferetur *G* conferrentur Q^x *corr.*, S^{demt}, $L^γ$ *corr.* 24 quæ *om.* T^o in *om.* *P* a — dei *om.* T^o accipit P^l 25 enim formam *H* 27 pater habet *SLH* 27/28 et — habere $GEPS^{fm}$ et [*om.* S^e] filio habere uitam $QS^{det}L$ habere et filio *H* 28 eius] mea P^lS^f 29 mortem secundum formam dei mortuis uitam noscitur contulisse S^{de} est *om.* $L^αH$ diues quia] diues qui $Q^xS^tL^α$ diuesque *H* 32 ipsum EP^pS^m nihil factum est *L* 33 eius est *QP* eius GS^f quaeue] que uere $L^β$ quæ eius $L^{αγ}H$ quæue eius $L^γ$ *corr.*

paupertas nisi formæ seruilis acceptio, per quam uerbi maiestate uelata dispensatio humanæ redemptionis impleta est? nam quia captiuitatis nostræ resolui originalia uincla non poterant, nisi existeret homo nostri generis nostræque naturæ, quem peccati
Col. 2,14 præiudicia non tenerent et qui inmaculato sanguine suo chirografum letale dilueret, sicut ab initio erat diuinitus præordinatum, ita est in plenitudine præfiniti temporis factum ut multis modis significata promissio in diu expectatum ueniret effectum nec possit esse ambiguum quod continuis testificationibus semper fuerat nuntiatum. in magno autem se sacrilegio deuersari hæreticorum manifestat impietas, cum sub specie deitatis honorandæ humanæ carnis in Christo denegant ueritatem et religiose æstimant credi, si dicatur in saluatore nostro uerum non esse quod saluat, cum ita secundum promissionem omnia sæcula præcurrentem mundus sit deo reconciliatus in Christo, ut nisi uerbum dignaretur caro fieri, nulla possit caro saluari. omne enim sacramentum fidei Christianæ magno, ut hæretici uolunt, decoloratur obscuro, si lux ueritatis sub mendacio putatur latuisse phantasmatis.

Non ergo quisquam sibi erubescendum æstimet Christianus de nostri in Christo corporis ueritate, quia omnes apostoli apostolorumque discipuli et præclari ecclesiarum quique doctores qui ad martyrii coronam uel ad confessionis meruerunt gloriam peruenire, in huius fidei lumine splenduerunt consonis ubique sententiis intonantes quod in domino Iesu Christo deitatis et carnis una sit confitenda persona. qua autem rationis similitudine, qua diuinorum uoluminum portione hæretica impietas se æstimat adiuuari, quæ ueritatem negat corporis Christi, cum hanc non lex testificari, non prophetia præcinere, non euangelia docere, non ipse destiterit Christus ostendere? quærant per omnem seriem scripturarum, quo tenebras suas fugiant, non quo uerum lumen obscurent, et per omnia sæcula ita ueritatem inuenient coruscantem, ut magnum hoc et mirabile sacramentum ab initio uideant creditum, quod est in fine conpletum. de quo cum sanctarum litterarum nulla pars sileat, sufficit quædam consonæ ueritatis signa posuisse, quibus diligentia fidei in splendidissimam latitudinem dirigatur et sincera intellegentiæ luce perspiciat quod in filio dei, qui se incessabiliter filium hominis et hominem profitetur, non sit Christianis erubescendum, sed constantissime gloriandum. ut autem pietas tua cum uenerabilium patrum prædicationibus nos concordare cognoscat, aliquantas eorum sententias huic credidi subiciendas esse sermoni, quibus si dignaberis, recensitis non

---

7 *in* nuntiatum *desinit repetitio epistulæ ad Palæstinos*

EG, *Q* [= *aelwx*], *P* [= *acp*], P^{l}, *S* [= *defmt*], *L* [= *αβγ*], *H* [= *deg*]
Hebr. 2, 9 bum, sed quia corpus ipsius proprium gratia dei iuxta Pauli uocem pro omnibus mortem gustauit, idcirco ipse dicitur mortem passus esse pro nobis, non quod ipse mortem esset expertus quantum ad ipsius naturam pertinet (insania est enim hoc uel sentire uel dicere), sed quod, ut supra diximus, caro ipsius mortem gustauit. ita et resurgente carne, ipsius rursus resurrectionem dicimus, non quia in corruptionem ceciderat, absit, sed quia eius resurrexit corpus. ita Christum unum et dominum confitemur, non tamquam hominem cum uerbo coadorantes, ne diuisionis quædam species inducatur, sed unum iam et eundem adorantes, quia non est alienum a uerbo corpus suum, cum quo ipsi etiam adsidet patri. nec hoc ita dicimus quasi duobus filiis assidentibus, sed uno cum carne per unitatem, quia si talem copulationem factam per substantiam aut quasi impossibilem aut quasi parum decoram noluerimus accipere, in id incidimus ut duos filios esse dicamus. necesse est enim discernere et dicere hominem separatim fuisse sola filii appellatione honoratum et rursus uerbum, quod est ex deo et nomine et ueritate filius dei. sed discernere in duos filios non debemus unum dominum Iesum Christum. neque enim id adiuuat rectam fidei rationem, licet nonnulli copulationem nescio quam perhibeant personarum. non dixit enim scriptura uerbum dei personam sibi hominis
Ioh. 1,14 assumpsisse, sed carnem factum esse, id autem est ostendere dei uerbum similiter ac
Hebr. 2, 14 nos participatum habuisse carnis et sanguinis et corpus nostrum proprie suum fecisse et hominem ex muliere processisse, non abiecta nec deposita deitate aut generatione illa quam habebat ex patre, sed mansisse etiam in assumptione carnis deum, quod erat. hoc ubique rectæ fidei ratio protestatur, in tali sensu sanctos patres fuisse comperimus, ideo illi non dubitarunt sanctam uirginem dicere theotocon, non quod uerbi natura deitasque in sancta uirgine sumpsit exordium, sed quod ex ea natum sit sacrum illud corpus animatum anima rationabili, cui substantialiter adunatum dei uerbum carnaliter natum esse dicitur.

GE, *Q* [= *aetwx*], Q_1 [= $a_1e_1t_1w_1$], *JU*, *S* [= *defmt*], *L* [= *αβγ*], *H* [= *deg*]

2 passus EL^{γ}, *corr.* L^{γ} 3 quo *S* 4 immortalem *LH*, *corr.* L^{γ} H^{g} 5 Pauli] apostoli *G* omnibus sine deo *LH* 6 ipsi *H* est *H* quod] quo *GS* ipse] in se S^{deft} 7 insaniam L^{α} *H*, *corr.* H^{g} enim est *GLH* 8 quod ut] quod *E* ut H^{dg} *om.* H^{e} uera caro QQ_1 *cf. AC p. 339, 17* resurgentem *H* carnem L^{α} *H* 9 corruptione Q_1 resurrectionem *LH*, *corr.* L^{γ} 10 surrexit EQQ_1 S^{deft} L^{γ} *corr.*, *corr.* Q^{x} unum et dominum] et dum [dm̄ S^{d}] unum *S* unum et dm̄ *LH* 11/12 inducatur—adorantes *om. H* 12 et *om.* Q_1 cum EQQ_1S, L^{γ} *corr.* in *GLH* 13 assedit *G* hoc *om.* L^{γ} *H*, *corr.* L^{γ} una *L* unam *H* 14 carnem L^{β} *H*, *corr.* H^{g} quia si] quasi *SH* quasi] si *E* 15 impossibilem *G*, H^{e} *corr.* inpassibilem EQQ_1SLH *cf. Acta Conc. p. 339, 24* patrum ES^{f} decora *E* indicimus L^{γ}, *corr.* L^{γ} indicemus *H* duo *G* 16 necesse] nec QQ_1, *corr.* Q^{x} est *om.* EQQ_1, *corr.* Q^{x} et dicere *om. H* separatum *QH* 17 solam *H*, *corr.* H^{g} appellationem $L^{\alpha\beta}$ *H*, *corr.* H^{g} rursum Q_1S^{e} L^{β} ex deo est *H* 18 sed] se *H* inter *LH*, *corr.* L^{γ} 19 id *om. Q*, *corr.* Q^{ax} fidem GL^{γ} *H*, *corr.* L^{γ} nonnulla *H* copulatione *H om. S* 20 enim dixit L^{α} *H* scripturas *H*, *corr.* H^{g} hominis sibi *GLH* 21 adsumpsisset L^{α} *H* carne QL^{β} esset Q_1L^{α} offendere *H* ac] hoc *Q* ad GQ^{u} *corr.*, *SL om. H* 22 proprium Q^{x} *corr.*, L^{γ} *H*, *corr.* L^{γ} fecisset *H*, *corr.* H^{g} fuisse *E* 23 et—processisse *om. LH*, *corr.* L^{γ} mulierem Q_1 nec] uel *G* deitatem *E* 23/24 generationem illam *Q*, *corr.* Q^{x} 24 assumptionem $Q^{e}H$, *corr.* $Q^{e}H^{g}$ dnm *S* 25 talis sensus *H* sc̄i *H*, *corr.* H^{g} fuissent *H*, *corr.* H^{g} 26 dubitauerunt $GQ^{x}SLH$ 28 animæ Q_1 rationabilis *H*, *corr.* H^{g} rationali *G* cuius ES^{mt} 29 esse dicitur natum L^{α} *H* *subscr.* EXPLICIT DEO GRATIAS *E*, ex̄pl dō gratias contuli Q_1^{aet}

ITEM EIVSDEM INTER CETERA

XXVIII Homo nominatus est, cum sit natura deus, dei patris uerbum, quoniam similiter ut nos sanguini communicauit et carni. sic enim terrenis apparuit, non amittens id quod erat, sed assumens humanitatis naturam in sua ratione perfectam. Acta Conc. I 5 p. 186, 16–18 Hebr. 2,14

ITEM EIVSDEM EX LIBRO QVI DICITVR SCOLIA DE INCARNATIONE VNIGENITI

XXVIIII Vnus igitur est et ante incarnationem deus uerus et qui in humanitate mansit id quod erat et est et erit. non discernendum igitur unum dominum Iesum Christum in hominem seorsus et seorsus in deum, sed unum eundemque Iesum Christum esse dicimus non ignorantes differentias naturarum, sed eas inconfusas inter sese seruantes. ibid. p. 194, 1–5

ITEM EIVSDEM POST ALIA

⟨XXX⟩ Intellegitur namque certe tamquam aliud in alio habitare, id est diuina natura in humanitate, non perpessa commixtionem aut confusionem aut commutationem, ut esset quod non erat. quidquid enim in alio habitare dicitur, non ipsum fit tale quale est id in quo habitat, sed aliud in alio magis intellegitur. at uero in uerbi natura et humanitatis solam nobis differentiam designat diuersitas naturarum; unus enim ex utroque intellegitur Christus. ergo inconfusione, ut ante dixi, seruata inhabitasse uerbum ait in nobis; scit enim unum esse filium unigenitum carnem factum et hominem. ibid. p. 203, 3–10 Ioh. 1, 14

GE, *Q* [= *aetwx*], Q_1 [= $a_1e_1t_1w_1$], *JU*, *S* [= *defmi*], *L* [= *αβγ*], *H* [= *deg*]

xxviii *habet Φ* 1 item—cetera *GLH* sc̄i [item sc̄i *Q*] cyrilli ep̄i alexandrini EQQ_1JS item beatissimi quirilli episcopi et confessoris alexandriæ de duabus naturis in una dn̄i n̄i ihū xp̄i persona inter cetera et ad locum *U* 2. 6. *numeri ex G* 2 nominatus] natus JS^d deus *om. U* quoniam] quod *H* 3 ut nos] unus *H* terrinis *U* terris *GL* in terris *SH* admittens *H* id] in *Q*, *corr.* Q^x *om. U* 4 natura ES^m rationem Q_1^aH, *corr.* H^g perfecta *GESL* perfecta et reliqua *U*

xxviiii *habet Φ* 5 item—unigeniti] item eiusdem EQQ_1J, *add.* in libro qui dicitur scolia Q^x *corr.* item eiusdem beatissimi cyrilli de re s̄s inter cetera et ad locum *U* item ex libro *G* item eiusdem in libro *SL* item in libro eiusdem *H* colia SLH^{de} de—unigeniti *om. S* 6 est igitur *J* et¹ *om. G* humanitatem $GL^α$ id] in *Q*, *corr.* Q^x 7 discernendo $GEQQ_1JL^{βγ}H$, *corr.* $L^γ$ unum *om. H* dum nostrum Q_1 8 seorsum $GQJUSL^α H$ et] sed *J* seorsum $QUSL^α$, *corr.* $L^γ$, H^d, H^g *corr.* 9 differentiam *H* sese seruantes $EJS^{demt}UL$ se reseruantes QQ_1 se seruantes GS^fH

xxx *habet Φ om. E*, *Q* [præter Q^x *corr.*], Q_1JULH 10 eiusdem—alia] cuius supra Q^x *corr.*, *S* 11 *numerum addidi* inhabitare Q^x *corr.*, S^{efmi} 12 confusionem aut *om.* Q^x *corr.*, *S*

COLLECTIO RATISBONENSIS

E = Codex Monacensis 14540 s. VIIII

IN NOMINE DNI HAEC HIC INSVNT EPISTVLAE BEATISSMI APOSTOLICI PAPAE VRBIS ROMAE LEONIS TRANSMISSAE DIVERSIS PRO MVNIMEN DEFENSIONEMQVE CATHOLICAE FIDEI

DEO GRATIAS

CAPITVLA EPISTVLARVM

I Epistula Theodosio augusto [*G 2 ep. 24*]
II epistula Flauiano episc̄ Constantinopolitano [*G 3 ep. 23*]
III item epistula Theodosio augusto [*G 7 ep. 29*]
IIII epistula Pulcheriæ augustæ [*G 8 ep. 30*]
V item epistula Flauiano episcopo quæ uulgo tomus appellatur [*ep. 28, editur in Collectione Nouariensi de re Eutychis 5*]
VI epistula iuuenali episcopo hierosolymitano [*G 5 ep. 35*]
VII epistula Iuliano episcopo Coensium [*G 13 ep. 34*]
VIII epistula sanctæ synodo quæ apud Ephesum conuenit [*G 12 ep. 33*]
VIIII epistula Fausto Martino et ceteris presbyteris et archimandritis Constantinopolim [*G 10 ep. 32*]
X item epistula Theodosio augusto [*G 15 ep. 37*]
XI item epistula Flauiano episcopo [*G 16 ep. 38*]
XII epistula Theodosio augusto [*G 18 ep. 44*]
XIII epistula Pulcheriæ augustæ [*G 23 ep. 45*]
XIIII epistula Fausto Martino Petro et Emmanuheli presbyteris et archimandritis Constantinopolim [*G 24 ep. 51*]
XV epistula clero honoratis et plebi Constantinopolim [*G 19 ep. 50*]
XVI item epistula Theodosio augusto [*G 9 ep. 54*]
XVII item epistula Pulcheriæ augustæ [*G 28 ep. 60*]
XVIII item epistula Martino et Fausto presbyteris et archimandritis Constantinopolim [*G 27 ep. 61*]
XVIIII epistula Theodosio augusto [*G 30 ep. 69*]
XX epistula Pulcheriæ augustæ [*G 29 ep. 70*]
XXI epistula Fausto et Martino presbyteris et archimandritis Constantinopolim [*G 33 ep. 75*]
XXII epistula Marciano augusto [*G 36 ep. 78*]
XXIII item epistula Pulcheriæ augustæ [*G 35 ep. 79*]
XXIIII epistula Anatolio episcopo Constantinopolitano [*G 37 ep. 80*]
XXV epistula Iuliano episcopo [*G 38 ep. 81*]
XXVI item epistula Marciano augusto [*G 41 ep. 83*]
XXVII item epistula Pulcheriæ augustæ [*G 42 ep. 84*]

E

2 TRANSMISSAS *E*   12 *error repetitur infra in contextu, epistula est ad Iulianum Coensem*

XXVIII item epistula Anatolio episcopo Constantinopolitano [*G 43 ep. 85*]
XXVIIII item epistula Iuliano episcopo [*G 40 ep. 86*]
XXX epistula Paschasino episcopo Lilybetano [*G 45 ep. 88*]
XXXI epistula Marciano augusto [*G 47 ep. 90*]
XXXII epistula Anatolio episcopo Constantinopolitano [*G 48 ep. 91*]
XXXIII epistula Iuliano episcopo [*G 49 ep. 92*]
XXXIIII epistula sanctæ synodo apud Nicæam constitutæ [*G 52 ep. 93*]
XXXV epistula Marciano augusto [*G 50 ep. 94*]
XXXVI epistula Pulcheriæ augustæ [*G 51 ep. 95*]
EXPLICIVNT CAPITVLA EPISTVLARVM quæ sanctæ Calchedonensi synodo sunt præmissæ INCIPIVNT CAPITVLA EPISTVLARVM quæ post synodum missæ sunt
XXXVII epistula Marciano augusto [*G 54 ep. 104*]
XXXVIII epistula Pulcheriæ augustæ [*G 55 ep. 105*]
XXXVIIII epistula Anatolio episcopo Constantinopolitano [*G 56 ep. 106*]
XL epistula Iuliano episcopo [*G 57 ep. 107*]
XLI epistula sanctæ synodo apud Calchedonam [*G 64 ep. 114*]
XLII epistula Maximo episcopo Antiocheno [*G 66 ep. 119*]
XLIII item epistula Iuliano episcopo [*ep. 109, editur infra*]
XLIIII epistula Rauennio Rusticio et ceteris episcopis per Gallias constitutis [*G 53 ep. 102*]
XLV item epistula Marciano augusto [*G 61 ep. 115*]
XLVI item epistula Pulcheriæ augustæ [*G 62 ep. 116*]
XLVII item epistula Iuliano episcopo [*G 63 ep. 117*]
XLVIII item epistula Marciano augusto [*G 67 ep. 121*]
XLVIIII item epistula Iuliano episcopo [*G 68 ep. 122*]
L epistula Eudociæ augustæ intra prouinciam Palæstinam constitutæ [*G 69 ep. 123*]
LI epistula Marciano augusto [*G 72 ep. 126*]
LII epistula Iuliano episcopo [*G 73 ep. 127*]
LIII item epistula Iuuenali episcopo Hierusolymitano [*G 82 ep. 139*]
LIIII epistula Marciano augusto [*G 74 ep. 130*]
LV epistula Proterio episc̄ Alexandrino [*G 75 ep. 129*]
LVI epistula Iuliano episcopo [*G 77 ep. 131*]
LVII epistula Marciano augusto [*G 81 ep. 136*]
LVIII item epistula Marciano augusto [*G 86 ep. 142*]
LVIIII epistula Anatolio episcopo Constantinopolitano [*G 84 ep. 143*]
LX epistula Iuliano episcopo [*ep. 144, editur infra*]
LXI epistula Leoni augusto [*G 87 ep. 145*]
LXII epistula Anatolio episcopo Constantinopolitano [*G 88 ep. 146*]
LXIII epistula Iuliano episcopo [*G 89 ep. 147*]
LXIIII item epistula Leoni augusto [*G 92 ep. 148*]
LXV epistula Basilio Iuuenali Euxitheo Petro et Lucæ episcopis per Græcias constitutis [*G 90. 91 ep. 149. 150*]
LXVI epistula Anatolio episcopo Constantinopolitano [*ep. 151, editur infra*]
LXVII epistula Iuliano episcopo [*G 93 ep. 152*]

E

27 prouincia palestina *E*

Leo ep. 109 JK 486

105 XLIII Leo papa Iuliano episcopo. Grauia sunt et non paruo mærore lugenda quæ falsorum monachorum turbas fraternitas tua perpetrare significat Eutyche impio per deceptorum furorem bellum euangelicis et apostolicis prædicationibus inferente retorquendum in ipsius et sociorum eius exitium. quod ideo differtur per patientiam dei, ut inimici crucis Christi quantum diabolo famulentur, appareat, dum hæretica prauitas antiquum uelamen suæ simulationis excedens intra limites hypocrisis suæ continere se amplius non potest totumque, quod diu texerat, uirus effudit, non solum stilo in discipulos ueritatis, sed etiam manu sæuiens, ut consensum aut simplicitatis indoctæ aut trepidæ fidei uiolenter extorqueat. sed non ita debent filii lucis filios metuere tenebrarum, ut sani furentibus adquiescant aut æstiment huiusmodi hominibus aliquid præstandum esse reuerentiæ, qui si perire malunt quam resipiscere, prospiciendum est ne inpunitate sua latius noceant et in multorum perniciem, dum diu tolerantur, insurgant. non ignoro quid caritatis et gratiæ filiis nostris sanctis et ueris monachis debeatur, qui professionis suæ modestiam non relinquunt, et quod proposito uouerunt, moribus exequuntur; superbi autem et inquieti, qui sacerdotum contemptu et iniuriis gloriantur, non serui Christi, sed antichristi milites sunt habendi maximeque in suis sunt præpositis humiliandi, qui inperitam multitudinem ad defensionem suæ peruersitatis instigant. unde cum clementissimus princeps toto religiosi cordis affectu catholicam diligat fidem et multum, sicut ubique percrebuit, rebellium hæreticorum hac offendatur audacia, agendum est apud ipsius clementiam ut incentores harum seditionum ab insanis congregationibus separentur nec tantum Eutyches et Dioscorus, sed etiam quicumque studiosius furiosam adiuuant prauitatem, in his constituantur locis in quibus nullum cum suis sociis blasphemiarum possint habere commercium. forte enim aliquorum simplicitas hac medendi ratione curabitur et ad incolumitatem mentium facilius reuocabuntur, si liberiores fuerint ab instigationibus pestilentium magistrorum, fili carissime.

Ne autem ad confirmandos piorum animos uel ad hæreticos confutandos necessaria aut deesset aut lateret instructio, misi epistulam sanctæ memoriæ Athanasii episcopi ad Epictetum episcopum datam, cuius testimoniis sanctæ memoriæ Cyrillus usus est in Ephesina synodo contra Nestorium, qua incarnationem uerbi tam lucide ac diligenter adstruxit, ut Nestorium et Eutychen in illius iam temporis hæreticis debellarit. audeant hunc tantæ auctoritatis uirum Eutychis et Dioscori sectatores aut inperitiæ aut prauitatis arguere, qui prædicationem nostram a doctrina atque intellegentia patrum iactitant deuiare. prodesse autem debet confirmandis sensibus omnium domini sacerdotum, quod hæretici olim in auctoribus suis præsciti atque damnati apertius iam cœperunt dogma suæ impietatis adstruere, ne latente intra silentium sensu dubitabile uideretur an uere in ipsis et triplex Apollinaris error et insana Manichaeorum opinio

---

E

5 subiunctae *E* 10/11 retorquendum *scripsi* retorquendo *E* 16 extorqueant *E* 37 hereticos *E*
38 eutyches *E* 41 praesciti *Ballerini* persciti *E*

pullularet. qui cum iam non se occulere studeant, sed contra Christi ecclesias audacter insurgant, nonne prospiciendum est quatenus eis uires omnium conatuum subtrahantur, seruato, ut dixi, eo districtionis moderamine, ut a quietioribus inconuertibiles
1 Cor. 15, 33 diuidantur? corrumpunt enim mores bonos conloquia mala et castigato
Prou. 21, 11 pestilente sapiens astutior erit, ut quolibet modo dissipata societate reproborum aliqua diabolo uasa rapiantur. non enim ita quorundam conuiciis et uaniloquiis debemus offendi, ut nullam curam ipsorum correctionis habeamus.

Episcopus uero Iuuenalis, cuius iniuriæ sunt dolendæ, nimis temere se hæreticorum blasphemiis copularat et dum Eutychen Dioscorumque amplectitur, multos inperitos suo in præceps egit exemplo, licet postea se consilio saniore correxerit. hi tamen qui auidius impietatis uirus hauserunt, facti sunt eius aduersarii cuius fuerant ante discipuli, ut sua ipse nutrimenta pateretur. qui ut eandem emendationem quam ille elegit, imitentur, optandum est, si uel ipsa sanctorum locorum circa quæ habitant, testificatione resipiscant. qualis autem sit qui in locum episcopi uiuentis obrepsit, ex ipsa qualitate facti non potest dubitari nec ambigendum est eum esse peruersum quem inpugnatores fidei dilexerunt. interim fraternitas tua curam piæ sollicitudinis continuare dignetur, ut frequentioribus scriptis quo res proficiant, scire me facias.

d. 25. m. Nou. a. 452 DAT VII KL DECEMBR HERCVLANO CONS

Leo ep. 144 JK 520

106 LX Leo papa Iuliano episcopo. Gratias deo quod in omnibus quæ ad ecclesiæ statum et ad fidei pertinent sacramentum, in nullo dilectionis tuæ industria me fefellit, quam intellego uigilanter prospicere ne quid aduersum euangelicam apostolicamque doctrinam hæreticorum insidiæ ualeant obtinere. siquidem ut indicare dignaris, ea quæ Eutychianistæ post obitum uenerabilis memoriæ principis Marciani excitare moliti sunt, efficacia tua et eorum quos tecum dei spiritus incitauit, agente causam suam ipsa ueritate destructa sunt, quia uere et fraternitati tuæ et omnibus fidelibus Christi maximeque glorioso et catholico, ut probamus, augusto nihil est ad æternam beatitudinem fructuosius quam ut ea quæ ab ipso spei nostræ auctore fundata sunt, nulla peruersorum hominum inprobitate uiolentur, sed ad perpetem ecclesiæ tranquillitatem secura pace permaneant. quod ergo adiuuante domino pie utiliterque curatum est, perseueranti opere muniatur. nam quidam ad nos rumores de Alexandrini populi ausibus deferuntur, quos ideo plenius indicare non possumus, quia necdum ex integro quæ dicuntur gesta cognouimus; sed hoc uobis pro uniuersali ecclesia laborandum est ut si uera sunt quæ acta dicuntur, sanctæ Calchedonensi synodo præiudicare non possint, ut quæ instruente spiritu sancto ad totius mundi salutem definita sunt, inuiolata permaneant.

d. 1. m. Iun. a. 457 DAT KL IVN CONSTANTINO ET RVFO CONSS

Leo ep. 151 JK 529

107 LXVI Leo episcopus Anatolio episcopo. Fidem dilectionis tuæ atque constantiam qua hæreticorum insidiis obstitisti, gratanter agnoscimus et ideo securiore te fiducia

E

3 destrictionis *E* 11 auxerunt *E* 19 DATA *E* DECEMBRR *E*
27 fraternitatis *E*

cohortamur ut rebus etiam a te defensis constanter adsistas. siquidem religiosum caritatis tuæ propositum tam apud clementissimum principem quam apud magnificen- ep. 92 tissimum uirum patricium nostra scripta testantur, quibus diligentia tua nos instructos per omnia esse patefecimus. agat ergo primitus fraternitas tua ut Constantinopolitana ecclesia ab omni hæreticorum labe purgata sit et ut catholica puritas, quæ etiam in laicis conseruanda est, maxime in clericis repperiatur inlæsa, frater carissime. licet enim famæ perferentium temere non credamus, tamen quia ubi animarum causa agitur, locum diabolicis fraudibus studemus obstruere, præmonemus dilectionem tuam ut Atticum presbyterum, qui perhibetur Eutychianorum errorem apertis intra ecclesiam disputationibus confouere, secreta primum inquisitione discutias ac si quid in corde ipsius de hæretici ueneni permixtione reppereris, aut corrigendo catholicum facias aut ab ecclesia necessaria seueritate depellas, ne dum inutili lenitate uni parcitur, multis inpunito errore noceatur.

DAT KL SEP CONSTANTINO ET RVFO CONSS d. 1. m. **Sept.** a. 457

E

10 secretam—inquisitionem *E* 14 DATA *E*

COLLECTIO CASINENSIS

M = Codex Casinensis 2 s. XIII
V = Codex Vaticanus 1319 s. XII

Incipit epistula papæ Leonis ad Theodosium Marcianum et Leonem imperatorem

1 Cæsari Theodosio religiosissimo et piissimo semper augusto Leo papa ecclesiæ catholicæ urbis Romæ. Quantum præsidii [*G 2 ep. 24*]

2 Leo episcopus Theodosio. Acceptis clementiæ [*G 15 ep. 37*]

3 item Leo ad quem supra Theodosio. Pro integritate [*G 9 ep. 54*]

4 Leo episcopus Marciano augusto. Credebamus clementiam [*G 46 ep. 89*]

5 item ad Marcianum augustum per Bonifatium presbyterum [*G 50 ep. 94*]

6 Leo Marciano augusto. Litteras pietatis [*G 36 ep. 78*]

7 Leo ad quem supra. Quam excellenti [*G 58 ep. 111*]

8 Leo episcopus Leoni augusto. Litteras clementiæ [*G 97 ep. 156*]

9 item Leo episcopus Leoni augusto. Multis manifestisque [*G 103 ep. 164*]

10 item Leo papa Leoni augusto. Licet proxime [*G 92 ep. 148*]

11 Leo Leoni augusto. Officiis quæ [*G 87 ep. 145*]

12 Leo Pulcheriæ augustæ. Sanctis et deo placitis [*G 55 ep. 105*]

13 Leo Pulcheriæ augustæ. Religiosam pietatis [*G 42 ep. 84*]

14 Leo Pulcheriæ augustæ. Quamuis nullas [*G 62 ep. 116*]

15 Leo episcopus Flauiano episcopo Constantinopolitano. Profectis iam [*G 16 ep. 38*]

16 Leo episcopus Flauiano episcopo Constantinopolitano. Litteras tuæ [*G 14 ep. 36*]

17 Leo episcopus Flauiano episcopo. Auget sollicitudinem [*G 17 ep. 39*]

18 Leo episcopus Flauiano episcopo cui supra. Quæ et quanta [*G 21 ep. 49*]

19 Leo Anatolio episcopo. Ad declinandam [*G 44 ep. 87*]

20 Leo episcopus Anastasio Thessalonicensi. Quantum relatione [*G 20 ep. 47*]

21 Leo episcopus Martino presbytero [*G 32 ep. 74*]. Gratias agimus etc. *desinit in* gloria maiore uincatur, *secuntur sine interuallo*

22 atque perpensis de ipsis eorum etc., *quæ pertinent ad Leonis epistulam ad Anatolium* [*G 43 ep. 85*]

Incip̄ epistulæ Eutychetis hæretici ubi scribens ad papam urbis Romæ Leonem negat in Christo duas esse naturas, id est deitatis et humanitatis

108

23 De mea in dominum et deum omnium Christum spe et fide ante omnia quidem testis deus uerbum est in sensibus hominum dinoscens ueritatis probationem, inuoco autem et uestram sanctitatem in testimonium cordis mei et rationis sensuum meorum atque uerborum. sed pessimus diabolus fascinans tale studium nostrum et propositum, a quibus uires eius destrui oportuit, his stimulatis omnem domesticam sibi uim contra me mouit. Eusebio episcopo oppidi Dorlensis libellum dante sancto

---

M, *V* [*inde a* 4 (*p. 48,1*) — licam tenere constantiam predictum]

14. 15. 16 augusto *M* 17 $\overline{\text{epo}}$ *MV* 19 $\overline{\text{epo}}$ *MV* 20 $\overline{\text{epo}}$ *MV* 23 $\overline{\text{epo}}$ *MV*

23 *edita sunt primum a Lupo, Ad Ephesinum concilium uariorum patrum epistolæ p.* 459 *sq. altera uersio extat in Collectione Nouariensi* 6

MV

31 et *om. M* $\overline{\text{sci}}$tatem $\overline{\text{ura}}$m *V* testimonio *MV* rationes *MV* 32 fascinauit *MV* 33 stimulatis *scripsi* simulans *MV* 33/34 sibi uim *Lupus* sibium *MV* 34 eusebium $\overline{\text{epm}}$ *MV*

episcopo Constantinopolitanæ ecclesiæ Flauiano et quibusdam aliis inuentis in eadem urbe, qui propter diuersas causas suas conuenerant, quoniam hæreticum ⟨me⟩ compellauit, non ueritate ad accusationem motus, sed perniciem mihi machinans et perturbationem ecclesiis dei, uocabar ad responsionem accusationis ab ipsorum sanctitate. sed graui ægritudine supra ipsam senectutem retentus occurri ad purgationem, non ignorans compositam factionem etiam contra salutem meam. et quidem libellos statim subscriptione mea his addita obtuli scriptam ostendens de sancta fide professionem meam, sancto autem Flauiano archiepiscopo neque libellum suscipiente neque ut legeretur, iubente, audiente tamen et respondentem me ipsis uerbis eam fidem quæ Nicææ exposita est a sancta synodo, confirmata uero apud Ephesum, expetebar duas naturas fateri et anathemare eos qui hoc negarent. ego autem metuens definitionem a synodo * * nec adimere nec addere uerbum contra expositam fidem a sancta synodo Nicæna, sciens uero sanctos et beatos patres nostros Iulium Felicem Athanasium Gregorium sanctos episcopos refutantes duarum naturarum uocabulum et non audens de natura tractare dei uerbi, qui in carnem uenit ultimis diebus in uterum sanctæ uirginis Mariæ immutabiliter quomodo uoluit, ut sit in ueritate, non in fantasmate homo factus, aut anathemare supra dictos patres nostros, rogabam ut innotescerent ista sanctitati uestræ et quod uobis uideretur, iudicaretis; omnibus modis me secuturum quod probassetis. sed nullo eorum quæ a me dicebantur, audito, abrupta synodo publicarunt deiectionis sententiam, quam aduersus me ante cognitionem parabant, et in tantum aduersum me calumniæ factionem instruebant, ut etiam salutis meæ discrimen incumberet, nisi cito dei opera ⟨et⟩ orationibus sanctitatis tuæ militaris manus me ab incursione rapuisset. tunc duces aliorum monasteriorum cogere cœperunt in deiectionem meam subscribere, quod numquam nec in eos qui se hæreticos professi sunt, uel aduersus ipsum Nestorium factum est, in tantum ⟨ut⟩ cum ad satisfaciendum plebi proponerem fidei meæ confessiones, non solum arcerent eas audiri, uerum etiam abriperent ii qui contra me supra dictam factionem meditabantur, ut exinde tamquam hæreticus apud omnes haberer. ad uos igitur religionis defensores et huiusmodi factiones execrantes confugio, nihil etiam nunc nouum inducens contra fidem iam inde ab initio nobis traditam, sed anathematizans Apollinarium Valentinum Manem et Nestorium et eos qui dicunt carnem domini nostri Iesu Christi saluatoris e cælo descendisse et non ex sancto spiritu et sancta uirgine Maria, et omnem hæresem usque ad magum Simonem. et nihilo minus tamquam hæreticus de uita mea periclitor et obsecro nullo mihi præiudicio facto ex his quæ per insidias contra me gesta sunt, quæ uisa uobis fuerit, super fide proferre sententiam et nullam deinceps permittere a factiosis contra me calumniam procedere et non excuti [eximi] de numero orthodoxorum eum qui in continentia et omni castitate septuaginta annos uitam peregit, ita ut in ipso exitu uitæ naufragium patiatur.

MV

2 conuenerant *Ballerini* euenerant *MV* quoniam *scripsi* quomodo *MV* me *addidi* 3 ueritate ad *V* ueritatem *M* 6 libellis *MV* 7 addita *Lupus* abdita *MV* scripta *MV* 9 respondente *MV* 10 nicenæ *V* s̄co *M* 11 natura *M* 12 *lacunam indicaui e. g. supplendo* constitutam et iubentem 13 Iulium *Lupus* talium *MV* 16 ut *scripsi* et *MV* hominem factum *MV* 19 dicebatur *M* abrupto *M* 20/21 ante—me *om. M* 20 parabant et] parabantes *V* 21 mea *MV* 22 et *addidi* 23/24 delectationem *V* 25 ut *add. Lupus* 26 confessionem *MV* solum etiam *M* 26/27 arriperent *MV* 28 nos *MV* 29 factionis *MV* 30 nobis ab initio *M* mannem *MV* 31 n̄ri saluatoris x̄pi *V* 35 nobis *M* fidem *MV* nullum *MV* promittere *M* factionis *M* 36 eximi *del. Amelli* 37 confinentia *M*

Subiunxi autem his litteris meis utrumque libellum, et eum qui ab accusatore meo oblatus est synodo, et qui a me * gestis quidem est, non tamen susceptus, et editionem fidei meæ nec non etiam ea quæ super duabus naturis a sanctis patribus nostris decreta sunt.

Item uerba Eutychetis

109 Testor uos coram deo, qui cuncta uiuificat, et Christo Iesu, qui sub Pontio Pilato
24 testificatus ⟨est⟩ optimam illam confessionem, ne quid ad gratiam faciatis. ego 1 Tim. 6, 12
enim iam inde a maioribus meis ita sensi et a pueritia mea ita illuminatus sum, quemadmodum sancta et ex uniuerso orbe terrarum apud Nicæam habita synodus trecentorum decem et octo beatissimorum episcoporum fidem constituit et quam confirmauit ac definiuit denuo optinere solam sancta synodus Ephesi collecta, et numquam aliter sensi quam quemadmodum præcepit recte et sola uera fides orthodoxa, et cunctis quæcumque super eadem fide ⟨a⟩ sancta eadem synodo constituta Ephesi, adsentior, cuius synodi dux et princeps fuit beatæ ac sanctæ recordationis episcopus Cyrillus Alexandrinorum, et prædicationis ac fidei sanctorum et electorum dei Gregorii maioris, ⟨Gregorii⟩ et item Gregorii Basilii Athanasii Attici Proculi socius et particeps sum et omnes eos orthodoxos et fideles habui et honoraui tamquam sanctos et magistros meos existimaui. anathema dico Nestorio et Apollinari et omnibus hæreticis usque ad Simonem et quicumque dicunt carnem domini nostri Iesu Christi e cælo descendisse; ipse enim qui est uerbum dei, descendit de cælis sine carne et factus est caro in utero sanctæ uirginis ex ipsa carne uirginis incommutabiliter et inconuertibiliter sicut ipse nouit et uoluit, et factus est quidem semper deus perfectus ante sæcula, idem et homo perfectus in extremo dierum propter nos et nostram salutem. hanc igitur meam plenam professionem habeat sanctitas uestra.

Eutychis presbyter et archimandritis huic libello subscripsi manu mea

Incipit exemplar epistulæ taciti nominis factæ ad quendam scire cupientem quid contrarium catholicæ fidei senserit Eutychis

110 Misit mihi nobilitas tua exemplum libelli de nouæ fidei expositione Eutychetis,
25 quem exposuit scribendo ad beatissimum papam sedis apostolicæ Leonem. scribere etiam dignatus es ut si quid inde sentirem, humilitatis meæ litteris indicarem, quod quidem ipse pro studio sanctæ mentis tuæ affectiose iniungere dignatus es, sed mihi trepidam habenti mentem et timore repletum cor in hac quæstione periculosum uidetur adgredi, præcipiente doctore et illuminatore gentium apostolo Paulo et generaliter monente ac dicente: stultas autem et ineruditas quæstiones et contentiones Tit. 3, 9
et pugnas legis deuita; sunt inutiles et uanæ. tamen ipsius beatissimi apostoli Pauli precibus adiuuante domino et deo Iesu Christo ut potuerit rusticus sermo et tenuis meus sensus, adgrediar, non ut magnitudo et maiestas fidei exigit, sed prout tenues uires meæ humilitatis patiuntur.

---

24 *est libellus ab Eutyche in ultima synodi Constantinopolitanæ a.* 448 *actione oblatus neque a Flauiano in gesta receptus; altera uersio extat in Collectione Nouariensi* 7
MV

1 subiunxit *MV* 2 *lacunam indicaui, e. g. supplendo* oblatus 3 maturis *V* 7 est *addidi* 8 peritia *MV* ura *V* 9 nicenam *M* 13 fidem *MV* a *addidi* eodem *MV* 15 Gregorii *addidi* 16 Attici *Lupus* eutici *M* euticii *V* 17 fidelis *V* meos *V* suos *M* 17/18 anathemanum *M* 18 apollinario *V* qui *M* 20 de *M* e *V* 21 et[1] *om. M* non conuertibiliter *M* 26 cupienti *MV* quod *M* 27 eutichi *V* 30 humilitatis *Lupus* humilitas *MV* 32 habentem *MV* et *Lupus* ex *MV* 34 stultus *MV* 36 ut *V* non *M* 37 tenues *MV* ut] ad *MV* exegit *M*

Cum ergo percurrerem prædictum exemplar epistulæ uel libellum fidei Eutychetis, inter cetera textus uerborum eius inueni ubi a sancto concilio episcoporum expeti a se duas naturas in Christo confiteri conqueritur. quod si consulens suæ continentiæ et uetustæ in se castitatis laboribus confiteri uoluisset, numquam senectutis suæ fidei periculum fuisset passus; sed quia in unam Christi personam secundum apostolorum uel prophetarum seu euangeliorum traditionem duas naturas in Christo confiteri noluit, in ipso portu exitus sui non solum ipse laborum continentiæ suæ naufragium passus est, uerum etiam iam olim bene fundatam per orbem terrarum ecclesiarum perturbauit fidem et ad cumulum perfidiæ suæ Christi ueneratorem et bonæ fidei fidelem prædicatorem beatum occidit episcopum Flauianum. et ille quidem quietis temporibus, nulla existente publica persecutione, coronam accipiens martyrii nunc cum beato suo
2 Tim. 4, 7. 8 magistro apostolo Paulo gloriatur et dicit: bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui: de cetero superest mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex, non solum autem mihi, sed et omnibus qui diligunt manifestationem eius. et illo quidem cum omnibus sanctis in domino gloriante, nobis necesse est, si meremur eius sequi uestigia et traditionem fidei, pro qua gloriosum meruit exitum, totis fidei uiribus etiam usque ad mortem tenere et in unam Christi personam duas confiteri naturas diuinitatis et humanitatis, creatricis et creatæ, assumptricis et assumptæ, quæ tamen substantiæ aut naturæ non confusæ, sed unitæ et in una eademque persona inseparabiliter et in sua semper proprietate permanent. quapropter unicuique substantiæ, id est naturæ propria utique aptanda sunt, id est infirmitates humanitati, quæ creata est, signa uero uel mirabilia diuinitati, quæ creauit. in tantum enim hæ duæ naturæ in una persona Christi simul unitæ sunt atque coniunctæ, ut idem Iesus Christus dei filius deus et homo aliquando res aut agat aut loquatur humanas, aliquando uero diuinas. nam denique ut duarum naturarum, id est diuinitatis et humanitatis in se ostenderet substantias, nauigans dormit in naui ut homo et procellæ imminenti uento uel mari imperat ut deus
Mc. 4, 39 dicens tace, obmutesce, et post quadraginta dierum atque noctium ieiunium esurit ut homo et in solitudine quinque milia uirorum exceptis infantibus et mulieribus de quinque panibus et duobus piscibus refecit ut deus. et quid plura? a Iudæis crucifixus et lancea in latere conpunctus moritur ur homo et Lazarum quadriduanum de monumento
Ioh. 11, 43 resuscitat ut deus, auctoritate diuina dicens: Lazare, ueni foras. harum ergo, domine mi, duarum naturarum [substantias] in Christo fortiter custodienda est traditio, ne cum Eutychete aut ceteris eius consentaneis eas in unum confundentes nouum et incertæ fidei teneamus tramitem. optime enim hos dedignaris, quia omne quod confusum est, obscurum et incertum esse cognoscitur. siquidem ut datur intellegi, propterea easdem naturas diuinitatis et humanitatis imprudenti sensu in unum confundere uidentur, ut non separantes humanitatis substantiam a Christi diuinitatis natura impia uoce deum passibilem pronuntient. nam denique epistula quam dicit Eutychis Iulii quondam episcopi urbis Romæ esse, quam etiam ad solatium suæ perfidiæ,

---

MV

1 percurrere *MV* eutichitis *V* 3 conqueritur confiteri *M* consules *M* 5 in unam] inanam *MV* 6 uoluit *MV* 13 mihi *om. M* coronam *M* 15 in omnibus *M* 21 permanent *scripsi* permanentes *MV* quapropter *Lupus* quia propter *MV* natura *MV* 22 infirmitatis *MV* 23 mirabilia *scripsi* mutabilia *MV* tantam *MV* hac *MV* 24 dī *V* dš *M* 26 diuinitatis *V* natiuitatis *M* 27 nauigans *Lupus* nauigantes *M* nauigatas *V* imperat ut *Lupus* imperatur *MV* 32 resuscitauit *M* 33 mi *om. V* substantias *del. Lupus* es *MV* 34 ceteros—consentaneos *MV* nouam *MV* 35 hos *scripsi* nos *MV* 39 naturam *MV* 40 iuliani *V*

ignoro forsitan falsam, protulit, cuius etiam et prauo sensu duci cognoscitur, in prope ultimo textus sui ita profitetur dicens

qui igitur sic sentiunt, non excedant ⟨in⟩ consona contraria sentientibus, ut cum mente diuinis præceptis consentiant, sermonibus discrepent. necesse est enim eos, cum duas naturas intellegunt, alteram colere, alteram non adorare, et in diuinam quidem baptizari, in humanam uero non baptizari. Lietzmann, Apollinaris p. 258, 13—18

Vides ergo quomodo impugnantes et confundentes duarum naturarum substantias deum passibilem pronuntiare perfido sensu conantur. nos uero, qui catholicæ fidei rectum tenemus tramitem, prætermissa hac confusione duarum naturarum, in dominicam carnem baptizati propterea eam adoramus, quod a diuinitate suscepta atque eidem ita unita sit, ut non alium atque alium, sed unum eundemque deum et hominem dei filium esse confiteamur. nam si Eutychis aut ceteri eius consentanei hominem separant a Christo deo, illi nos numquam adoramus aut seruimus. aut si quis nostrum purpuram aut diademam regalem iacentem inueniat, numquid ea conabitur adorare? mox uero ea rex fuerit indutus, periculum mortis incurrit, si quis ea simul cum rege adorare contempserit. ita Christi domini nostri perfectam humanitatem, non solam aut nudam, sed diuinitati suæ unitam, unum eundemque dei filium, deum uerum et hominem uerum si quis adorare contempserit, ⟨poenam⟩ æternæ mortis patietur.

Prosequitur iam Iulius, cuius sensu ducitur Eutychis, et dicit Lietzmann l. c. p. 258, 18—259, 1

si autem in mortem domini baptizamur, unam profitemur naturam et impassionabilis deitatis et passionabilis carnis.

Velim plenius agnoscere quomodo dicant carnis. si hæc caro sine anima est, quid est caro ista nisi terra [est] sine sensu, quæ nec gratias agere ualuit nec crucis pœnam sentire potuit? quod autem caro sine anima sentire non possit, cunctis manifestum est. si autem, ut illi sentiunt, in illa dominica carne diuinitas pro anima fuit, diuinitatem ergo passionibus subiciunt. si autem, ut uera se habet scripturarum fidelissima ratio, simul cum carne et humanam suscepit animam, ergo perfectus deus perfectum suscepit hominem, ut ostenderet se simul cum humana carne et humanam suscepisse animam, id est perfectum hominem. (Ioh. 10, 11) dicit enim: pastor bonus animam ponit pro ouibus suis (Ioh. 10, 18) et potestatem habeo ponendi animam meam et iterum potestatem habeo sumendi eam. et in ipso articulo passionis suæ dicit: (Mt. 26, 38) tristis est anima mea usque ad mortem (Ioh. 12, 27) et nunc anima mea turbata est. non enim deus aliquando perturbatur, sed ille utique homo qui esuriit, qui sitiuit, qui dormiuit, qui lassauit atque plorauit, quæ omnia sine affectibus animæ caro sola sentire non potuit, nisi ille homo perfectus quem suscepit deus perfectus, dicente Ieremia propheta: (Baruch 3, 36—38) hic deus noster, non æstimabitur alius ad eum. qui inuenit omnem uiam disciplinæ et dedit eam Iacob puero suo et Israhel dilecto a se, et adiecit: post hæc in terris uisus est et cum hominibus conuersatus est. quapropter autem in terra uisus fuerit et cum hominibus conuersatus sit, sanctissimus prophetarum Esaias plenissime et apertius exponit: (Ies. 53, 1—12) domine, quis

MV
1 prauum sensum *MV* prope *V* proprie *M* 3 excidant *MV* in *addidi* 4 discrepant *MV* enim est *V* 6 uero *om. V* 7 uidens *M* substantiam *M* 8 catholicum *MV* 9 pretermissum hanc confusionem *MV* 9/10 dominicum *MV* 10 ea *M* 12 consentanei *scripsi* consentia [consentiant *V*] uel *MV* 15 ea *om. V* 16 solum *MV* 17 aut *V* ut *M* diuinitate *MV* 18 pœnam *addidi* 19 prosequitur iam *scripsi* sequitur etiam *MV* ducitur *Lupus* dicet *M* dicit *V* 20 in *V* si *M* 20/21 passionalis *V* 23 est¹ *del. Lupus* 24 non *M* nichil *V* 26 habent *M* haberent *V* 28 hominem nam *MV* humanam carnem *MV* 33 conturbatur *V* esuriet *MV* 36 alius] amplius *MV* 39 terram *MV*

ignoro forsitan falsam, protulit, cuius etiam et prauo sensu duci cognoscitur, in prope ultimo textus sui ita profitetur dicens

qui igitur sic sentiunt, non excedant ⟨in⟩ consona contraria sentientibus, ut cum mente diuinis præceptis consentiant, sermonibus discrepent. necesse est enim eos, cum duas naturas intellegunt, alteram colere, alteram non adorare, et in diuinam quidem baptizari, in humanam uero non baptizari. Lietzmann, Apollinaris p. 258, 13—18

Vides ergo quomodo impugnantes et confundentes duarum naturarum substantias deum passibilem pronuntiare perfido sensu conantur. nos uero, qui catholicæ fidei rectum tenemus tramitem, prætermissa hac confusione duarum naturarum, in dominicam carnem baptizati propterea eam adoramus, quod a diuinitate suscepta atque eidem ita unita sit, ut non alium atque alium, sed unum eundemque deum et hominem dei filium esse confiteamur. nam si Eutychis aut ceteri eius consentanei hominem separant a Christo deo, illi nos numquam adoramus aut seruimus. aut si quis nostrum purpuram aut diademam regalem iacentem inueniat, numquid ea conabitur adorare? mox uero ea rex fuerit indutus, periculum mortis incurrit, si quis ea simul cum rege adorare contempserit. ita Christi domini nostri perfectam humanitatem, non solam aut nudam, sed diuinitati suæ unitam, unum eundemque dei filium, deum uerum et hominem uerum si quis adorare contempserit, ⟨poenam⟩ æternæ mortis patietur.

Prosequitur iam Iulius, cuius sensu ducitur Eutychis, et dicit Lietzmann l. c. p. 258, 18—259. 1

si autem in mortem domini baptizamur, unam profitemur naturam et impassionabilis deitatis et passionabilis carnis.

Velim plenius agnoscere quomodo dicant carnis. si hæc caro sine anima est, quid est caro ista nisi terra [est] sine sensu, quæ nec gratias agere ualuit nec crucis pœnam sentire potuit? quod autem caro sine anima sentire non possit, cunctis manifestum est. si autem, ut illi sentiunt, in illa dominica carne diuinitas pro anima fuit, diuinitatem ergo passionibus subiciunt. si autem, ut uera se habet scripturarum fidelissima ratio, simul cum carne et humanam suscepit animam, ergo perfectus deus perfectum suscepit hominem, ut ostenderet se simul cum humana carne et humanam suscepisse animam, id est perfectum hominem. (Ioh. 10, 11) dicit enim: pastor bonus animam ponit pro ouibus suis et potestatem habeo ponendi animam meam et iterum potestatem habeo sumendi eam. (Ioh. 10, 18) et in ipso articulo passionis suæ dicit: tristis est anima mea usque ad mortem (Mt. 26, 38) et nunc anima mea turbata est. (Ioh. 12, 27) non enim deus aliquando perturbatur, sed ille utique homo qui esuriit, qui sitiuit, qui dormiuit, qui lassauit atque plorauit, quæ omnia sine affectibus animæ caro sola sentire non potuit, nisi ille homo perfectus quem suscepit deus perfectus, dicente Ieremia propheta: (Baruch 3, 36—38) hic deus noster, non æstimabitur alius ad eum. qui inuenit omnem uiam disciplinæ et dedit eam Iacob puero suo et Israhel dilecto a se. et adiecit: post hæc in terris uisus est et cum hominibus conuersatus est. quapropter autem in terra uisus fuerit et cum hominibus conuersatus sit, sanctissimus prophetarum Esaias plenissime et apertius exponit: domine, quis (Ies. 53, 1—12)

MV
1 prauum sensum *MV* prope *V* proprie *M* 3 excidant *MV* in *addidi* 4 discrepant *MV* . . . nomest *V*
6 uero *om. V* 7 uidens *M* substantiam *M* 8 catholicum *MV* 9 pretermissum hanc confusionem *MV*
9/10 dominicum *MV* 10 ea *M* 12 consentanei *scripsi* consentia [consentiant *V*] uel *MV* 15 ea *om. V*
16 solum *MV* 17 aut *V* ut *M* diuinitate *MV* 18 pœnam *addidi* 19 prosequitur iam *scripsi*
sequitur etiam *MV* ducitur *Lupus* dicet *M* dicit *V* 20 in *V* si *M* 20/21 passionalis *V* 23 est *V*
del. Lupus 24 non *M* nichil *V* 26 habent *M* haberent *V* 28 hominem uam *MV* humanam
carnem *MV* 33 conturbatur *V* esuriet *MV* 36 alius] amplius *MV* 39 terram *MV*

credidit auditui nostro et brachium domini cui reuelatum est? annuntiauimus coram ipso tamquam puer, ut radix in terra sitienti. non est ei species neque gloria. uidimus eum et non habuit speciem neque decorem, sed species eius sine honore et abiecta præ omnibus hominibus. homo in plaga positus sciens ferre infirmitatem, quoniam auersata est facies eius et dehonestatus est et pro nihilo æstimatus est. hic peccata nostra portat et pro nobis dolet. nos æstimauimus eum in dolore esse et in plaga et in uexatione, ipse autem uulneratus est propter peccata nostra et infirmatus est propter iniquitates nostras. eruditio pacis nostræ in eum, liuore eius nos sanati sumus. omnes ut oues errauimus et omnes homines a sua uia errauerunt et dominus tradidit eum pro peccatis nostris, ipse autem male uexatus continuit labia sua, ut ouis ad immolandum ductus est et sicut agnus coram tondente se sine uoce, sic non aperuit os suum. in humilitate iudicium eius sublatum est, generationem autem eius quis enarrabit? quoniam tolletur a terra uita eius et ab iniquitatibus populi mei ductus est ad mortem. et dabo malos pro sepultura eius et diuites pro morte eius, quoniam iniquitatem non fecit nec dolus inuentus est in ore eius. et dominus uult purgare eum de plaga. si detis pro peccato, anima uestra uidebit semen longæ uitæ, et uult dominus a dolore animæ eius ostendere ei lumen, formare per prudentiam, iustificare iustum bene seruientem pluribus et peccata eorum ipse portabit. ideo ipse hereditatem possidebit multos et fortium partietur spolia, propter quod tradita est in mortem anima eius et inter iniquos deputatus est et ipse peccata multorum tollit et propter iniquitates nostras traditus est. peruide igitur, domine mi, secundum sanctæ tuæ mentis studium quomodo prædicti prophetæ Ieremias et Esaias sibimet consentientes asserunt qualiter perfectus deus de cælis descendens pro salute generis humani perfectum susceperit hominem, et superius ab Esaia prædictas passiones utique naturæ illius in Christo suscepti hominis assigna. nam numquid deus, qui est inuisibilis inconprehensibilis inpassibilis inenarrabilis atque inæstimabilis, poterat conprehendi aut inimicis tradi aut inter impios deputari aut mori aut obrui aut uita eius a terra tolli? sed ille utique qui, ut supra iam diximus, esuriit, sitiuit, lassauit, dormiuit atque plorauit, qui etiam in cruce passionis pendens cum uidisset in se inhabitantem deum
Mt. 27, 46 de suo exire corpore, lacrimabili uoce clamauit post eum, Hebraica lingua dicens: Heli Heli lama sabactani, hoc est deus meus deus meus quare me dereliquisti? quamuis post tertiam diem eum esset resuscitaturus. tamen necesse erat illud
Ioh. 16, 27-28 adimpleri quod iam prædixerat in euangelio Iohannis, suis discipulis dicens: ego a deo processi, exiui a patre et ueni in hunc mundum; iterum relinquo hunc mundum et uado ad patrem. siquidem et in ipsa passione, quamuis ille perfectus homo a perfecto deo susceptus impiam mortis in cruce patiatur pœnam, tamen et ipse impassibilis deus in eodem a se suscepto perfecto homine, quamuis passionem non

---

MV

1 credit *MV* 2 pueri *MV* in terra *om. M* 3 uidemus *MV* 5 facies *V* species *M* 8 est *om. M* 11 uia sua *V* 12 oues *MV* 16 malus *V* maius *M* 19 animas ūras uidebitis [uidetis *M*] *MV* 20 a dolore] adolere *MV* 22 portauit *MV* 23 morte *MV* 24 multorum *om. V* 28 perfectum *om. M* p̄dictus *MV* naturarum *M* 29 assigna *scripsi* assignat *MV* 30 inpassibilis—inæstimabilis *om. M* 31 obrui *V* merui *M* 33 crucem *MV* habitantem *V* 34 clamauit *Lupus* clamans *MV* 35 lamassabathani *V* lamacsabathani *M* deus meus *om. M* 36 tertia die *M* 39 et aduado *M*

sustinuerit, tamen iniuriam passus est. nam sicut qui indumentum conscindit, induto facit iniuriam, ita et qui carnem eius crucifixerunt, diuinitati eius iniuriam intulerunt. hanc ergo diuinitatis iniuriam omnia elementa uidentes expauerunt. nam denique terra contremuit, petræ scissæ sunt, sol fugit in noctem, luna sanguineo colore fuscata est et tamquam damnatione perpetua iam mundus oppressus est, auulsæ locis cælestibus stellæ ruerunt et elementorum lege confusa apertis monumentis sepulta iam olim corpora animas receperunt. ideo ergo catholici per orbem terrarum ecclesiarum fidelissimi doctores secundum scripturarum auctoritatem duas in Christo naturas prædicant, diuinitatis et *** tot annorum continentiæ laboribus apertis oculis immersisset nec Orientis ecclesiis impiam intulisset perturbationem per confusas in unum duarum naturarum substantias deum passibilem pronuntians. sed cum in ista suam sententiam Paulus apostolus compleat dicens quia in nouissimis temporibus recedent quidam a fide, tamen nos sollicite præmonet dicens: adtendite spiritibus seductoribus in ypocrisi mendaciloquorum cauteriatam habentium conscientiam. (1 Tim. 4, 1. 2) nisi enim secundum apostoli dictum cauteriatam et incertam suæ fidei habuisset conscientiam, numquam tantam confusionem ecclesiis dei excitans suæ perfidiæ socios fecisset sanctos trecentos decem et octo patres Nicæni concilii nec non etiam Cyrillum et Athanasium Felicem Gregorium et Proculum sanctos episcopos, qui non utique eius perfidiam sequendo, sed superius a mea humilitate expositam fidem docendo inter sanctos et electos dei in [numero] libro uiuentium denumerati sunt. sed ut simplicium et imperitorum inludat et ad se ducens adtrahat animos, ideo prædictos sanctos uiros, catholicæ fidei auctores et prædicatores, suæ nouæ et nouissimæ perfidiæ fingit esse socios. uere in hunc Eutychetem completa est apostoli sententia dicentis: huiusmodi pseudoapostoli, operarii dolosi, transfigurantes se in apostolos Christi. et non mirum: ipse enim satanas transfigurat se sicut angelum lucis. non ergo magnum si ministri eius transfigurentur sicut ministri iustitiæ, quorum finis ⟨erit⟩ secundum operationem eorum. (2 Cor. 11, 13—15) secundum hanc ergo apostoli sententiam, cum sit minister perfidiæ, simulatur se socium esse ministris iustitiæ, a quibus prædictam fidei nostræ ** tenuit a se doctam exposuit rationem. inter quorum discipulos et dulcissimos fidei filios cupio tuam nobilitatem mecum pariter ascribi, ut eorum, si meremur, sequentes fidei uestigia eorum precibus in futuro iudicio misericordiam impetrare mereamur a triplici pietatis unita maiestate, hoc est patris et filii et spiritus sancti, cui gloria in sæcula sæculorum. amen.

Incipit exemplar Iulii episcopi urbis Romæ, ut asserit Eutychis, scripta ad Dionysium episcopum, cuius sensu ductus ipse Eutychis decidit in errorem

111
26 Miror audiens quosdam confitentes quidem in carne ⟨deum⟩ dominum nostrum, incurrentes uero diuisionem male a Paulianistis introductam. illi enim Paulum (Lietzmann. Apollin. p. 256 18—259, 12)

---

26 *altera uersio extat in Collectione Nouariensi* 9, 1

M, *V* [*usque ad* 23 apostoli]

1 conscendit *MV* 2 diuinitatis *M* 4 scissæ *Lupus* fixe *MV* 5 mundum oppressum *M* 6 cælestibus locis *V* 9 *lacunam indicauit Lupus, expletur iis quae alieno loco in M extant p. 150, 34—151, 21* 10 pertulisset *M* 10/11 in unum *scripsi* inano *MV* 13 quidem *M* 14 cauteritatem *M* 15 habentes *MV* cauteritatem *M* 18 concilii epos *V* 19 mea *Lupus* me ab *MV* 20 dicendo *M* numero *deleui* 21 imperatorum *M* sese *V* 23 eutichitem *MV* *in* apostoli *desinit V in fine folii* 24 sententie *M* 27 fines *M* erit *om. M* 30 *lacunam indicaui, e. g. supplendo* expositionem dum non docta *M* dulcissimus *M* fidei *scripsi* fideles fid, *sed* fid *del. M*

M

37 deum *addidi* 38 a] in *M* poculianistis *M*

Samosatenum sequentes alium quidem intellegunt eum qui ex cælo descendit, deum confitentes, alium uero terrenum hominem esse dicunt et illum quidem infabricabilem, hunc ** dominum, alium seruum, impii, seu uenerentur eum quem seruum appellant et fabricatum, seu non colant eum qui nos sanguine suo redemit. hi uero qui deum descendisse de cælo confitentur et carnem factum ex uirgine et unum esse cum carne, frustra conturbant excedentes in uerba impietatis illorum. dicunt enim et ipsi, sicut audio, duas
Ioh. 1, 14 naturas; atqui Iohannes euidenter probat ⟨unum⟩ dominum nostrum cum dicat uerbum
1 Cor. 8, 6 caro factum est, et Paulus apostolus cum dicat unus dominus Iesus Christus, per quem omnia. si enim natus ex uirgine Iesus nominatur et ipse est per quem uniuersa facta sunt, una scilicet natura [facta] est, quoniam et una persona non in duo diuisa, cum nec propria natura corpus et propria natura deitas sit secundum carnem, sed sicut homo una natura est, ita et is qui ad similitudinem hominis est Christus factus. quodsi non agnoscunt id quod per adunationem unum est, possunt et unum in plura partire et plurimas dicere naturas, quoniam multiplex corpus, quod ex ossibus, neruis et uenis, carne et cute, sanguine et spiritu constet, quæ omnia diuersa quidem inter se sunt, una tamen est eorum natura. unde et deitatis natura cum corpore unum est [et] nec in duas naturas diuiditur. nec enim poterat totum filius hominis appellari qui descendisset e cælis, et rursus filius dei qui natus ex femina est, si duarum naturarum caperet diuisionem, sed id quidem quod descendisset e cælis, uocaretur filius ** hominis, non filius dei, et hoc Paulianæ diuisionis * nos autem diuinæ scripturæ docent tamquam de uno domino nostro sentire, et cum descendisset e cælis, et cum in terra natus
p. 147, 3—6 est. qui igitur sic sentiunt, non excedant in consona contraria sentientibus, ut cum mente diuinis præceptis consentiant, sermonibus discrepent. necesse est enim eos cum duas naturas intellegant, alteram colere, alteram non adorare, et in diuinam quidem
p. 147. 20. 21 baptizari, in humanam uero non baptizari. si autem in mortem baptizamur domini, unam profitemur naturam et impassionabilis deitatis et passionabilis carnis, ut per hoc sit
Rom. 6. 3 baptisma nostrum et in deum et in mortem domini perceptum. nec enim ueremur calumniatores, qui diuidunt in duas personas dominum, ne cum nos unitatem euangelicam atque apostolicam prædicemus, lacerent nos tamquam dicentes carnem esse cælestem, cum nos e contra diuinas scripturas legamus dicentes filium hominis ex cælo. nec enim cum dicimus filium dei creatum ex muliere, possumus reprehendi tamquam uerbum ex terra dicentes et non ex cælo; dicimus autem utrumque, et ex cælo totum propter deitatem et ex muliere totum propter carnem, ignorantes diuisionem unius personæ.

In textum epistulæ 2 Leonis ad Theodosium [cf. quæ supra p. 4, 5 adnotaui] M habet inculcata quae explent lacunam p. 149,9

humanitatis, creatricis et creatæ, ut infirmitates et passiones humanitati quæ creata est, adsignent, signa autem uel mirabilia atque uirtutes diuinitati quæ creauit, ne in una Christi persona duarum naturarum in unum confusus ordo deum passibilem cum nouo hæretico Eutychete pronuntiet. Paulus denique beatus apostolus ut in una Christi persona duas ostenderet naturas non confusas, sed unitas et inseparabiles,
Phil. 2. 5—8 tamen in sua semper proprietate permanentes [ostendens], dicit ad nos: hoc sentite in uobis quod et in Christo Iesu, qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse [se] æqualis deo, sed semet ipsum exinaniuit formam serui accipiens in similitudine hominum factus et habitu inuentus ut homo humiliauit semet ipsum factus obœdiens usque ad mortem, mortem autem

---

M

1 famositanum *M* 1/2 confidentes *M* 3 *desunt* δὲ κτιστόν, τὸν μὲν αἰώνιον, τὸν δὲ χθεσινόν, τὸν μὲν 5 factam *M* 7 atqui *scripsi* ad quod *M* unum *add. Lupus* 9 ισ̄ *pro* εἷς 10 facta *deleui* 11 corpus *scripsi* corporis est *M* 17 nec *scripsi* et hec *M* 19 *desunt* θεοῦ καὶ οὐχ υἱὸς ἀνθρώπου, τὸ δὲ γεννηθὲν ἐκ γυναικὸς ἐκαλεῖτο ἂν υἱός 20 *deest* ἕπεται 22 excedunt *M* 28 nec *M* 32 autem] enim *M*

36 humanitatis *M* 38 una *M* eutichne *M* pronuntient *M* 39 personas *M* stendere *M* 40 tamen *scripsi* lumen *M* ostendens *deleui* 41 se *deleui*

crucis. intende ergo, perfide, quod Christi nomen, de quo scriptum est in propheta Dauid unxit te, deus, Ps. 44, 8
deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis, [unde] ad id quod perfectus homo factus est, pertinet, id
est quod formam serui accipiens habitus est ut homo, qui utique habitus cœpit ex tempore. de ipso tamen
eodemque Christo dictum est cum in forma dei esset: ergo profecto cum in forma dei esset, antequam [enim]
ab illo forma serui esset accepta. nondum enim erat filius hominis, sed filius dei, cui patris æqualitas non
erat ⟨accepta⟩, sed natura. non enim erat usurpando elatus, sed hoc erat natus et ideo ueritas. nondum
ergo erat Christus quod esse cœpit, cum semet ipsum exinaniuit non formam dei amittens, sed formam serui
accipiens. uerumtamen, si quæramus quis est ille qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualis deo, respondetur nobis uoce apostolica Christus Iesus: ergo illa diuinitas huius
humanitatis nomen accepit. item si quæramus quisnam sit factus obœdiens usque ad mortem, mortem
autem crucis, rectissime respondetur nobis: ille qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualis deo: ergo ista humanitas illius diuinitatis nomen accepit. uides ergo quam luce
clarius ⟨et⟩ euidenter apparet Christum dominum nunc geminam in se habere naturam diuinitatis et humanitatis. nam denique secundum humanitatem, ut apostolus dicit, obœdiens factus est ad mortem, secundum
autem diuinitatem non rapinam arbitratus est esse [se] æqualis deo; secundum humanitatem dicit in euangelio
filium se esse hominis, secundum diuinitatem pronuntiat se filium dei; secundum humanitatem dicit pater maior Ioh. 14, 28.
me est, secundum diuinitatem dicit ego et pater unum sumus; secundum humanitatem dicit non facio 10, 30
uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me, secundum diuinitatem dicit sicut pater sus- Ioh. 5, 30. 21
citat mortuos et uiuificat, ita et filius quos uult, uiuificat. huius ergo dei ⟨et hominis naturarum⟩
rationis si rectum ordinem tenuisset Eutychis, numquam in tam grandem impietatis foueam semet ipsum cum
suæ

M

1 intente *M* de *scripsi* ex *M* 2 unde *deleui* ad id *scripsi* addidit *M* factus] tus *M* 4 perfecto *M* enim *deleui* 5 esse *M* 6 accepta *addidi* ut surpando *M* ideo ueritas] *postulatur* secundum ueritatem necdum *M* 7 forma *M* ammittens *M* 11 rapina *M* 13 et *addidi* gemina *M* natura *M* 13/14 humanitas *M* 15 se *deleui* secundum *scripsi* nondum *M* humanitate *M* 16 filium se] filums *M* 17 ergo *M* 19 et hominis naturarum *addidi*

COLLECTIO CORBEIENSIS

1 Incip̄ definitio synhodi aduersum Eutychen. *est uersio ultimæ synodi Constantinopolitanæ contra Eutychen actionis, editur in Collectione Nouariensi 2 de re Eutychis* [*uol.* II]

2 Incp̄ epistula Flauiani episcopi Constantinopolitani ad Leonem urbis Romæ episcopum. Nulla res diaboli; *editur in Collectione Nouariensi de re Eutychis 3*

3 Leo ep. 28; editur in Collectione Nouariensi de re Eutychis 5

4 Leo ep. 103; editur infra

5 Incp̄ epistula papæ Leonis ad Pulcheriam augustam. Quantum præsidii [*G 11 ep. 31*]

6 Incp̄ [Incp̄ eiusdem P^c] ad Iulianum episcopum. Licet per nostros [*G 5 ep. 35*]

7 Incp̄ [Incp̄ eiusdem P^c] ad Iuuenalem episcopum. Acceptis dilectionis [*G 82 ep. 139*]

8 Incp̄ eiusdem papæ Leonis ad Constantinopolitanos ciues. Licet de his [*G 34 ep. 59*]

9 Incp̄ epistula papæ Leonis ad Leonem imperatorem contra Eutychen. Promisisse [*G 104 ep. 165*]

Leo ep. 103 JK 480. sententiæ a legatis Leonis contra Dioscorum pronuntiatæ exemplar Græcum extat in Gestis Chalcedonensibus II 94, Latinum ex Græco uersum in uersione a Rustico edita III 94

112 Dilectissimis fratribus Rustico Rauennio Venerio et ceteris episcopis per Gallias constitutis Leo. Impletis per misericordiam dei communibus uotis dignum est fraternitatem uestram sanctorum gaudiorum habere consortium. nam fratres mei qui uice mea Orientali synodo præsederunt, quæ acta rettulerint, significo confirmata catholica fide et glorificato apostolicæ prædicationis triumpho, quod etiam hi qui ad deuiandum uel seducti fuerant uel inpulsi, recepta ueritatis luce lætantur. siquidem omnes domini sacerdotes in unam sententiam sancto spiritu docente consenserunt et de sacramento dominicæ incarnationis, in qua multorum intellegentia uacillabat, ita tenebræ erroris ablatæ sunt, ut in uno domino nostro uero et dei et hominis filio nec de humanitatis ambigatur natura nec de deitatis essentia. in impios autem nefandi erroris auctores, qui indignos se dei gratia iudicantes correctionis uti remediis noluerunt, qualis sit lata sententia, exemplaria quæ misimus, edocebunt, ut agnoscat uestra dilectio, fratres karissimi, in sancto examine diuinum non defuisse iudicium, quo et uindicta retributa est obduratis et pax inpensa correctis.

Dominus uos incolumes custodiat, fratres carissimi.

INCIPIT EXEMPLAR [EPISTVLAE]

Pascasinus episcopus Lilybitanus et Lucensis episcopus Asculanus et Bonifatius presbyter ecclesiæ maximæ urbis Romæ uicarii sanctissimi ac beatissimi papæ Leonis apostolicæ sedis antistitis pronuntiauerunt: Manifesta sunt quæ Dioscorus Alexandrinæ

P [= *acp*], *I* [*usque ad* 20]

19 orientale *P* retulerunt *I* 21 diuiandum *P* diuinandum *I* 22 una sententia *I* consenserint *P* 24 nostro ihū xp̄o P^{cp} et[1] *om. I* 25 de[2] *om. P* 26 grām *I*

31 EPISTVLAE *deleui* 32 lillybitanus *P* ascolanus *P* 34 et apostolicæ P^p antites P^c

urbis antistes contra canonum disciplinam regulasque ecclesiasticas inlicita præsumptione commisit, sicut præterita gestorum seu præsens declarauit assertio. is namque, ut plura relinquamus, Eutychen consortem perfidiæ suæ a proprio episcopo sanctæ recordationis Flauiano iure damnatum in gratiam communionis, antequam cum his qui congregati fuerant in Ephesena urbe episcopis resideret, suscepisse cognoscitur. sed illis quidem sedes apostolica ueniam tribuit, quia contra uotum gessisse quæ patrata sunt, adprobantur, ita ut nunc usque adhæreant et beatissimo papæ et uniuersali sanctoque concilio, qua de re sacrosanctæ communionis consecuti sunt medicinam; prædictus uero [qui] malorum perseuerantia ornari se æstimat, cum debeat summissa fronte usque ad terram cum gemitu, ut conuenit, inclinari, quoniam nec beatissimi papæ epistulam legi permisit ad uenerandæ memoriæ Flauianum Christi antistitem scriptam. quippe cum ab his qui detulerant, petitus ut legi sineret, sacramenti satisfactione quod promiserat, implere contempsit, quatenus praui dogmatis augeretur impietas et occasio læsionis uel scandali cunctis generaretur ecclesiis. patratis tamen his uoluimus sceleribus indulgere et ueniam quam ceteris episcopis præstitimus, dignanter inpendere, cum nec similem iudicandi repperiantur habuisse fiduciam; adiecit ** etiam accusatorum supplicatio uariis referta criminibus et tertio euocatus per reuerentissimos fratres et coepiscopos nostros ammonitione canonica uenire contempsit conscientiæ detentus arcano. episcopos etiam a prouinciali synodo, cui subdebantur, iure damnatos iniqua usurpatione suscipiens ipse contra se damnationis sententiam prouocauit ueterum patrum sæpius statuta conculcans. unde sanctus ac beatissimus papa caput uniuersalis ecclesiæ Leo per nos uicarios suos sancta synodo consentiente Petri apostoli præditus dignitate, qui ecclesiæ fundamentum et petra fidei et cælestis regni ianitor nuncupatur, episcopali eum dignitate nudauit et ab omni sacerdotali opere fecit extorrem. superest uti congregata uenerabilis synodus canonicam contra prædictum Dioscorum proferat iustitia suadente sententiam.

FINIT EXEMPLAR

P [= *acp*]

1 antistites P^c 2 præteritæ F^c 4 iure *in* iniuste *corr.* F^c 5 resederint P^c 6 tribuat *P* 8 concilii F^c 9 qui *deleui* 12 siniret P^a 14 regenetur P^c his uoluimus his P^{ap} 16 repperiatur P^{ac} reppeatur P^p, *sed cf. Γ* *lacunam agnouere Ballerini* etiam P^{ac} autem P^p 19 cui *om.* P^c 21 concalcans F^c 21/22 uniuersalis ecclesiæ *om.* F^p 23 fundamen P^a et[1] *om.* P^{ap} 26 suadante *P* 27 exemplar sententiæ F^c exemplar sententiæ æpistolæ papæ leonis F^p

EX COLLECTIONE QUESNELIANA

Leo ep. 124 JK 500

113
LXXXI

ITEM INCIPIT EIVSDEM PAPAE LEONIS EPISTVLA AD PALAESTINOS

Sollicitudini meæ quam uniuersali ecclesiæ omnibusque eius filiis debeo, multorum relatione patefactum est dilectionis uestræ animis quiddam offensionis inlatum, dum aut imperiti, ut apparet, interpretes aut maligni quædam uos aliter intellegere quam a me sunt prædicata, fecerunt, non ualentes in Græcum eloquium apte et proprie Latina transferre, cum in rebus subtilibus ac difficilibus explicandis uix sibi etiam in sua lingua disputator quisque sufficiat. quod tamen apud me eo proficit, ut dum ea quæ catholica fides respuit, inprobatis, intellegamus uos ueris amiciores esse quam falsis et id merito refutare quod ex antiquæ institutione doctrinæ etiam ipse detestor. quamuis enim epistula mea ad sanctæ memoriæ Flauianum episcopum data satis sibi ad manifestationem sui ipsa sufficiat neque in aliquo aut purgationis aut expositionis indigeat, et alia tamen cum eadem mea scripta concordant, in quibus similiter prædicationis meæ sensus in aperto est. necessitatem enim habens contra hæreticos, qui multos Christi populos conturbauerant, disserendi, et clementissimis principibus et sancto concilio synodali et Constantinopolitanæ ecclesiæ quid de incarnatione uerbi secundum euangelicam apostolicamque doctrinam deberemus sapere ac sentire, patefeci et in nullo a sanctorum patrum confessione discessi, quia una est uera singularis catholica fides, cui nihil addi, nihil minui potest. quam Nestorius prius et nunc Eutyches diuersa quidem assertione, sed simili impietate impugnare conati sunt et ecclesiæ dei duas hæreses sibimet contrarias inferre temptauerunt, ut uterque a discipulis ueritatis merito damnaretur, quia insanum nimis et sacrilegum fuit quod uaria falsitate ambo senserunt. anathematizetur ergo Nestorius, qui beatam uirginem Mariam hominis tantummodo credidit genetricem, ut aliam personam carnis, aliam faceret deitatis nec unum Christum in uerbo dei et carne sentiret, sed separatim atque seiunctim alium filium dei, alium hominis prædicaret, cum manente illa incommutabilis uerbi essentia, quæ ei cum patre et cum spiritu sancto intemporalis atque coæterna est, ita intra uirginea uiscera uerbum caro sit factum, ut uno conceptu unoque partu eadem uirgo secundum unionem utriusque substantiæ et ancilla domini esset et mater, quod etiam Elisabeth, sicut Lucas euangelista declarat, intellexit et dixit: unde hoc mihi ut ueniat mater domini mei ad me? Eutyches quoque eodem percellatur anathemate, qui per impios ueterum hæreticorum uolutatus errores tertium Apollinaris

ep. 11. 12. 30. 34

Lc. 1, 43

---

19 quam Nestorius] ab hinc habetur quod sequitur, in epistula ad Leonem augustum [*G 104*] *Qatw in mg.*

Q [= *aetwx*], *I*

numerus ex Q 2 ITEM-PALESTINOS [PALESTINOS SVPER MOBILITATEM FIDEI IPSORVM IN EVTICIANA HERESI DEVOLVTIS CORREPTIO *Qa*] *Q* item ēpla leonis ad palestinum *I* *praem.* leo ēps palestinus *I* 3 omnibusque eiusque *I* multorum *Qx corr.*, *I* multum *Q* 5 nos *I* 8 profecit *I* 9 amciciores *I* 10 detestor *Qa corr.* *Qx corr.*, detestator *Qtwx* detestatur *Qae* euthices detestatur *I* 13 et *om. I* 15 et [1] *om. I* 16 consilio *I* 21 temptarunt *I* 22 damnarentur *Qew corr.* 27 cum [2] *om. I* 29 unitionem *Qae*, *corr. Qa*

dogma delegit, ut negata humanæ carnis atque animæ ueritate totum dominum nostrum
Iesum Christum unius asserat esse naturæ, tamquam uerbi deitas ipsa se in carnem
animamque conuerterit et concipi ac nasci, nutriri et crescere, crucifigi ac mori, sepe-
liri ac resurgere et ascendere in cælum et in patris dextera, unde ad iudicandos uiuos
et mortuos ueniet, consedere eius tantum essentiæ fuerit quæ nihil horum in se sine
carnis recipit ueritate, quoniam natura unigeniti natura est patris, natura est spiritus
sancti simulque inpassibilis, simul est incommutabilis sempiternæ trinitatis indiuisa
unitas et consubstantialis æqualitas. unde si ab Apollinaris peruersitate hæreticus
iste desciscit, ne conuincatur deitatem passibilem sentire atque mortalem, et tamen
uerbi incarnati, id est uerbi et carnis unam audet pronuntiare naturam, non dubie in
1 Tim. 2,5 Manichæi et Marcionis transit insaniam et mediatorem dei et hominum hominem Christum
Iesum simulatorie omnia credit egisse nec humanum in ipso corpus, sed phantasticam
corporis speciem oculis apparuisse cernentium. quæ impietatis mendacia quoniam
olim fides catholica detestatur et talium sacrilegia concordibus per totum mundum
beatorum patrum sunt damnata sententiis, quicumque illi sunt ita obcaecati et a lumine
ueritatis alieni, ut uerbo dei a tempore incarnationis humanam, id est nostram negent
inesse naturam, ostendant in quo sibi Christianum nomen usurpent et cum euangelio
ueritatis qua ratione concordent, si beatæ uirginis partu aut caro sine deitate aut deitas
Ioh. 1, 14 est orta sine carne. sicut enim negari non potest quod uerbum caro factum
2 Cor. 5, 19 est et habitauit in nobis, ita negari non potest quod deus erat in Christo
mundum reconcilians sibi. quæ autem reconciliatio esse potest qua humano
generi propitiaretur deus, nisi omnium causam mediator dei hominumque susciperet?
Phil. 2, 6. 7 qua uero ratione ueritatem mediatoris impleret, nisi qui in forma dei æqualis erat patri,
in forma serui particeps esset et nostri, ut per unum nouum hominem fieret renouatio
uetustatis et mortis uinculum unius præuaricatione contractum unius morte, qui
solus morti nihil debuit, solueretur? effusio enim pro iniustis sanguinis iusti tam potens
fuit ad priuilegium, tam diues ad pretium, ut si uniuersitas captiuorum in redemptorem
Rom. 5, 20 suum crederet, nullum tyrannica uincla retinerent, quoniam, sicut apostolus ait, ubi
abundauit peccatum, superabundauit gratia et cum sub peccati præiudicio nati
potestatem acceperint ad iustitiam renascendi, ualidius factum est donum libertatis quam
debitum seruitutis. quam itaque sibi in huius sacramenti præsidio spem relinquunt
qui in saluatoris nostri corpore negant humanæ substantiæ ueritatem? dicant quo
Eph. 5, 2 sacrificio reconciliati, dicant quo sanguine sint redempti. quis est qui tradidit
semet ipsum pro nobis oblationem et hostiam deo in odorem suauitatis?
aut quod umquam sacrificium sacratius fuit quam quod uerus pontifex altari crucis
Ps. 115, 15 per immolationem suæ carnis imposuit? quamuis enim multorum sanctorum in con-
spectu domini pretiosa mors fuerit, nullius tamen insontis occisio propitiatio fuit mundi.
acceperunt iusti, non dederunt coronas, et de fortitudine fidelium exempla nata sunt
patientiæ, non dona iustitiæ. singulares quippe in singulis mortes fuerunt nec alterius
quisquam debitum suo fine persoluit, cum inter filios hominum unus solus dominus
noster Iesus Christus extiterit in quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes sepulti,

---

Q [= *a* (*usque ad* 27 priuilegium), *etwx*], *I*

1 nostrum *om. I* 3 ac¹] et *I* 5 concedere *I* 6 recipit ueritatem *Q*, *corr.* *Q*ᵃˣ ueritate recepit *I* 7 est *om. I* 8 si] se *Q*, *corr.* *Q*ᵃˣ, *om. I* 9 conuincatur *I*, *Q*ˣ *corr.* conuincantur *Q* 10 audens *I* 11/12 ihm̄ xpm *I* 14 talium assertionum *ep. 104* 18 partu *I* partus *Q* 22 causa *Q* carnem susciperet *Q*ˣ *corr.* 23 patri equalis erat *I* 27—p. 161,28 tam diues — in id ipsum *om.* *Q*ᵃ *propter folii defectum* 28 uincula *I* 29 et gr̄a *I* 30 acciperent *Q* ad iniusticiam *I* 32 quo] in quo *I* 33 sunt *I* *post* est *add.* ut apostolus ait *Q*ˣ *corr.*

omnes sunt etiam suscitati, de quibus ipse dicebat: cum exaltatus fuero, omnia [Ioh. 12, 32] traham ad me. fides etenim uera iustificans impios et creans iustos ad humanitatis suæ tracta participem in illo adquirit salutem, in quo solo homo se inuenit innocentem, liberum habens per gratiam dei de eius potentia gloriari, qui contra hostem superbum in carnis nostræ humilitate congressus his uictoriam suam tribuit, in quorum corpore triumphauit.

Quamuis ergo in uno domino nostro Iesu Christo uero dei atque hominis filio uerbi et carnis una persona sit et utraque essentia communes habeat actiones, intellegendæ tamen sunt ipsorum operum qualitates et sinceræ fidei contemplatione cernendum est ad quæ prouehatur humilitas infirmitatis et ad quæ inclinetur altitudo uirtutis, quid sit quod caro sine uerbo non agit, et quid sit quod uerbum sine carne non efficit. sine uerbi enim potentia nec conciperet uirgo nec pareret et sine ueritate carnis obuoluta pannis infantia non iaceret. sine uerbi potentia non adorarent magi puerum nouo sidere declaratum et sine ueritate carnis non iuberetur transferri in Ægyptum puer [Mt. 1, 11. 13] et ab Herodis persecutione subduci. sine uerbi potentia non diceret uox patris missa de cælo hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, et sine ueritate [Mt. 3, 17] carnis non protestaretur Iohannes ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata [Ioh. 1, 29] mundi. sine uerbi potentia non fieret redintegratio debilium et uiuificatio mortuorum et sine ueritate carnis nec cibus ieiuno nec somnus esset necessarius fatigato. postremo sine uerbi potentia non se dominus patri profiteretur æqualem et sine ueritate [Ioh. 14, 28] carnis non idem diceret patrem esse maiorem, cum catholica fides utrumque suscipiat, [Mt. 16, 16] utrumque defendat, quæ secundum proprietatem diuinæ humanæque substantiæ unum dei filium et hominem credit et uerbum. quamuis ergo ab illo initio quo in utero uirginis uerbum caro factum est, nihil umquam inter diuinam humanamque substantiam diuisionis extiterit et per omnia incrementa corporea unius personæ fuerint totius temporis actiones, ea ipsa tamen quæ inseparabiliter facta sunt, nulla permixtione confundimus, sed quid cuius formæ sit, ex operum qualitate sentimus. nec diuina enim humanis præiudicant nec humana diuinis, cum ita in id ipsum utraque concurrant, ut in eis nec proprietas absumatur nec persona geminetur.

Dicant ergo isti phantasmatici Christiani quæ substantia saluatoris affixa sit ligno, quæ iacuerit in sepulcro et reuoluto monumenti lapide quæ tertio die caro surrexit uel quale corpus Iesus discipulorum uisui clausis ad eos ostiis ingressus intulerit, cum [Ioh. 20, 19. 27] ad abigendam cernentium diffidentiam inspici oculis digitisque tractari patentes adhuc fixuras clavorum et recens compuncti lateris uulnus exigeret. ac si in tanta luce ueritatis tenebras suas hæretica obduratio non relinquit, ostendant unde sibi spem uitæ polliceantur æternæ, ad quam nisi per mediatorem dei et hominum hominem Iesum [1 Tim. 2, 5] Christum non potest perueniri. non est enim aliud nomen datum hominibus [Act. 4, 12] sub cælo in quo oporteat saluos fieri, nec est redemptio captiuitatis humanæ nisi in sanguine eius qui dedit semet ipsum redemptionem pro omnibus, qui, [1 Tim. 2, 6] sicut prædicat beatus apostolus, cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus [Phil. 2, 6—11] est esse se æqualem deo, sed semet ipsum exinaniuit formam serui accipiens in similitudinem hominum factus et habitu inuentus ut homo humiliauit semet ipsum factus oboediens usque ad mortem, mortem

Q [= *a* (*inde a* 28 utraque), *etwx*], *I*

1 fuero *QI* fuero a terra *ep. 104*   2 ad *Q* ex *I*   3 exquirit *I*   16 complacuit Q^{x}*I*, *corr. I*   19 ieiunio Q^{w}*I*   20 et *om. I*   21 se esse Q^{x} *corr.*, *ep. 104*   23 credidit Q^{e} 26 ea *ep. 104* et *QI*   29 absumatur *I* assumatur Q^{wx} assummatur Q^{aet} 31 tertia Q^{aex} surrexerit Q^{t} *corr.*   34 exiberet Q^{x} *corr.*   38 nos saluos *ep. 104*   40 cum Q^{x} *corr.*, *I* qui cum *Q*   42 similitudine *Q*

autem crucis. propter quod et deus illum exaltauit et donauit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur cælestium terrestrium et infernorum et omnis lingua confiteatur quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. quamuis ergo unus sit dominus Iesus Christus et ueræ deitatis ueræque humanitatis in ipso una prorsus eademque persona sit neque huius unitionis soliditas ulla possit diuisione seiungi, exaltationem tamen qua illum exaltauit deus et donauit illi nomen quod super omne nomen excellit, ad eam intellegimus pertinere formam quæ ditanda erat tantæ glorificationis augmento. in forma quippe dei æqualis erat filius patri et inter genitorem atque unigenitum nulla erat in essentia discretio, nulla in maiestate diuersitas, nec per incarnationis mysterium aliquid decesserat uerbo, quod ei patris munere redderetur. forma autem serui, per quam inpassibilis deitas sacramentum magnæ pietatis impleuit, humana humilitas est et in gloriam diuinæ potestatis euecta est, in tantam unitatem ab ipso conceptu uirginis deitate et humanitate conexa, ut nec sine homine diuina nec sine
1 Cor. 2, 8 deo agerentur humana. propter quod sicut dominus maiestatis dicitur crucifixus, ita qui ex sempiternitate æqualis est deo, dicitur exaltatus nec interest ex qua Christus substantia nominetur, cum inseparabiliter manente unitate personæ idem sit et totus hominis filius propter carnem et totus dei filius propter unam cum patre deitatem. quidquid ergo in tempore accepit Christus, secundum hominem accepit, cui quæ non habuit, conferuntur. nam secundum potentiam uerbi indifferenter omnia quæ habet pater, etiam filius habet, et quæ in forma serui a patre accepit, eadem in forma
2 Cor. 8, 9 patris etiam ipse donauit. et idem ipse est et diues et pauper, diues quia in prin-
Ioh. 1, 1—3 cipio erat uerbum et uerbum erat apud deum et deus erat uerbum; hoc erat in principio apud deum. omnia per ipsum facta sunt et
Ioh. 1, 14 sine ipso factum est nihil; pauper uero, quia uerbum caro factum est et habitauit in nobis. quæ autem est eius exinanitio quæue paupertas nisi formæ seruilis acceptio, per quam uerbi maiestate uelata dispensatio humanæ redemptionis impleta est? nam quia captiuitatis nostræ resolui originalia uincla non poterant, nisi existeret homo nostri generis nostræque naturæ, quem ueteris debiti præiudicia non
Col. 2, 1 tenerent et qui inmaculato sanguine suo chirografum letate dilueret, sicut ab initio erat diuinitus præordinatum, ita est in plenitudine præfiniti temporis factum ut multis modis significata promissio in diu expectatum ueniret effectum nec possit esse ambiguum quod continuis testificationibus semper fuerat nuntiatum. VSQVE HIC AD LEONEM AVḠ.

Destructis itaque tot hæresibus, quæ per sanctam deuotionem præsidentium patrum a corpore sunt catholicæ unitatis abscisæ quæque ideo extorres a Christo esse meruerunt, quia uerbi incarnationem, quæ singularis est recte credentium salus, fecerunt
1 Petr. 2, 8 sibi lapidem offensionis et petram scandali, miror dilectionem uestram in discernendo ueritatis lumine laborare, et cum multis manifestationibus declaratum sit quam recte et Nestorium et Eutychen cum Dioscoro fides Christiana damnauerit nec Christianus possit uocari qui uel illius uel horum impietati præbet adsensum, doleo uos euangelicæ et apostolicæ doctrinæ, ut audio, resultare exagitando seditionibus ciuitates, conturbando ecclesias nec solum iniurias, sed etiam cædes presbyteris atque episcopis inferendo, ut præ furore et sæuitia propositi uestri et professionis sitis immemores. ubi est regula mansuetudinis et quietis? ubi longanimitas patientiæ? ubi tranquillitas pacis? ubi

Q [= *aetwx*], *I*

1 et[1] *om.* Q^{tx} 2 nomen[2] *om. I* 4 est *om. I* 17 sit *om. I* 19 accipit *I* accipit *I* 21 eadem] eam *I* 22 est *om. I* 26 quæ uero Q^{aex}, *corr.* Q^{a} 28 uincula *I* 29 debeti Q^{twx}, *corr.* Q^{wx} debetis Q^{ae}, *corr.* Q^{a} debitis *I* 32 prouisio *I* posset *I* 33 VSQVE — AVḠ *Q om. I* 41 ciuitatis *Q*, *corr.* Q^{ax}

firmamentum dilectionis et tolerantiæ fortitudo? quæ uos ab euangelio Christi aut persuasio abduxit aut persecutio separauit? uel quæ tanta extitit decipientis astutia, ut obliti prophetarum et apostolorum, obliti symboli salutaris et confessionis quam pronuntiantes coram multis testibus sacramentum baptismi suscepistis, diabolicis uos inlusionibus subderetis? quid apud uos acturæ fuerant ungulæ, quid sæua tormenta, si ad expugnandam fidei uestræ integritatem tantum uana hæreticorum commenta ualuerunt? pro fide uos agere creditis et fidei contraitis, ecclesiæ nomine armamini et contra ecclesiam dimicatis. hoccine a prophetis, hoc ab euangeliis, hoc ab apostolis didicistis ut negantes ueram Christi carnem et ipsam uerbi essentiam passioni mortique subdentes alienam faciatis nostram a suo reparatore naturam totumque quod crux intulit, quod lancea uulnerauit, quod sepulcri lapis suscepit et reddidit, solum fuisse opus diuinæ potentiæ, non etiam humilitatis ⟨credatis⟩ humanæ? propter quam apostolus dicit non enim erubesco euangelium, quoniam nouerat quale Christianis ab inimicis obiceretur obprobrium, et ideo etiam dominus protestabatur dicens qui me confessus fuerit coram hominibus, et ego confitebor illum coram patre meo. hi enim non erunt digni confessione filii et patris quibus nunc caro Christi uerecundiam facit, probabuntque se nullam de signo crucis sumpsisse uirtutem qui quod præferendum frontibus acceperunt, promere labiis erubescunt. declinate, filii, ab his diabolicis persuasionibus, declinate: ueritatem dei nulla res uiolat, sed ueritas nos nisi in nostra carne non saluat. ueritas quippe, sicut propheta ait, de terra orta est et sic uerbum Maria uirgo concepit, ut uniendam ipsi carnem de sua substantia ministraret nec cum adiectione personæ nec cum euacuatione naturæ, quoniam qui erat in forma dei, ita accepit formam serui, ut unus atque idem in forma utraque sit Christus inclinante se deo usque ad infima hominis et proficiente homine usque ad summa deitatis, dicente apostolo: quorum patres et ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in sæcula. amen.

Rom. 1, | Mt. 10, | Ps. 84, 1 21 | Rom. 9, 26

Q [= *aetwx*], *I*

8 hoccine a *Q*[a] *corr.*, hoc in ea *Q* hoc in ea a *Q*[x] *corr.*, hoc *I* ab euangeliis hoc *om. I* 9 ueram *om. I* 11 reddidit *Q*[a] *corr.*, *I* credidit *Q* 12 credatis *addidi* 14 etiam *om. I* 19/20 carne nrā *I* 20 sic *Q*[a] *corr.*, *I* sicut *Q* 21 uirgo maria *I* 23 utraque *Q*[a] *corr.* *Q*[x] *corr.*, *I* utrumque *Q*

APPENDIX

EX COLLECTIONE QUAE DICITVR ECCLESIAE THESSALONICENSIS

114 Victores Valentinianus et Marcianus incliti triumphatores semper augusti sancto patri merito uenerabili Leoni episcopo [, ut sperauerit ecclesia Constantinopolitana secunda sedes fieri debere, quod non est concessum]. Diuina humanaque scripta consentiunt diuinitatem inprimis esse uenerandam et ibi omnipotentem deum esse propitium, ubi colatur rite religio. id ergo quod quærebamus, inuenimus et effectum uota nostra meruerunt: inuenit religionis fidem religiosus affectus nec dubium est deo auctore definitum quod de maiestate ⟨eius⟩ quærebatur. explosa igitur contentione atque discordia quam liuor fidei inimicus obiecerat, deum omnes una mente cognoscunt. iam non incusamus perfidos nec sumus ingrati religionis inimicis: præstiterunt nobis ut deum studiosius quæreremus, manifestius inueniremus. maius etenim lumen uidetur quod post tenebras fulserit; dulcior est sitientibus potus, fessis otium. lætetur igitur sanctimonia tua uictoria fidei; huius laurea omnipotenti Christo referenda est, qui de perfidis egit triumfum, atque ideo ipsi interesse sanctæ synodo festinauimus, quamuis nos in aliis locis expeditiones et necessitates publicæ detinerent. itaque omnia pro uotis atque orationibus religionis tuæ, quæ fidei conueniunt, auctore deo sunt ordinata; totius orbis qui sub imperio nostro est, reuerentissimis episcopis Calchedonam conuocatis, tractatu habito post multa certamina uera fides optinuit et iuxta litteras sanctitatis tuæ uniuersi assenserunt expositioni prout ueritas postulauit. nec dubitamus huius rei gratulationem nobis et sanctitati tuæ esse communem pariterque lætari quos pariter manifestum est optasse ueritatem. superest ut uniuersis pro catholica fide et pro ueritate compositis et pace ecclesiis restituta uotis omnibus in perniciem hostium sanctitas tua diuinam prouocet maiestatem, quod te et ante litteras nostras facere certissimum est.

Quoniam uero et hoc statutum est ut ea quæ centum quinquaginta sanctissimi episcopi sub diuo Theodosio maiore de honore uenerabilis ecclesiæ Constantinopolitanæ statuerunt et quæ nunc a sancta synodo de eadem re statuta sunt, firma seruentur, scilicet ut post sedem apostolicam Constantinopolitanæ urbis antistes secundum optineat locum, quoniam et eadem splendidissima ciuitas iunior Roma nuncupatur, dignetur sanctitas tua etiam huic parti proprium adhibere consensum, quamuis reuerentissimi episcopi qui tuæ religionis uicem agentes ad sanctam synodum conuenerunt, contradixerint. uehementer enim prohibebant de hac uenerabili ecclesia ⟨in⟩ synodo aliquid ordinari, speramus autem quod concordantibus toto orbe sacerdotibus ea quæ rei publicæ Romanæ proderunt, diuinus fauor præstare dignabitur. qua de re per Lucianum uirum reli- can. Constant. 3

Leon. ep. 100; *primum edita est in L. Holstenii Collectione Romana bipartita aliquot historiæ ecclesiasticæ monumentorum t.* 1 *p. 103. est exemplum epistulæ quale in concilio Romano Bonifatii papæ II a.* 531 *lectum est*; *uersio Græca extat in Epist. coll. B* 16

T

2—3 ut—concessum] *inscriptio collectoris ad hanc et quæ secuntur epistulas pertinens* 2 disperauer̄ *T* 3 sede *T* 4 ueneranda *T* 6 ταῖς ὑμετέραις εὐχαῖς Γ 7 eius *addidi secundum* Γ 9 inimicis Γ inimici *T* 15 orationibus *scripsi* orationis *T* 17 tractu *T* 20 pro] pro ut *T* 28 splendidissimum *T* 31 prohibeant *T* in Γ *om. T*

giosum episcopum et Basilium diaconum harum portitores omnia uere insinuari oportere censuimus et petimus ut ea quæ sancta synodus statuit, etiam religio tua in perpetuum præcipiat obseruari.

Et alia manu: Diuinitas te seruet per multos annos, sancte ac religiosissime pater.

d. 18. m. Dec. a. 451 DAT XV KL IANVARIAS CONSTANTINOPOLI DNO MARCIANO PP AVG ET QVI FVERIT NVNTIATVS CONSS

115 Sanctissimo ac beatissimo coepiscopo papæ Leoni Anatolius in domino salutem. Omne quidem solatium prorsus atque auxilium quod uitæ laboriosæ curisque uallatæ ratio flagitaret, in uestra positum sperans esse beatitudine totius sarcinam mihi sollicitudinis inde merito leuiorem fore credideram; nunc uero cunctis aliis acrior me pressit anxietas quam diutina peperit uestræ non solita sanctitatis intermissio litterarum, maxime cum mihi quæ scriptæ essent a uobis aliæ osterenderentur epistulæ, quæ maius facerent ei doloris augmentum qui frequentius cuperem potiri uestris affatibus, ut illa uobis obœdiendo complerem quæ uestris omnifariam perfectissimis sensibus placita

ep. 56. 58. 76 uidebantur. nam penitus absit ut eis ego quæcumque mihi fuissent mandata per litteras, aduersarer. quia tamen piissimus et Christianissimus princeps, qui consultissimæ suæ prouidentiæ bono tam res uniuersas regit humanas quam philosophia diuinarum pollet ubique uirtutum, cum quibus æmulari pietatis zelo non cessat, cum sic moderatur genus humanum, ut id studio religionis in deum reddat attentius,

ep. 76 uestræ beatitudinis litteras mihi sublegit, ea statim quæ continebantur eis ut placita uobis impleui, quod me facere uel communis pacis utilitas uel quod decuerat, hortabatur.

Et reuerentissimus quidem sacrosanctæ nostræ ecclesiæ presbyter Aetius in priore loco atque honore ecclesiastico nobis est restitutus, omne quod episcopi ⟨et⟩ nostri est, modeste faciens ipse responsum; Andreas autem, qui non prouectus a nobis, sed gradu faciente archidiaconi dignitate fuerat honoratus, ab ecclesia separatus est, cum his qui contra sancta memoriæ patrem nostrum atque episcopum fuerant Flauianum, qui etiam partis antea perfidissimi fuerant Eutychetis, quamuis excusationibus plurimis et subscriptionibus propriis quas epistulæ sanctitatis uestræ subdiderant, iam uiderentur satisfecisse præteritis, eo usque quamdiu quod uobis placitum, super istis fuerit ordinatum. considerans ergo beatitudo uestra quam nostræ coniunctio caritatis ipsi domino Christo, qui pax nostra consistit, grata futura sit et quantum fidelissimi principis animus exultabit et quam pariter uniuersa plebs dei et ecclesiæ Christi procul ab omni discordia liberæ permanebunt, litteris suis nos lætificare dignetur, quibus illo perfrui ualeamus affectu quem prudentissimis uestris insitum copiose iam nouimus uigere præcordiis, ut perceptis alacriter uestræ sanctitatis epistulis et gratias agamus domino deo nostro Christo, qui totius difficultatis uincla disrumpit, eidemque uota sollemnia pro uestra beatitudine persoluamus.

De his autem quæ Constantinopolitanæ gratia sedis sancita sunt in Calchidonensi nuper uniuersali synodo, pro certo beatitudo uestra hoc habeat nullam esse culpam in

---

Leonis ep. 132. *ante Holstenium* [*p.* 132] *edidit Leo Allatius in Concordia Ecclesiæ Occidentalis etc. p.* 1370 *T*

4 diuinitas te] diuinitate *T* 6 nuntiatus] nominatus *T* 8 omnem *T* auxilio *T* 9 beatitudinem *T* 10 leuiore *T* 11 solito *T* 12 aliæ *scripsi* alias *T* aliis *Allatius et Holste* 14 obædiendum *T* obnifariam *T* 18 æmulari *scripsi* emula *T* 21 impleuit *T* 22 sacrosc̄ā *T* 23 et *addidi* 26 parem *T* 27/28 et subscriptionibus] ut si scriptionibus *T* 28 uideretur *T* 29 super istis *Holste* superstitis *T* 31 grā *T* 33 perfrui *scripsi* perfici *T* 34 nouissimus *T* 36 eademque *T* 38 hoc *T* sc̄ā *T*

me, homine qui semper otium et quietem in humilitate me continens ab ineunte mea aetate dilexerim, sed Constantinopolitanæ ecclesiæ reuerentissimus clerus est qui hoc habuit studium, et istarum partium religiosissimi sacerdotes, qui in hoc fuere concordes et sibi pariter adiutores, cum et sic gestorum uis omnis et confirmatio auctoritati uestræ beatitudinis fuerit reseruata. hoc igitur bene compertum sanctitas uestra cognoscat nihil ex me istius causa factum esse negotii, qui semper omnem iactantiæ leuitatem et aliena adpetendi cupiditatem mihi uitandam crediderim.

Omnem fraternitatem in Christo quæ cum uestra est sanctitate, tam ego ipse quam mei plurimum salutamus.

ET SVBSCRIPTIO LITTERIS GRAECIS

T

3 eunte *T* 5 in istarum *T* religiosissimis *T* in hoc qui *T* in hoc *post* qui *superscripsit T*corr
9 alienam *T* urtanda *T* 10 qui *T*

INDICES

I

COMPARANTVR NVMERI EDITIONIS BALLERINAE IN S. LEONIS OPERVM T. I [= PL 54] CVM HAC EDITIONE

20	1
21	108. 109. 111
22	Epistularum Collectio H 3 [uol. I 1]
23	3
24	2
25	Epistularum ante Gesta Collectio 3 [uol. III 1]
26	Epistularum Collectio H 5 [uol. I 1]
27	6
28 [tomus]	Coll. Nouariensis de re Eutychis 5 [uol. II 1]
29	7
30	8
31	11
32	10
33	12
34	13
35	5
36	14
37	15
38	16
39	17
43	25
44	18
45	23
46	26
47	20
48	22
49	21
50	19
51	24
53	praefationis epimetrum
54	9
55	Epistularum ante Gesta Coll. 19 [uol. III 1]
56	Epistularum ante Gesta Coll. 20 [uol. III 1]
57	Epistularum ante Gesta Coll. 21 [uol. III 1]
58	Epistularum ante Gesta Coll. 18 [uol. III 1]
59	34
60	28
61	27
62	Epistularum ante Gesta Coll. 22 [uol. III 1]
63	Epistularum ante Gesta Coll. 23 [uol. III 1]
64	Epistularum ante Gesta Coll. 24 [uol. III 1]
69	30
70	29
71	31
72	4
73	Epistularum ante Gesta Coll. 27 [uol. III 1]
74	32
75	33
76	Epistularum ante Gesta Coll. 28 [uol. III 1]
77	Epistularum ante Gesta Coll. 29 [uol. III 1]
78	36
79	35
80	37
81	38
82	39
83	41
84	42
85	43
86	40
87	44
88	45
89	46
90	47
91	48
92	49
93	52

94	50
95	51
98	Gestorum Chalcedonensium app. 2 [uol. I 3]
100	114
101	Epistularum Coll. B 15 [uol. I 2]
102	53
103	112
104	54
105	55
106	56
107	57
109	105
110	Epistularum Coll. B 19 [uol. I 2]
111	58
112	59
113	60
114	64
115	61
116	62
117	63
118	65
119	66
120	71
121	67
122	68
123	69
124	113
125	70
126	72
127	73
128	76
129	75
130	74
131	77
132	115
134	78
135	79
136	81
137	80
139	82
140	83
141	85
142	86
143	84
144	106
145	87
146	88
147	89
148	92
149. 150	90. 91
151	107
152	93
153	94
154	96
155	95
156	97
157	102
158	98
160	100
161	101
162	99
163	116 [praefationis epimetrum]
164	103
165	104

II
A LEONE EPISTVLAE SCRIPTAE SUNT

episcopis ex Aegypto catholicis apud Constantinopolim constitutis ep. 96. cf. 100, 23. 11. x 457
Aegyptiis episcopis catholicis apud Constantinopolim constitutis ep. 98. 1. xii 457
dilectissimis fratribus Nestorio Athanasio Paulo etc. episcopis et clericis catholicis ex Aegypto apud Constantinopolim constitutis Leo ep. 100. 21. iii 458

Actio presbytero ep. 94. 1. viiii 457. — *ad* A. *presbyterum* Pelagius in ep. 3 ad epp. Histriæ Act. Conc. t. iiii 2 p. 117, 21—28. — Iuliano episcopo et A. presbytero *a pari* ep. 89. 11. vii 457

Anastasio episcopo Thessalonicensi ep. 20. 13. x 449

Anatolio episcopo ep. 37 per Carterium Patricium Asclepiadem clericos Constantinopolitanos remissos [39, 10]. 13. iiii 451 (1)
A. episcopo Constantinopolitano ep. 44 per Basilium et Iohannem presbyteros ad propria revertentes [45, 27. 33]. 14. vi 451 (2)
A. episcopo ep. 48. 26. vi 451 (3)
A. episcopo ep. 56 per Lucianum episcopum et Basilium diaconum Constantinopolim redeuntes [62, 9]; cf. 67, 29. 68, 30. 69, 16. 70, 15. 27. 71, 19. 74, 31. 85, 38. 86, 24. 88, 33. 90, 28. 168, 16. 22. v 452 (4)
A. episcopo *per Nectarium agentem in rebus* ep. 79, cf. 90, 28. 29. v 454 (5)
A. episcopo ep. 84. 13. iii 455 (6)
A. episcopo *de relatione apud Alexandriam gestorum* ep. 88, cf. 97, 12. 16. 11. vii 457 (7)
A. episcopo ep. 107. 1. viiii 457 (8)
A. episcopo *de relatione contra Timotheum Alexandrinum* ep. 95, cf. 110, 3. 11. x 457 (9)
A. episcopo Constantinopolitano ep. 102, cf. 108, 36. ep. 116 [in præfationis epimetro]. deest notatio diei, sed constat eam datam esse 1. xii 457 (10)
A. episcopo *per Patricium diaconum* ep. 116 [in præfationis epimetro]. 28. iii 458 (11)

III

TEMPORIS NOTATIONES QVAE LEONIS EPISTVLIS SVSCRIPTAE SVNT

KL IVN POSTVMIANO ET ZENONE CONSS [3, 11] = 1. vi 448
peruenerat epistula Eutychis [3, 3]
ep. 1 ad Eutychen

XII KL MART ASTVRIO ET PROTOGENE CONSS [4, 15. 5, 25] = 18. ii 449
peruenerat Theodosii epistula [3, 14] et Eutychis libellus appellationis [ep. 108, cf. 3, 22. 4, 23]
epp. 2 ad Flauianum, 3 ad Theodosium [cf. 4, 16 nota]

haud multo postquam missa est Flauiani epistula [Epist. ante Gesta Coll. 3], constitutio Theodosii qua conuocata est synodus Ephesena, data est 30. iii 449 [Gesta Chalced. 1, 24], peruenit ad Leonem 13. v 449 [14, 16]. cf. quae exposui in *Sitzungsber. d. Bayer. Akad. d. Wiss.* 1929, 5 p. 90

XII KL IVN ASTVRIO ET PROTOGENE CONSS [9, 14] = 21. v 449
peruenerat Flauiani epistula [Epist. Coll. H 5]
ep. 6 ad Flauianum

ID IVN ASTURIO ET PROTOGENE CONSS [10, 3. 11, 10. 12, 19. 16, 15. 17, 7] = 13. vi 449

profecti sunt Iulius episcopus Puteolanus [Coll. Auell. 442, 3], Renatus presbyter, qui in itinere in Delo insula mortuus est [Coll. Auell. l. c.], Hilarus diaconus legati cum Dulcitio notario ad concilium Ephesenum [9, 25. 12, 1. 16, 1. 33]; per eos missæ sunt

epp. 7 ad Theodosium, 11 [8] ad Pulcheriam [cf. 24, 1], tomus ad Flauianum [Coll. Nouar. de re Eutychis 5, cf. 10, 1. 15, 9. 12, 15. 16, 34. 19, 18. 6, 11. 8, 24], 12 ad synodum [19, 18], 13 ad Iulianum, 10 ad Faustum et Martinum.

falso hic dies subscribitur ep. 5, cf. 6, 12. 18, 7

XII KL IVLIAS ASTVRIO ET PROTOGENE CONSS [17, 16. 18, 4] = 20. vi 449
peruenerunt epistulæ Flauiani [17, 9] et Theodosii [17, 20]
epp. 15 ad Theodosium, 14 ad Flauianum

X KL AVGVST ASTVRIO ET PROTOGENE CONSS [18, 28] = 23. vii 449
peruenerant epistulæ Flauiani [18, 7] et Iuliani [6, 12] per Basilium diaconum
per eundem [18, 10. 66, 34] epp. 16 ad Flauianum, 5 ad Iulianum

Flauianus depositus est a synodo Ephesena 8. viii 449. iterum synodus conuenit 20. viii 449; cum Domnus Antiochenus legatique Romani Iulius et Hilarus abessent, tractatum ad 22. viii distulit, illos uero in hunc diem per legationes euocari iussit. legati cum 20. viii Iulium et Hilarum in mansione non inuenissent, postridie iterum eos uocarunt. illi quominus uenirent, recusauerunt, se non missos esse nisi ad rem Eutychis diiudicandam; cf. Gesta synodi Ephesenæ [*Abhndlg. d. Gött. Ges. d. Wiss.* N. F. xv 1] p. 8, 34—10, 13. de Hilari Romam reditu cf. infra sub die 13. x 449; quæ Iulio acciderint uel quid fecerit, nescitur.

III ID AVG ASTVRIO ET PROTOGENE CONSS [19, 10] = 11. viii 449
ep. 17 ad Flauianum per Eupsychium

III ID OCTBR ASTVRIO ET PROTOGENE VV CC [21, 9 = 27, 5. 22, 13] CONSS [21, 9 = 27, 5. 22, 13. 23, 4. 17, 27. 25, 5. 26, 4] = 13. x 449

peruenerat Epheso Hilarus [19, 24 = 26, 15. 21, 15. 22, 15. 24, 4. 28, 6]; portauit appellationem Flauiani Coll. Nouar. de re Eutychis 11 [20, 30].

a synodo Romana missæ sunt epp. 18 [= 25] ad Theodosium per Epiphanium tribunum [11, 17], 23 ad Pulcheriam, 19 ad Constantinopolitanos per Epiphanium et Dionysium Romanæ ecclesiæ notarium [34, 12], 24 ad Faustum Martinum etc.,

a Leone solo epp. 20 ad Anastasium Thessalonicensem, 21 ad Flauianum et eodem perlatore 22 [23, 14. 16] ad Iulianum

eodem die probabiliter missa est ep. 26 ab Hilaro ad Pulcheriam

VIIII KL IAN [*E*, IVN *GMI*] ASTVRIO ET PROTOGENE CONSS [11, 29] = 24. XII 449

uidetur Theodosii epistula peruenisse, cf. 11, 18—21 cum 30, 21—24

ep. 9 ad Theodosium

XVI KL APR VALENTINIANO AVG VII ET AVIENO CONSS [28, 35. 29, 20] = 17. III 450

peruenerant epistulæ Pulcheriæ [29, 3] atque Martini et Fausti [28, 15]

epp. 28 ad Pulcheriam, 27 ad Martinum et Faustum

postquam Flauianus, dum haud paucis mensibus post deiectionem in exilium deportatur, mortuus est Hypaepis Lydiae oppido [Coll. Auell. 443, 15 Prosper chron. p. 481], ordinatus est episcopus Constantinopolitanus Anatolius ecclesiæ Alexandrinæ apocrisiarius ab ipso Dioscoro, a. 450 [Theodor. Lector loco qui lectus est in synodo septima L VII 85 = M XII 1042; scribendum est μετὰ (uulgo κατά) τὴν ὑπατείαν Πρωτογένους καὶ Ἀστερίου].

XVII KL AVG VALENTINIANO AVG VII ET AVIENO CONSS [30, 19. 31, 36. 32, 21] = 16. VII 450

peruenerant epistulæ Theodosii [30, 25. 32, 4] et Anatolii [cf. præfationis epimetrum] atque eius ordinatorum [32, 6], quibus Anatolium episcopum Constantinopolis ordinatum esse nuntiatum est. missi sunt Constantinopolim Abundius et Aetherius episcopi, Basilius et Senator presbyteri [31, 22. 30, 8. 32, 11. 37. 33, 14]

epp. 30 ad Theodosium, 29 ad Pulcheriam, 31 ad Faustum Martinum cett.

28. VII 450 mortuus est Theodosius [Theodorus Lector 2, 64; inde emendandus est Theophanes 103[8]. leuatus est Marcianus imperator 24 siue 25. VIII 450 [Chron. Pasch.].

ID SEPT VALENTINIANO ET AVIENO COSS [33, 7] = 13. VIIII 450

ep. 32 ad Martinum

V ID NOV VALENT AVG VII ET AVIENO CONSS [33, 36] = 9. XI 450

ep. 33 ad Faustum et Martinum per Maximinum comitem [33, 19]

ID AP ADELPHIO VC CONS [38, 21. 33. 40, 24. 41, 11] = 13. IIII 451

peruenerant epistulæ Marciani [Epistul. ante Gesta Coll. 28, uol. III 1] et Pulcheriæ [ibid. 29] missæ 22. XI 450 [Epist. Coll. M 8, uol. I 1] cf. 38, 23. præterea perlatæ erant per Carterium presbyterum, Patricium et Asclepiadem diaconos [39, 10] epistulæ Anatolii [39, 11] et Iuliani [40, 26]. denique peruenerat legatorum relatio de gestis apud Anatolium confectis [39, 8. 15—20. 40, 4. 34. Acta SS. 2. April. apud Ballerinos PL 54, 1248. *Mélanges de l'uniuersité St. Joseph Beyrouth* 15, 35 sq.]

epp. 36 ad Marcianum per Carterium cett. [38, 30. 41, 13], 35 ad Pulcheriam, 37 ad Anatolium per Carterium cett. [39, 11], 38 ad Iulianum per Carterium cett. [41, 1]. quæ 38, 30. 41, 37 indicatur epistula ad Marcianum mittenda, numquam scripta esse uidetur, cf. 38, 19. 43, 15.

VIIII KL MAI ADELPHIO VC CONS [41, 39] = 23. IIII 451

peruenerat Marciani epistula per præfectum urbis Tatianum [41, 14]

ep. 39 ad Marcianum

V ID IVN ADELPHIO VC CONS [42, 15. 43, 17. 44, 17. 45, 23] = 9. VI 451

peruenerant Marciani epistula [42, 18] et Abundius cett. legati Constantinopoli redeuntes [42, 19. 34], præterea epistula Anatolii [42, 34. 43, 27. 44, 33. 46, 39] et commonitorium a clericis Constantinopolitanis Leoni oblatum [45, 11. 43, 27].

missi sunt legati [cf. 38, 32. 19. 39, 21. 40, 22. 41, 9. 36] Lucensis episcopus et Basilius presbyter [42, 5. 31. 43, 4. 16. 24. 44, 8. 21. 45, 12].

epp. 41 ad Marcianum, 42 ad Pulcheriam, 43 ad Anatolium, 40 ad Iulianum

XVIII KL IVL ADELPHIO VC CONS [46, 3] = 14. VI 451

ep. 44 ad Anatolium per Basilium et Iohannem presbyteros Constantinopolim redeuntes [45, 27]

VIII KL IVL ADELPHIO VC CONS [47, 15. 48, 6] = 24. VI 451

peruenerat [47, 20. 48, 15. 29. 49, 3. 21. 36. 32, 7] sacra data 23. V 451 [Epist. Coll. M 13 (uol. I I) = Epist. ante Gesta Coll. 31 (uol. III I)], qua synodus Nicæam conuocata est; præterea Anatolii epistula [46, 39. 49, 8. 14]. missi sunt legati Pascasinus episcopus et Bonifatius presbyter [47, 21. 48, 30. 49, 9. 23. 36. 50, 28. 52, 9]. de hostibus Occidenti imminentibus, i. e. Attila, queritur Leo 43, 13. 47, 18. 48, 12.

epp. 46 ad Marcianum, 45 ad Pascasinum

VI KL IVL ADELPHIO VC CONS [48, 35. 49, 17. 30] = 26. VI 451

epp. 47 ad Marcianum per Bonifatium presbyterum [48, 8], 48 ad Anatolium, 49 ad Iulianum, 52 ad synodum apud Nicæam constitutam

XIII KL AVG ADELPHIO VC CONS [50, 18. 51, 28] = 20. VII 451

epp. 50 ad Marcianum, 51 ad Pulcheriam per Theoctistum magistrianum [50, 20]

altera sacra episcopi Nicææ congregati iussi sunt Chalcedona conuenire 22. VIIII 451 [Epist. ante Gesta Coll. 34, uol. III I]. prima synodi actione 8. X 451 rescissa sunt decreta synodi Ephesenæ, tertia quæ in Gestis Græcis et antiquis Latinis secunda numeratur, 13. X 451 Dioscorus depositus est.

VI KL FEB HERCVLANO VC CONS [55, 4] = 27. I 452

perlata erat epistula episcoporum Galliae [99 Ball.] per Ingenuum episcopum Ebredunensem [53, 13]. nondum Chalcedone redierant legati [54, 34].

ep. 53 ad Rauennium Rusticum cett. episcopos per Gallias constitutos per Ingenuum remeantem [54, 36]

XI KL IVNIAS HERCVLANO VC CONS [57, 16. 59, 12. 62, 12. 32] = 22. V 452

redierant Chalcedone legati 69, 15. 70, 26. perlatæ erant epistulae 114 Marciani, Anatolii [Epist. Coll. B 15], Iuliani [62, 18. 28] per Lucianum episcopum Bizyæ et Basilium diaconum [57, 13. 59, 6. 62, 9. 17. 167, 33]

epp. 54 ad Marcianum per Lucianum et Basilium redeuntes [55, 7. 67, 25], 55 ad Pulcheriam per eosdem [59, 5], 56 ad Anatolium [67, 25], 57 ad Iulianum

VII KL DECEMBR HERCVLANO CONS [138, 19] = 25. XI 452

peruenerat epistula Iuliani [137, 9]

ep. 105 ad Iulianum

VI ID MART OPILIONE VC CONS [64, 10. 65, 8. V ID MART 67, 7] = 10 [11]. III 453

· peruenerant epistulæ Iuliani de malis Italiæ [65, 11] ab Attila illatis [cf. Prosper. chron. in Chron. min. ed. Mommsen, I, 482 et Hydatii chron. ibid. 2, 26] et de re Aetii et Andreae [65, 17] atque Aetii [64, 25. 65, 24. 66, 24]; præterea Proterii Alexandrini eiusque ordinatorum epistulæ quibus illius ordinatio nuntiata est [66, 29].

epp. 58 ad Marcianum, 59 ad Pulcheriam, 60 ad Iulianum

XII KL APR OPILIONE VC CONS [68, 12. 69, 3. 70, 18. 71, 22] = 21. III 453

peruenerant epistulæ Marciani [67, 11. 21. 68, 15. 27. 69, 10] data 15. II 453 [Epist. Coll. B 19] atque per Paulum missa [69, 31] et Iuliani [69, 6], qua continebantur quæ a Marciano [Gest. Chalced. app. L IIII 855 = M VII 488] et Pulcheria [L IIII 874 = M VII 509] responsa erant monachorum Palæstinorum libellis [69, 24. 67, 35. 68, 22].

epp. 61 ad Marcianum, 62 ad Pulcheriam, 63 ad Iulianum [nescio an huc pertineant 78, 5. 6], 64 ad synodum apud Calchedona habitam

IIII NON APRIL OPILIONE VC CONS [72, 29] = 2. IIII 453
perueneraт Iuliani epistula per uirum illustrem Esychium [71, 25]
ep. 65 ad Iulianum

III ID IVN OPILIONE VC CONS [75, 6. 81, 30] = 11. VI 453
peruenerat epistula Maximi Antiocheni per Marianum presbyterum et Olympium diaconum [72, 31. 34]
epp. 66 ad Maximum, 71 ad Theodoretum

XVII KL IVL OPILIONE VC CONS [76, 17. 77, 4. 33] = 15. VI 453
epp. 67 ad Marcianum, 68 ad Iulianum
idem dies suscriptus est ep. 69 ad Eudociam augustam. at multo antea 21. III 453 Leo scripserat Iuliano se id fecisse quod Marcianus secretius mandauisset de ammonenda Eudocia [69, 31]; quæ illic de epistula a se scripta dicit [69, 33], accurate cum ep. 69 concinunt [77, 16. 30] neque eum bis scripsisse probabile est. aut igitur epistulæ 69 falsus dies suscriptus est aut Leo epistulam scriptam non destinauit antequam Valentinianus imperator et ipse, sicut promiserat [69, 34], ad socrum litteras destinauit.

VII KAL IVL OPILIONE VC CONS [78, 17] = 25. VI 453
ep. 70 ad Iulianum per comitem Rodanum [78, 2. 8]

V ID IAN AETIO ET STVDIO VV CC CONSS [82, 13. 83, 14] = 9. I 454
peruenerant epistulæ Marciani duæ [81, 33. 83, 11] et una Iuliani [82, 22]
epp. 72 ad Marcianum, 73 ad Iulianum

[VII ID MART AETIO ET STVDIO VV CC CONSS [86, 39] = 9. III 454]
ep. 76 ad Marcianum
hæc epistula respondet alteri illi Marciani quam Leo 9. I 454 se accepisse scribit Iuliano [83, 11]. quamuis Leonem ad hanc non eodem die rescripsisse constet quo ad illam de seditione Palæstina deuicta [82, 2. 37], tamen non crediderim eum duos menses expectasse dum imperatori responderet de Anatolio [86, 20. 27], præsertim cum Marcianus epistulæ 76 responderit in epistula ad quam Leo ep. 78 15. IIII 454 rescripsit [cf. 87, 32 cum 86, 32 sq.]. itaque dubito de die qui ep. 76 in uno codice subscriptus est.

VI ID MART AETIO ET STVDIO VV CC CONSS [84, 25. 86, 8. 87, 23] = 10. III 454
peruenerat epistula Proterii dudum scripta [82, 24], sed a Nestorio Phragoneos oppidi Aegyptii episcopo Constantinopolim indeque simul cum Marciani epistula [83, 18] Romam portata [84, 28]
epp. 74 ad Marcianum, 75 ad Proterium, 77 ad Iulianum

XVII KL MAI AETIO ET STVDIO VV CC CONSS [88, 20] = 15. IIII 454
peruenerant epistulæ Marciani [88, 13, cf. quæ supra ad ep. 76 adnotaui] et Iuliani [87, 39]
ep. 78 ad Marcianum

IIII KL IVN AETIO ET STVDIO VV CC CONSS [89, 34. 90, 19. 91, 24] = 29. V 454
peruenerant epistulæ, altera Marciani [90, 21] cum Anatolii [ep. 115], altera cum Proterii [133 Baller., cf. 90, 11. 2. 88, 12] epistula
epp. 81 ad Marcianum, 79 ad Anatolium per Nectarium agentem in rebus [88, 22], 80 ad Marcianum

PRID NONAS SEPTEMB AETIO ET STVDIO VV CC CONSS [93, 26] = 4. VIIII 454
peruenerat epistula Iuuenalis [cf. 82, 3] per Andream presbyterum et Petrum diaconum [91, 28]
ep. 82 ad Iuuenalem

Dioscorus mortuus est Gangris 4. VIIII 454 [Seuer. ep. 4, 9]

VIII ID DECEM AETIO ET STVDIO VV CC CONSS [94, 20] = 6. XII 454
peruenerat epistula Iuliani per Gerontium [93, 28]
ep. 83 ad Iulianum

III ID MART VALENTINIANO AVG VIII CONS [94, 29. 95, 27] = 13. III 455
peruenerant epistulæ Marciani [95, 10. 14] et Iuliani [95, 22]
epp. 86 ad Marcianum, 84 ad Anatolium

V ID MAI VALENTINIANO AVG VIII CONS [95, 7] = 11. V 455
perueneratt epistula Iuliani per Gerontium [94, 31]
ep. 85 ad Iulianum

post Marciani mortem leuatus est Leo imperator 7. II 457 [Chron. pasch. 592, 18]. ab aduersariis synodi Chalcedonensis episcopus Alexandriæ ordinatus est Timotheus Aelurus [Euagr. 2, 8 p. 55, 26 Bid.]. occisus est Proterius 28. III 457 [Coll. Auell. p. 445, 11].

KL IVN CONSTANTINO ET RVFO CONSS [138, 38] = I. VI 457
peruenerat epistula Iuliani [138, 24. cf. 96, 28. 97, 18. 98, 11 . 31].
ep. 106 ad Iulianum [cf. 97, 9]

V ID IVL CONSTANTINO ET RVFO CONSS [96, 19. 97, 7. 30] = 11. VII 457
peruenerat epistula Anatolii [95, 32. 96, 22. 27. 32. 97, 10. 12. 98, 33]
epp. 87 ad Leonem, 88 ad Anatolium, 89 ad Iulianum et Aetium a pari

KL SEP CONSTANTINO ET RVFO CONSS [98, 25. 99, 6. 23. 100, 5. 139, 14] = I. VIIII 457
peruenerant epistulæ Anatolii [98, 33] et Aetii [99, 25]
epp. 92 ad Leonem per Gerontium Constantinopolim reuertentem [100, 1], 93 ad Iulianum per eundem [99, 8], 107 ad Anatolium, 94 ad Aetium

uenerunt Constantinopolim ex Aegypto utriusque partis episcopi et clerici, hi profugi [100, 21. 101, 16. 25, quorum nomina 107, 19 conferenda sunt cum subscriptionibus L IIII 897 = M VII 530], illi a Timotheo legati. utrique libellos obtulerunt, Nestorius Phragoneos et socii imperatori [L IIII 891 = M VII 524. Euagr. 2, 8] et Anatolio [L IIII 897 = M VII 530], Timothei legati [cf. 100, 16] imperatori [L IIII 901 = M VII 536]

V ID OCT CONSTANTINO ET RVFO CONSS [101, 9. 32] = 11. X 457
peruenerat epistula Anatolii per Olympium [100, 9]
epp. 95 ad Anatolium, 96 ad episcopos ex Aegypto catholicos [i. e. orthodoxos] apud Constantinopolim constitutos

KL DECEM CONSTANTINO ET RVFO CONSS [104, 19. 105, 11] = I. XII 457
peruenerat exemplar Leonis imperatoris epistulæ tractoriæ, cuius exemplum Anatolio destinatum extat in codice encyclio Latino 6 [L IIII 889 = M VII 521] et apud Euagr. 2, 9. quæ epistula ita describitur in codice encyclio 8 [N^{p} et N^{w}; Baluze, Noua Coll. Conc. 1422]: *quibuscumque scriptum est a* [om. N^{p}] *Leone piissimo principe, simul cum eius litteris sunt adnexæ duæ petitiones episcoporum Aegypti et clericorum Alexandrinæ ciuitatis et eorum qui ex persona Timothei Eluri* [*elluri* N^{p}] *preces similiter obtulerunt, nec non et litteræ Anatolii Constantinopolitanæ ciuitatis episcopi* [109, 5] *et sic ubique directæ sunt metropolitanis totius orbis* [urbis N, corr. N^{w}] *episcopis ..... scriptum est enim his qui subter adnexi sunt,* secuntur nomina.
epp. 97 ad Leonem augustum, 98 ad Aegyptios episcopos catholicos apud Constantinopolim constitutos, 102 ad Anatolium [in uno quo extat codice *G* caret diei notatione]

XII KL APRIL LEONE ET [*pro* LEONE ET *habet* 107, 17 GL (orioso) P (rincipe) *Q*] MAIORIANO AVGG CONSS [AVG CONS *Q* 107, 17; 108, 13. 109, 3] = 21. III 458
peruenerat epistula Leonis augusti [106, 27. 107, 31; cf. quæ exposui in *Abhndlg. d. Bayer. Akad. d. Wiss.* XXXII 6 p. 127]
epp. 99 ad Leonem augustum per Filoxenum agentem in rebus [105, 13], 100 ad episcopos et clericos ex Aegypto apud Constantinopolim constitutos, 101 ad presbyteros diaconos et clericos ecclesiæ Constantinopolitanæ

V K APRIL GL P MAIORIANO AVG CONS [ep. 116 in præfationis epimetro] = 28. III 458
peruenerat epistula Anatolii
ep. 116 [in præfationis epimetro]

XVI KL SEPTEMB LEONE ET [LEONE ET desunt in Collectione Casinensi] MAIORIANO AVGG CONSS [AVG CONS Coll. Casin.] 112, 37. 119, 14
missi sunt legati Domitianus et Geminianus [110, 21. 106, 34; de reditu cf. Coll. Auell. 119, 8]
epp. 103 et 104 ad Leonem augustum

IIII
LEONI EPISTVLAS MISERVNT

V
EPISTVLARVM PORTATORES

VI
ADFERVNTVR

VII
NOMINA HOMINVM

VIII

NOMINA LOCORVM

VIIII

DIGNITATES IMPERII

X

RES ECCLESIASTICAE

Leoni 168, 8. beatissimi papæ 27, 23. 28, 7. reuerentissimo papæ 27, 36. 28, 2. — *ficta est inscriptio* Leo papa ecclesiæ catholicæ urbis Romæ 9, 17

episcopi inter se fratris *appellatione utuntur, quæ conuenit etiam presbyteris*: fratrem et compresbyterum meum 49, 10. fraternitas tua 5, 8. 97, 1. 137, 9. 4, 21. 9, 9. 19, 3 *et frequenter*, tuæ fraternitatis 78, 7. 80, 21. 94, 31. 100, 22, *semper ad plures* fraternitatis uestræ 53, 9. 98, 4. 155, 18, uestræ fraternitatis 16, 2. *dicuntur episcopi* dilectissimi 51, 31, *presbyter alienæ ecclesiæ* dilectissimo filio 5, 28, *archimandritæ* fratres dilectissimi 22, 5, *clerus et populus alienæ ciuitatis* dilectissimi 22, 5. 37, 9. *frequentissima episcoporum appellatio est* dilectio tua 74, 3. 88, 23. 5, 18. 9, 10. 18, 10. 18. 19, 1. 22, 19. 23, 6. 13. 39, 1. 9. 40, 4. 11. 13. 20 *et sæpissime*, tua dilectio 82, 36. 9, 2. 8. 17, 9. 18, 7. 31. 39, 7. 78, 13. 88, 36. 96, 32. 97, 10. 109, 11, *semper ad plures* dilectionem uestram 98, 5. 16. 101, 12. 104, 25. 31. 105, 7. 107, 22. 35. 108, 5. 55, 2, uestra dilectio 155, 27. 54, 33; *quod* 16, 34 et uestra dilectio et ecclesia uniuersa *scribitur Iuliano, ille cum ceteris orthodoxis Constantinopolitanis comprehenditur. ad presbyteros scribitur* dilectionem tuam 32, 24, tuæ dilectionis 3, 3, dilectionem uestram 33, 11; *ad archimandritas* dilectionem uestram 25, 11. 27. 28, 16, uestra dilectio 28, 24. 12, 2; *ad monachos* dilectionis uestræ 159, 4. 162, 37; *ad clerum et populum alienæ ciuitatis* dilectionem uestram 21, 24. — *superfluum est uocatiuos* frater carissime uel fratres carissimi *colligere* [*e. g. cf.* 5, 18. 17, 12. 22, 25. 32, 13. 41, 1. 45, 13. 32. 155, 28. 52, 14. 54, 32]; *raro legitur* caritas tua 66, 8. 86, 2. 139, 2, tua caritas 89, 19. *fere singularia sunt* diligentia tua 100, 32, diligentiæ uestræ 98, 22. 99, 14; prudentiam tuam 81, 2, fratris mei deuotione 43, 26; *ad archimandritas* deuotionis uestræ 25, 11, uestram deuotionem 33, 13, tuam beatitudinem 6, 3. *coram Leone augusto Leo se ipsum dicit* humilitatem meam 106, 21. 113, 3. *a Leonis epistulis aliena sunt* beatitudo uestra 168, 31. 169, 2, uestra beatitudine 168, 10. 21. 38. 169, 7; sanctitatis tuæ 167, 18. 22. 29. 144, 22, sanctitas uestra 145, 24. 144, 17. 168, 29. 169, 7, uestram sanctitatem 143, 31. 168, 12. 36, ab ipsorum sanctitate 144, 4; sanctimonia tua 167, 12; humilitatis meæ 145, 30. 38. 149, 19

fili carissime *dicitur ad episcopum* 137, 32, *ad archimandritam* 6, 3; *ad eundem* dilectissimo filio 5, 28; *de presbytero alienæ ecclesiæ* 64, 17, *de eodem* filius noster 65, 24. 70, 3; *de diacono alienæ ecclesiæ* filium meum 59, 7, filius noster 62, 9; *de diacono ecclesiæ Romanæ* filius noster 21, 15; *de monachis* filiis nostris 137, 20; *de uiro illustri* 71, 24. 78, 6. 100, 2; *de subadiuua* 78, 5; per filium nostrum Paulum 69, 31

XI
VOCABVLA

abruptum periculum 77, 16. exitialia abrupta 32, 14. abrupte inimicum 98, 14
affectiose 145, 31
totius actionis nostræ affectum 33, 1
uirtutum agone 37, 26
antefatæ 66, 17
in articulo passionis 147, 31
cælitus 106, 8
ignorantia caligant 93, 18
causari 110, 8
causatio 16, 28
sic utimur iustitia commotionis, ut non amittamus remedia caritatis 51, 15
confidenter 65, 33
conflictationibus 99, 56
conpugnantiam uoluntatum 8, 16
e contra 150, 30
coruscante 55, 16. 118, 24
coruscationem 18, 21
credulitate 9, 7
definitissimum 23, 1
diademam regalem 147, 14
dignanter 156, 15
nec districtio nec remissio 43, 29
districtius conprimi 41, 8
dubitabile 70, 28
ergo in apodosi 147, 26. 27
essentia 35, 31. 44, 1
excellentiam 69, 27
famulentur 137, 12. 39, 19. 42, 10 *et sæpe*
famulatum 105, 20
fidenter 45, 33
fiducialiter 103, 16. 107, 22
ignoro forsitan 147, 1
fructuose 112, 13
gratanter 53, 14. 138, 41
hypocrisis 137, 13
ignoranter 87, 15
incentores 137, 27. 94, 8
incessabiliter 118, 28
incommonitus 110, 8
indesinenter 92, 26
indifferenter 33, 29. 117, 23. 162, 20
indisciplinatæ 41, 26
indissimulanter 76, 37
indubitanter 83, 21. 87, 3. 94, 25
infabricabilem 150, 2
impassionabilis 147, 20. 150, 26
ignorantiæ inscitia 53, 30
intemporalis 113, 23. 159, 27. intemporaliter 35, 18
habentes intuitum 56, 5
lætificauerunt 84, 27. lætificatus 81, 33

ACTA CONCILIORVM OECVMENICORVM

IVSSV ATQVE MANDATO

SOCIETATIS SCIENTIARVM ARGENTORATENSIS

EDIDIT

EDVARDVS SCHWARTZ

TOMVS ALTER

VOLVMEN QVINTVM



MDCCCCXXXVI

WALTER DE GRUYTER & CO.

VORM. G. J. GÖSCHEN'SCHE VERLAGSHANDLUNG — J. GUTTENTAG, VERLAGS-BUCHHANDLUNG — GEORG REIMER — KARL J. TRÜBNER — VEIT & COMP.

BEROLINI ET LIPSIAE

CONCILIVM VNIVERSALE CHALCEDONENSE

EDIDIT

EDVARDVS SCHWARTZ

VOLVMEN QVINTVM

COLLECTIO SANGERMANENSIS

MDCCCCXXXVI

WALTER DE GRUYTER & CO.

VORMALS G. J. GÖSCHEN'SCHE VERLAGSHANDLUNG — J. GUTTENTAG, VERLAGS
BUCHHANDLUNG — GEORG REIMER — KARL J. TRÜBNER — VEIT & COMP.

BEROLINI ET LIPSIAE

PRÆFATIO

I. DE CODICIBVS

Collectionis quæ hoc quinto atque ultimo uolumine tomi alterius edita est, huc usque partes tantummodo publicatæ sunt, totius ne descriptio quidem a quoquam est instituta. tenuis est eius memoria. ex uno exemplari deriuati sunt duo codices aeuo Carolino conscripti. quorum alter in monasterio ordinis S. Benedicti Corbeiensi confectus translatus fuit in monasterium S. Germani a Pratis Parisinum, in cuius bibliotheca erat numero 466 signatus; nunc est in bibliotheca Nationali Parisina codex Latinus 12098 [*P*]. scriptus est diligenter; quæ frequentes sunt confusiones inter *o* et *u*, *i* et *e* uel omissio litterae *m* in terminationibus, exemplaris, non ipsius codicis uitia sunt. correcturæ antiquæ admodum raræ sunt. quoniam est recensionis fundamentum etsi non unum, sed longe optimum, aptius uidebatur ex eo nomen desumere collectionis totius quam ex litteris encycliis ceterarum partium ratione non habita. in folii I parte auersa non ab ipso codicis librario, sed ab homine eiusdem fere sæculi, bibliothecario, ni fallor, monasterii Corbeiensis scripta sunt:

Calcidonensis synodi testis est hic codex encyclius nuncupatus. Tanta enim reuerentia et tanta laude eam concelebrat ut sanctæ auctoritati merito iudicet comparandam Quem codicem id est totius orbis epistolarum [sic] *a uiro dissertissimo epiphanio instante casiodoro senatore de greco in latinum uersus est*

Quem sequitur libellus a sco̅ liberato archidiacono ecclesiæ cartaginis regionis sextæ collectus satis necessarius

Post quem sequitur liber beati prosperi contra librum cassiani abbatis qui p̄notatur de protectione d̅i quia contra beatum augustinum sentire uidetur

Secuntur deinde ep̄læ s̅corum patrum et exceptiones (i. e. *excerptiones*) *quædam satis utillimæ*

Prima notatio desumpta est ex Cassiodoro de instit. diuin. litt. II [*PL* 70, 1123] *Chalcedonensis synodi testis est codex encyclius qui eius reuerentiam tanta laude concelebrat, ut sanctæ auctoritati merito iudicet comparandam. quam codicem* ἐνκύκλιον, *id est totius orbis epistolarium, a uiro doctissimo Epiphanio fecimus in Latinum de Græco sermone conuerti.*

Alter et Parisini *P* gemellus est codex Vindobonensis 397 [*W*]; in fol. I extat nota s. XV scripta: *Codex Monasterii sancti Iacobi apli prope Moguntiam in monte specioso. N° X.* scriptura codicis mihi quidem Parisino paulo recentior uidetur. frequentissimæ sunt correcturæ antiquæ plerumque ex coniectura factæ. codicem qui quamuis commodo loco seruatus diu latuit ignotus, adhibui primus.

Tertium eiusdem originis codicem olim extitisse in bibliotheca capituli ecclesiæ Bellouacensis testantur Philippus Labbé [Concil. IIII 890] et Stephanus Baluze [Nou.

Coll. concil. 1409. 1410]. in eodem codice Liberati quoque breuiarium extitisse concludere licet ex breui mentione quam eius fecit Iohannes Garnier in editionis præfatione cap. xv nulla ex eo lectione notata, neque minus certum esse uidetur in codice isto totam collectionem fuisse perscriptam. sicut plurimi codices Bellouacenses, etiam ille periit; sed Baluzii accurata sedulitas satis magnum lectionum numerum notauit, ut de eo possit iudicari. sunt hæ:

p. 4, 37 *gestata* Bell. *testata PW*. *temptata* coniectura inuenerunt editores Romani.
p. 5, 35 *solos* om. Bell. *solus* uitio solito *P*; pro uerbis *repertos auctores solos — licet W* habet *replicet.*
p. 6, 21 *facietis* [= *PW*] in *facitis corr.* Bell. non aliter quam Surius.
p. 8, 24 *siue* Bell. et *W*, *seue P*. uera lectio est *sæue.*
p. 13, 11 *auxilium* Bell. *exilium PW* recte.
p. 14, 37 *quondam* Bell. et *P*, de quo tacet Baluze; *quod W, del. W*^{corr}.
p. 15, 39 *præsideret* Bell. *præsederet PW* frequenti corruptela ex *præsedere* mutatum.
p. 16, 28 *disperget* Bell. et *W*^{corr}, *disparget PW*. legendum est *dispergat.*
p. 18, 27 *inmitatione* Bell. *inminutione PW*. legendum est *inminutionem.*
p. 28, 14 *artosidiadis* Bell. *arrosidiadis P arrodisiadis W*. latet *Afrodisiadis.*
p. 35, 38 *miseretur* Bell. *PW*; non recte Baluze in *P* esse *misereretur* notat.
p. 38, 14 *agnos* Bell. et *P*^{corr} recte; *agnus P agnas W*
p. 44, 37 *habent* Bell. *habens PW*; legendum est *habes.*
p. 51, 4 *andrianopolis* Bell. *adrianopolis PW* recte.
p. 51, 22 *exilii* Bell. et *P*^{corr}, *ex illis P ex illi W*. *et illi* emendauit Surius.
p. 53, 17 *in illo* Bell. *illo PW* recte.
p. 54, 10 *redidit* Bell. *edidit P edixerunt* compendio scriptum *W*, recte.
p. 54, 25 *audiui diuino lumine* Bell. *audiui uolumine PW*. *diuino lumine* emendauit Surius.
p. 58, 3 *micuus* Bell. = *PW;* non recte dicit Baluze in *P* scriptum esse *micuius.*
p. 60, 2 *ac sapientiam PW* om. Bell.
p. 65, 35 *ad PW* om. Bell.
p. 68, 16 *denique* Bell. *deinde PW*, recte.
p. 69, 1 *adranæ* Bell. *adrianæ PW*, recte.
p. 73, 26 *fuguras* Bell. *figuras PW;* num recte proposuerit Baluze *fixuras,* dubito.
p. 74, 12 *expugnatores* Bell. *propugnatores PW*, recte.
p. 84, 32 *adiunt* Bell. et *P audiunt W aiunt P*^{corr} recte
p. 91, 12 *quoniam PW* om. Bell.
p. 93, 1 *do* Bell. *dona PW;* legendum est *donauit.*
p. 94, 18 *ab omnibus* in *P* deesse recte notat Baluze, tacet de Bell.
p. 96, 22 *despiciat* Bell. *desipiat PW*; legendum est *diripiat.*

addændi sunt duo loci Leonis papæ ep. 51, quam quoniam edidi uol. 4 p. 101 sq., iterum recensere nolui:
uol. 4 p. 102, 14 *utique* Bell. *ut quæ PW* cum ceteris codicibus, recte
p. 103, 9 *peruersione* Bell. *peruasione PW* [= *MV*, recte] *persuasione GI*.

Facile apparet codicem Bellouacensem proxima cognatione cum codice *P* fuisse coniunctum, longius distare a codice *W*; ut p. 8, 24 cum isto concordare uideatur,

inde explicatur quod uterque librarius in eandem prauam mutationem lectionis non intellectæ inciderunt. sed et diligentia librarii Bellouacensis minor erat Corbeiensi et modestia: p. 4, 37. 44, 37. 51, 22. 96, 22 locos corruptos corrigendo etiam peiores reddit. coniectura, non ex alio codice p. 54, 25 ex *audiuiuo lumine* siue librarium siue correctorem elicuisse *diuino lumine*, inde elucet quod *audiui* in textu remansit. non displiceret opinio Bellouacensem ex Parisino esse transscriptum, nisi obstaret Baluzii collatoris prudentis et periti silentium in loco p. 94, 18: si *ab omnibus* non in *P* tantum, sed etiam in Bellouacensi defuisset, non scripsisset [Noua Coll. conc. p. 1445] hæc non extare *in codice Corbeiensi*, sed *in ueteribus libris*, quibus uerbis consensum codicum Corbeiensis et Bellouacensis significare solet. probabiliter igitur utrumque codicem deberi conicit [l. c. p. 1409. 1410] diligentiæ Odonis episcopi Bellouacensis, qui cum fuerit etiam abbas Corbeiensis, hæc duo exemplaria conscribi fecerit in usum canonicorum Bellouacensium et monachorum Corbeiensium.

Multo ætate lectionumque bonitate inferius est alterum codicum genus neque totam continet collectionem sed nihil nisi Liberati breuiarium [2], epistulas ad Theodorum dictum Mopsuestenum præter ultimam [3—7], epistulas Isidori Pelusiotæ ad Cyrillum [9—12], defensionem fidei factæ a Cyrillo [13], capitula Cyrilli et testimonia diuersorum [14], Theodoreti de trinitate [15], excerpta ex epistulis ficticiis Quintiani episcopi Asculani et Asclepiadis episcopi Trallensis ad Petrum Fullonem [16. 17]. hæc series in eis codicibus quos Hinschius classi C sæculo duodecimo non antiquiori attribuit, adnectitur Leonis epistularum collectioni [cf. Hinschius, decretales Pseudo-Isidorianæ p. LXX[1] et huius tomi uol. 4 p. XXXII sq.]. sicut in Leonis epistularum editione, ita in hac ex codicibus Ps. Isidorianis quos enumerat Hinschius l. c. p. LXVII, elegi codicem Vaticanum 1340 [*I*].

Ad codices Ps. Isidorianos classis C pertinet codex quoque s. XIII pulcerrime et diligenter conscriptus qui nunc est Parisinus 2244 [*T*], olim fuit Mauricii le Tellier Remorum archiepiscopi primique Franciæ Paris [† 1710]. etsi enim collectionem Ps. Isidorianam ipsam non continet, habet multa illius additamenta quæ codicum classis C propria sunt. insunt enim ei post Gregorii papæ I homilias

f. 181ᵘ—199ʳ ex Collectione Sangermanensi ea quæ modo enumeraui, secuntur sicut in codicibus Pseudoisidorianis classis C f. 199ʳ—203ʳ Athanasii epistula ad Epictetum, Cyrilli epistula ad Iohannem Antiochenum [t. I 5 p. 334 sq.], Augustini libellus de fide catholica contra omnes hæreses

f. 203ʳ Epistula Hilari papæ ad Leontium Veranum et Victurium [sic] episcopos [JK 562]

ibid. Epistula Tarraconensium episcoporum ad Hilarum papam, inc. Quoniam curam. f. 203ᵘ Epistula episcoporum Tarraconensium ad Hilarum papam, inc. Etiamsi nulla

f. 204ʳ Incipit tomus de anathematis uinculo Gelasii papæ [*Abhandlg. d. Bayer. Akad. d. Wiss.* N. F. 10 Coll. Veron. 6]

f. 206ᵘ Incipiunt epistulæ Vitaliani papæ
epistula ad Paulum episcopum Cretensem, inc. Nonodecimo die [JK 2090]
f. 207ᵘ epistula ad Vaanem cubicularium, inc. Semper celsitudo [JK 2091]
ibid. epistula ad Paulum Cretensem, inc. Ad cognitionem [JK 2092]
ibid. epistula ad Georgium episcopum Syracusanum, inc. Gesta siue sententiam [JK 2093]

f. 208ʳ Exemplar epistulæ Martini papæ ad beatum Amandum Traiectensem episcopum, inc. Fraternitatis tuæ [JK 2059]

f. 209ʳ Incipiunt decreta Innocentii papæ Samsoni Remensi Henrico Senonensi archiepiscopis etc. inc. Testante apostolo [JK 8148]

Deficiunt phototypa f. 209ᵘ et 210, non dubito quin illis insit Innocentii papæ II decretum alterum Samsoni Remensi etc., quod incipit Præsentia scripta [JK 8149]. secuta esse decreta concilii Lateranensis a. 1139 constat; initio enim f. 211ᵘ habentur illorum ultima uerba: *aliis schismaticis et hereticis euacuamus et irrita esse censemus.* ultimum locum in codice [f. 211ᵘ—212ᵘ] tenent capitula et statuta concilii Remensis sub Eugenio papa habiti a. 1148.

Quæ si cum eis comparaueris additamentis quæ codicibus collectionis Ps. Isidorianæ classis C inesse testatur Hinschius p. LXXI. LXXII, certus eris omnia quæ in codice Telleriano post Gregorii homilias perscripta sunt, desumpta esse ex codice illius classis. non mirum igitur codices *IT* plerumque easdem exhibere lectiones.

II. DE EDITIONIBVS

Primus ex Collectione Sangermanensi typothetis dedit publicanda P. Crabbe in CONCILIORVM TAM GENERALIVM QVAM PROVINCIALIVM [cf. uol. 3, 1 p. XV] tomo altero p. 98—128 omnia ea quæ insunt codicibus Ps. Isidorianis, i. e. 2. 3—7. 9—17. eum secutus est non sine mutationibus Laurentius Surius in Conciliorum omnium tam generalium quam prouincialium uolumine secundo, quod in publicum prodiit 1567, Sixti papæ V auspiciis repetitum est Venetiis 1585. gestis concilii Chalcedonensis Latinis — Græca habent neque Crabbe neque Surius — adnectit quas nuncupat in columnarum titulis *Epistolas illustrium personarum Pro Concilio Chalcedonensi*, hoc est partem primam totam Collectionis Sangermanensis, quam se primum in lucem emittere ipse in epistula ad lectorem præmissa gloriatur. seruat ordinem qualis extat in codicibus *PW*. multis aliis interpositis post Constantinopolitanæ synodi ab Iustiniano habitæ gesta exhibet Liberati breuiarium ceteris omissis omnibus quæ in codicibus et apud Crabbium illud secuntur.

Crabbium usum esse codice aliquo Ps. Isidorianæ collectionis uel sine lectionum collatione inde apparet quod apud eum sicut in illis codicibus deest pars prima Collectionis Sangermanensis. quem Surius in illa quam primus edidit, codicem adhibuerit, ex paucis lectionibus manifestum fit:

p. 3, 7 *sunt P sint W* Sur
p. 3, 20 *sacras P santias W sanctas W*ᶜᵒʳʳ Sur
p. 5, 35 *repertas auctores solus* [legendum *solos*] *pœnas soluere iubeamus licet P replicet W* Sur
p. 8, 31 (Dorotheum) *us̄* (comitem) *P uestris W* compendio quod significat *uirum spectabilem* non intellecto, *uestrum* Sur
p. 8, 33 *et* (sanctissimis ecclesiis) *PW a W*ᶜᵒʳʳ Sur
p. 12, 5 (electus a deo) ut (purpura) exorneris] *ut—exornaris P ut—exornatus W et—exornatus W*ᶜᵒʳʳ Sur
p. 12, 31 *pie sc̄eque* (memoriæ principe Marciano) *P piæ sc̄æ W pio sanctæ* Sur
p. 13, 6 (ab ecclesia) *catholica et* (fide) *P catholicæ W* ab *ecclesiæ catholicæ* fide Sur
p. 13, 35 *incontenebili P incontenibili P*ᶜᵒʳʳ*W incontemnibili W*ᶜᵒʳʳ Sur *for. incompræhensibili* Sur in mg.
p. 13, 36 (neque regulas patrum) *neque* (legem) *P non W* Sur
p. 14, 12 *eius loci P loci W* Sur
p. 14, 27 (operatur hactenus) *sacra* (mysteria) *PW agit sacra W*ᶜᵒʳʳ *operatur. Hactenus agit sacra mysteria* Sur

p. 14, 37 (Proterio) *quondam* (episcopo) *P quod W* om. W^{corr} Sur
p. 14, 39 (orthodoxos.) *uiros* (senes) *PW uero* W^{corr} *Orthodoxos uero senes* Sur
p. 15, 39 (cui) *præsederet* (tyrannico modo et non legitima dispositione temptauit) *PW præsederat* W^{corr} *cui præsederat tyrannico modo, et non legitima dispositione tentauit* Sur. facili opera restituitur *præsedere.*
p. 16, 3 *sicut iam sanciuit, elegere P sci uite legere W sci uitæ eligere* W^{corr} *quempiam sanctæ uitæ eligere* Sur
p. 16, 4 *sedem PW sedi* W^{corr} Sur. ut locus corruptus sanetur, non sufficit correctura codicis *W*.
p. 16, 5. 6 (quique possit) *uitam alexandrinorum populum* (... gubernare) *PW uita alexandrinorum populum* W^{corr} Sur. scribendum est *uitam Alexandrinorum populorum* [= δήμων].
p. 16, 30 *diligentiæ suæ fauorisque* (sanctæ ecclesiæ) *P diligentiæ fauorisque W diligentiæ fauoris* Sur
p. 16, 32 *donec P dno hæc W Domino, hæc* Sur
p. 16, 35 *ad suis ecclesiis PW ad suas ecclesias* W^{corr} Sur. delendum erat *ad*.

Hæc sufficiant: codex *W*, qui tunc erat in monasterio s. Iacobi prope Moguntiacum, a Surio in monasterio Coloniensi degente adhibitus est.

Aliter rem egit in Liberati breuiario iterum edendo post Crabbium. conferatur textus utriusque in capite IIII cum hac editione; lectiones Garnerianas non inutiliter esse adscriptas mox apparebit:

p. 101, 13 *historia narrat*] *narrat historia* Sur Garn
p. 101, 15 *Antiochia*] *ab Antiochia* Cr Sur Garn
p. 101, 16 *castitate* Cass Cr Sur Garn *caritate PWIT*. Cassiodori historiam tripartitam sibi præsto fuisse ipse Crabbe testatur in nota marginali p. 101 [= 103, 27 huius editionis]: *Ecclesiasticæ historiæ lib.* 12. *cap.* 5
p. 101, 19 *habebat consiliarium*] *ueluti consiliarium habebat* Cr *consiliarium habebat* Sur Garn
p. 101, 19 *die prima PIT die primo W* Sur Garn *die decima* Cass. *decimo die* Cr. de re ipsa cf. t. I 1, 8 p. 6
p. 101, 25 *firmare PWIT* Sur Garn *confirmare* Cr
p. 101, 26 *arguere PWIT* Sur Garn *eum arguere* Cr
p. 101, 27 *hoc PWIT* Sur Garn *ex hoc* Cr
p. 101, 30 *sed PWIT* Sur Garn *et* Cr
p. 101, 32 *mutantibus PWIT* Sur Garn *imitantibus* Cr
p. 101, 33 *quia PWT ut I quod* Cr Sur Garn
p. 101, 34 *Pauli*] *Pauli Samosateni* Garn
p. 101, 34 *doctrinam PWIT* Sur Garn *dogma atque doctrinam* Cr
p. 101, 35 *tunc*] *nunc* Sur
p. 101, 35 *dabat PT dabatur WI* Cr Sur Garn
p. 101, 36 *agere*] *agendi* Cr Sur Garn
p. 101, 36 *uenerant PW uenerunt IT* Cr Sur Garn
p. 101, 36 *constantinopolitano PW* Sur Garn *constantinopolitanorum IT* Cr
p. 101, 37 *suggesserant PW suggesserunt IT* Cr Sur Garn
p. 101, 37 *constantinopolim PWT constantinopoli I* Cr Sur Garn
p. 102, 9 *in qua PW qua IT* Cr Sur Garn
p. 102, 9 *et*] om. Garn
p. 102, 9 *reddidit*] *reddit* Garn

p. 102, 10 *eo illa*] *illo eadem* Garn
p. 102, 10 *pstaret PWT p̄staret ut I perstaret* Sur Garn. lectionem *perstet* Crabbe desumpsit ex Gestis Chalcedonensibus [uol. 3 p. 85, 17]; nota enim marginalis *Supra Tomo I. sub numero* 458 pertinet ad eum locum quo in Gestorum actione prima recitatur Cyrilli ad Nestorium epistula ipsaque ibi lectio *perstet* exhibetur.
p. 102, 11 *concordia* Cr ex Gestis Chalcedonensibus, Sur Garn *discordia PWIT*
p. 102, 12 *est principium*] *principium est* Cr Sur Garn
p. 102, 14 *sermonem PWI* Garn *errorem T* Cr Sur
p. 102, 18 *theodori T* Cr Sur Garn *theodoriti PWI*
p. 102, 20 *parum PWIT prauum* W^{corr} *parum prodesse* Cr Sur Garn. infelix est Crabbii supplementum
p. 102, 23 *constantinopolim PWT constantinopoli I* Cr Sur Garn
p. 102, 24 *cui identidem* $PW^{corr}IT$ Cr *cui idietidem W cui idem* Sur Garn
p. 102, 25 *et*^{1} *PWIT* Sur Garn om. Cr
p. 102, 29 *incidisse PWIT* Sur Garn *declinare* Cr
p. 102, 32 *sic esse ecclesiam*] *ecclesiam sic esse* Cr Sur Garn
p. 102, 32 *perturbatione*] *perturbationibus* Cr Sur Garn
p. 102, 33 *subripuit PWIT* Sur Garn *subrepsit* Cr
p. 102, 34 *quidem PWIT* Sur Garn om. Cr
p. 102, 35 *sectantem PWIT* Sur Garn *suscitantem* Cr
p. 102, 35 *qui*] *quæ* Cr in margine
p. 102, 35 *sacerdotum PWIT* Sur Garn om. Cr
p. 103, 1 *hanc*] *hæc* Cr Sur Garn
p. 103, 2 *conferrent PWIT* Sur Garn *ferrent* Cr
p. 103, 3 *ipponiregiensi PW Hipponiregiensi* Garn *ypponiensi IT Hipponiensi* Cr *Hipponen̄* Sur
p. 103, 3 *ebagmum PW ebagnium T* Cr Sur Garn *ebaginum I*
p. 103, 4 *ipsi PWIT* Cr Sur *ipse* Garn
p. 103, 4 *euagmus PW ebagmus* $W^{corr}T$ *ebaginus T* Sur *Ebagnius* Cr Garn
p. 103, 5 *capreolo PWIT* Sur Garn *Campolo* Cr
p. 103, 7 *capreolus PWIT* Sur Garn *Campolus* Cr
p. 103, 9 *concilium congregare non ualens*] *non ualens congregare concilium* Cr Sur Garn
p. 103, 11 *romanus PW* Sur Garn om. *IT* Cr
p. 103, 11 *scripsit PW* Sur Garn *misit IT* Cr
p. 103, 11 *Nestorio*] om. Cr
p. 103, 12. 13 *ad cuius ordinationem gauisus est PW* Sur Garn *ab eius ordinacione IT* Cr
p. 103, 14 *suæ*] om. Cr Sur Garn
p. 103, 17 *episcoporum omnium*] *omnium sanctorum episcoporum* Cr Sur Garn
p. 103, 17 *separatum*] *esse separatum* Cr Sur Garn
p. 103, 18 *Cyrillo*] om. Cr
p. 103, 20 *minime nestorius PW* Cr Sur Garn *nestorius minime IT*
p. 103, 20 *corpore PWIT* Sur Garn *communione episcoporum uel coepiscoporum* Cr
p. 103, 21 *de eo PIT deo W de re* Cr Sur Garn
p. 103, 24 *afferunt*] *afferrent* Garn.

Non multis opus est uerbis ut et origo et affinitas editionum Crabbianæ et Surianæ explicentur. ille, sicut dixi, codicem adhibuit quales sunt *IT*; num istius codicis librarius textum fœdis interpolationibus uastauerit an, quod credere malim, Crabbe ipse an uterque, discutere otiosum est. Surius etsi illi codex antiquior et melior præsto erat, textum suum superstruxit Crabbiano, locis tamen haud paucis lectiones codicis illius antiqui *W* introduxit: euasit textus uarius atque multicolor instar pennarum psittaci.

Magno conciliorum Græcorum ac Latinorum operi olim ab Antonio Augustino concepto, deinde Sixti papæ v iussu ab Antonio Carafa cardinali studiose inchoato, post horum uero mortem sine zelo lenteque continuato sub Paulo papa v finis impositus est initio parum dignus. inprudenti et infelici consilio in tomo altero qui prodiit a. 1609, ex constitutionum sacrarumque collectione quæ in codicibus Græcis terminat Gesta Chalcedonensia, et Collectionis Sangermanensis parte priore ex Surio desumpta, nulla ordinis traditi ratione habita, compilata est pars quædam tertia concilii Chalcedonensis, quo facto collectionum antiquarum memoria oblitterata spissisque tenebris inuoluta est. sicut fieri solet, qui post editionem Romanam conciliorum magna uolumina corradere magis quam componere perrexerunt, multa inseruerunt addideruntque, sed falsam editionis Romanæ dispositionem retinuerunt.

Postquam Philippus Labbé tomo v Conciliorum a. 1671 Surii exemplum secutus Liberati breuiarium ex illius editione desumptum Gestis concilii quinti iterum adnexuit, a. 1675 quasi recentior et felicior athleta in campum descendit Iohannes Garnier noua Liberati editione in medium proiecta. Labbæum paulo ante mortuum indecenter conuiciatus — illum enim tangunt uerba cap. xv *prodiit nuper cum innumeris mendis — illius mendis nunc* carere gloriatur Liberatum *ope manuscriptorum codicum trium optimæ notæ Telierani, Bellouacensis et Nostri*, i. e. collegii Claromontani Parisiensis copiosa bibliotheca imprimis a Iacobo Sirmond instructi; codicem collectionis Ps. Isidorianæ in illa bibliotheca fuisse testatur Hardouin, cf. Hinschium p. LXXIII[1]. editionem nouam mendis Surianis, quæ etiam Labbæana sunt, minime carere probant lectiones quæ supra ex breuiarii capite IIII collegi: sunt ex Surio desumptæ pæne omnes præter unam ex Bellouacensi, ni fallor, tacite petitam p. 103, 3 nonnullasque coniecturas otiosas. de Bellouacensi et Claromontano tacet Garnier præter unam istam quam modo attuli mentionem; ex Telleriano [= Parisin. 2244 *T*] excerpsit p. 285 sq. uarias lectiones LXV quæ documento essent codicem, sicut dicit, optimæ notæ ei non frustra ab homine eximie nobili commodatum esse. plurimæ non codicis *T* propriæ sunt, sed communes omnium codicum *PWIT*, iis scilicet locis quibus Garnier maluit textum Surianum retinere quam ex codicibus emendare. qui ceteras discusserit, præter noua censuræ documenta, cui Crabbii Suriique editiones subieci, de Garnerii fide atque diligentia idem iudicium adquiret, atque illud quod olim tuli de Marii Mercatoris editione [t. I 5, I p. VII]. ecce loci ipsi; Garnerii exemplum secutus illius lectiones loco priore collocaui, secundo quas ex *T* excerptas esse dicit:

p. 98, 29 *Cappadociæ* [= *PWIT* Sur]: deest [= Cr]
p. 99, 17 *ponit et* [= *PWT* Sur]: *penitus* [*penitet I pœnitens* Cr]
p. 99, 32 *subsistentiam* [*PWT*, Cr in margine, Sur]: *substantiam* [= *I* Cr]
p. 104, 11 *ita acta* [= Sur]: *ista fecit* [= *I*; *ita fecit PWT ita facta* W^{corr} *ista* Cr]
p. 104, 16 *Dexianus* [= *PW*]: *Asianus* [= Cr Sur; *axianus IT*]
p. 105, 20 *comitem S. L. sacram*: *sacram* [= Cr; *comitem sacrarum* [*sacrorum W*] *PW* *comitem sacram IT* Sur]

p. 105, 32 *fecerunt* [= *I* Sur]: *fecerant* [*fuerunt PW ferunt T afferunt* Cr]
p. 106, 4 *exorta* [= *PW* Sur]: *orta* [= Cr; *mota IT*]
p. 106, 15 *uera* [= *PWIT* Sur]: om. [= Cr]
p. 107, 2 *unitionis* [= *PWIT*, Cr in mg., Sur]: *unionis* [= Cr]
p. 107, 9 *suæ* [= *PWIT* Sur]: om. [= Cr]
p. 108, 33 *decibiles* [= *PWIT* Sur]: *dicibiles* [= I^{corr} Cr]
p. 110, 14 *interpretationem* [= *PWIT* Sur]: *expositionem* [= Cr]
p. 111, 23 *ut ferunt rumores* [= P^{corr} Sur; *feruntur rumores* W^{corr} *fueruntur umores P fueruntur rumores W*]: *rumoribus ut ferunt* [= Cr; *ut ferunt rumoribus IT*]
p. 111, 29 *catholicæ fidei* [in textu habet Garnier *catholicæ ueritatis* = Cr]: *catholici fidei* [*catholici ueritatis PWIT* Sur]
p. 113, 9 *sine fœnore* [= *PWIT* Sur]: om. [= Cr]
p. 114, 26 *recusante* [= *PWIT* Sur]: *renunciante* [= Cr]
p. 115, 24 *qui* [= Cr Sur]: *quia* [*quoniam PWIT*]
p. 116, 17 *amatori* [= *PWIT* Cr Sur]: *amator*
p. 120, 13 *et manifestata* [= *PWIT* Sur]: om. [= Cr]
p. 122, 6 *concilium* [= *PWIT* Sur]: *secretarium* [= Cr]
p. 123, 32 *ordinatus* [= *PWIT* Sur]: *ordinatus est* [= Cr]
p. 127, 11 *sede*: *sede apostolica* [*sede catholica PIVIT* Cr Sur]
p. 134, 9 *Labronem*: *Labranon* [*labra* (i. e. λαῦρα) *noni PWIT laborem* Cr Sur *Labranum* Sur in mg.]

Quod frequenter lectiones Crabbianæ codici *T* a Garnerio attributæ sunt, inde explicauerim quod quas margini adscripserat lectiones et Crabbii et codicis *T*, inter se confudit. nonnullas etiam finxisse uidetur. fidei esse nullius conuictus est.

Post monachorum indocta conamina atque futilia Garnerii commenta primus priori certe collectionis Sangermanensis parti seriam nauauit operam Stephanus Baluze iure consultus. qui duobus annis post Garnerii editionem Liberati in Noua conciliorum collectione p. 1411 sq. docta de codice encyclio dissertatione præmissa lectiones codicum Sangermanensis et Bellouacensis enotauit in usum editoris futuri, qui huc usque non extitit.

III. DE COLLECTIONIS PARTE PRIORE

Autumno a. 457 Leo imperator, cum precibus eum adiissent et episcopi Aegyptii clericique Alexandrini partis Proterianæ Constantinopolim persecutionibus aduersariorum fugati et legati Timothei Aeluri, epistulas encyclias [Euagr. 2, 9 p. 59, 18. 25 Eulog. ap. Phot. 230 p. 283ª 32] per magistrianos ad episcopos metropolitanos paucosque eremitas fama celebratos misit, ut rescriberent quam celerrime [cf. p. 64, 32] quæ de usurpata Timothei ordinatione atque de fide concilii Chalcedonensis iudicarent. quæ illi uel synodi prouinciales ab illis conuocatæ responderunt hieme a. 457/458 siue etiam postea — Baradoti monachi epistula diem habet subscriptam 27. m. Aug. a. 458 p. 38, 25, qua notatione confirmatur Marcellin. p. 87, 8 —, in unum congesta adiunctis ipsius epistula encyclia et precibus utriusque partis Aegyptiorum publicari iussit imperator nomine encycliorum [p. 9, 34. 98, 3. Pelag. pro def. trium capitt. [*Studi et Testi* 57] p. 62, 20. Liberat. p. 124, 34. Pelag. II in ep. 2 ad episc. Histriæ t. IIII 2 p. 110, 1. ep. 3 p. 116, 6. Vict. Tunnun. p. 188, 3] signata, quoniam uniuersa implebant quod epistula imperatoris toti corpori præfulgens fieri iussit. cui uolumini eas tantum-

modo epistulas infuisse quas metropolitani et eremitæ ad imperatoris litteras encyclias rescripserunt, et per se intellegitur et uersione Latina confirmatur, at apud Græcos extitisse uidentur exemplaria quibus postmodum accreuerant additamenta. historiæ enim ecclesiasticæ a Zacharia Mytilenæo conscriptæ epitomator Syriacus 4, 5 præter Leonis ep. 97, quæ ad corpus encycliorum pertinet [cf. Corp. scriptt. Orient. Christ. III 5 p. 174, 25—28 cum illa epistula p. 104, 7—15], describit alteram quoque quæ egerit de incarnatione Christi; hanc ab imperatore ad Timotheum missam esse et ab illo impugnatam libello speciali multis testimoniis instructo, quæ a se non transscripta esse dicit epitomator Syriacus [4, 6 p. 178, 5 sq., cf. *Abhndlg. d. Bayer. Akad. d. Wiss.* XXXII 6 p. 128²]. his adiungit 4, 7 nonnulla de metropolitanorum litteris encycliis. alteram illam Leonis epistulam cui Timotheus aduersatus est [cf. Doctr. patr. 24, 9], esse constat celeberrimam epistulam 104, quæ scripta est d. 17. m. Aug. 458 et a corpore encycliorum aliena. Euagrius uero, qui Zachariæ opere pleno uti solet, 2, 10 Leonis epistulas illas duas inter se confudit. postquam enim epistulam 97 quæ primum inter metropolitanorum epistulas locum tenet, descripsit his uerbis πρῶτος ... Λέων ὑπέρ τε τῆς ἐν Καλχηδόνι συνόδου γέγραφε τήν τε Τιμοθέου χειροτονίαν ἀπεδοκίμασε, pergit ἥντινα τοῦ Λέοντος ἐπιστολὴν Λέων αὐτοκράτωρ Τιμοθέωι διαπέμπεται ... πρὸς ὃν καὶ ἀντέγραψε Τιμόθεος, quæ uerba de nulla recte dicuntur epistula Leonis nisi de tomo illo altero quæ est ep. 104. manifestum esse errorem quem in Zacharia compilando commiserit Euagrius, neque multis egere uerbis putares, nisi pergeret ille: ὧν (Leonis epistulæ et Timothei libelli contra illam scripti) τὰ ἀντίγραφα μὲν σώιζεται ἐν τοῖς καλουμένοις ἐγκυκλίοις, ἐμοὶ δὲ παρεῖται, ἵνα μὴ πλῆθος ἐπεισαγάγω τῶι παρόντι πόνωι. his enim probatur encycliorum corpori quod Euagrius adhibuit [2, 8—10], et Leonis epistulam 104 et Timothei libellum adnexa fuisse. neque deficit alterum testimonium Euagrio antiquius. quæ enim leguntur in libello fidei quem Iohannes Maxentius et consortes a. 519 legatis Romanis Constantinopoli obtulerunt [t. IIII 2 p. 3, 33]: *beatus papa Leo coactus est diuersorum patrum sententiis per illa quæ dicuntur encyclia, contradicentium ora obstruere,* Leonis quæ una testimoniis instructa est, epistulam 104 in encycliorum corpus fuisse receptam diserte demonstrant.

Cum propter controuersiam de tribus capitulis in Occidente concilii Chalcedonensis memoria acriore studio reuiuisceret pullularentque gestorum epistularumque quæ ad illud pertinebant, uersiones, etiam encycliorum corpus in maiorem concilii gloriam a *uiro doctissimo* Epiphanio *in Latinum sermonem conuerti* curauit Cassiodorus Senator, quando Gothorum regno destructo de uita publica secessit atque in Viuario ampla bibliotheca congesta clericæ iuuentuti instituendæ operam dedit [cf. de inst. diuin. litt. I. 23]. translatum est corpus ipsum non minus additamentis liberum quam plenum neque decurtatum. quam plenitudinem quodam modo testatur numerus episcoporum qui litteris synodorum prouincialium subscripserunt, quingentorum, qui numerus idem est atque is quem Ephraim Antiochenus [cf. notam ad p. 98, 4] de exemplari Græco affert CCCCLX, neque est cur dubitetur, quin fere uerus sit, quoniam plures quam ipsi concilio Chalcedonensi, synodis prouincialibus aderant episcopi. gloriosæ uero exaggerationis causa Eulogius [Phot. 230 p. 283ᵃ 36] pro subscriptorum numero quamuis magno tamen restricto introduxit summam omnium imperii sedium episcopalium MDC. alterum plenitudinis documentum est catalogus eorum ad quos epistula encyclia ab imperatore destinata est; eum in corpore primario epistulis quibus imperatori respondebatur, præmissum fuisse uel inde manifestum est, quod accurate secundum imperii diœceses dispositus est. patriarchas Romanum Constantinopolitanum Antiochenum Hierosolymitanum secuntur primo loco

diocesis Orientis metropolitæ prouinciarum Syriæ II Phœniciæ I Phœniciæ Libanisiæ Ciliciæ I Ciliciæ II Augustoeuphratesiæ Osroenæ Mesopotamiæ Arabiæ Isauriæ Palæstinæ II Cypri Palæstinæ III. accedit episcopus Beryti titulo tantum metropolis, qui litteris specialibus non respondit, sed epistulæ ceterorum Phœniciæ I episcoporum subscripsit. adnectuntur tres monachi omnes in diocesi Oriente consistentes.

deinde exhibentur diocesis Ponticæ metropolitæ prouinciarum Bithyniæ Galatiæ I Galatiæ II Cappadociæ I Cappadociæ II Honoriadis Paphlagoniæ Helenoponti Armeniæ I Armeniæ II; deest culpa librariorum quorumcunque episcopus metropolitanus Ponti Polemoniaci, extat uero epistula [XL]. adduntur episcopi titulo tantum metropolitæ Nicææ et Chalcedonis prouinciæ Bithyniæ, Tabiæ prouinciæ Galatiæ I et Arabissi prouinciæ Armeniæ II, qui uterque synodalibus litteris episcoporum comprouincialium subscripserunt.

tertium locum obtinent diocesis Asianæ metropolitæ prouinciarum Hellesponti Asiæ Lydiæ Insularum Cariæ Lyciæ Pisidiæ Pamphyliæ Pergensis Lycaoniæ Phrygiæ Pacatianæ Phrygiæ Salutaris Pamphyliæ Sidensis. adduntur metropolitæ titulares Smyrnæ prouinciæ Asiæ et Hierapolis prouinciæ Phrygiæ Pacatianæ. qui num epistulas speciales miserint an comprouincialium episcoporum litteris synodalibus subscripserint, dici nequit, quoniam utræque perierunt.

secuntur diocesis Thraciæ metropolitæ prouinciarum Europæ Rodopæ Hæmimonti Mœsiæ II Thraciæ. erraui adnotando p. 24, 28 deesse metropolitanum Mœsiæ II; extat episcopus Marcianopolis metropolis Mœsiæ II in catalogo [nr. 53], sed neque in capite epistulæ XVIIII neque inter suscriptores nominatur. forsitan mortuus sit illo ipso tempore, sicut Ibas episcopus Edessæ in catalogo [nr. 11] exhibetur, sed quoniam ille d. 28 m. Oct. a. 457 obiit, in epistula synodali Osroenæ primum locum tenet Nonnus. re uera deest iterum neglegentia librariorum metropolita titularis Beroæ, sed extat epistula [XVII].

finem faciunt præfecturæ Illyrici orientalis metropolitæ prouinciarum Macedoniæ Achaiæ Epiri ueteris Cretæ Thessaliæ Epiri nouæ Dardaniæ Daciæ mediterraneæ. adiunguntur Iulianus Coensis non ut episcopus, sed ut Leonis papæ apocrisarius et metropolita titularis Bizyæ. quibus præponendum fuisse putaueris metropolitanum prouinciæ Scythiæ, sed quoniam prouincia erat Gothorum, in ultimum locum reiectus esse uidetur.

Præter duo nomina quæ librariorum culpa siue exemplaris Græci siue Latinæ translationis excidisse dixi, metropolitam uerum uel titularem non inuenio qui iure desideretur. at obstare uidetur locus quem Baluzii sagax operositas eruit ex codice Colbertino 4310 postea Parisini 2390 s. XII, ubi in *disputatione*, quam ille dicit *Benedicti Leuitæ aduersus Felicianam impietatem* (id est Felicis Vrgelitani), leguntur hæc [Baluze, Miscellanea 5 p. 48]: *Stephanus episcopus in encycliis ad Leonem principem ex inde scribens* [quid hæc duo uocabula significent, non intellego] *mirabiliter dicit* etc. septemdecim annis ante, in Noua Coll. Conc. p. 1407 doctus Colbertinæ bibliothecarius scripserat in fronte codicis istius, *dum* recenseantur *lucubrationes Benedicti, diserte scriptum esse* Stephani Meneudis Episcopi. quomodocunque hoc monstrum uersaueris, nomen metropolis seu ueræ seu titularis non elicies. ceterum Baluzium non errasse cum Benedictum istum Leuitam eundem fuisse diceret atque abbatem Anianensem ordinis S. Benedicti instauratorem familiaremque Ludouici Pii imperatoris, parum constat. in catalogo certe codicum manuscriptorum bibliothecæ regiæ III p. 275. 276 distingui uidentur. abbatis Aniensis dicitur [1] *summa fidei tomorum* XV, quæ nondum publicata est, sequitur [2] *confessio Benedicti Leuitæ*

[Baluze p. 56] et [3] *eiusdem opusculum de modis amicitiarum et ueræ amicitiæ* quod non publicatum est, deinde post Alcuini nonnulla *Benedicti abbatis ad Guarnarium epistula de incarnatione dominica* [8, Baluze p. 1]. aliis interpositis exhibentur [13] *Benedicti Leuitæ disputatio aduersus Felicianam impietatem* [Baluze p. 30], *eiusdem laus hymnidica beatæ dei genetricis Mariæ* [14, non est publicatum], *eiusdem ad Guarnarium epistula de sectanda uera pietate* [15, Baluze p. 52]. quæ finem faciunt nr. 16 et 17, aliena sunt a Benedictis seu Leuita seu Anianensi. nr. 8. 13 [cf. initia p. 1 et p. 30]. 15 eiusdem hominis esse manifestum est, sed inter se pugnant uocabula *leuitæ* et *abbatis*. quæ enim proponit Mabillon [PL 103, 394] alia a Benedicto nondum presbytero scripta esse, alia ab abbate et presbytero, accipi nequeunt, eiusdem enim temporis sunt nr. 8 et nr. 13. etiam minus placent quæ proposuit P. J. Nicolai [*der h. Benedict* p. 49[1]]. an modestia monachali Benedictus quamuis presbyter se leuitam dixit? opus est codice Parisino accurate explorato, quod aliis relinquo eo libentius faciendum, quo manifestius est loco istius qualiscumque episcopi Stephani ea inesse quæ apte contra Felicianos dicta sint, sed quam maxime dissonent ab eis quæ iterum iterumque in episcoporum litteris ad Leonem imperatorem proferuntur. *non alius adoptiuus et alius proprius dei filius* uel *non duo uenerunt filii uerus et falsus aut unus partim proprius, partim etiam adoptiuus:* a quouis episcopo, cum a. 458 imperatoris quæstionibus responderet, talia contra Dioscorum Timotheumque unam Christi naturam post incarnationem prædicantes scribi potuisse quis est qui credat? . hic aliquid aut erratum aut confusum aut falsatum est; cauendum ergo ne iste locus Stephani ignoti genuinis encycliis inculcetur.

Vt catalogus metropolitanorum a quibus Leo imperator responsum petiit, et completus est et optime dispositus, ita ipsarum epistularum ordinem esse turbatum neque paucas deesse numeris quos p. 22—24 adscripsi, fit manifestum. cuius damni causa non fuit casus quisquam exterior quo mutilatus laceratusque sit codex ille unicus unde Parisinus *P* et Vindobonensis *W* deriuati sunt: nusquam enim hiant in ipsis epistulis magnæ lacunæ uel exciderunt dimidiæ siue tertiæ siue aliquantæ partes, sed semper totæ desunt epistulæ. ergo non casu exciderunt, sed omissæ sunt consilio hominis cui epistularum quarum unum idemque erat argumentum, uolumen ingens et incommodum uidebatur. quem hominem non alium fuisse crediderim quam illum qui Epiphanii uersione encycliorum copulata cum aliis scriptionibus hinc illic corrasis Collectionem instituit quam Sangermanensem nuncupaui, atque membranis, ne nimis crescerent impensæ, pepercit. epistularum omissiones secuta est ordinis turbatio, qui in Epiphanii translatione non aliter quam in opere primario Græco a catalogo non discrepasse putandus est; certe si numerorum quos epistulæ nunc præ se ferunt, seriem perlustraueris et cum catalogi ordine contuleris, etiam nunc seriei primariæ rudera cognoscere tibi uideberis. in fine epistulæ episcoporum secundæ Syriæ [XXII p. 40, 7] remansit in *PW* ex epistula episcoporum Euphratisiæ unum nomen prouinciæ, sequitur epistula episcoporum Osrœnæ [XXIII]; in catalogo post episcopum Hierapolis [nr. 10] metropolis prouinciæ Euphratisiæ exhibetur episcopus Edessæ metropolis prouinciæ Osrœnæ [nr. 11].

Epiphanium primum encycliorum corpus in Latinum sermonem transtulisse testatur Cassiodorus, cum ne ullo quidem uerbo innuit opus illud magnum multique laboris institutum esse ut antiquius corrigeretur. in prima Gestorum Chalcedonensium translatione haud pauca defuerunt, præterea et ante et post concilium a Iustiniano impositum a trium capitulorum defensoribus plurimum studii operæque Gestis illis impendebatur, pullulabant Constantinopoli exemplaria Græca noua et uaria: non

mirum igitur si primam uersionem paulo post sequebatur altera plenior et correctior. at in encycliis res longe aliter se habebat; corpus erat unius argumenti atque certis terminis inclusum, cui apud Græcos sane aliqua accrescere poterant, nihil apud Latinos quibus aditus ad Leonis papæ tomum alterum facile patebat. nihil igitur ueri minus simile quam post Epiphanium secundis curis aliquem laborem periculumque nouæ uersionis suscepisse. non recte Baluze [Nou. Coll. Conc. p. 1406] præter Epiphanium alteram encycliorum translationem extitisse opinatus est, quod et apud Facundum 2, 5 p. 686 et in epistula episcoporum Histriæ [t. IIII 2 p. 116, 7] loci qui extat p. 27, 12. 13 eadem legeretur uersio quæ discreparet ab Epiphanio et propter id ipsum a Pelagio papa II uituperaretur. Facundus enim sermonis Græci peritus non opus habebat uersione quam alius confecit; uel tunc quando aliena translatione operis alicuius Græci utitur, eum per multa exempla constat illam non presse sequi, sed semper fere aut plura aut pauciora de suo mutare. episcopi uero Histriæ locum illum non ipsi ex magna encycliorum uole expiscati sunt, sed qualis paratus iacebat, sumpserunt ex Facundo, quo neminem plus copiarum defensoribus trium capitulorum præbuisse testis nuper extitit Pelagius in opere quod conscripsit antequam pontifex factus causam pro qua diaconus pugnauit, ipse deseruit.

Inscriptionibus specialibus atque accuratis [p. 3, 1. 9, 30] is qui Collectionem Sangermanensem instituit, ab encycliis discreuit quæ primo Collectionis loco posuit, Marciani quem mortuum esse diserte significat [p. 3, 1], sacras duas, Pulcheriæ epistulam, Iuuenalis Palæstinæque episcoporum litteras synodales. Marciani coniugisque scripta ex Gestorum Chalcedonensium Græcorum corpore primario desumpta atque translata esse manifestum est neque dubito quin episcoporum litteræ Palæstinensium ex eiusdem prouenerint corporis exemplari, cui in fine tempore antiquissimo accreuerant; cf. quæ de eiusmodi additamentis exposui *Münch. Beitr. z. Papyrusforsch.* 5, 255 sq. *Zeitschr. f. Rechtsgesch.* 56. *Kan. Abtlg* 25, 10.

IIII. DE LIBERATI BREVIARIO

Liberatus clericus Carthaginiensis se Romæ commoratum esse narrat [p. 134, 23—31], quando Hypatius et Demetrius episcopi ab imperatore Iustiniano missi Iohanni papæ II contra monachorum Acœmetarum legatos persuaserunt ut fidei formulam acciperet unum de trinitate esse passum [cf. Coll. Auell. ep. 84, 6. 26]. epistulam papa episcopis illis ad imperatorem portandam dedit d. 25. m. Mart. anni sine dubio 534; erat igitur Liberatus Romæ eo ipso tempore quo Belisarius Africam prouinciam ciuitatemque Carthaginem Vandalis deuictis imperio Romano reddidit. paulo post cum Reparatus episcopus Carthaginis factus [a. 535 Vict. Tunnun. p. 198, 26] ecclesiam Africanam denuo ordinaret, concilio totius Africæ Carthaginem conuocato duos episcopos cum Liberato diacono Romam misit qui papæ Iohanni confirmanda proponerent quæ synodus Africana de Arianis ad ecclesiam conuertentibus decreuerat. quoniam Iohannes d. 8. m. Mai. a. 535 decessit, Agapetus successor responsum reportandum dedit legatis Africanis d. 9. m. Sept. a. 535 [Coll. Auell. ep. 85—87]. in ecclesia Carthaginiensi restituta Liberatus munere archidiaconi sextæ regionis [p. 98, 31] fungebatur, dum Reparatus, postquam episcopi Africani Vigilium papam a communione secluserunt Iustinianoque miserunt litteras pro defensione trium capitulorum, a. 551 ab imperatore Constantinopolim euocatus atque anno sequenti Euchaitam relegatus est; in eius locum contra uota cleri et populi Primosus diaconus ordinatus est. tum Liberatus peregrinationi quam initio operis commemorat, se dedisse putandus est; hariolatur Garnier [præf. XII] cum illum Reparato in exilium eunti comitem fuisse

dicit eadem leuitate qua eum scripsisse breuiarium fingit, cum Primosus *diem extremum obiisset.* neque huius neque illius mentio in Breuiario facta est; de peregrinatione nihil profert præter commorationem Alexandriæ non breuem [p. 119, 8. 99, 3]. opus aggressus est *aliquatenus feriatus animo a curis temporalibus* [p. 98, 32], qualibus feriis ubi frui potuerit nisi in monasterio librorum copia instructo doctisque studiis non alieno, exquirere non possum. scripsit postquam Vigilius mortuus est die 7. m. Iun. a. 555 [p. 138, 22], dum in exilio prope Constantinopolim uiuebat Theodosius episcopus Alexandrinus [p. 135, 28], qui mortuus est d. 22. m. Iun. a. 566. intentio libri uera est contra trium capitulorum accusatores conciliique Constantinopoli a Iustiniano habiti auctores, qui quod concilio Chalcedonensi obtrectauerint, Eutychianistæ appellantur non aliter quam uniuersi duarum Christi etiam post incarnationem naturarum negatores a Leone papa Marcianoque imperatore. adiungitur autem etiam Nestorianorum impugnatio, quoniam inde a Dioscoro Timotheoque Aeluro omnium quicumque synodum Chalcedonensem siue totam siue partim repudiarunt, erat consuetudo synodi asseclis opprobrium Nestorianum inicere; hæc ut calumnia esse probaretur, necesse erat ut cum Eutychianistis etiam Nestoriani tractarentur.

Prima libri capita quibus de Nestorio Paulo Samosateno Apollinari agit, tota fere desumpsit ex *ecclesiastica historia nuper de Græco in Latinum translata* [p. 99, 1], id est ex Cassiodori Historia tripartita. ecce tabula:

Cassiodor.	9, 3	= p. 100, 16—34. 36. 37
	12, 3	= p. 106, 4—13
	12, 4	= p. 99, 23—32. 101, 8—34
	12, 5	= p. 103, 27—104, 1. 5—8. 11—15
	12, 5. 6	= p. 105, 28—106, 3
	12, 7	= p. 106, 13—16.

unde petita sit *alia lectio* loci Socratis 7, 32[18] sq. quam affert p. 99, 35—100, 6, hoc eruendum relinquo iis qui nouam Socratis recensionem codicibus uersionibusque fundatam parant.

Quo casu acciderit ut exemplar Prosperi chronicon, unde Liberatus p. 99, 18—20 temporis notationem de Nestorio transscripsit, nomen præ se ferret Lucentii, nulla potest coniectura iam diuinari; animaduertatur tamen in eis codicibus qui soli præfationem seruarunt, quam Prosper operis præmisit editioni quam a. 455 instituit, ipsius Prosperi nomen deesse [cf. Mommsenii præfationem in Chron. min. 1 p. 344], quamuis nihil certius sit quam Prosperum chronica composuisse. num Lucentius iste idem putandus sit atque episcopus a Leone papa ad concilium Chalcedonense legatus, quærere mihi quidem otiosum uidetur.

Præter Cassiodori historiam se gesta synodalia et patrum epistulas adhibuisse ipse Liberatus testatur p. 99, 1. atque Ephesenorum quidem gestorum eum usum esse uersione quam littera *T* signaui, manifeste apparet ex eis quæ p. 106, 17—28 ex Cyrilli epistulæ ad Acacium Melitinensem uersione [t. 1 3 p. 195, 9—29] desumpsit. uerba enim Græca [t. 1 1, 4 p. 21, 10] μὴ προανατείλαντος αὐτοῖς καὶ οἱονεὶ προεισκεκομισμένου τοῦ συνδέσμου τῆς ὁμοπιστίας in uersione *T* ita translata sunt: *si non prior iretur et ueluti præferretur unius fidei uinculum.* pro corrupto PRIORIRETVR codices Rustici habent *prior oriretur*, quod ferri potest; at Liberatus falso coniecit *prius iretur.* similiter in eadem epistula cum uersione *T* in uerbis *quendam medium ordinem* [p. 109, 9 = t. 1 3 p. 201, 3] uocabulum omittit *medium*, quod necessarium est ad sensum.

Olim exposui [t. I 1, 4 p. XIIII] in uersione Latina melius quam in collectionibus Græcis seruatas esse breues narrationes quibus epistulæ uel introducebantur uel inter se coniungebantur: illarum manifesta extant uestigia apud Liberatum, cf.

t. I 3 p. 47, 9—13 = p. 102, 31—34
p. 179, 2—7. 8. 9 = p. 105, 23—27
p. 37, 3. 4 = p. 102, 4. 5.

quæ igitur ex antiqua illa uersione a Liberato desumpta sunt, in notis meis inuenies; proxime ad ipsa uerba accedunt p. 105, 17. 18 = t. I 3 p. 107, 11. 12; p. 106, 33—107, 8 = t. I 3 p. 188, 27—189, 9, ubi lectiones *T* omnes fere apud Liberatum redeunt.

Præter hanc uersionem adhibuit alteram allocutionum quas Paulus Emesenus et Cyrillus Alexandriæ d. 25. m. Dec. a. 432 et d. 1. m. Ian. a. 433 habuerunt [t. I 1, 4 nr. 124—126], in qua Cyrilli sermo a trium capitulorum defensoribus, sicut exposui t. I 5, 2 p. III, interpolatus est; cf. quæ adnotaui ad p. 107, 15—22. 23—27. 28—31. cauendum uero est ne clericus Africanus, qui non aliter quam Facundus Græcum sermonem callebat [cf. p. 133, 10—12], Græca omnino non inspexisse credatur. epistula enim Cyrilli ad Valerianum, unde haud pauca excerpsit [p. 109, 30 sq.], in sermonem Latinum numquam translata est atque Iohannis Antiocheni interlocutionem contra Cyrillum et Memnonem [p. 104, 22 sq.] unus uertit Rusticus [t. I 4 p. 37, 3 sq.], qui a Liberato nusquam adhibitus est. Liberatum ipsum Iohannis interlocutionem atque excerpta ex Cyrilli litteris ad Valerianum transtulisse non est cur dubitetur, neutra uero ex Gestorum Græcorum corpore desumpsit. gesta enim synodi quam Iohannes statim post aduentum Ephesi habuit [V 151], tempore admodum recenti in Collectionem Vaticanam ex libro Irenæi inducta sunt neque Cyrilli epistula ad Valerianum in antiquis Gestorum corporibus locum habuit [cf. t. I 1, 4 p. XXVII. XXVIII]. hæc igitur singillatim tradita Liberatus accepit, ut putauerim, Alexandriæ. quæ de Augustini inuitatione ad concilium Ephesenum narrat p. 103, 2—10, ex memoria ecclesiæ Carthaginiensis prouenerunt.

Gesta synodi Chalcedonensis se nuper Alexandriæ de Græco in Latinum translata suscepisse dicit p. 119, 8. exemplar, quod non admodum diligenter [cf. t. II 1, 3 p. XXVII] descripsit p. 119, 21 sq., erat uersionis antiquæ correctæ, quam littera Φ^{c} signaui. habuit enim canones non post actionem VI, sicut Gesta Græca et uersio antiqua, sed in fine collocatos [p. 123, 9], quod a trium capitulorum defensoribus excogitatum esse demonstraui *Abhndlg. d. Bayer. Akad. d. Wiss.* XXXII 2 p. 18. epistularum ante gesta collectionem quam gestis præmisit primum non Rusticus, sed illa recensio Φ^{c}, a Liberato adhibitam esse probatur Flauiani confessione [p. 116, 17 sq.] ex ista Collectione 1 desumpta et Valentiniani Eudoxiæque litteris ad Theodosium illiusque rescriptis [p. 119, 23—27 ex Epist. ante Gesta Coll. 19. 21. 22. 24, cf. p. 119, 26 *humanis rebus ablato* cum t. II 3 p. 17, 4 et p. 119, 24 *læsibilis nouitatis* cum eiusdem tomi et uoluminis p. 16, 7; ad p. 115, 29. 30 potius adnotanda erat Epist. ante Gesta Coll. 5 quam exemplar Græcum in Coll. H 3]. quæ ex actionum I. X. XI gestis excerpta sunt, iis Gestorum locos in notis adscripsi; excerptoris neglegentiæ et leuitatis luculentum extat documentum p. 115, 23 (Eutyches) *dixit legem se habere sancti Cyrilli et Athanasii quoniam ex duabus quidem naturis dixerunt ante adunationem, post adunationem autem et incarnationem non duas naturas sed unam*: in Gestis recensionis Φ^{ac} extat [t. II 3 p. 127, 21]: *ego legi beati Cyrilli et sanctorum patrum et sancti Athanasii quoniam ex duabus quidem naturis dixerunt ante adunationem, post autem adunationem et incarnationem non duas naturas, sed unam naturam dixerunt.*

Cassiodori historiæ ecclesiasticæ gestisque synodalibus et Cyrilli aliorum epistulis se adnexuisse dicit p. 99, 3 *illa quæ in Græco Alexandriæ scripto* acceperit *uel* [= et] *grauissimorum hominum* didicerit *narratione fideli.* huc referenda sunt quæ præter ea quæ de Vigilio Pelagio Theodoro Ascida ex castris partis suæ profert, Liberati propria dixeris, p. 123, 19—124, 1. 34—p. 125, 2. 4—10. 10—13 nonnulla additamenta ad Narrationis ordinem, quem infra tractabo; 13—33. 126, 5—130, 9. 29—p. 133, 7. 13—p. 134, 22. 138, 24—139, 33. omnia siue scripta siue narrata sunt a clericis monachisque Alexandrinis partis Proterii, Timothei Salafacioli, Iohannis Talaiæ, quos quamuis nonnulla notabilia atque ex rebus ipsis petita narrauerint, tamen sublestæ fidei fuisse atque multa ficta ueris admiscuisse præcipue per ea probatur quæ de Iohannis Talaiæ innocentia Liberato persuaserunt, cf. *Abhndlg. d. Bayer. Akad. d. Wiss. N. F.* 10 p. 196. 203.

Has auctoritates ipse initio libri enumerat, sed non solas adhibet. corpus encycliorum diserte commemorat p. 124, 33, postquam illius epistularum 6. 7. 9 argumenta breuiter indicauit. sunt tamen scriptiones ex quibus haud pauca in breuiarium transtulit nulla auctorum mentione facta. eis quæ ex Cyrilli ad Valerianum epistula p. 109, 20—38 excerpsit, adiecit locum ex *collatione quam Ypatius Ephesiorum episcopus contra Acephalos suscepit iussione Iustiniani,* quem locum desumpsit ex uersione Latina epistulæ quam Innocentius episcopus Maroniæ ad Thomam presbyterum de illa collatione scripsit [cf. notam ad p. 110, 1—6]. multo plura transtulit ex translatione, quæ extat alterius ab eodem episcopo scripti opusculi, cf. p. 110, 19—29. 31—p. 111, 6. 21—24. 112, 1—3 cum notis. de hac translatione egi olim in huius Conciliorum œcumenicorum editionis primitiis t. IIII 2 p. XVI atque uel nunc teneo quæ tum conieci Innocentii et epistulam et istud opusculum a Iustiniani legatis Hypatio et Demetrio a. 534 Romam esse portata. quoniam ipso illo tempore Liberatus quoque Romæ degebat, translationes illæ ad eius notitiam peruenerunt. Basilii uero monachi libellos, Iohannis Antiocheni, Cyrilli, Procli de Theodoro epistulas, totam illam materiem qua interspersa uel adiecta intentionem opusculi Innocentiani in contrarium uertit [cf. *Concilstud.* 2 p. 42 sq.], initio controuersiæ de tribus capitulis congestam ab illorum defensoribus Carthaginem, ubi Vigilio resistere cœptum est, transportatam fuisse crediderim ibique a Liberato inspectam. neque tamen ullum extat uestigium unde Facundi libros ab eo lectos esse probetur.

Vnde Narrationis ordo de prauitate Dioscori qui fertur, id est epitome commonitorii, quod magistratus quidam laicus Constantinopolim legatus Romæ Felicis papæ auspiciis de re Acaciana accepit [cf. *Abhndlg. d. Bayer. Akad. d. Wiss. N. F.* 10 p. 264 sq.], sibi peruenerit, Liberatus ipse non dicit: eam in breuiario compilatam esse dudum constat, cf. p. 124, 2—11. 14. 15. 27—33. 125, 3—4. 5—6. 10—13. 126, 1—5. 130, 10—28 cum notis. imprimis ultimo loco p. 130, 23—28 conlato cum eis quæ in epitoma aliunde adnexa sunt [cf. l. c. p. 267], manifestum fit ipsam eam epitomæ formam quæ in Collectione Veronensi primaria pro introductione erat, a Liberato esse compilatam. atqui collectionem illam sub finem a. 498 quo tempore Anastasius papa mortem obiit, compositam esse l. c. p. 272 sq. demonstraui. crediderim igitur epitomam illam ad Liberati notitiam Romæ uenisse.

V. DE CETERIS COLLECTIONIS PARTIBVS

Secuntur Liberati breuiarium in codicibus *PW* hæc:

a) *incipit liber s̄c̄i Prosperi pro predicatoribus gratiæ d̄ī contra librum Cassiani pb̄r̄i qui prenotatur de protectione d̄ī*: PL 51, 215 sq.

b) *incip epistola sci Aurelii epi ad omnes epos per Byzacenam et Arziguitanam prouincia⟨m⟩ constitutos de damnatione Pelagii atque Celestii:* cf. Maassen p. 355 nr. 376

c) *incip epstla excerpta gestis habens contra Pelagium hereticum et alia de libellis eius que in Palæstina synodo sibi obiecta ipse damnare copulsus est:* excerpta de Augustin. epist. 186, cf. Maassen l. c. nr. 377, 2

d) *incipit epistola sci Gelasii ad Eufimium Constantinopolitanum*: edidi in Coll. Veron. 12 [*Abhndlg. d. Bayer. Akad. d. Wiss. N. F.* 10 p. 49 sq.].

e) INCIPIT PAPAE DAMASI VRBIS ROMAE AD PAVLINVM EPM ANTIOCHENE CIVITATIS DE CAPITVLIS FIDEI CONTRA MACEDONIVM ET EVNOMIVM ET APOLLINAREM HERETICOS. *Dilectissimo fratri Paulino Damasus. Per filium meum Vitalem — suscipiendo tribuat exemplum,* cf. Maassen p. 232 sq. sequitur CONFESSIO FIDEI CATHOLICAE QVAM PAPA DAMASVS AD PAVLINVM ANTIOCHENVM EPM MISIT POST CONCILIVM NICENVM. *Quod in urbe romana postea congregatum est catholici epi addiderunt de spu sco et quia postea is error inoleuit ut quidam ore sacrilego — sine dubio credemus.* EXPLICIT CONFESSIO CATHOLICAE FIDEI QVAM SVBDIDIT DAMASVS PAPA EPISTVLAE SVAE AD PAVLINVM EPISCOPVM CONTRA MACEDONIVM EVNOMIVM ET APOLLINAREM HERETICOS. confessio hæc edita est ab amico defuncto C. H. Turner in Eccles. Occid. monum. etc. 1, 283 sq.; cf. quæ de ea exposui *Zeitschr. f. neutest. Wiss.* 34, 189 sq.

Disserui de hac parte codicum *PW* in libro quem p. XVIIII attuli, p. 279 sq., unde ea quibus lectori opus est, repeto. tria prima a) b) c), quorum intentio est contra sectam Pelagianam, a Collectione Sangermanensi aliena esse uel sine demonstratione intellegitur. per se stat Prosperi liber, b) c) de collectione Quesneliana deriuata esse uidentur. neque magis d) e), quæ ne inter se quidem arte cohærent, ad Collectionem Sangermanensem pertinent, quorum e) proxime ad Quesnelianam accedit, d) ex Collectionis Veronensis forma quadam aucta desumpta est. ceterum notatu dignam est correctorem codicis *W* anticum in Gelasii epistula aliter quam in ipsa Collectione Sangermanensi non de suo emendare, sed de alio codice.

Quæ secuntur, omnium codicum *PWIT* usque ad Collectionis finem communia sunt. nr. 3—8 pertinent non aliter quam Liberati breuiarium ad controuersiam de tribus capitulis. quorum defensores inter argumenta quibus pro Theodoro Mopsuesteno pugnabant, patrum orthodoxorum proferebant epistulas unde eum cum illis familiaritate et amicitia coniunctum neque pro hæretico habitum esse probarent. Facundus [7, 7] qua solet argumentationis copia rem tractando tres affert epistulas, primo Iohannis qui appellatur Chrysostomi epistulam 212, quæ de exilio scripta est, deinde Gregorii Nazianzeni epistulas 121 et 152. Iohannis quidem epistula sine dubio ad Mopsuestenum directa est, Gregorius epistulam 121 ad adulescentem aliquem scripsit quem ad sedem Mopsuestenam postea prouectum esse neque probari neque refelli potest, alteram quæ nunc 152, olim 88 numerata est, non ad Theodorum qui episcopis prouinciæ Ciliciæ II connumerabatur, destinatum esse constat, sed ad metropolitanum prouinciæ Cappadociæ II, ad quam pertinebat Nazianzus, scilicet ad episcopum Tyanorum.

Hæ tres epistulæ quodam modo instar nuclei fuerunt istius argumentationis parum feliciter ex epistulis Gregorii petitæ. nam collector Sangermanensis non modo easdem atque Facundus primo loco collocat, ordine sane non bene mutato, sed eiusdem quoque uersionis præter quasdam differentias, quæ quamuis minutæ sufficiunt

tamen ut collectorem istum Facundi uoluminibus non usum esse manifestum fiat. at alias tres addidit epistulas quasi a Gregorio ad Mopsuestenum scriptas, ep. 139 [olim 222], ep. 183 [olim 225], ep. 77 [olim 81], ratione non meliore; si quis enim eas non obiter perlegerit, sed ita ut rerum ipsarum imaginem inde eliciat, neque Theodorum illum ad quem ep. 77 scripta est, prætermiserit in salutatione quæ huc usque neglecta est utpote in Græco exemplari omissa, episcopum dici quem Gregorius uel anno 379 nouit, aliter quam illos ad quos ceteræ duæ epistulæ missæ sunt, omnes tres ad tres diuersos episcopos Theodori nomen ferentes esse destinatas non negabit.

Responsum est trium capitulorum defensoribus in concilii Constantinopolitani collatione quinta [L v 475 sq. = M VIII 1254 sq.] ita ut de Iohannis epistula callide taceretur, Gregorii uero epistulas non ad Theodorum Mopsuestenum scriptas esse contenderetur, sed ad Theodorum episcopum Tyanensem. probatio instituitur tantummodo ex epistularum argumentis atque Euphrantæ tunc episcopi Tyanensis testimonio de illorum episcoporum serie quæ ex diptychis ecclesiasticis in collectis legi solebat; apparet igitur in Gregorii epistularum syllogis olim et ab initio sedes destinatariorum nominibus additas non fuisse. afferuntur in concilio epistulæ sex: (1) ep. 162; (2) ep. 122; (3) ep. 77 [= Coll. Sang. 8]; (4) ep. 163; (5) ep. 152 [= Coll. Sang. 4]; (6) ep. 183 [= Coll. Sang. 7]; omittuntur igitur ep. 121 [= Coll. Sang. 5], de cuius destinatario nihil erui posse supra dixi, et ep. 139 [= Coll. Sang. 6], quæ ad metropolitanum Tyanensem pertinere nequit. at recte afferri uidetur ep. 152, quam ad episcopum metropolitanum Cappadociæ II scriptam esse manifestum est, quamuis quodam modo obstare monuerit Tillemont 9, 723 seriem episcoporum quam ex diptychis Euphranta enumerauit in concilio Constantinopolitano L v 478 = M VIIII 258. ubi inter Aetherium, qui a. 381 concilio Constantinopolitano subscripsit [Turner, Journ. of Theolog. Stud. 15 p. 169[61]] et Theodorum leguntur non minus tres episcopi, at epistula 152 fere a. 383 scripta esse uidetur [Lietzmann, Apollinaris 73]. neque uero accidere potuisse præfracte licet negare ut in duobus annis tres episcopi inter se succederent. præter hanc epistulam etiam epp. 162. 163. 122 ad Theodorum Tyanensem esse scriptæ commode putantur, tenendum uero epistulas 77 et 183 ad illum nulla ratione posse pertinere. ille enim Theodorus quem epistula 77, quæ a. 379 scripta est, salutationis causa appellat coepiscopum, præsul ecclesiæ Tyanensis non fuit, quoniam tunc temporis Aetherius illam sedem tenebat, neque si ep. 152 ad Theodorum Tyanensem directa est, eundem ita alloqui poterat ep. 183, quasi antea numquam Gregorius ad illum litteras direxisset. ceterum notetur exemplari unde deriuati sunt codices *PW*, hominem quendam quinti concilii norma obstrictum notas marginales adscripsisse [cf. quæ adnotata sunt ad p. 112, 5. 122, 18], istum uero qui Collectionis Sangermanensis illam recensionem instituit quæ in collectionem Pseusoisidorianam recepta est, etiam maius quid ausum esse: in titulis epistularum 3—7 codices *IT* seruant quidem nomen Iohannis Constantinopolitani, Mopsuestenum uero omittunt, denique quæ ultimum locum tenet ep. 183, tantum dubitationis homini illi mouisse uidetur ut eam non transcribere melius duceret.

Meliore ratione trium capitulorum defensores epistulas adhibuerunt quibus Isidorus Pelusiota prudenter et iuste Cyrillum reprehendit, ut Ibæ epistulam ad Marim ob id non esse damnatione dignam probarent, quod idem Cyrillus in illa libere atque aperte uituperatus esset. in hac quoque re, quantum scimus, agmen ducit Isidori epp. 1, 370. 310 adferendo Facundus 2, 4, quem sequitur, ut solet, Pelagius pro defensione trium capitulorum [Studi e Testi 57] p. 32, 34. 33, 21. 68, 32; his initio positis adduntur in Collectione Sangermanensi epp. 1, 323. 324. eodem consilio

Rusticus cum in Acœmetarum bibliotheca copiosam Isidori epistularum syllogam inuenisset, XXXXVIIII epistulas a se excerptas et translatas Synodico suo inseruit [t. I 4 p. 9—25], inter quas etiam quattuor illæ sunt quæ in Collectione Sangermanensi exhibentur. discrepat uersio Collectionis a Facundo, sed Rusticus tam et frequenter et prope ad Collectionem accedit, ut uersionem eandem ab illo adhibitam et correctam fuisse non dubitem. quoniam uero Collectio ipsa Constantinopolim numquam peruenit neque Rustico præsto esse potuit, nihil restat nisi ut uersionem dudum confectam interque trium capitulorum defensores diuulgatam Collectioni insertam esse censeatur.

Deinde breui confessione [13] fides facta — ita traditum est — a Cyrillo defenditur contra unam naturam confessos ab eis qui unam Christi de trinitate personam dicunt passam, sed duas eius esse naturas tenent. ita disputare solebant Maxentius et consortes de prouincia Scythia i. e. Gothia oriundi atque Ephraimius Antiochenus [cf. Phot. 229 p. 255[a] 31—255[b] 11] Eulogiusque episcopi [cf. Phot. 230 p. 268[a] 23—269[a] 15. 275[a] 36—275[b] 40], ut synodi Chalcedonensis impugnatoribus ad Cyrilli auctoritatem prouocare non licere demonstrarent. neque alia est intentio eorum quæ secuntur ex Cyrillo et aliis excerpta, de quibus latius disputare superfluum duco. hoc unum hic adnotatum esse uelim, ut me ipsum corrigam, ea quæ ex libro quodam Theodoreti de trinitate [15] excerpta sunt, sæculo plus ante Baluzium sicut omnia cetera quæ in codicibus Pseudoisidorianis post Liberati breuiarium exhibentur, publicata esse a Crabbio in appendice quem dicit ad Liberatum [Concil. t. II p. 125 sq.; cf. supra p. VIII]. cuius editionis omnes, quantum uideo, obliti sunt non immerito.

Cassiodori Historia ecclesiastica præsto erat Liberato, notum corpus quoque encyclium [p. 124, 33. 34] auctore Cassiodoro et hoc in sermonem Latinum translatum; utraque uolumina in Viuarii bibliotheca extitisse constat. hoc asylum illud fuisse quo Liberatus post peregrinationis labores confugerit, probari nequit, facile conicitur. neque tamen ibi corpus encyclium decurtatum fuisse, ne membrana deficeret addituris alia, ueri simile est; hoc alio loco minus culto accidisse putauerim, Italiæ meridionalis, ni fallor; certe in tota Collectionis Sangermanensis memoria ne minimum quidem uestigium reperitur, unde illam sicut antiquissimos codices Veronenses quos Turner [Monum. iur. antiquiss. t. II I p. VIIII] enumerat, ortam esse concludas in Aquileiæ prouincia, ubi altera parte s. VI acriter contra concilium quintum damnationemque trium capitulorum certabatur. ut in duobus antiquioribus codicibus post Liberati breuiarium inculcarentur ab intentione Collectionis aliena, non euenisse uidetur antequam Collectionis exemplaria ætate Carolina in Francorum imperium occidentale peruenerunt.

Monachiæ mense Februario anno h. s. 36

E. Schwartz

CORRIGENDA

p. 8, 25 not. *legas* ἀνεβάλετο
p. 11, 33 *deleas* ⟨litteræ⟩ *et* not. 33
p. 24, 28 not. *deleas* episcopi secundæ Mœsiæ [xviii]
p. 116, 20. 37 *in margine addas paginarum Garnerii numeros* 68. 69
p. 141 not. ad 4 ep. 152 *pro* L v 471 *legas* L v 476

COLLECTIO
SANGERMANENSIS

P = Codex Parisinus 12098, olim Sangermanensis 466 s. X
W = Codex Vindobonensis 397, olim monasterii s. Iacobi apostoli prope Moguntiacum in monte specioso n⁰ X s. X
I = Codex Vaticanus 1340 s. XIII
T = Codex Parisinus [olim Tellerianus] 2244 s. XIII

INCIPIVNT SACRAE EPISTVLAE VENERANDAE MEMORIAE MARCIANI ET PVLCHERIAE AAGG SIMVL ET IVVENALIS SCISSIMI EPI HIERVSOLIMORVM TAM ALEXANDRINIS QVAM CVNCTIS HIERVSOLIMITANIS MONACHIS DE STATVTIS SCI CALCHEDONENSIS CONCILII

EXEMPLAR EPISTVLAE SCRIPTAE AB IMPERATORE MARCIANO ALEXANDRINIS PER IOHANNEM DECVRIONEM OB TIMOTHEI NEFANDI PERSONAM

1 1 In nullo quolibet modo delinquere proprium est dei omnium dominique cunctorum, sapientium autem uirorum est, quoniam dum sunt homines, est eis impossibile non peccare, ut dum peccauerint, repente pænitentiam agant et pænitendo uitia corrigant. nam permanere in peccatis et in eis exerceri et festinare malo malum accumulare omnino malignum et ualde uesanum est. quod aliquos Alexandriam eique urbi loca uicina habitantes reuerentissimos monachos passos esse cognouimus et credentes non per simplicitatis modum hoc eos pertulisse diuinis litteris usi sumus declarantibus orthodoxam nostram fidem et quia sancta catholicaque synodus quæ Calchedone facta est, circa apostolicam fidem nihil penitus innouauit, sed per omnia Athanasii et Theophili et Cyrilli reuerendæ memoriæ Alexandrinorum pontificum secuta doctrinam damnauit quidem Eutychis blasphemiam nihil aliud quam Apollinaris doctrinam impiam sapientem, abscidit autem et impietatem Nestorii et uenerabile symbolum cccx et octo sanctorum patrum qui in Nicæa conuenerunt, integrum per omnia custodiuit neque imminutione neque adiectione uexatum. et credit quidem nostra tranquillitas sacras litteras nostras nec non et præcepta proposita dudum in Alexandrinorum magna ciuitate sufficere ad persuasionem eorum qui nescio quomodo adhuc dubitant, eo quod nihil innouatum sit a sancto catholicoque concilio, et quatenus nullus de cetero ⟨qui⟩ dubitaret huius rei gratia, relinquatur. neque enim quemlibet ita simplicem esse credimus, ut legens tantas doctrinas sic clare pronuntiantes fidem orthodoxam hactenus in ipso errore permaneat. si uero fortasse sint aliqui, quod non credimus, intentionem insertæ nobis clementiæ non sequentes, uolumus iterum eis per has sacratissimas nostras litteras certissime satisfieri quia sanctorum et uenerabilium patrum doctrinas sequens sanctissima catholicaque synodus cuncta disposuit et Eutychis quidem peremit impietatem, quem Dioscorus est secutus et alii quidam, qui libros Apollinaris non dubitauerunt plebi dispergere uocabula sanctorum patrum eis adtitulantes, quatenus ad plenum simplicium mentes sua falsitate deciperent, confirmauit autem trecentorum x et VIII

1 *Græce extat in Gestis Chalcedonensibus 28*

PW

2 HIEROSOLYMORVM *W* 3 HIEROSOLYMITANIS *W* 5 OB *scripsi* ET *PW* 6 omnium *W om. P* 7 sint *W* 10 uesonum *W* 16 doctrina *PW, corr. W* eutyces *PW* eutycis *Wcorr* 17/18 uenerabilem *PW, corr. W* 19 imminutione *Surius in mg.* immutatione *PW* 20 santias *W* sanctas *Wcorr* 23 nullas *PW, corr. P* qui *addidi* 24 simpliciorem *W* 29 eutyches *PW, corr. W*

sanctorum patrum Nicæa conuenientium uenerabile symbolum, nihil nec auferens nec adiciens, secundum quod baptizata nostra tranquillitas ab ætate adulescentiæ sapit et in eo ut consistat, exoptat credens dominum nostrum et saluatorem Christum filium dei unigenitum coæternum et consubstantialem patri propter nos et propter nostram salutem humanatum natum ex spiritu sancto et Maria uirgine dei genetrice et esse deum et hominem uere eundem, non alium et alium, absit hoc, sed unum eundemque nullo modo partitum aut separatum aut conuertibilem, eos autem qui dicunt aut aliquando ⟨dixerunt⟩ duos filios aut duas personas etiam nos tamquam dei inimicos abominamus et anathematizamus. hæc igitur et nunc agnoscentes si qui forsitan estis adhuc falsitate decepti, ad ueritatem recurrere festinate nefandis uosmet ipsos et canonibus contrariis collectionibus abstinentes, ne super hoc quod animas uestras perditis, etiam legali castigationi subdamini. unite uero uos omnes sanctissimæ et catholicæ orthodoxorum ecclesiæ, quæ una est, sicut et uenerabiles definitiones patrum nos edocent. hoc enim agentes animam quidem uestram saluti donabitis, deo uero cunctorum quæ sunt placita, facitis, sed etiam nostræ tranquillitati ⟨uos⟩ commendantes eius cura fruimini. propterea siquidem et Iohannem uc decurionem eligentes misimus, qui certissime ualeat ea quæ de fide sunt, explanare. nam et sanctorum episcoporum uniuersali catholicorum concilio interfuit et uniuersa quæ gesta sunt, clare nouit, ut per omnia satisfactione suscepta hi qui, quod non credimus, adhuc dubitant, tandem aliquando ad ueram et inmaculatam fidem remeare festinent. EXPLICIT

EXEMPLAR EPISTVLAE SANCITAE A MARCIANO SACRATISSIMO IMP AD ARCHIMANDRITAS ET MONACHOS RELIQVOS HABITANTES IN AELIA ET CIRCA EAM

II Agnoscens nostra maiestas preces quas ad sacratissimam piissimamque dominam nostræ tranquillitatis coniugem direxistis, rebus ipsis mihi persuasum est quoniam non supplicationes misistis, sed sub schemate precum impiam et dei legibus Romanæque rei publicæ contrariam existentem uestram demonstrastis intentionem. nam cum oportuerit uos quieti uacare et esse sub sacerdotibus eorumque doctrinis obœdire, doctorum potius ordinem audacia uehementi assumere præsumpsistis, qui neque ⟨a⟩ recte docentibus doceri patimini et semet ipsis stulte persuadetis quia cunctos oporteat ad perfectæ fidei scientiam uos potius sequi quam sanctorum apostolorum prophetarumque uolumina et ⟨a⟩ sanctæ memoriæ patribus mandata contradita. et quasi priorum minora delinquere uos putastis, si falsis doctrinis uestras præsumptiones obumbrare uolentes nihil ueritatis in uestris precibus diceretis adserentes neque incendiorum neque homicidiorum neque aliarum incongruarum rerum esse uos auctores aut monasteria, sed [et] incolas ciuitatis et quosdam peregrinos memoratarum rerum originem extitisse. sed nihil horum quæ temptata sunt, nostram latuit pietatem, quando et monumentorum gestis et singulorum relationibus nobis apertum est quomodo et Aeliorum ciuitas a uobis uelut hostibus capta sit, qui habitare

---

II *Græce extat in Gestis Chalcedonensibus 26*

PW

3 ut *om. P, corr. P* consistit *PW, corr. W* 8 dixerunt *addidi* 12 castigatione *PW* uos uero *P* 13/14 uenerabilis definitionis *PW, corr. W* 15 *post* sed *add.* et uos ipsos *Surius in mg.* 16 uos *hoc loco addidi* fruimi *W* 21 EXPLICIT LIB. [epistula W^{corr}] I *W* 23 ET MONACHOS *Surius* MONACHOS ET *PW* ELIAM *P* 24 II *W om. P* 26 supplicationis *PW* 27 demonstrastis *Surius* demonstrantes *PW* 29 ordinem *Surius* ordinans *PW* 30 a *add. Surius* putemini *P* persuaditis *W* 31 perte *W* 32 a *addidi* 36 et *deleui* 37 temptata *edd. Romani* testata *PW* 39 aliorum *W*

in monasteriis et eiusmodi locis obseruare debuistis, insuper et uenerandæ memoriæ diaconi commissa cædes et quia illius corpus post necem etiam communi sepultura priuatum insensibiliter tractum subdebatur iniuriis, quomodo etiam domus incensæ et portæ clausæ sint ciuitatis et quasi legibus propriis ciuitatis custodiebatis muros et carcere uiolenter aperto malorum præsumptoribus remissio pœnarum et periculosæ fugæ præbebatur occasio. proficientibus autem ⟨malis⟩ ad peiora postremis minora fuisse præcedentia demonstrantes Iuuenalem sanctissimum ⟨episcopum⟩ et alios reuerentissimos sacerdotes per quendam ad hoc destinatum interficere uoluistis; cum uero is qui missus fuerat, fuisset spe sua deceptus, sine effectu suam uesaniam et eorum a quibus missus fuerat, esse non sinens Seuerinum sanctæ memoriæ episcopum gladio percutiens neque his qui erant cum eo, pepercit. hæc ergo et his peiora delicta et quomodo præsumpta et quibus agentibus aut inuitantibus acta sint, manifestant ea quæ frequenter in diuersis iudiciis proprie demonstrata et sacratissimis nostris auribus intimata sunt, certissimum indicium uestræ uoluntatis habentia, quam prompte ad delinquendum decesseritis, non dei fidem uindicare uel fouere uolentes, sed uestras præsidentias et sacerdotia defendentes, quorum uos ostendistis omnimodis alienos, dum in perditionem ciuitatum habetis studium. nostra siquidem pietas admiratur qua causa Eutychen equidem anathematizatis, bene tamen facientes, Theodosio uero, qui peior est omnium, uos ipsos contradidistis, sapienti ea quæ sunt Eutychis, qui circa Valentini et Apollinaris contra orthodoxam fidem habens zeli uesaniam sanctissimas quidem conturbat ecclesias, ciuitatibus uero subuersionis inportabilis et uexationis existit occasio, sed etiam uobis factus est nefandarum et iniquarum causarum princeps. et impietatis quidam suæ delictorumque pœnas dignissimas dabit omnium domino et saluatori Christo, aduersus quem rei excitastis originem; non enim patietur sacra potestas siue supplicio sinire ea quæ in eius fidem blaspheme et in sanctas ecclesias et in sanctos uiros miserande peremptos nefande commissa sunt. nostra quidem tranquillitas nihil tale fieri contra monachos imperauit, sed ut tantummodo Aeliorum sedaretur ciuitas, quatenus de cetero quies eius ab omnibus seruaretur; uestra uero procacitas mandatorum contraria monachorum agens bellum aduersus communem quietem adsumpsit et multitudinem congregans latronum et aliorum inique agere solitorum armaque contra legitime uiuentes commouens causa cædis et deuastationis aliarumque crudelium rerum prouinciæ habitatoribus fuit. unde mota quidem maiestas nostra ut indignaretur rerum talium commissoribus, inserta clementia superata est, ut quatenus cædis et incendiorum repertos auctores solos pœnas soluere iubeamus, licet etiam aduersus uos iustum esset ut nostra indignatio proueniret, relinquentes quidem monasteria, quibus uos semper obseruare mandata præcipiunt, præsumentes autem et illa quæ ultimo supplicio digna consistant. quia uero etiam docere potius quam discere præsumitis diuina nescientes eloquia aperte præcipientia quia non est discipulus super magistrum Mt. 10, 24 suum, quas doctrinas saluatoris animarum nostrarum aut sanctissimorum apostolorum patrum⟨que⟩ secuti estis? non enim licet proprias sequentes impietates dicere

---

PW

2 cædis *PW* 3 domos *PW* 4 ciuis *W* ciuis *W* 6 malis *addidi* 7 episcopum *addidi* 15 decesseretis *W* decenseretis *W*corr indicare *W* 16 præsidentias *scripsi cf.* προεδρίας Γ petulantias *PW* 19 eutyches *PW, corr. W* 24 excitantes *PW* 26 peremptor *PW* 27 impetrauit *PW* 28 aliorum *W* 32 causam *PW, corr. W* 35 repertos—licet] replicet *W* solus *P* iubemini *P* 38 diuinam *PW, corr. W* 41 patrum *PW* et patrum *Surius*

præsumetis quia per cædes aliaque delicta quæ uos egistis, sanctorum eruditio procedebat. proinde duas naturas audientes perturbatas uestras animas fuisse docuistis ueluti quadam nouitate auribus uestris inlata. quapropter scitote quia uobis quidem harum rerum examinationem facere non congruit, dum subtilitatem huius rei intellegere nequeatis, nos autem patrum suscipientes doctrinas naturam intellegimus ueritatem. hoc enim ⟨est⟩ quod sapimus simul et dicimus, quia dominus noster Iesus Christus deus uere et homo uere est idem, sicuti et sanctissimus apostolus Paulus ueritatem naturam intellegens in epistula ad Galatas clare
Gal. 4, 8 docet ita dicens: sed tunc quidem nescientes ⟨deum⟩ seruistis eis qui natura non sunt dii, hoc est ignorantes uere deum eis qui uere non sunt dii, ex his palam significans quia natura ueritas est. scimus etenim quia de naturis in fidei symbolum nihil continetur a trecentis decem et VIII patribus sanctis expositum; non enim quædam ob hoc tunc quæstio mota neque nunc aliqua nouitas aduersus eam fidem excogitata est, sed sanctorum patrum qui in orthodoxa fide claruerunt, firmata præcepta sunt. uos ergo qui dicitis: non oportet naturarum rationes exquiri, uos hoc facere comperimini aperte in supplicationibus a uobis directis naturarum memoriam facientes atque dicentes: quomodo parit uirgo et manet uirgo? et quomodo generat
Ioh. 1, 14 per naturam eum qui super naturam est? et in subsequentibus: et uerbum caro factum est; quod autem factum est, quomodo separari potest? factum uero est, non natura mutatum neque diuinitate conuersum. uidete siquidem quomodo naturæ ubique memoriam facitis, qui propter ipsum nomen naturæ turbamini et undique uobis ipsis calumniandi ea quæ a sancta synodo pro fide uere firmata sunt, occasionem exquiritis, etiam in hac parte peccantes quia mentientes adseritis eo quod definitum sit dici debere duos filios et duos Christos. quod ita non est; nos enim hoc abdicantes anathematizamus eos qui hoc scripserunt aut dixerunt aut dicere forte præsumunt. nostra namque tranquillitas symbolum trecentorum X et VIII patrum tempore iam præcedente secuta est et in futuro credo dominum nostrum saluatorem Iesum Christum ex spiritu sancto et Maria uirgine dei genetrice natum atque profiteor. orthodoxam namque fidem sicut accepimus, seruare in perpetuum festinamus, quemadmodum etiam sancta synodus nuper in Calchedonensium ciuitate celebrata credens docet symbolumque confirmans et consona sapiens ipsis sanctis patribus Ephesioque concilio, cuius Cælestinus et Cyrillus reuerendæ memoriæ præsules fuerunt errorem Nestorii condemnantes. igitur nostra clementia nulli penitus necessitatem præcepit inponi quatenus aut subscribat aut consentiat, si noluerit. non enim terrore aut uiolentia aliquos uolumus ad uiam trahere ueritatis, ⟨e⟩ diuerso autem uos super ea quæ dudum præsumpsistis gladiis aliisque crudelitatibus, insuper et iniuriis et tormentis in mulieribus honestis et nobilibus perpetratis, etiam necessitatem plurimis non dubitastis inferre ut consentirent quidem peruersis ⟨uestris⟩ doctrinis et cum clamoribus atque subscriptionibus anathematizarent eandem sanctam synodum et sanctissimum patriarcham sedis apostolicæ maximæ Romæ Leonem et sanctissimos patres, pro quibus ausibus necessarie reddituri estis omnium deo et do-

PW

1 præsumitis *PW*^{corr} præsumites *W* cedis *PW*, *corr. P* 6 est *addidi* 8 ueritatem *scripsi* ueram *PW* 9 deum *addidi* serui estis *PW* seruiistis *Surius* 11 scimus *scripsi* s̄cissimus *PW* 11/12 symbolo *W*^{corr} 14 orthodoxam fidem *PW*, *corr. W* 15 rationis *PW*, *corr. W* 17 pariet *W* 19 quod *scripsi secundum* Γ quomodo *PW* 21 facitis *Surius* facietis *PW* 25 dixerunt aut *om. P* 34 præcipit *P* 35 e *addidi* 37 perpetrastis *P* 38 uestris *addidi* 41 credituri *PW*, *corr. PW*

mino rationem, in cuius iniuriam, si dici fas est, talia facere præsumpsistis, obprobrium et inrisio scelestis paganis et hæreticis iustissime constituti, quibus estis exemplum confusionis effecti. quia uero et Samaritas accusastis tamquam ipsi aduersus sanctas ecclesias crudelia et nefanda commiserint et cædes pariter et alia simul incongrua fuerint meditati, cognoscite quia sanciuimus ut inquisitione subtilissima subsecuta per uirum spectabilem comitem Dorotheum ea quidem quæ direpta sunt, sanctis dei ecclesiis et eis qui perdiderunt, restituantur, illi autem qui harum rerum inueniuntur auctores, legitimæ ultioni subiaceant nihilque uobis in eorum defensione commune sit, quos oportet agnoscentes quomodo credat nostra potentia, et a nostra pietate pariter inuitatos a sancta et orthodoxa fide nullatenus deuiare, sed obseruare potius monasteriis et ad prouectum meliorem orationibus uacare et consona paternis mandatis semper efficere nullamque turbam omnino celebrare. sed neque his quæ ad perditionem animarum a prauis doctoribus proferuntur, incaute consentientes ab orthodoxa fide et dei uos separetis ecclesiis, collectas uero canonibus contrarias nequaquam facere præsumatis scientes ea quæ dudum sancita sunt a diuæ memoriæ priorum temporum principibus, qui sanctam catholicamque religionem corroborantes maximis suppliciis extraneas collectas præsumentes facere subdi sanxerunt. nos autem priorum uos pænitentiam habere credentes clementiam nullatenus denegauimus multis utique precibus utente sanctissimo Iuuenale, per quas nos exorauit hæc ad uos scripta transmitti. agnoscentes autem diuersorum precibus quia a militibus custodire iussis Aeliorum ciuitatem multitudine caballorum atque uirorum uestra monasteria conturbantur, etiam in hoc indignati Dorotheum uirum spectabilem comitem ab hoc ea molestia liberare sanciuimus, licet nec antea iniuriam fieri monasteriis aut uestra refugia sustinere præciperemus angustias.
EXPLICIT

III [AELIA] PVLCHERIA SACRATISSIMA ET PIISSIMA PP AVG ARCHIMANDRITIS ET RELIQVIS MONACHIS IN AELIA ET CIRCA EAM HABITANTIBVS

Preces equidem quas ad nostram direxistis pietatem, indicium uestri erroris ostendunt, sacratissimus autem et mansuetissimus imperator nostræ tranquillitatis coniux et nostra serenitas pietatem omnibus rebus præponere iudicauimus et clementiam insertam nobis amplectimur. quæ autem eius pietas uestras supplicationes agnoscens uobis scripserit, litteræ diuinitatis eius ostendunt, quas uobis multis precibus Iuuenalis sanctissimi episcopi eius exorata tranquillitas destinauit; nostra uero serenitas culpat equidem ea quæ dudum a uobis aduersus uenerabilem religionem communemque disciplinam præsumpta sunt agentibus illa quæ uidentur præceptionibus monachorum ualde contraria, monet autem diuinis syllabis ut licet tarde tamen ad meliora respicientes omnem uestrarum animarum abiciatis errorem et ueritatem fidei cognoscatis, quam a progenitoribus suscipiens nostra pietas tempore uniuerso conseruat, sicut etiam tradiderunt sanctæ memoriæ trecenti XVIII uenera-

III *Græce extat in Gestis Chalcedonensibus 27*

PW

1 alia *P* 4 cædis *W* 8 defensionem *PW, corr. W* 10 sca et orthodoxam fidem *PW, corr. W* 13 qui *P* 16 a diuæ W^{corr} a diciæ *W om. P spatio relicto* 18 subditi *PW* 19 utentes *PW* 21 custodiri *PW* aliorum *W, corr. W* multitudinem *PW* 25 EXPLICIT LIBER [epistula W^{corr}] II *W* 26 III *W, om. P* AELIA *hoc loco deleui* AVGG *PW* 27 AELIA] EA *PW* 39 trecentis *P* tricentis *W*

biles patres, sine contradictione credentibus, et Nestorii impietatem expulsam ab Ephesio sancto concilio, cui Cælestinus et Cyrillus reuerendæ memoriæ præsedebant, tamquam inimicam dei iustissime respuit et Eutychis resultationem contra rectam doctrinam et qui Valentini et Apollinaris aduersus fidem orthodoxam dogmatibus eruditus religionem ueram studuit conturbare, odio necessarie simul habet, sequitur autem sanctum concilium quod nuper Calchedone congregatum est, quando interpretatione consona trecentorum XVIII patrum symbolum confirmauit, et credit dominum nostrum et saluatorem Iesum Christum ex spiritu sancto et Maria uirgine natum, erudita intellegere naturam esse ueritatem et dominum nostrum Iesum Christum deum uere et hominem uere eundem. sic enim et sanctissimus Paulus apostolus docet in
Gal. 4, 8 epistula ad Galatas his uerbis loquens: sed tunc quidem nescientes deum seruistis [qui] natura non existentibus diis, hoc est nescientes eum qui uere deus est, his qui uere dii non sunt, seruistis. his itaque uerbis clare nos docet naturam dicere ueritatem. frustra uero uestras animas falsa percussit opinio quasi sancta Calchedone synodus congregata docuerit aut tranquillitas nostra crediderit duos filios aut duos Christos per duas naturas intellegendos. sed non ita ueritas habet. nos enim abdicantes hoc anathematizamus eos qui hoc scripserunt aut dixerunt aut dicere forte præsumunt; nostra namque potestas unum eundemque filium Iesum Christum deum perfectum et hominem perfectum eundem nullo modo diuisum saluatorem Christum confitetur semperque in ea fide optamus inconcusse persistere. agnoscentes igitur simplicitatem ueritatemque nostræ fidei, quam custodire studemus secundum sanctorum patrum ueram traditionem, scientes etiam orthodoxam fidem et clementissimam intentionem tranquillissimi rerum domini et pietatis meæ iugalis et rebus ipsis credentes, per quas solam pietatem respiciens eos qui sic sæue peccare præsumpserunt, digna castigari ultione præcipit et in futuro tempore honore nostrisque beneficiis cumulari sperantes de cetero cunctam dubitationem ab animabus uestris auferte et in uestris monasteriis perdurantes et solitariam uitam reuerenter adeuntes a recta fide et unitate ecclesiarum uos nolite seiungere, ne quod non sperat nostra clementia, tamquam ueritatis inpugnatoribus ⟨uobis⟩ nomen inscribatur hæreseos. scitote siquidem quia tranquillitas eius diuinis litteris ad Dorotheum ūs comitem destinatis iussit subtilissimam inquisitionem fieri de subreptione rerum quæ a Samaritis dicitur esse præsumpta, et quæcumque direpta monstrantur, et sanctissimis ecclesiis et qui eas perdiderunt, ab eis reddi sanciuit utque raptarum rerum auctores pœnas debeant legitimas sustinere, monasteria uero et habitacula uestra inportunitate militum eiusdem uiri sollicitudine libera et sine molestia conseruari præcipit. credit enim nobiscum eius tranquillitas quia per hanc prouidentiam atque exhortationem et priorum uos actuum pænitebit et catholicæ ecclesiæ concordi fidei possitis uniri in pace et unianimitate orthodoxa religione seruata.

Et alia manu: Deus uos custodiat multis annis, reuerentissimi. EXPLICIT

PW

1 credentibus [πιστεύουσι] *PW* impietate *W*corr expulsa *PW* 2 præsidebant *W* 3 eutyches *PW*, *corr. W* 7 credidit *PW* 12 qui *om. Surius* 15 calchedonense *W* calcedonense *P* crediderit *W* credidit ut *P* 24 solum *W* seue *P* siue *W* 25 præcipit] *falso transfertur* ἀνοβάλετο 27 auferre *P* 29 uobis *addidi* scribatur *PW* 31 ūs *P* uestris *W* 33 et[1] *in* a *corr. W* utque *Surius* atque *PW* 36 qui *W* 38 orthodoxam *PW*, *corr. W* 40 EXPLICIT LIBER TERTIVS [epistula III *W*corr] *W*

RESCRIPTVM SYNODICARVM LITTERARVM IVVENALIS S̅C̅ISSIMI E̅P̅I̅ HIEROSOLYMORVM L IIII 889
AD REVERENTISSIMOS PRESB̅O̅S̅ ET ARCHIMANDRITAS ET RELIQVOS MONACHOS PALAESTINAE PROVINCIAE SVB EIVS DIOCESE CONSTITVTOS

IIII Cum summus et primus apostolorum Petrus dixisset: tu es Christus filius Mt. 16, 16—18
dei uiui, dominus intulit dicens: beatus es, Simon Bar Iona, quia caro et sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cælis est. et ego dico tibi quia tu es Petrus et super hanc petram ædificabo ecclesiam meam et porta inferi non præualebunt aduersus eam. super hanc confessionem roborata est ecclesia dei et fidem quam nobis sancti tradiderunt apostoli, hanc ecclesia
custodiuit et custodiet usque ad finem mundi, quam et sanctum magnumque et uni- M VII 521
uersale concilium Nicænum trecentorum decem et octo sanctorum patrum exposuit quamque sanctum quoque magnumque et uniuersale concilium nuper congregatum Calchedone secutum est. huic neque adici neque subtrahi potest, calumniatores
autem et transgredientes mandatum dei quo præcipitur: non falsum testimonium Exod. 20, 16
dices aduersus proximum tuum, conuenit auersari. nam si rex Dauid et
propheta dicebat: eum qui derogabat occulte aduersus proximum suum, Ps. 100, 5
hunc persequebar; superbo oculo et auaro corde, cum eo non edebam cibum, quanto magis nos debemus auersari eos qui falsum testimonium dicunt aduersus tantos sanctissimos patres, magis autem aduersus cunctum terrarum orbem? uestra itaque reuerentia fidem quam suscepit, teneat. gratia enim Christi hæc et apostolis data et a patribus est sanctis exposita, hæc etiam nunc ualet et usque
ad finem mundi uigebit, quoniam Galatis scribens dicebat apostolus: si quis uobis Gal. 1, 9
euangelizauerit præter quod accepistis, anathema sit. deus autem
etiam errantes suæ coniungat ecclesiæ, qui per prophetam dicit: uiuo ego, dicit Ezech. 33, 11
dominus, nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur et uiuat.

Iuuenalis episcopus Hierosolimorum in domino ualere uos opto
Irenæus episcopus Cæsareæ in domino ualere uos opto
Paulus episcopus Parali in domino ualere uos opto
et consequenter alii trium Palæstinarum episcopi subscripserunt. EXP̅L̅

INCIPIVNT EPISTVLAE DIVAE MEMORIAE LEONIS IM̅P̅I̅S̅ AD VNIVERSOS METROPOLITANOS E̅P̅O̅S̅ TOTIVS ORIENTIS ET OCCIDENTIS DE STATVTIS CALCHEDONENSIS CONCILII ET DE TIMOTHEI PARRICIDAE NEFANDISSIMA PRAESVMPTIONE SIMVL ET RESCRIPTVM SVBSCRIPTORVM OMNIVM S̅C̅ISSIMORVM E̅P̅ORVM AD EVNDEM PRINCIPEM QVOD MEMORATVS AVGVSTVS POSTMODVM ENCYCLIA VOLVIT NOMINARI

V Post terminum in Calchedona gestorum et allocutiones factas a piissimis imperatoribus Marciano et Pulcheria nec non et Iuuenale sanctissimo episcopo ad monachos qui Hierosolimam conturbabant, quorum exemplaria sunt præposita, quidam in tantam stultitiam peruenerunt, ut ita piam sacerdotum multorumque uirorum hanc synodum atque sententiam non dubitarent accusationi subicere et dogmatum

30—34 *cf. Liberat. breu. 15. Euagr. 2, 9. Marcellin. chron. p. 87, 9—17. Victor Tunnun. p. 187, 24—188, 4*

PW

3 CVIVS *W* 9 ecclesiam *PW, corr. W* 14 quod *PW* 15 et *om. W* 17 eum *PW, corr. W* 28 parali *PW, cf. Georg. Cypr. 1020* parili *W corr* 29 EXP̅L̅ LIB̅ [epistula *W corr*] IIII *W* 30 DIVERSOS *W* 32 SIMVS *PW* 34 INCICLIA *PW* MEMORARI *PW* 35 allocutionis *PW, corr. P* 37 conturbant *PW*

repugnantium sanctionibus quæ Nicæa a sanctis patribus statuta sunt, matrem uocarent. erat itaque qui talia diuulgabat et definitiones omnium moleste ferebat, Alexandrinæ populus ciuitatis naturaliter ad iras inmensasque turbas acutus et multitudo simul Palæstinæ, quæ non cum subtilitate dogmatum monachicam elegerat uitam et quicumque alii diuersis modis cum illis circa rectitudinem fidei claudicabant. Marciano autem sacratissimæ memoriæ, qui Calchedone conuentum collegit episcoporum, ⟨post⟩ religiosam uitam in imperio terminato ad Leonem quidem Christianissimum dei uoluntate imperialis principatus gubernacula transierunt, illi autem qui uniuersalem synodum respuebant, credentes se habere licentiam agendi quæ uellent, turbarum repente cogitauerunt uias. et alii quidem uenientes ad Constantini regiam ciuitatem infringi imperiali iussione ea quæ Calchedone bene sunt statuta, poscebant, multi uero Alexandrinæ populi ciuitatis Proterium, qui tunc gubernabat ecclesias, iracunde et odiose ferebant culpantes eum quia Dioscoro pridem sacerdote adiudicato quidem et dignitate proiecto et extra terminos degere condemnato ipse pontificatum eius sedis acceperat. propter hæc itaque contra eum omnes populi impetu uesano inrationabiliter utentes conprehenderunt quidem eum refugientem ad sæpta sacri baptismatis, crudeli uero et feroci morte perimentes eum quendam Timotheum pro eo sine iudicio in eius constituerunt sedem nullum ecclesiasticæ legis ordinem obseruantes, honoratum quidem presbyterii dignitate, sed qui probatus fuerat communis fidei nequaquam consentire decretis et propterea sententia Proterii ab ecclesia uidebatur expulsus. hanc igitur sic inordinatam et indispositam non ferentes iniuriam sacerdotes qui in Aegypto recte sapiebant, ad imperatoris auxilium quod solum relictum fuerat, concurrerunt et supplicationes porrigentes patrum uenerabiles sanctiones conculcatas ab Alexandrinis indisciplinationibus non debere despici supplicabant; contigit autem ut eodem tempore imperatorem adirent etiam qui synodi dogmatibus derogarent et non eam habere recte scripta accusatione quererentur. has autem preces utriusque rei suscipiens fidelissimus imperator et gubernatus a Christo uelocem simul et inreprehensibilem examinationem causæ huius effecit. et colligere quidem rursus ex omni terra sacerdotes abnuit tamquam laboriosum atque tumultuosum et quod non mediocrem uexationem ecclesiis potuisset adferre, sed litteras ad uniuscuiusque prouinciæ ciuitatisque pontifices scribens et [in] his ea quæ fuerant ei ab utraque parte oblata, coniungens singulos uoluntatem propriam rescribere aperte præcepit, utrum ea quæ apud Calchedonam synodice definita sunt, eis placerent et Timothei pontificatum tamquam inconpetenter factum reprehenderent an illum quidem susciperent et inter sacerdotes haberent, [et] quæ uero synodi erant, nequaquam confiterentur aut saperent. et hæc quidem sceptris ** piissime et clementissime constituta propriis litteris imperauit; illi uero sacerdotes uoluntatem suam singillatim, ut eis placere uidebatur, imperatori et magnæ Con-

---

10—12 *cf. Leonis ep. 87 p. 96, 7—10. 88 p. 96, 25—29. 89, p. 97, 18. 90 p. 98, 10—14. 92 p. 98, 34. 93 p. 99, 17*

PW

1 niceæ *W*corr 2 deuulgabat *PW* 3 inmensusque *PW* 4 quæ palestinæ *PW* 7 post religiosam *scripsi* religionem *PW* 8 imperiales *PW* 13 dioscori *PW* 14 sacerdote *W*corr sacerdotes *PW* 18 constituerunt sedem *W*corr constituto sederunt *PW* 20 prolatus *PW* 24 conculcatas *Surius* conlocatas *PW* 25 dispici *PW* audirent *PW*, *corr. W* 32 in *deleui* 35 et *deleui* 36 *lacunam indicaui e. g. supplendo* totius orbis a deo honoratus 37 constituta *scripsi* constitutus *PW* 38 placeret *PW*

stantinopolis præsuli epistulis propriis indicauerunt. quæ epistulæ omnes cum integritate ueraci ipsis sermonibus in Græco positæ et in Latinitatem translatæ per dispositionem libri huius propter legentium ueram notitiam consequenter et sicut ordo habet, pandantur. EXPLICIT

EXEMPLAR EPISTVLAE LEONIS IMP̄ AD ANATOLIVM E̅P̅M̅ CONSTANTINOPOLITANVM HOC MODO SCRIPTVM EST ET ALIIS METROPOLITANIS EPISCOPIS L IIII 889 M VII 521

VI Imperator Cæsar Leo piissimus uictor triumphator maximus semper aug̅ Anatolio regiæ ciuitatis episcopo. Votum quidem meæ pietatis fuit uniuersas orthodoxorum sanctas ecclesias nec non et ciuitates sub Romano imperio constitutas maxima frui quiete nihilque contingere quod possit earum statum tranquillitatemque turbare; qualia uero in Alexandrinorum ciuitate nuper euenerint, iam quidem nosse tuam credimus sanctitatem, ut tamen perfectius cuncta cognoscas quæ causa tanti tumultus atque confusionis fuerit, exemplaria precum quas reuerentissimi episcopi et clerici L III 890 a prædicta ciuitate et Aegyptiaca diocese ad regiam Constantinopolim uenientes contra M VII 522 Timotheum meæ clementiæ porrexerunt, nec non et exemplaria precum quas hi qui in sacratissimum nostrum expeditum pro Timotheo ab Alexandrina ciuitate uenientes obtulerunt nostræ tranquillitati, tuæ sanctitati direximus, quatenus quod actum est de prædicto Timotheo, quem Alexandrinorum populus et honorati et curiales et naucleri episcopum sibi petunt, aliisque negotiis, quæ ipsarum precum continet textus, ad hæc autem et de Calchedonensi concilio, cui nullo modo consentiunt, clare possit agnoscere. tua siquidem reuerentia omnes orthodoxos episcopos qui in præsenti in hac urbe regia commorantur, nec non et reuerentissimos clericos ad se repente faciat conuenire et diligenter omnia pertractantes atque discutientes, quoniam nunc Alexandrinorum ciuitas perturbata est, pro cuius disciplina et quiete maxima sollicitudo nobis existit, aut de prædicto Timotheo aut de Calchedonensi concilio quid in commune sapitis, sine quolibet humano terrore et absque gratia cuiuscumque uel odio, solummodo omnipotentis dei timorem uestris oculis proponentes, quoniam sicut nostis, de tali causa intemeratæ diuinitati rationem eritis sine dubio reddituri, cum omni celeritate meam facite cognoscere pietatem, ut ex omnibus uestris litteris hæc integre cognoscentes formam congruam dare possimus quatenus Aegyptiaca diocesis et Alexandrinorum ciuitas, pro cuius quiete nos præ omnibus conuenit cogitare, tranquillitate sanctarum ecclesiarum et disciplina et inconcussa pace potiatur.

Huic subiectæ sunt et sequentes preces et ⟨litteræ⟩ directæ uniuersis metropolitanis episcopis. EXPLICIT

VII Piissimo et Christianissimo et diuinitus electo uictori triumphatori semper aug̅ L IIII 891 Leoni oblatæ preces ab uniuersis episcopis uestræ Aegyptiacæ diocesis et clericis sanc- M VII 524

VI *Græcum exemplar extat apud Euagr. 2, 9. epistula qua Leo papa imperatori respondit* [97, *cf. infra* XII], *data est d. 1. m. Dec. a. 457*

VII *Leo ep. 97 p. 103, 14* oblatæ sunt pietati uestræ preces, quarum exemplaria uestris litteris subdidistis 35—p. 12, 3 imperator *Græce extant apud Euagrium 2, 8*

PW

1 præsulis *PW* 2 latinitate *PW* 4 EXPLICIT LIBER [epistula *W*corr] v *W* 7 aug̅g̅ *PW* 9 ciuitatis *PW*, *corr. W* maxima Γ maxime *PW* 10 qui *W* 11 euenerint *W*corr uenerint *P* uenerit *W* 12/13 tumultus atque *scripsi* tumultusque *PW* 19 nauclerii *PW* 20 possis *P* 22 hoc *PW*, *corr. W* 23 nunc *Baluze secundum* Γ non *PW* 26 communi *PW*, *corr. W* 30 quatenus—32 *om.* Γ 31/32 tranquillitatem *PW* 33 litteræ *addidi* 34 EXPLICIT LIBER [epistula *W*corr] VI *W* 35 aug̅g̅ *PW* 36 dioceses *PW*, *corr. W*

tissimæ ecclesiæ uestræ maximæ ciuitatis Alexandrinæ. A superna gratia mundo diuinitus condonatus iuste non cessas pro communi utilitate cogitare post deum cunctorum uenerabilis imperator. quapropter etiam omnis fortitudo uerborum
L IIII 892 tuis uincitur actibus, quibus diuinitas exoratur; et uerba quidem ad hæc eis necessaria non sunt, quibus opera facere noscuntur indicium. nuper enim electus a deo ut purpura exorneris, optimum iudicasti propositum tuum magnum ostendere, quem ipse omnium creator elegit, benignis initiis largitorem remunerando bonorum, quando repente in ipso principio uoce uestra ex scripto procedente piissima ad sanctissimos metropolitanos episcopos inerumpibilem ecclesiæ catholicæ crepidinem roborastis et priorum omnium piissimorumque principum constituta pro orthodoxa religione firmastis. insuper et eis quæ nuper a sanctæ et beatæ memoriæ Marciano principe nostro sancita sunt, consona decernentes nihil aliud estis mercati quam pacem omnium et stabilitatem rei publicæ, refrenantes linguas eorum qui aduersus ecclesias Christianas insurgunt et blasphemant deum aut in eum quocumque modo delinquunt. iniuria namque dei manifesta est hæreticorum abscidentium semet ipsos a recta fide licentia. quapropter hanc optime sciens, uenerabilis imperator, maligni prolem existere insidiantis quieti sanctarum Christi semper ecclesiarum earumque inmutilatam pacem consistere non sinentis, recte prouidentiam tuam studuisti mox adhibere ei per omnia resistentem, quod est opus piissimorum principum pro orthodoxa fide pugnantium et resistentium primitus malis extrinsecus uenientibus et animabus infidelium aduersantium. hunc igitur animum te possidentem religiosum et tutorem humani generis tantumque circa Christum studium demonstrantem adimus et nos inportabilia mala passi, licet peccatores, Christi pontifices, quæ neque sermonibus sufficimus præsentare nec lugere digne ualemus. quemadmodum autem nostra sit gesta calamitas, enarramus. catholica siquidem intemerata et apostolica fide in Nicæa a sanctis tunc trecentis XVIII patribus posita et ubique firmata et apud omnes uerbum ueritatis recte prædicantes habita, quam etiam unaquæque per tempora orthodoxorum
M VII 525 episcoporum ** ad peremptionem quidem sæpius exortarum contra rectam fidem uanarum quæstionum, custodiam uero recte confitentium patrum firmauit atque roborauit, simili quoque modo et Calchedone sanctum et uniuersale concilium congregatum dudum sub piæ sanctæque memoriæ principe Marciano hanc inuiolatam incontaminatamque seruauit, abscidens quidem zizaniæ pestem a quibusdam rectis superseminatam dogmatibus, confirmans autem uenerabilis Nicænæ fidei, sicut diximus, symbolum salutare et figens ineuulsibiles terminos super eam, sicut gratia spiritus sancti dictabat, formamque constituit per quam omnem adiectionem, omnem inminutionem aduersus confessionem rectam penitus abnegauit. quapropter et nostro Aegyptiaco concilio necessarie cum archiepiscopo nostro sanctæ memoriæ Proterio indubitanter ei consentiente et ea sapiente et unianimiter cum uniuersis

---

8—11 *cf. locos quos ad p. 10, 10—12 attuli*

PW

1 mundo *scripsi* τῶι βίωι Γ modo *PW* 4 tuis—actibus *post* exoratur *collocanda esse putauerim* 5 indicium *Surius* in iudicium *PW* 6 ut *PW* et *W*corr purpuram *PW*, *corr. W* exorneris *scripsi* exornaris *P* exornatus *W* 8 s̄c̄issimas *W* 9 metropolitanas *W*, *corr. W* 10/11 firmastis *P* firmatis *P*corr*W* 11 eis *scripsi* ea *PW* 16/17 insidiantes *PW* 17 quietis *PW* 18 sinentes *PW* 20 resistentibus *PW* 20/21 aduersantibus *PW* auersantibus *W*corr 21 possidente *PW* 24 præsentari *W*corr 28 *excidit* synodus *uel* congregatio 31 s̄c̄eque *P* s̄c̄æ *W* 33 supersemitam *PW* 34 fingens *PW* eum *W*

totius orbis Christi sacerdotibus et præ omnibus summis sanctis episcopis, id est Romano Leone, regiæ Constantinopolis Anatolio et Antiocheno Basilio et Iuuenali Hierosolimorum et omnibus orthodoxis episcopis laborantibus nobis secundum sanctum apostolum pro euangelicæ fidei firmitate et in Christo sapientibus cum nostris L IIII 893 ecclesiis et ciuitatibus et incommota pace orthodoxi populi apud nos et apud Alexandriam consistente [et] excepto Timotheo, qui semet ipsum ab ecclesia catholica et fide disrupit pariter et abscidit mox post sanctum Calchedonense concilium, dum tunc dignitate presbyterii fungeretur, cum quattuor aut quinque solis episcopis et paucis monachis hæretica Apollinaris et eius similium secta languentibus, propter quam damnati tunc regulariter a sanctæ memoriæ Proterio et omni Aegyptiaco concilio etiam imperiali motu digne exilium sunt experti. hunc Timotheum malignus inuenit arma suæ machinationis aptissima, quem nouimus boni quidem cuiuslibet exteriorem, diabolicæ uero mentis solummodo instrumentum oportunum existere. qui dudum inhians in episcopatum Alexandrinæ maximæ ciuitatis, sicut rei euentus ostendit, adpetens quod eum oportebat effugisse, si tamen saperet bene, præponens schema quo uitare se primitus dolose fingebat, insidiatusque transitum sanctæ memoriæ principis Marciani quo migrauit ad deum, blasphemis uocibus inpudenter aduersus eum insurgens et sanctum et uniuersale Calchedonense concilium anathematizans inuerecunde et uulgus populi seditiosorum et uilium congregans eumque contra sanctas regulas, ecclesiasticam disciplinam et communem rempublicam legesque coarmans inruit in ecclesiam sanctam dei habentem pastorem atque doctorem sanctissimum nostrum tunc patrem archiepiscopumque Proterium et collectas solitas cele- M VII 520 brantem et orationes fundentem omnium nostrum saluatori Christo pro uestræ pietatis imperio et Christianissimo uestro palatio, congregatis in ipsa ciuitate magnificentissimis iudicibus et curia et plebe fideli omnique clero simul et monachis. hoc itaque malo procedente et uix adhuc facta die, dum in episcopio secundum consuetudinem degeret deo amabilis Proterius, adsumens secum Timotheus iuste condemnatos duos episcopos et clericos similiter, qui, sicut diximus, in exilio fuerant habitare damnati, tamquam manus inpositionem suscepturus a duobus, nullo penitus orthodoxorum episcoporum ex diocese Aegyptiaca præsente, ut moris est in talibus Alexandrinorum episcoporum ordinationibus interesse, ut credidit, adeptus est pontificatus sedem, adulterium aperte præsumens in ecclesia proprium sponsum habente et agentem in ea diuina mysteria et sedem propriam regulariter exornantem. iste optimus odibilem deo et undique periculosam differri non sinens ordinationem cum rabie quadam incontinibili repente semet ipsum inthronizauit, legem et ordinem ecclesiasticum inrationabilem iram populi permixti esse confidens et neque regulas patrum neque legem imperialem aut sanctiones ecclesiasticas, non ordinem, non potestatem imperialem non iudicialem seueritatem mente percipiens mox ordinationes effecit episcoporum

5 et incommota—11 experti. 16 insidiatusque—24 palatio. 26 et uix—33 exornantem *Græce extant apud Euagr. 2, 8*

PW

5 incommuta *W*, ἀστασιάστου Γ   6 et *PW del. W*   catholica et *P*Γ catholicæ *W*   11 motu *PW*Γ nutu W^{corr} 13 exteriore *PW* extorrem *Surius*   15 sapere *PW*   16 quod *PW* uitare = παραιτεῖσθαι *sc. episcopatum*   19 uulgos *PW*   24 τῶν (*non translatum*) ἐν αὐτῆι τῆι πόλει   24/25 magnificentissimus *P*   28 post exilio *add.* iussi P^{mg} 31 ἐνόμισε Γ credit *PW*   32 habentem *PW*   34 sinens ordinationem *scripsi* sine s̄c̄ionem *PW* sinens s̄c̄ionem P^{corr} sine s̄c̄ione W^{corr} sinens actionem *Surius*   35 incontenibili *W* incontenebili *P*, *corr. P* incontemnibili W^{corr} 36 neque[1] *P* neque non *W*   neque[2] *P* non *W*   38 iudicalem *PW*

simul et clericorum, episcopus sine inpositione manus existens, sed neque priorem habens presbyteratus ordinem baptisma fecit et omnes operationes, quæ ei nullatenus **L IIII 894** agere conpetebant, exercuit. his ita audacter et nefande per eum cottidie procedentibus post aliquot dies dum alibi degeret, magnificus et gloriosissimus dux Dionysius ciuitati adfuit laboranti et egit quatenus pestifer ecclesiæ crudelissimus tyrannus etiam ab ipsa ciuitate recederet. quo facto ecclesiæ et ciuitati communem utilitatem consuluit. sic ergo decursis paucis diebus dum commotio et inrationabilis ira pro Timotheo meditaretur ab aliquibus contra sanctæ memoriæ Proterium, nihil **Rom. 12, 19** aliud erat quod faceret ille beatæ memoriæ, quam ut locum daret iræ secundum quod scriptum est, et ad sacrum baptisterium se conferret inuasionem fugiens contra suam concurrentium necem, in quo scilicet loco et barbaris et cunctis ferocibus hominibus timor fuit etiam nescientibus eius loci culturam et exinde gratiam emanantem. tamen hi [uero] qui ab initio intentionem Timothei ad effectum perducere festinabant, neque in illis intemeratis locis eum saluari uolentes neque cultum loci metuentes nec tempus, cum esset salutaris paschæ festiuitas, nec ipsum sacerdotium pauescentes, quod est mediatio dei et hominum, percusserunt inculpabilem uirum eumque crude- **M VII 527** liter occiderunt etiam cum aliis sex et circumducentes eius ubique cadauer uulneratum crudeliterque trahentes per omnia pæne ciuitatis loca diuulgantes insensibile corpus plagis sine misericordia uerberabant, diuidentes membratim eum et neque interiora eius more canum gustare parcentes, illius uiri quem nuper habere se mediatorem dei et hominum putauerunt, tradentesque reliquum eius corpus igni etiam dispergebant eius cineres in uentos, ferocitatem bestiarum omnium transcen- **1 Cor. 3, 10** dentes. horum siquidem omnium auctor fuit et sapiens architectus Timotheus, primo quidem adulter, postea etiam homicida pæne manibus propriis hoc nefas efficiens et propterea condemnandus, quando agenti, qui iubet malum fieri, in supplicio proximus est. adiecit etiam his malis sine timore peiora, dum inique contra regulas operatur hactenus sacra mysteria, qui neque laicorum communionem habere sanctis canonibus potest. et gubernat quidem auctoritate sua sanctam Alexandrinorum ecclesiam, res autem eius, ut uisum fuerit ei, male deuastat et habentes alimenta pauperes ab ecclesia eius solacio priuat omnimodis, aliis hæc sceleratissimis expendendo. et aperte quidem episcopos condemnatos quattuor aut quinque contrarios orthodoxæ fidei, sicut diximus, existentes alios quidem secum habet, alios uero per ciuitates mittit, ut in eis episcopos orthodoxos persequantur. sed et alios ordinare non cessat, eos autem qui regulariter consistunt, uelut communicatores sancti [et] uniuersalisque concilii et sanctæ memoriæ Proterii anathematizauit et sic expulit omnem sanctissimum urbis Alexandriæ clerum communicantem similiter generali concilio et sanctæ memoriæ Proterio quondam archiepiscopo, sed etiam clericos qui in nostris ecclesiis et a nobis sunt ordinati, [et] omnes uelut hæreticos anathematizando uere monstrauit orthodoxos. uiros senes et ⟨a⟩ sanctæ memoriæ Theofilo Alexandrinorum ciuitatis episcopo et a sanctæ memoriæ Cyrillo et Dioscoro

---

8 nihil aliud—23 Timotheus *Græce extant apud Euagr.* 2, 8

PW

7 consulit *PW, corr. W* 9 facere *PW, corr. PW* 12 eius *om. W* 13 uero *deleui* 18 deuulgantes *PW, corr. P* 22 cineres P^{mg} cenos *P* cines W^{corr} cenas P^{corr} *W* 24 homicidam *PW, corr. PW* 27 *ante* sacra *add.* agit W^{corr} 30 expendendo *Surius* expetendo *PW* 33 eas *PW, corr. W* 34 et *deleui* 35 proterium *PW* proterio W^{corr} 37 quondam *P* quod *W del.* W^{corr} 38 et *PW del.* W^{corr} 39 uiros *PW* uero W^{corr} a *addidi* 40 $\overline{epm}$ *PW, corr. W*

et beatæ memoriæ Proterio omnes antiquitus ordinatos et, ut diximus, anathematizauit et a sacerdotio cuncto prohibuit. addidit autem istis malis etiam hoc quod L IIII 895 ex uenerabilibus diptychiis abstulit quidem sanctæ memoriæ Proterii patris nostri uocabulum, posuit uero suum nomen et Dioscori ab uniuersali concilio condemnati, cuius nec ordinationes suscepit. sic undique uelut ebrius esse uaria calliditate conuincitur. et per singulas ciuitates et uenerabilia monasteria præcipit ut nullus M VII 528 communionem suscipiat aut ab episcopis aut clericis qui communicatores sunt aut fuerunt sancti et uniuersalis Calchedonensis concilii et memoriæ uenerandæ Proterii nec putet clericos qui a nobis sunt ordinati, sed pro illis iubet alios introduci tam quos ipse ordinat, quam quos alios facere iubet. hinc igitur cunctas Aegyptiacæ diocesis sanctas ecclesias obtinente caligine atque mærore eisque confusione rerum in eis sic existentium cumulatis coacti sumus contemnentes salubritatem propriam multo itineris labore suscepto de ciuitatibus nostris exire et leporibus atque ranis formidabiliorem agere uitam propter calumnias a Timotheo eique concordantibus contra nos singulos meditatas et tamquam ad serenissimum et influctuabilem portum, id est ad uestræ tranquillitatis uestigia conuolare deserentes consacerdotes nostros in quibusdam latentes locis propter insidias ab his factas nec ualentes nobiscum longa itinera properare expectantesque per nos uestræ pietatis auxilia et unam eandemque nobiscum habentes fidem simul cum Alexandrinis omnibus clericis [habentes fidem]. quia uero sic aperta sunt quæ a Timotheo cottidie præsumuntur, ut neque conuictionibus aut laboribus egeant ad probandum, quando eius superbia manifestata est et contra regulas patrum et contra sanctiones ecclesiarum contraque ipsam rem publicam, contra omne cingulum et potestatem, præsumimus autem dicere aperte etiam contra uestræ pietatis imperium, supplicamus et deprecamur uestram Christianissimam potestatem ut orthodoxam et intemeratam fidem et integre ubique seruatam et indubitabiliter consistentem nulloque nostrorum circa eam discrepante, sed sicut diximus, concordantibus nobis cum omnibus totius orbis sacerdotibus non patiamini tyrannidem rectitudinem fidei sustinere, sed uindicare potius sanctas patrum regulas et ordinem ecclesiasticum ciuilemque disciplinam et sanctorum magnorumque conciliorum diuersis temporibus pro orthodoxæ fidei uigore celebratorum iniuriam et scribere dignemini sanctissimo Romanæ ciuitatis archiepiscopo, quatenus hæc ei a uestra tranquillitate nota fiant, nec non et Antiocheno et Hierosolimitano et Thessalonicensium urbis episcopo et Ephesio aliisque quibus uisum uestræ fuerit potestati (nam archiepiscopo huius regiæ ciuitatis Anatolio declarata est nostris libellis huiusmodi causa), ut eorum sanctitas certissime cognoscens mala M VII 529 quæ prouenerunt contra orthodoxorum ecclesias et episcopos per Timotheum, uestræ pietati renuntiet quod in tantis malefactis sanctorum patrum regulis sit decretum, et tunc sanciat quidem uestra potentia ut qui ita uastauit ecclesiasticas sanctiones, ab Alexandrinorum ecclesia sancta recedat, cui præsedere tyrannico modo et non legitima dispositione temptauit atque perfecit, tantarumque præsumptionum pœnæ

---

12 *sq. episcoporum et clericorum qui Constantinopolim fugerunt, primam mentionem facit Leo papa in epp.* 95 [*p.* 100, 20]. 96, *quæ datæ sunt d.* 11. *m. Oct. a.* 457

PW

7 cleris *P* 8 fuerunt *W*corr ferunt *PW* 9 pute *PW*, *corr. W* 11 dioceses *PW* memore *PW*, *corr. W* eisque] *coniecerim* malisque 12 *malim* existenti cumulatus *W* comulatus *P* coapti *PW* 17 factis *P* factus *W*, *corr. PW* 19 habentes fidem *deleui* 21 manifesta *P* 23 omnem *PW* 24 deprecamus *PW* 31 dignamini *PW* 33 tesalonicensium *W* 37 quid *W*corr 39 præsedere *scripsi* præsederet *PW* præsederat *W*corr

subiaceat, deinde iubeat, sicut sanctæ patrum regulæ præcipiunt et antiqua consuetudo tradit, Aegyptiacæ diocesis omnem synodum orthodoxam et communicatricem totius orbis episcoporum, sicut iam sanciuit, eligere dignum sacerdotio uirum et communicatorem uniuersalis concilii et uestræ pariter pietatis et qui sedem sancti Marci euangelistæ inreprehensibiliter ⟨adeptus es⟩se uideatur quique possit uitam Alexandrinorum populorum in sanctitate atque iustitia gubernare nosque ualeat uelut propria membra defendere et sit ad satisfaciendum idoneus uerbo simul atque
Tit. 1, 9 doctrina secundum apostolum et qui possit erudire resultantes et ad ueritatem cum satisfactione reducere. si uero, quod non credimus, postquam secuta fuerint hæc quæ poposcimus supplicantes, opus fuerit etiam synodo, non pro causa fidei, quia, sicut prædiximus, nullo modo dubitamus, sed propter Timothei nouitates et uanitates et nefandos actus, neque hoc euitamus neque segnes ad hoc erimus, sed potius confidentes accedimus, quia ipsa nostra iustitia defensionem nobis adportat, quando nullum nobis sermonem facientibus pro redargutione uel probatione eorum ipsa quæ ab illis iam contra sanctas regulas praue commissa sunt et hactenus perpetrantur, pæne uocem suam aduersus eos emittunt nec occultari possunt. cumque ipse cum suis instanter usque ad præsens inpudenterque deroget et anathematizet summos archiepiscopos, id est Romanum Leonem et Constantinopolitanum Anatolium et Basilium Antiochenum cunctumque Calchedonense concilium omnesque totius orbis episcopos et undique orthodoxos clericos simul et laicos, hinc itaque uestram tranquillitatem suppliciter exoramus quatenus dum petitiones nostræ perueniant ad effectum, sancire iubeatis uestræ syllabis pietatis Timotheum ab appetita uesania prohiberi, ut nec ordinationes aliquas tamquam episcopus faciat episcoporum seu clericorum aut quorumlibet aliorum neque collectas debeat celebrare aut quodlibet aliud episcopi opus efficere uel contra nostras ciuitates aut ecclesias aut aduersum nos aliquid temptare uel innouare, quoniam absolute contrarius apparuit et concilio
M vii 531 et catholicæ simul ecclesiæ; sed neque ut res Alexandrinæ ecclesiæ, ut uisum ei fuerit, dispergat, ne, sicut male putet, per pecunias suæ utilitati prospiciat, sed ut consilio senioris cleri Alexandrinæ ciuitatis, præter eos scilicet qui ab ipso nunc sine iudicio et contra regulas ordinati sunt, constituat qui etiam dudum indicium diligentiæ suæ fauorisque sanctæ ecclesiæ temporibus patrum præcedentium præbuerunt, quatenus et prouidere rebus ecclesiæ et custodire eius reditus possint, donec forma a uestra pietate proferatur. clericos uero uniuersos honore dignos et in reuerentia senescentes qui ab eo sunt, sicut iam diximus, nunc expulsi, sancire præcipite sine calumnia [ad] suis ecclesiis in pace celebrantes pro uestra pietate sollemnes orationes cum quiete seruari urbemque pariter et in ea sanctas ecclesias constitutas ad Christi gloriam et salutem et perpetuitatem uestræ Christianissimæ pietatis, litteras dirigentes pro his quæ poscimus, ad magnificentissimum Dionysium ducem nec non et ad singularum prouinciarum iudices quatenus ea quæ a uestra mansuetudine sunt sancita,
L iiii 897 et seruentur et effectui contradantur.

PW

3 urbis *PW*, *corr.* *W* sanciuit elegere *P* s̄c̄i uite legere *W* s̄c̄i uitæ eligere W^{corr} 4 sedi W^{corr} 5 inreprehensibiliter—esse *scripsi* inreph̄ensibiliter se *P* inreph̄ensibilis esse $P^{corr}W$ uita W^{corr} 6 populorum *scripsi* populum *PW* 7 sit *Surius* sic *PW* 8 et^1 *scripsi* ut *PW* 12 actos *PW*, *corr.* *W* signis *PW*, *corr.* *W* 14 eorum *suspectum* 17/18 summus archiep̄s *PW*, *corr.* *W* 19 urbis *PW*, *corr.* *W* 21 petitionis *PW*, *corr.* *W* 22 ad *P* 24 quarumlibet *W* 28 disparget *PW* disperget W^{corr} 29 seniores *PW*, *corr.* *W* 30 suæ *om.* *W* 32 possit *PW* donec *P* dn̄o hæc *W* 35 ad *deleui* suas ecclesias W^{corr} 39 sancta *PW*, *corr.* *W*

Nestor episcopus ciuitatis Fragonitorum his precibus subscripsi
Athanasius episcopus Xoitenæ ciuitatis similiter
Plusammon episcopus Niciotorum ciuitatis similiter
Theonas episcopus uantenæ ciuitatis similiter
Pœmen episcopus Clysmatis similiter
Athanasius episcopus thoitorum similiter
Apollo episcopus Antifrorum similiter
Arpocras episcopus Taneorum similiter
Paulus episcopus thyneos similiter
Isaias episcopus ciuitatis Naucratenæ similiter
Isaac episcopus Thyneos similiter
Petrus episcopus Cynorum mandrorum similiter
Maurion episcopus cotenopolitanus similiter
Maximus episcopus gazulenus similiter
Ammonius presbyter Alexandrinus et œconomus similiter
Timotheus presbyter et œconomus eiusdem ecclesiæ similiter
Aaron presbyter similiter
Macarius presbyter similiter
Theodorus diaconus similiter
Proterius diaconus similiter. EXPL

VIII SCISSIMO ET DOAMANTISSIMO ARCHIEPO CONSTANTINOPOLITANAE ET CATHOLICAE M vii 531
ECCLESIAE ANATOLIO EPI AEGYTIACAE DIOCESIS. Sicut paterni pontificatus et successionis gubernacula retines, sic et illorum integritatis imitaris zelum et omnes quidem diuersis temporibus sæuientes exasperatos contra sacras regulas et sanctam intemeratamque fidem et hæreticos operarios a sancta et uenerabili ecclesia remouisti liberamque eam omni discordia et hæretico sensu monstrasti. quod etiam nunc credimus et a tua sanctitate fieri et ab aliis sanctissimis archiepiscopis qui eiusdem honoris sortiti sunt sedem, magis autem ab omnibus sanctissimis totius orbis archiepiscopis contra Timotheum, qui Alexandrinæ ecclesiæ pontificalem sedem sibi tyrannico abripuit modo, et contra eos qui tantæ uesaniæ cooperatores existunt, eo quod commune sit omnibus Christi pontificibus bellum aduersus eos adsumere. iam itaque

1 sq. *cf. Leonis ep. 100 quæ scripta est [p. 107, 19]* Nestorio Athanasio Paulo Petro Theoni Esaiæ Apollonio Arpocrati Isidoro Isaac Apollonio Maximo Marioni Pœmenio et Helpidio episcopis et clericis catholicis ex Aegypto apud Constantinopolim constitutis. *fere omnes redeunt in subscriptionibus* [=*s*] *epistulæ encycliæ Gennadii Constantinopolitani [Baluze Noua Coll. Conc. p. 1451—1455. Pitra, iuris ecclesiastici Græcorum historia* II *183—187; codicum Patmensium 172. 173 apographon mihi præstitit Beneševič, cf. Abhndlg. d. Bayer. Akad. d. Wiss. N. F. 10 p. 176]*

PW

1 ciuitate *PW* fragonitorum *P* flagonitorum *Pcorr W* 2 Ξοιτῶν *s* zoicene *PW* 3 plusaminon *W* 4 uantenæ *PW* Βουτιτῶν *s* 5 Κλύσματος *s* clesmatis *PW* 6 *conicio* ⟨Se⟩throitorum, *nisi latet subscriptio 2 falso repetita; deest in s* 7 antithorum *PW* Ἀντίφρων *s, cf. Georg. Cypr. ed. Gelzer p. 143* 8 Τάνεως *s* ganeorum *PW* 9 Σεβεννύτου *s* 10 naucratenus *PW* 12. 13 *s habet* Μαρίων Κυνῶν *et* Πέτρος Ἡφαίστου 12 scinorum *PW* mandrorum *PW, latere possis conicere* ἀνωτέρω *cf. Georg. Cypr. ed. Gelzer p. 129* 13 *scribendum* Efestopolitanus 14 Ζαγύλεως *s, cf. Gesta Chalced.* I, 78[129] Ζαγυλέων I, 884[110] Ζαγύλων 15 œconimus *PW* 16 œconimus *PW* 20 EXPLICIT LIBER [epistula VII *Wcorr*] SEPTIMVS *W* 21 *inscr.* EPISTVLA EPORVM AEGYPTIACAE DIOCESIS AD ARCHIEPM ANATHOLIVM CONSTANTINOPOLITANVM *W* ET *del. Wcorr* 22 EPI *PW* epo *Wcorr* 23 integritates imitaris *PWcorr* integritate semitaris *W* 28 sortiti s̄ *Wcorr* sortiti *PW* urbis *PW, corr. W*

preces offerentes piissimo et Christianissimo nostro principi, licet non omnia quæ præsumpta sunt, ualeremus edicere propter multitudinem iniquitatum ab eo factarum contra sacras uenerabilesque regulas et aduersus sanctam orthodoxamque fidem ipsumque sanctarum ecclesiarum statum et aduersus ipsam rem publicam, uerumtamen ut uirtutis nostræ uere humilitatis fuit, hæc tamquam in tabula depingentes eius pietati narrauimus poscentes auxilium præberi sanctis ecclesiis in Aegypto constitutis et correctionem uitiis quæ commissa sunt, adhiberi. nihilo minus autem et tuam sanctitatem adimus per hos libellos et denuo suggerimus quod narrantes ore proprio dudum effecimus, quæ quidem præsumpta sint aduersus sanctas regulas
L IIII 898 a memorato Timotheo, quæ uero etiam contra sanctam inmaculatamque fidem commissa sunt, quemadmodum iura ab eo sint sacerdotii conculcata et ad quantam derisionem Iudæis atque gentilibus et aliis qui non recte circa orthodoxam ecclesiam catholicamque consistunt, Christianorum sacramenta perduxerit et quemadmodum ipsam rem publicam in peiorem statum mutauerit, qui sanctissimas quidem ecclesias in Aegypto positas earumque orthodoxos pastores et cum disciplina Christi ouilia gubernantes expulit ab ecclesiis cum sacerdotibus suis, uenerabilia uero monasteria
M VII 532 et quæ olim fide orthodoxa claruerunt, iuuenum uirginumque subuertit, ut pæne omnes Aegyptiacæ ecclesiæ una cum monasteriis propter prædictas causas et persecutiones a Timotheo factas in calamitate sint positæ. ⟨ne tamen⟩ obscure loquentes credamur superflua quædam dicere ueritati, sermoni nostro ponentes ordinem conamur ut possumus breuiter ea quæ aduersus nos, magis autem quæ aduersus ueritatem sunt facta, depromere.

Igitur post turbam quæ nuper facta est sanctis ecclesiis a quibusdam hæreticis, qui tunc clerici erant et sanctissimæ Alexandrinorum ecclesiæ sedis pontificatum desiderabant, cum in sancta pace consisterent Aegyptiacæ et Alexandrinæ sanctissimæ ecclesiæ et concordarent omnes sancto uniuersali Calchedonensi concilio, eo quod consonet nihilque mutatum habeat neque augmentum nec inminutionem optineat sancto concilio quod certo tempore in Nicæna ciuitate a trecentis XVIII sanctissimis episcopis celebratum est, præsumpta sunt, religiosissime pater, contra Alexandrinam sanctissimam ecclesiam, quæ nec sermo nec omne sæculum quolibet tempore nouit effecta, sed neque tyrannorum quilibet tali malo sui capitis aliquando tractauit. quidam enim Timotheus Alexandrinæ ecclesiæ presbyter malignitate insignis existens et sub figmento semper continentem ostendens uitam et oportunum propriæ uoluntatis cognomen habens furonis, illo tempore desiderio detentus in sedis Alexandrinæ pontificatum et hoc non adipiscens, præcipue dum sacerdotio fuisset deiectus sententia synodali Dioscorus, nihil mali reliquit ⟨quod⟩ molitus non est contra sanctam ecclesiam, donec desiderium proprium adimpleret. insidiatus ergo mortem, magis autem transitum ad cælos pii et beatæ memoriæ imperatoris Marciani et hunc quasi congruum sibi iudicans ut suam perficeret uoluntatem, redimens quosdam monachos neglegentes qui in suburbanis habitare noscuntur et semet ipsos, sicut et ille, ex quo Calche-

PW

3—4 sanctam—aduersus *om.* *W* 4 statum et *scripsi* statuit *P* 6 narrabimus *P* 8 denuo *Surius* diuo *PW* 9 efficimus *PW* 11 conculcata *W*corr conlocata *PW* 14 peiori statu *PW* quidam *W* quedam *W*corr 17 fidem orthodoxam *PW*, *corr.* *W* 18 ecclesias *PW* 19 ne tamen *addidi* 26 eo *Surius* et *PW* 27 inminutione *PW* 28 nicea *W* 30 sermone *P* quodlibet *PW* 32 malignitatem *PW* malignitatum *W*corr 33 semper *PW*corr s̄cæ per *W* 35 pontificatu *PW* 36 quo *add.* *Surius* quod *edd.* *Romani* 37 donec *P* dn̄o hæc *W* dum hæc *W*corr 39 iudicans *scripsi* iudicant *PW* iudicauit *W*corr perficere *PW*, *corr.* *W* 40 ipsas *PW*, *corr.* *W*

donense sanctum et uniuersale concilium celebratum est, a communione generalis ecclesiæ suspenderunt, turbisque gaudentes semper, adhuc superstite sanctæ memoriæ archiepiscopo nostro Proterio et sollemnia atque decentia pontificem celebrante mysteria et collectas sine aliqua seditione faciente nobiscum et cum omni Alexandrino clero et concurrente omni curia ad collectas quæ ab eo celebrabantur pro communi salute, pro piissimo atque Christianissimo principe nostro et omni palatio et eius exercitu, misit in ciuitatem, ut turbam atque tumultus facerent tamquam nouitas quædam aut permutatio rei publicæ et orthodoxæ fidei facta fuerit in transitu piæ memoriæ principis Marciani, tantamque commouit seditionem in urbe, cum plebs M VII 533 simplicium sit uirorum et seditiosis consentientium et sine iudicio talium uoluntati- L IIII 899 bus consonantium, ut etiam nefarii clamores fierent nullusque posset liberorum et mansuete uiuentium illo die procedere. deinde alia congregata est multitudo permixta atque redempta eiusdem Timothei molitione collecta in maiore Alexandrinæ ciuitatis ecclesia una cum prædictis monachis et sumens duos episcopos consentientes sibi et propterea sub indignatione factos ecclesiæ a pontificali sede Alexandrinæ ecclesiæ nullamque communionem habentes cum sancta catholicaque ecclesia in ** semet ipsum inthronizauit et quasi archiepiscopum demonstrauit, dum uere catholicus archiepiscopus cum omni clero in episcopio consisteret. et repente quidem accessit baptismata et ordinationes efficere diaconorum atque presbyterorum nec non et episcoporum et alia cœpit niti quæcumque facere conpetunt uero pontifici. et eos quidem quos ordinauit, distribuit in Alexandrinas sanctas * Aegyptiacas ecclesias præcipiens omnes religiosissimos presbyteros ecclesiarum atque diaconos a præcessoribus et transitum ad cælos habentibus ordinatos, id est Theophilo et Cyrillo et Proterio et Dioscoro ab ecclesiis expelli nullum ulterius sacerdotii ministerium habituros. extendens autem suam uesaniam et quasi crementum suæ superbiæ et concupiscentiæ operatus, considerans quia non possit aliter studium suæ intentionis efficere, nisi ab humanis rebus auferret, quod etiam fecit, eum qui regulariter iure archiepiscopus et catholicæ pastor fuit ecclesiæ, sanctæ memoriæ Proterium, suadens * aliquos, sicut rerum euentus ostendit, homicidas uere contra eum insurgere, qui eum commorantem in baptisterio peremerunt et per omnem, ut ita dicamus, urbem trahentes et uelut in pompa eius reliquias deducentes undique uulneratas et membratim incisas non respuerunt etiam carnes eius et internorum uiscera sancta gustare ignique tradentes reliquum eius corpus uentis etiam cinerem dispergebant, omnem bestiarum transcendentes ferocitatem, non senectutem, non canos, non pontificatum mediatorem dei et hominum, non tempus erubescentes; commiserunt enim homicidium tempore sancto paschæ, quo etiam dæmones salutari passione perterriti conquiescunt. rursus etiam augmentum malorum efficiens per eos qui cum eo dudum fuerunt, et quasi semet ipsum in malis exercens condemnatos quidem in scripto clericos et episcopos in communionem suscepit et ministrare præcepit sanctis et uenerabilibus sacrificiis, sanctum uero et uniuersale concilium Calchedone celebratum, quod nec augmentum

---

PW

2 gaudentibus *W corr* 3 pontifice *PW* 5 concurrentem *PW* cælebrantur *W* 7 faceret *W corr* 9 in urbe *scripsi* urbem *PW* ut urbem *W corr* cum plebs *P* complebs *W* complens *W corr* 10 sit *del. W corr* consentiendum *W, corr. W* 11 possit *PW* 13/14 maiorem—ecclesiam *W corr* 15 factas *PW* 16 *lacunam indicaui supplendo* sede illa 19 baptismatæ *W* baptismate *P* 21 *lacunam indicaui supplendo* ceterasque 23 transitu *W corr* ordinationes *W corr* a theofilo *W corr* 28 *lacunam indicaui e. g. supplendo* commouit 29 uere *scripsi* uero *PW* eum[1] *om. W* 29/30 eum commorantem *scripsi* cum eo orantem [orante *P*] *PW* eum orantem *W corr* 32 carnis *PW, corr. P* 33 dispargebant *PW* 37 efficient *W, corr. W* 38 scriptu *PW*

M VII 534 nec inminutionem, sicut prædiximus, habet a sancta Nicæ|na synodo, anathemati subdidit cum omnibus ei communicantibus nullumque religiosorum episcoporum ex Ægypto aut Alexandrinorum clericorum ei communicantium suscepit, nisi qui illi abrenuntiare præsumunt [dicit], quod hactenus nemo fidelium fecit. insuper omnes totius orbis episcopos eorumque uenerabiles clericos anathematizans, parua siquidem hæc esse iudicans et ad satietatem hæreticæ suæ uesaniæ non posse sufficere, etiam in uenerabili diptycho, in quo piæ memoriæ transitum ad cælos habentium episcoporum uocabula continentur quæ tempore sanctorum mysteriorum secundum L IIII 900 sanctas regulas releguntur, posuit suum nomen et Dioscori, qui sub damnatione anathematis a sancto et unuersali concilio esse decretus est, et deleuit ex inde sanctæ memoriæ et secundum deum uiuentis Proterii nomen regulariter archiepiscopi constituti. et ne polluamus ultra sermonem, dum ad singula eius uolumus præsumptiones edicere, usque ad ea quæ dicta sunt, linguam præcurrentem refrenantes aliquo modo reticuimus. nolumus enim recordari quemadmodum conatus est in sanctissimas Aegyptiacæ diocesis ecclesias, in quibus deoamantissimi et orthodoxi episcopi constituti sunt, hæreticos episcopos destinare et in uenerabilibus monasteriis clericos ** et quemadmodum concutiat uirginum monasteria conturbans [eis] et terrorem eis suæ tyrannidis inponens, uel ad quantam uesaniam insiliuit, ita ut etiam pontificales sedes in quibus resedit sanctæ memoriæ Proterius, postquam fregit eas, igni contraderet ⟨et⟩ aqua marina uenerabilia sanctaque altaria in sanctis ecclesiis, ubi ædificata sunt atque dicata, dilueret, ne audientes in incredulitatem forte ducantur aut certe rectæ fidei inimici lætentur. a quo et alia multa ualde præsumpta sunt, quæ narrari sermone non possunt; quia uero terribilia sunt et omnem uesaniam ualde transcendunt quæ in talibus sanctissimis temporibus sunt ab eo commissa aduersus sanctam intemeratamque fidem et contra sanctas et uenerabiles regulas communemque disciplinam, magis autem contra sanctarum ecclesiarum statum et aduersus ipsam rem publicam atque leges, hæc ferre minime præualentes neque prætermittenda censentes, multam itineris fatigationem marinaque pericula et incertum uitæ ipsius nostrarumque ecclesiarum curas secundo loco ponentes ad hanc regiam uenimus ciuitatem, consacerdotes nostros in occulto uelut in persecutione tyrannica dimittentes et preces piissimo et Christianissimo principi et tuæ sanctitati fundentes atque poscentes quatenus misericordiam præbeatis statui communi et saluti orthodoxæ plebis ⟨et⟩ ecclesiarum pariter unitati nec non et sanctorum et deoamantissimorum patrum M VII 535 nostrorum laboribus feratis auxilium, qui diuersis temporibus pericula sunt perpessi multaque contra inimicos habuere certamina, quatenus sancta et intemerata fides immobilis et intemptabilis possit ab omni hæretica sapientia custodiri, nostrosque gemitus synodicis litteris sanctissimo ecclesiæ Romanæ pontifici Leoni nec non et Antiocheno et Hierosolimitano atque Thessalonicensi et Epheseno deoamantissimis episcopis uel aliis quibus uisum fuerit ecclesiis indicetis, quoniam hoc delictum læsio est communis, ut omnes totius orbis episcopi cognoscentes ea quæ præsumpta sunt

---

PW

4 dicit *uidetur uaria lectio esse pro* præsnmunt 5 urbis *PW, corr. W* uenerabilis *PW, corr. W* 11 uiuentes *PW, corr. W* 17 *lacunam indicaui e. g. supplendo* suos introducere eis *deleui* 20 contraderet et *scripsi* contradere *PW* 21 diluerit *PW* credulitatem *PW* 24 temporis *P* 26 statutum *PW, corr. W* 27 publicam atque *scripsi* publicamque *PW* 27/28 præmittenda censetis *PW* 28 incertam *W*corr uitæ *scripsi* uitam *PW* 30 persecutionem *PW, corr. W* tyrannicam *P* demittentes *W* 32 et *addidi* 34 laboribus *Surius* laborantibus *PW* 35 habere *PW* 40 urbis *PW, corr. W*

a Timotheo et quas nouitates exercuit contra sanctissimas regulas et religionem orthodoxam, litteris synodicis piissimo et Christianissimo principi nostro uestræque sanctitati secundum uenerabiles patrum regulas rescribentes dignam formam quæ in hoc placuerit, præbere non differant. si uero perspexeritis oportere fieri uniuersale concilium pro salute fidelium populorum et statu sanctarum ecclesiarum, ut terminus debeat regulariter in his quæ a Timotheo sunt nefande commissa, proferri, ne malignis aliis uiris occasio perpetrandi similia præbeatur, et hoc fieri deprecamur, sanctissime et deoamantissime pontifex. paulo minus autem nos transierat etiam hoc ad L IIII 901
obiurgationem eorum quæ a Timotheo sunt præsumpta contra sanctæ memoriæ Proterium, declarare, quod facimus, ut nullam ille possit habere in suis delictis excusationis occasionem et omnes audientes agnoscant quia nihil contra eum pro inimicitiarum causa suggessimus. nam cum post mortem sanctæ memoriæ archiepiscopi nostri Proterii tantam rabiem contra eum et uesaniam demonstrauerit, ut etiam pontificalem sedem in qua ille sedit, igne cremaret et de uenerabili diptycho eius nomen auferret et qui ab eo fuerant ordinati, ecclesiasticum et sacerdotale ministerium celebrare prohiberet eiusque generis proximos ualde persequeretur, substantiam quoque eius, quam a parentibus habuerat, deuastaret, quomodo manifestus non est quia cædem contra eum ipse commisit rebus ipsis uoluntatem Timothei ualde pandentibus et quemadmodum esse uesanus apparuit contra memoriam illius qui beate defunctus est? supplicamus igitur ut nulla subreptio apud angelum uestræ sanctitatis obtineat per eos qui pro eo sermonem uidentur efficere, sed res ipsas inspicite, quia non solum aduersus uiuum infestus existit, sed etiam contra defunctum, et sanctis regulis placitam contra eum formam dare dignamini.

VIIII PIISSIMO ET XPIANISSIMO IMPERATORI ORTHODOXO LEONI VICTORI TRIVMPHA- M VII 536
TORI SEMPER AVGVSTO EPI ET CLERICI AEGYPTIACAE DIOCESIS AB ARCHIEPO TIMOTHEO
ELVRO DESTINATI. Scriptum est omni poscenti rationem esse reddendam de spe quæ 1 Petr. 3, 15
in nobis est, atque multo magis piissimo et Christianissimo principi. nos itaque sanctissimi et deoamantissimi patris nostri et archiepiscopi Timothei litteras tranquillitati uestræ detulimus gratiarum actione plenissimas et quod Alexandrinorum magna ciuitas auspice deo sub uestræ pietatis imperio pacem habet et cum quiete multa tam ipsa ciuitas quam sanctissimæ ecclesiæ et uenerabilia monasteria gubernantur. quia uero necessarie uisum est etiam de spe nostra et fide breuiter uestræ mansuetudini declarare, suggerimus nos CCCXVIII sanctorum patrum qui in Nicæna ciuitate collecti sunt et per sanctum spiritum sunt locuti, symbolum atque fidem tenere et custodire et neque augmentum aliquod nec inminutionem recipere. ea namque quæ a sancto spiritu dicta atque conscripta sunt, fas non est modo aliquo retractare nec augmentum aliquod nec inminutionem eis inferre, sicut scriptum est: noli transponere terminos æternos quos posuerunt patres tui, quando Prou. 22, 28

VIIII *cf. Leonis ep. 97 p. 103, 17 sq.*

PW
1 quasi *PW* quia *W^corr* 4 prospexeritis *W* 5 status *PW, corr. W* 7 p̄beantur *PW* 15 sacerdotalem *PW* 16 proximus *PW, corr. P* 23 dignemini *W^corr* EXPLICIT LIBER [EPISTVLA *W^corr*] VIII *W* 24 *inscr.* EPISTVLA QVORVNDAM EPORVM ET CLERICORVM AEGYPTIACAE DIOCESIS PRO TIMOTHEO NEFANDO ARCHIEPO ALEXANDRINAE ECCLESIAE AD LEONEM IMPERATOREM ET AVGVSTVM *W* EPISTVLA TIMOTHEI ET LVRI *W^mg* 26 ELLVRO *P* et liro *W* et luro *W^corr* 30 habent *PW* habeat *W^corr* 32 nostra et *W* nostræ *P* 33 trecentis XVIII *PW* 34 sc̄o sp̄u *PW, corr. W* 37 aliquo *PW, corr. W* inminutione *PW, corr. W*

neque interpretatione eget prædictorum sanctorum patrum fidei symbolum, cum per
se interpretatum sit et clare prædicet mysteria pietatis. hanc ergo fidem firme
et inconcusse atque inmobiliter detinemus. hæc ad satisfactionem perfectam man-
suetudini tuæ suggerimus et ita credimus tam nos quam deoamantissimus archi-
L IIII 902 episcopus noster Timotheus. hoc autem manifestum tuæ facimus pietati de præ-
dicto archiepiscopo nostro Timotheo quia confidens de tua pietate eidem symbolo
I Tim. 6, 12 CCCXVIII sanctorum patrum, in quo baptizati estis bonamque confessionem confessi,
credere et in eo persistere et spem salutis habere et communicauit tuæ pietati et con-
fitetur orthodoxum ita sapientem atque credentem, ut etiam collectas et sine sanguine
sacrificia celebret pro uestra potentia. quia uero satisfecimus præcepto uestræ
tranquillitatis, suppliciter exoramus ut annuatis precibus nostris et deoamantissimo
et sanctissimo archiepiscopo nostro rescribatis et nos ad eius sanctitatem protinus
dirigatis. speramus enim quoniam deus, qui tuæ serenitati pium hoc donauit
imperium pacemque in Alexandrina ciuitate dispensare dignatus est, uestrum corro-
M VII 537 borabit amplius principatum maioremque pacem donabit cuncto terrarum orbi et
sanctis ecclesiis. quia uero uestra pietas * imperauit quemadmodum de synodis
sapiamus, nostram sententiam facimus manifestam quoniam communicat ecclesia
synodis in Epheso celebratis, synodum uero centum quinquaginta nescimus, noui-
mus autem quia beati patres nostri et archiepiscopi post concilium CL qui in Con-
stantinopolitana ecclesia ** congregati sunt. synodum enim Calchedonensem
ecclesia maximæ ciuitatis Alexandrinæ non suscipit. EXPLICIT

X Quibuscumque scriptum est a Leone piissimo principe, simul cum eius litteris
sunt adnexæ duæ petitiones episcoporum Aegypti et clericorum Alexandrinæ ciuitatis
et eorum qui ex persona Timothei Eluri preces similiter obtulerunt nec non et litteræ
Anatolii Constantinopolitanæ ciuitatis archiepiscopi et sic ubique directæ sunt metro-
politanis totius orbis episcopis. quorum etiam omnium epistulæ siue relationes
per ordinem sunt conscriptæ condemnantium quidem Timotheum Elurum tamquam
adulterum et homicidam pariter et hæreticum, adprobantium uero et concordiam
confitentium Calchedonensis sancti concilii cum trecentorum XVIII et centum quin-
quaginta sanctorum iudicio patrum.

Scriptum est enim his qui subter adnexi sunt EXPLICIT

L IIII 890
M VII 523 XI

1 Leoni reuerentissimo urbis Romæ pontifici [XII]
2 Anatolio reuerentissimo Constantinopolitanæ ciuitatis episcopo [XIII]
3 Basilio reuerentissimo episcopo Antiochiæ Syriæ [XX]
4 Iuuenali reuerentissimo episcopo Hierosolimorum
5 Epiphanio reuerentissimo episcopo Apamiæ Syriæ secundæ [XXII]
6 Dorotheo reuerentissimo episcopo Tyri Phœniciæ primæ [XXV]

PW

1 interpretationem *W* 3 perfecta *PW*, *corr.* *W* 3/4 mansuetudinis *W* 7 trecentis XVIII *PW* 14/15 corroborauit *P* conroborauit *W* 15 donauit *PW* urbi *PW*, *corr.* *W* 16 *lacunam indicaui, suppleas* indicare *uel* explanare 17 ecclesias *PW*, *corr.* *W* 19 CL qui *P* atqui *W* atque W^{corr} 20 *lacunam indicaui supplendo ut sensus restituatur* conuenisse dicuntur, bis in Epheso calcedonense *PW* 21 alexandrina *W* EXPLICIT LIBER [epistula W^{corr}] VIIII *W* 22 a *om.* *P* 24 eluri *W* elluri *P* et luri W^{corr} 26 urbis *PW*, *corr.* *W* relationis *PW*, *corr.* *W* 27 elurum *W* ellurum *P* et lurum *W* 28 homicida *PW*, *corr.* *W* 31 EXPLICIT LIBER [hoc capitulum W^{corr}] X *W* 32 *numeros adscripsi epistularum quibus sacræ imperiali respondetur* 35 *deest epistula* 37/p. 23, 1 Tyri—episcopo *om.* *W*

7 Iohanni reuerentissimo episcopo Damasci Phœniciæ Libanisiæ [XXVI]
8 Pelagio reuerentissimo episcopo Tarsi Ciliciæ primæ [XXVIII]
9 Oresto reuerentissimo episcopo Anazarbi Ciliciæ secundæ
10 Stephano reuerentissimo episcopo Hieraspoleos
11 Ibæ reuerentissimo episcopo Edessæ Osrœnæ [XXIII] L IIII 891
12 Symeoni reuerentissimo episcopo Amidæ Mesopotamiæ [XXIIII]
13 Antipatro reuerentissimo episcopo Bostrorum Arabiæ
14 Basilio reuerentissimo episcopo Seleuciæ Isauriæ [XXVII]
15 Olympio reuerentissimo episcopo Scythopoleos
16 Sabino reuerentissimo episcopo Constantiæ Cypri
17 Iohanni reuerentissimo episcopo Petrensi
18 Eustathio reuerentissimo episcopo Berytu
19 Iacobo reuerentissimo monacho
20 Symeoni reuerentissimo monacho
21 Baradoto reuerentissimo monacho [XXI]
22 Eunomio reurentissimo episcopo Nicomidiæ
23 Anastasio reuerentissimo episcopo Ancyræ [XLV]
24 Theoctisto reuerentissimo ⟨episcopo⟩ Pisinuntis
25 Alypio reuerentissimo episcopo Cæsareæ Cappadociæ primæ [XXXVIII]
26 Patricio reuerentissimo episcopo Tyanensi [XXXVIIII]
27 Carterio reuerentissimo episcopo Claudiopoleos
28 Petro reuerentissimo episcopo Gangrensi [XLII]
29 Seleuco reuerentissimo episcopo Amasiæ [XLI]
30 Iohanni reuerentissimo episcopo Sebastiæ [XXXVI]
31 Otreio reuerentissimo episcopo Melitinensi [XXXVII]
32 Petro reuerentissimo episcopo ⟨Ni⟩cæno
33 Eleutherio reuerentissimo episcopo Calchedonensi
34 Iuliano reuerentissimo episcopo Tabiæ
35 Adelfio reuerentissimo episcopo Arabissi
36 Euethio reuerentissimo episcopo Cyzici [XXXV]
37 Iohanni reuerentissimo episcopo Ephesi
38 Eutherio reuerentissimo episcopo Sardensi [XXX]

PW

3. 4 *desunt epistulæ, sed cf. quæ p.* 40, 7 *adnotata sunt* 3 oresto *PW coniicio* Euaresto 5 *epistulæ* XXIII *subscribit Nonnus, mortuus est enim Ibas d. 28 m. Oct. a. 457, cf. chron. Edess.* 68 6 *epistulæ* XXIIII *subscribit Maras* 7 *deest epistula* 9—11 *desunt epistulæ* 10 sauino *PW*corr suauino *W* 12 *Eustathius epistulæ synodali Phœniciæ primæ* [XXV] *cum Dorotheo metropolitano et ceteris episcopis subscripsit* 13. 14 *desunt epistulæ, sed cf. Ephraim. Ant. ap. Phot.* 229 p. 266a 8 ὁ ..Ἐφραίμιος παρατίθησιν ἐπιστολὰς τοῦ τε ἐν ἁγίοις Συμεῶνος . . . καὶ Βαραδάτου προς Βασίλειον τὸν ἐπίσκοπον Ἀντιοχείας ἐπεσταλμένας καὶ δὴ καὶ πρὸς Λέοντα τὸν βασιλέα, ἑκατέρου τούτων ἰδίαι πρὸς ἑκάτερον τοῖν δυοῖν ἀνὰ μιᾶς γεγραμμένης. τοῦ μέντοιγε Ἰακώβου μία καὶ αὐτὴ πρὸς τὸν αὐτὸν . . . ἐγράφη βασιλέα, *breuius* p. 255a 6 *et* 248a 41, *Eulogium ibid. 230* p. 283a 39 καὶ ὁ μέγας Συμεὼν ὁ ἐν τῶι στύλωι τὸν ἀγγελικὸν ἐκεῖνον βίον διανυσάμενος καὶ Βαράδατος καί ἄλλοι τὸν αὐτὸν βαθμὸν τῆς πολιτείας φθάσαντες, *denique Euagr.* 2, 10 14 symeon *PW* EPO [*del. P*] manacho *P* 15 baraduco (*infra* [XXI] baradochus) *PW* Βαράδατος *Eulogius l. c. Ephraim. Ant. ap. Phot. 228 p. 248a 24. 229 p. 255a 6. Euagr. 2, 9* 16 *deest epistula* 18 *deest epistula* episcopo *om. PW* 21 *deest epistula* 25 oreio *PW* militianensi *P* molitianensi *W* 26. 27 desunt *epistulæ* 26 Nicæno *scripsi* cæno *PW* 28 *Iulianus cum metropolita ceterisque episcopis Galatiæ* I *subscripsit epistulæ* XLV 29 *Adelphius cum metropolita ceterisque episcopis Armeniæ* II *subscripsit epistulæ* XXXVII 31 *deest epistula*

39 Agapito reuerentissimo episcopo Rodi [XXXIII]
40 Critoniano reuerentissimo episcopo Afrodisiadis
41 Petro reuerentissimo episcopo Myrensi [XXXII]
42 Pergamio reuerentissimo episcopo Antiochiæ Pisidiæ [XXVIIII]
43 Epiphanio reuerentissimo episcopo Pergæ [XXXI]
44 Palladio reuerentissimo episcopo Iconii
45 Nunechio reuerentissimo episcopo Lao⟨di⟩ciæ
46 Mariniano reuerentissimo episcopo Synnadensi
47 Amphilochio reuerentissimo episcopo Sidæ
48 Etherico reuerentissimo episcopo Smyrnæ
49 Philippo reuerentissimo episcopo Hieraspoleos
50 Iohanni reuerentissimo episcopo Heracleæ Europæ [XIIII]
51 Basilio reuerentissimo episcopo Traianopolis
52 Gregorio reuerentissimo episcopo Adrianopolis
53 Valeriano reuerentissimo episcopo Marcianopolis
54 Valentioni reuerentissimo episcopo Philippopolis [XVI]
55 Euxitheo reuerentissimo episcopo Thessalonicensi
56 Petro reuerentissimo episcopo Corinthi [XLIIII]
57 Eugenio reuerentissimo episcopo Nicopolitano [XLVI]
58 Martyrio reuerentissimo episcopo Gortynensi [XLVIII]
59 Vigilantio reuerentissimo episcopo Larissæ
60 Lucæ reuerentissimo episcopo Dyrracheno [XLVII]
61 Vrsicino reuerentissimo episcopo Scupensi [XLIII]
62 Zosimo reuerentissimo episcopo Sardicæ
63 Iuliano reuerentissimo episcopo [XXXIIII]
64 Luciano reuerentissimo episcopo Byzeno [XV]
M VII 524 65 Theotimo reuerentissimo episcopo Tomitano [XVIII]
et ceteris episcopis metropolitanis.

L III 902 M VII 537 XII LEO PAPA LEONI AVGVSTO. Litteras clementiæ etc. *in fine extat* DATA KALENDAS DECEMBRIS CONSTANTINO ET RVFO V̅V̅ C̅C̅ CONSVLIBVS = *Leo ep. 97* [*uol. 4 p. 101—104*].

L III 905 XIII PIISSIMO ET X̅P̅IANISSIMO I̅M̅PI AVG̅ VICTORI AC TRIVMPHATORI LEONI ANATOLIVS CONSTANTINOPOLITANVS E̅P̅S̅. Orationis siquidem nostræ opus est, Christianissime et fidelissime imperator, ut non circa meditationem a diabolo prouenientium rerum

31—32 imperator *Syriace extant Corp. scriptt. Christt. Orientall.* III *5 p. 180, 1—4*

PW

2 *deest epistula* afrodiasis *P* afrosiadis *W* 4 pergamo *PW* 6—8 *desunt epistulæ* 7 nonetio *P* nonecio *W*corr noneicio *W* lauciæ *PW* 9 *deest epistula, sed. cf.* Euagr. 2, 10 [*ex Zacharia rhetore cf. Corp. scriptt. Christt. Orientall.* III 5, p. *178. 179* = *Ahrens-Krüger, die KG d. Zach. Rhetor. p. 31. 32*] Ἀμφιλόχιος μόνος ὁ Σίδης ἐπιστολὴν γέγραφε πρὸς τὸν βασιλέα καταβοῶσαν μὲν τῆς Τιμοθέου χειροτονίας, οὐκ ἀποδεχομένην δὲ τὴν ἐν Καλχηδόνι σύνοδον *cf. praeterea Iohannem Nikiu 88 et locos quos adferunt Ahrens-Krüger p. 316* 10. 11 *desunt epistulæ* 10 fynirne *PW* 13—15 *desunt epistulæ* 16 ualentinio *W*, *cf. p.* 31, 14. 32, 34 17 *deest epistula* 18 corenti *PW*, *corr. W* 20 cortinensi *W* 21 *deest epistula* latrissæ *W* 23 ursiceno *PW* 24 *deest epistula* 28 *in fine* EXPLICIT LIBER [scr̅ e̅p̅orum *W*corr] XI *W* *desunt episcoporum metropolitanorum quorum epistulæ extant, nomina hæc: Sebastianus* [*XVII*], *episcopi secundæ Mæsiæ* [*XVIII*], *Euippus Neocæsariæ* [*XL*] 29 *inscr.* EPISTVLA LEONIS PAPAE AD LEONEM IMPERAT̅ *W* 30 *in fine* EXPLICIT LIBER [epistula *W*corr] XII *W*, *tum add.* data—consulibus *W*corr 31 *inscr.* EPISTVLA ANATHOLII E̅P̅I̅ AD LEONEM IMPER̅ *W* augg *P* 32 orationi *PW*

contra communem ecclesiarum pacem occupemur; quia uero, sicut apparet, aduersarius non sinit præsentem sine fluctuatione nauigare nos uitam, necesse est supernæ gratiæ gubernaculo usos oportere nos omnes qui deo auctore sumus in sacerdotio constituti, illius certaminibus obuiare. unde etiam nunc in his quæ sunt præsumpta in Alexandrinorum ecclesia, non quieui, sed sequens uestræ Christianissimæ tranquillitatis intentionem uolentem et sanctorum patrum regulas non sperni et ciuilia iura seruari, quod me facere congruebat, sedem scilicet gubernantem huius regiæ ciuitatis, egi et hæc manifesta uestræ pietati fient per ea quæ scripsi tam Romano sanctissimo et uenerando Leoni pontifici quam omnibus uniuscuiusque diocesis uenerabilibus metropolitanis episcopis. apud quos ingemui petulantiam contra sanctorum patrum regulas perpetratam et facta scelesta Timothei, sicut accusationes aduersus eum uestræ pietati et nobis scriptis datæ testantur, qui conculcauit ecclesiasticas sanctiones legesque ciuiles, quique secundum quod scriptum est, malam potius partem libenter elegit et quæ illis qui in rebus decentibus deficiunt, commodatur; ait enim: impius dum ceciderit in profundum malorum, spernit. signi- Prou. 18, 3 ficantur nihilo minus eis et de sancto beatoque nostro concilio Calchedonensi quæ digna sunt. ergo quoniam aliis hæc conuenienter exposui, pronior nunc extiti ut cum fiducia clarius de rebus præsentibus meam possim publicare sententiam. M VII 538 notum igitur facio uestræ tranquillitati, quod piissimis uestris syllabis a nobis fieri præcepistis, quia constituo Timotheum quidem, quantum ad integritatem sanctorum canonum, quos aduersum semper ea quæ gessit et gerit, hactenus inritauit, [in] ordine sacerdotii nullatenus esse dignum. quomodo enim sacerdos erit qui ita a proprio pontifice et ab omnibus totius orbis sacerdotibus sponte semet ipsum abrupit et hæreticum per omnia demonstrauit dudum se a sancto et famosissimo Calchedonensi concilio separando et reuerentissimos Aegyptiacæ diocesis episcopos et clericos nec non et orthodoxorum multitudinem et monachorum catholicæ fidei et ipsi uniuersali concilio communicantium ueluti hæreticos ab ecclesiis propriis expellendo, insuper et aliarum multarum malarumque rerum auctor existens, sicut accusationes aduersum eum oblatæ proclamant? de Calchedonensi uero sancto et uniuersali concilio hoc aperte pronuntio quia temptare omnino retractare aliquid eorum quæ ab eo definita sunt, hominum est insidiantium solummodo catholicæ ecclesiarum Christi concordiæ, congaudentium turbis atque tumultui, quando apostolica quidem et paterna dogmata olim nobis tradita in eo roborata sunt atque firmata, nullum autem dogma rectitudini ecclesiasticæ contrarium illic peregrine aut nouiter est probatum. illa siquidem L IIII 906 deo amabilis ac uenerabilis synodus ex imperiali tunc sanctione celebrata ad peremptionem scandalorum quæ tunc contra fidem intemeratam uidebantur exorta, non aliam innouauit fidem, non peremit antiquitus existentem, non adiecit aliquid olim confessioni contraditæ, non inminuit eam quæ semper custoditur et saluat, sed trecentorum XVIII sanctorum patrum symbolum incontaminabile et inuiolabile a dome-

4 in his—15 spernit *adferuntur l. c. p. 180* [= *Ahrens-Krüger p. 32. 33*] 9 *cf. Liberat. 15 p. 102 Garn.*

PW

3 usos *Surius* iustos *PW* 5 Christianissimæ *scripsi* xpianitatis *PW* Christianæ *Surius* 7 scilicem *PW*, *corr. W* 12 date testantur *P* detestantur *W* 12/13 scionis *PW*, *corr. W* 13 mala *PW* 14 qui *scripsi* quæ *PW* 15/16 significantur *scripsi* significat *PW* 20 constituto *PW* 21 in *deleui* 22 a *om. PW*, *corr. W* 23 urbis *PW*, *corr. W* 25 reuerentissimo—epo *W* 27 expellendos *W* 28 aduersus *W* 33 atque firmata *P* adfirmata *W* rectitudine *PW* 34 ecclesiæ *P* 38 contradicte *PW*, *corr. W* 39 incontaminabilem et inuiolabilem *PW*

sticis fidei custodiri et eis qui inbuuntur ab impietate, cum terrore tradi præcepit. nec non et synodos sanctas et orthodoxas, post illam maximam ei consonas existentes et pro illius confirmatione diuersis temporibus celebratas recte probauit et solummodo, sicut diximus, semen zizaniorum tunc ortum exterminauit, ne ulla ex hoc malitiæ radix per eos qui inerudite contendunt, denuo pullularet et puram intemeratamque nostram fidem in aliquo noceret, quatenus ab hoc aliqui simplicium fœdarentur. nunc igitur, famosissime et fidelissime noster princeps, insertæ tibi iustitiæ congruit sancire ne quorundam mala uoluntas seu hæretica prauitas cuncto orbi terrarum et omnibus Christi sacerdotibus unitis secundum deum et pacem habentibus uexationis communis et contritionis fiat occasio, et sacris canonibus suum robur contra Timotheum spernentem eos per nos demonstrantibus decernere ⟨ut quæ⟩ utique necessaria sunt, post hæc per uestræ pietatis imperium, sicut in illis quoque contra rerum talium præsumpta prouenire sancitum est, hæc secundum legum seueri-
M VII 539 tatem effectui contradantur ad uindictam contemptarum ecclesiæ sanctionum et innoxii sanguinis, hoc est sanctæ memoriæ Proterii orthodoxi Alexandrinæ ciuitatis episcopi, sicut uisum fuerit pietatis uestræ tranquillitati, Christianissime ac fidelissime imperator auguste, inmaculata et intemerabili dextera. EXPLICIT

INCIPIT EPIST EVROPAE

XIIII Protecto pio et Christianissimo domino totius orbis terrarum et imperatori perpetuo augusto Leoni Iohannis reuerentissimus ⟨episcopus⟩ Heracleæ, Theofronius episcopus Afrodisiadis, Theotecnus episcopus Cylensis et Babylas episcopus Nouæ Theodosiopolis Europæ uestræ. Pietatis uestræ et Christianitatis imperium clarius purpura atque diademate pro fidei causa lucet. uere namque, piissime et Christianissime imperator, leo quidem contra hostes existis, circa mites autem et subditos mansuetissimi Dauid imitator agnosceris quippe diuinitus adeptus imperium. eodem namque modo etiam eos qui inordinati uidentur et contra sanctas regulas semet ipsos armauerunt et seditiones impias atque scelestas arripiunt, imperiali auctoritate conprimitis et de mundi quiete cogitantes incommotas et sine fluctibus sanctas ubique conseruatis ecclesias. præstet igitur omnium dominus Christus uestrum imperium indeclinabiliter confessionem fidei conseruantem longæuis annorum curri-
L IIII 907 culis sanctorum intercessionibus permanere. sacras igitur et Christianissimas litteras a uestra tranquillitate directas cum multo studio relegentes, in quibus præcepistis nobis clarius explanare quid de sancto magnoque et uniuersali Calchedonensi concilio sentiamus, simul et de Timotheo, quem Alexandrinorum populus sibimet ordinauit episcopum, per hanc humilem nostram relationem uestræ pietati significamus quoniam cunctis sanctissimis orthodoxisque conciliis et concordamus et consentimus. primum quidem dogmata et expositionem trecentorum XVIII sanctorum sequimur patrum eorumque fidem indeclinabiliter custodimus, in qua etiam baptizati sumus et baptizamus. post quos centum quinquaginta sanctorum patrum

PW

1 custodiri et *PWcorr* custodiret *W* 8 sancire *Surius* scire *PW* 11 ut quæ *addidi* 13 rerum talium] τοιούτων *male translatum* sancitum *PWcorr* scm *W* 17 augg *PW* EXPLICIT LIBER [epistula *Wcorr*] XIII *W* 18 INCIPIT *P om. W* EVROPA *P* EPISCOPORVM EVRVPAE AD LEONEM IMPERAT *W* 20 augg *PW* iohannes *P* reuerentissimo *W* episcopus *om. PW* 21 afrosiadis *PW* Cylensis [= Κοίλων] *scripsi* cyclensis *PW* babilas *PW* babulas *Wcorr* 25 emitatur *W* imitatur *Wcorr* adeptum *PW* 27 auctoritatem *PW, corr. W* 28 incommota *PW, corr. W* 34 sibimet *Wcorr* semet *P* sibi et *W* 39 baptizamur *P*

qui in regiam Constantinopolim congregati sunt, constituta seruamus nec non etiam Ephesium concilium, quod sub beatæ memoriæ Cælestino successore sancti et uenerandi et custodis clauium regni cælorum Petri et sub sanctæ memoriæ Cyrillo Alexandrino pontifice congregatum est propter hæresem nefandam profanamque Nestorii, præcipue tamen per dei gratiam Calchedone collectum magnum sanctumque et uniuersale concilium, eo quod prædicta concilia confirmauerit nihilque quod illis bene uideatur placuisse, commouerit nec augmentum quoddam uel detractionem fecerit aut quic- M VII 540
quam ex his quæ tunc fuerint definita, commouerit aut aliquid non congruenter interpretatum sit. quod concilium uelut ancoram cautam firmamque seruamus, quando contra omnem hæreticam tyrannidem scutum inexpugnabile et arma extitit, quæ nequeant superari. huius igitur formas siue definitiones nullus recta sapientium mutilare præsumunt et neque unum iotam aut unum apicem possumus aut commouere aut uiolare horum quæ ab ea recte sunt et inculpabiliter definita. sequimur autem et famosissimorum sanctorum patrum doctrinas rectas misericordia * * regis omnium Christi euangelicum adepti sacerdotium recte sapimus semper et sicut sapit apostolicæ Romanorum sedis ecclesia, et sicut sapuerunt beatæ famosæque memoriæ patres et episcopi regiæ Constantinopolis, et sicut omnis totius orbis episcopatus recte uerbum prædicans ueritatis. sic sapimus, sic regentes populos prædicamus rectam eis proponentes intemeratamque doctrinam. de Timotheo uero, sicut continent preces subditæ sacratissimis uestris et deoamantissimis litteris, quia eius inmissione sanctæ memoriæ Proterius orthodoxus sanctusque pater et Alexandrinorum episcopus in sacratissimi baptisterii loco peremptus est membratimque concisus et locis omnibus circumtractus et post hæc igni contraditus aliaque passus, quæ propter sceleris exaggerationem terretur lingua proferre, sanctissimum quidem Proterium in ordine et choro sanctorum martyrum ponimus et eius intercessionibus misericordem et propitium deum nobis fieri postulamus, Timotheum uero, qui talia perpetrauit in beatæ memoriæ Proterium, qui fuit episcopus, cuiusque consilio atque tractatu factum est scelus huiusmodi, quod etiam humanos auditus propter excellentiam crudelitatis obturat, tamquam tyrannum et sanguinarium et propter inmensam sui crudelitatem antiquos tyrannos, qui semet ipsos aduersus triumphatores martyres L IIII 908
armauerunt, transcendentem quique episcopatum arripuit, alienum sacerdotio et episcopatus dignitate et extraneum esse decernimus. sanctissimos autem et consacerdotes nostros qui ab eo contra ecclesiasticas sanctiones excommunicati sunt atque damnati, et consacerdotes nostros eos et comministros et coepiscopos et communicatores habemus et optamus sanctis eorum orationibus dei clementiam promereri. similiter autem siue archimandrita siue presbyter siue diaconus siue quis alius in

12. 13 *adfert Facundus 2, 5 p. 686:* neque unum iota uel unum apicem possumus aut commouere aut commutare eorum quæ apud illam definita sunt; *similiter episcopi Histriæ apud Pelagium in ep. 3, 37* [*t.* IIII *2 p. 116, 7*] neque unum iotam uel apicem possumus aut commouere aut commutare eorum quæ apud Chalcedonam decreta sunt. *Pelagius ipse l. c. sequitur uersionem quæ editur* 15. 16 *adfert Pelagius l. c. p. 116, 16:* ita sapiamus semper sicut sapit apostolica Romanorum sedis ecclesia

PW

8 fuerit *PW* 10 inexpugnabilem *PW* extiti *PW*, *corr. W* 13 eorum *Fac. Pelag.* 14 *lacunam indicaui, supplementum incertum* 16 ecclesiæ *PW*, *corr. W* 17 patres *PW*, *corr. W* omnes *PW* 17/18 episcopi *W corr* 18 prædicantes *W corr* sic[1] *om. W* 23 et[2] *P* eo *W* 24 exaggeratione *W* territur *PW* 27 proterio *W corr* 28 tractatum *PW*, *corr. W* 29 sanguinorum *W* 31 arripiunt *W*, *corr. W*

clero constitutus excommunicatus ab eo est propter bonæ memoriæ Proterium Alexandrinæ ciuitatis episcopum, huic communicamus et esse eum in clericatus dignitate decernimus. nam lupus qui pastori non pepercit, nec ouibus parcit. eos autem qui in damnatorum locis ab eo sunt constituti, siue episcopi sint siue archimandritæ
M VII 541 siue presbyteri siue diacones siue quilibet in clero humiliori consistens, hos indignos graduum in quibus sunt præter ecclesiasticam consequentiam ordinati, cum obumbratam uelut theatralem dignitatem uideantur sortiti esse, decreuimus. uestræ siquidem tranquillitatis est Alexandrini populi curam habere et a sancta dei aula lupum expellere et inuulneratum inconsumptumque gregem saluatoris Christi seruare et concordiam multamque pacem Alexandrinorum ⟨ecclesiæ⟩ et ciuitati concedere ad gloriam Christi et exaltationem piissimi uestræ Christianitatis imperii.

Iohannis episcopus. incolumem uestram pietatem deus omnium nobis donet longæuis temporibus sanctorum orationibus

Theofronius episcopus Afrodisiadis similiter
Theotecnus episcopus Cylensis similiter
Babylas episcopus Nouæ Theodosiopolis similiter

XV Piissimo et Christianissimo domino imperatori perpetuo augusto Leoni Lucianus humilis Byzæ metropolitanus episcopus. Datis mihi piis atque uenerabilibus litteris uestræ Christianitatis imperii et relegente me sacros apices uestros inueniente in eis feruentissimum circa orthodoxam fidem zelum et excellentem pietatis intentionem et quia ualde pro sanctarum ecclesiarum pace curatis nec non et uestras ciuitates sub quiete manere et omnes subiectos in tranquillitate consistere festinatis et sacerdotes Christi pro fidei robore ad concordiam inuitatis et ea quæ discerpta sunt insidiis inimici, uoluntate dei coniungere decertatis, et mea humilitas suam indicat uoluntatem, in quantum intellegere potest, principaliter equidem de Timotheo, quem etiam lectiones subiectæ precum edocuerunt sacerdotii appellatione et operatione nimis indignum, qui secundum sanctorum patrum regulas expellendus, nisi forte propter magnitudinem clementiæ sanctissimis summorum thronum archiepiscopis quicquam de eo aliud uideatur, eo quod et piissimæ uestræ diuinitus factæ clementesque
L IIII 909 litteræ manifestant ualde uos de urbe Alexandrina cogitare. de sancto uero et uniuersali Calchedonensi concilio, quod concordat et trecentis XVIII sanctis patribus patribus qui Nicæa conuenerunt, et centum quinquaginta qui post hæc in urbe regia congregati sunt, et eis qui in Epheso sub Cælestino Romanæ urbis et Cyrillo Alexandrinorum sanctis episcopis conuenerunt, etiam animo quicquam sumere quod sit ei contrarium, impii atque hæretici sensus esse iudicaui. EXPLICIT

M VII 542 INCIPIT DE PHILIPPOPOLI

XVI Per omnia piissimo et Christianissimo imperatori triumphatori et augusto Leoni humilis Valentio in domino æternam salutem. Cum et ante imperium uirtutibus regnauerit Christianissima uestra tranquillitas, et in imperio supra purpuras et diadema

---

PW

6 gradum *PW*, *corr. P* consequentium *W* 10 ecclesiæ *addidi* et[2] *P om. W* 11 exultatione *PW* 12 iohannes *P* 14 arrosidiadis *P* arrosidisiadis *P*corr arrodisiadis *W* 15 theotegnus *PW* cyclensis *PW* 16 babulas *PW* EXPLICIT LIBER [EPISTVLA *W*corr] XIIII *W* 17 *inscr.* EPISTVLA LVCIANI EPI AD LEONEM IMPRM *W* 19 relegentem *PW* 23 fide *W* 26 lectionis *PW* 27 expellendas *P* 28 scis *W* 29/30 clementisque litteras *PW* 34 sit] si *PW* 35 EXPLICIT LIBER [epistula *W*corr] XV *W* 36 EPISTVLA VALENTI [ualentini *W*corr] EPI AD LEONEM IMPRM *W* 38 ualentinus *W*corr *cf. p.* 24, 16. 30, 6 39 deadema *PW*

fidei rectitudine decoratur et coronatur. nam conpensationem iustitiæ potius quam donum a Christo regalia sceptra percipientes conpensationem rursus deo redditis uestrum imperium conseruanti, dum incessabiliter cogitetis quatenus securam ab omni hæretica tempestate ecclesiam eius et sine fluctuatione seruetis. quemadmodum amantium bella gentium superbas cogitationes ad terram deponere festinastis, ita et prauos sensus hæreticorum aduersus Christum latrantium uelut puluerem exsufflantes ad nihilum usque perducitis et secundum uocabulum uestrum inimicis quidem dei et uestri imperii tamquam leo sæuus occurritis, circa eos autem qui pie deum colunt et imperii uestri sceptris obœdiunt, omnium pastoris imitatores et oue simpliciores existitis. igitur pro ecclesiastica pace et salute filiorum ecclesiæ multam prouidentiam pietas uestra gerens sacratissimis suis syllabis adorandisque sanciuit ut mea paruitas sanctissimos prouinciæ episcopos in unum colligens quæ humilitati nostræ placerent et regulis conuenirent et fidei rectæ congruerent, indicaremus uestræ Christianitatis imperio, maxime autem de crudelibus malignisque rebus et omnis tragœdiæ narratione maioribus, quæ nuper Alexandriæ prouenerunt, simul et de Calchedonensi sancto magnoque et uniuersali gratia Christi celebrato concilio, cuius termini non ex nobis, sed gratia sancti spiritus sunt confixi, nihil metuentes neque pro gratia uel inimicitiis decernentes, sed dei solummodo iudicium iniudicabile formidantes ad notitiam uestræ Christianissimæ tranquillitatis referre deberemus. quapropter et in unum nosque simul et nostri clerici congregati habentes timorem dei præ oculis secundum ea quæ a uestra sunt pietate sancita, suggerimus uestræ tranquillitati quoniam et unitatem colimus et iniquorum communionem abominamur et sanctorum patrum concilia conplectimur et ea quæ ab eis sunt definita atque decreta, custodire intransgressibiliter exoramus. Timotheum uero, qui totius malitiæ culmen excellit et inhumanitatis crudelitatem transit, homicidam patrisque necatorem, qui episcopo superstite ecclesiam eius adulterauit et postea sponsum eius occidit et tyrannico modo et inpudenter semet ipsum in sedem eius inposuit, sicut preces oblatæ tranquillitati uestræ declarauerunt, non M VII 543 L IIII 910 oportere neque inter uiuos examinari palam est, non quia dignitate pontificatus indui et in sancto altari stare et diuinitati ministrare credendus est. quid etiam dicamus de populo indiscreto, qui ab eo ad impietatem armatus est et amplius quam eorum fluuius inundauit iniquitatibus malitiæ terram et ultra Pharum, qui apud eos excellenter accenditur, [et] usque ad cælos flammas impietatis extendit? uictoriam dicam iudicans hanc esse ad comparationem aliarum rerum quæ ab eo sine timore commissa sunt, qui etiam humanam naturam negantes cuncta ferocitate uestiti sunt. de sancto uero et uniuersali Calchedonensi concilio, cuius princeps non homo, sed Christus, qui est super omnia deus et rex æternus, deinde pastores totius orbis extitere doctores præsentibus eis et sacratissimo uestro senatu et culmine eminentium potestatum et diuæ memoriæ ter beato principe Marciano, omnibus obsignantibus hanc esse pietatis uiam patrumque fidem inpollutam et inmutabilem sanctorumque apostolorum doctrinam in nullo nutantem neque discordantem expositæ fidei a sanctis

---

PW

2 scerpta *PW* 4 hereticam tempestatem *PW*, *corr.* *W* 9 omnium pastoris *scripsi* omni pastor *PW* ouium pastoris *Surius* oue *scripsi* oues *PW* 11 multa prouidentia *PW* 12 quæ *om.* *W* 15 omnes *PW* narrationem *PW* alexandria *P* 26 homicida *PW* 29 non quia = μὴ ὅτι 30 altare *PW*, *corr.* *W* 32 terram et *scripsi* terræ *P* turræ *W* 33 et *deleui* uictoriam] ἥτταν *pro* ἧττον 35 humanam *scripsi* unam *PW* 41 nutantem *scripsi* mutantem *PW*

patribus in Nicæno concilio congregatis, cum utique ea doceat simul et alleget et aperte ab omni hæretica nos secta discernat, in hac ergo perduramus, hanc tenemus et ea quæ in ea sunt explanata, intransgressibiliter obseruamus omnemque hæreticam prauitatem abominamur, deo semper ymnos pacificos exoluentes, qui nobis custodem rectæ fidei uestram potentiam condonauit.

Valentinus episcopus Philippopolitanæ metropolis sanctissimæ ecclesiæ manu mea subscribens his quæ sunt supra scripta, consentio

Epictitus episcopus Dioclitianopolis similiter

Et reliqui similiter

XVII Post deum domino totius orbis piissimo et Christianissimo nostro principi Leoni in domino salutem humilis et ultimus Sebastianus episcopus. Tuum quidem, piissime imperator, laudabilem et gloriosissimum inter homines principatum omnium dominus Christus cottidianis diebus bonis incrementis maximum splendidissimumque demonstrat et de cetero demonstrabit, hoc semper efficiens propter fidem rectam, M VII 544 quæ ab infantia est uobis inserta, et propter reuerentiam quam diuinitati salubriter exhibetis. quod autem supplicamus, sacratissime imperator, illud est ne patiamini illius uenerabilis et inter sanctos habitantis maximi uiri Marciani tanti talisque principis post mortem opinionem nunc a culicibus lacerari neque tuum ita præcipuum et ultra gloriam constitutum imperium contemptibile inludere uolentibus ostendatis, Hebr. 10, 31 sed ueritatis experimentum sumant stulti scientes quia terribile est incidere in manus dei uiui. hoc autem in ordine primo, piissime, nosse te supplicamus quia sicut soli ad demonstrandum quia sol est, nihil minus est, ita et illi magno sanctoque et uniuersali Calchedonensi concilio bonorum quidem omnino nihil deest; neque enim eget augmentum neque detractionem, cum sit a sancto spiritu uelut diuino quodam sale L IIII 911 conditum. nam qui in eo illo tempore condemnati et indigni pontificali statu esse decreti sunt, sententia hoc magni dei tamquam impii pertulerunt; qui uero suscepti sunt uelut iniustam et tyrannicam circumuentionem paruo tempore sustinentes, repente decreto sancti spiritus iuste suscepti sunt, inter quos nostrorum temporum secundus Habel beatus Flauianus existit. tanti siquidem et talis ⟨iusti⟩ probatique concilii amplectere iudicium, serenissime et orthodoxe imperator. taliter namque sapuisse conperimus omnes qui uerbo et doctrina et uita mirabili deo per diuersa tempora placuerunt, id est beatum Athanasium, qui sæpius propriis sanciuit dogmatibus quia erat in corpore passibili inpassibilis et mortali inmortalis; sic et Basilius

21—29 *adfert Facundus 2, 5 p. 686* quoniam sicut soli nihil minus est ad demonstrandum quia sol est, sic et magnæ et sanctæ et uniuersali synodo Calchedonensi minus quidem bonorum nihil omnino est neque additamento aliquo eget neque detractione ab spiritu sancto ueluti diuino quodam sale condita. etenim qui in ea secundum tempus damnati sunt indigni sacerdotalis ordinis iudicati, decreto ac iudicio magni dei uelut impii condemnati sunt; qui uero in ea recepti sunt iniustam et tyrannicam antea sustinentes inscriptionem, confestim decreto spiritus sancti iuste suscepti sunt, in quibus est et nostrorum temporum secundus Abel beatus Flauianus

PW

1 alliget *PW* 2 hanc *PW; feminina pronomina ex Græco [concilium = σύνοδος] retenta sunt* 6 *cf.* p. 24, 16. 28, 38 8 dioclecianopolis *W* 9 *in fine add.* EXPLICIT LIBER [epistula *W*corr] XVI *W* 10 *inscr.* EPISTVLA SEBASTIANI EPI AD LEONEM IMPRM *W* 12 laudabile *PW* 14 demonstrauit *PW* 19 contemptibilem *PW* 20 manibus *W* 21 te *scripsi* et *PW del. W* 29 exstitit *W*corr iusti *addidi* prolatique *PW* 31 uerbum et doctrinam *PW* uitam *P*

magnus et Gregorius Nanzanzenus et alter Gregorius Nyssæ et post Iohannis Constantinopolitanus, uerborum simul et cogitationum pelagus benedictum. scito siquidem nefandum Timotheum et eos qui similia cum inmensa tyrannide sapuerunt ac sapiunt, alienos a nobis factos ab orthodoxorum episcopatu. bene autem facies et digne tuorum temporum, imperator egregie, si preces ab Aegyptiaco concilio tibi datas rationabiles existentes et omni adprobatione dignas tamquam orthodoxas suscipias et alia cuncta tamquam satanæ opera et cogitationes animas corrumpentes effugias solumque uobis sufficiat Calchedonense concilium, tamquam solum omnia orthodoxorum antiqua concilia in semet ipso spiritus sancti uirtute constringat.

Incolume semper consistens atque crescens uestrum imperium dominus orbi terrarum longis dignetur seruare temporibus, imperator sacratissime. EXPLICIT

XVIII Domino piissimo et Christianissimo imperatori nostro Leoni Theotimus humilis M VII 545 Scythiæ regionis episcopus. Decet tuam pietatem, uenerabilis imperator auguste, ecclesiarum tranquillitate gaudere et tribulationes populi conturbati et tempestates tranquillissimis uestris allocutionibus ad pacis iura transferre. propterea siquidem uos deus cælitus diuino nutu suo muniuit, ut ea quidem quæ sana sunt, imperiali potestate integra semper saluaque custodiatis, quæ uero uexata sunt atque corrupta, uestræ pietatis medicina curetis. nihil itaque deo amabilius est, nihil acceptius quam ut illa uos sapiatis quæ a dei patris sapientia didicistis, et illa doceatis quæ ab ipsis fidei uestræ incunabulis saluberrime estis eruditi. et quoniam sacratissimis uestris syllabis admonuistis ut quæ sapimus de sancto Calchedonensi concilio, nostris litteris referamus ad uestræ notitiam pietatis, cognoscat uestra serenitas quoniam nihil amplius, nihil minus quam quæ in * * Epheseno concilio a sanctis patribus integre atque perfecte definita sunt, credimus aut consentimus; neque enim aliud nos ultra sapere quam ea quæ tantorum patrum termino sanctus spiritus erudiuit. unde, mansuetissime imperator, et ego et omnis ecclesia dei sic sapimus et in consensu nostro sanctorum patrum definitiones fide et deuota confessione firmamus. de Timotheo uero sic sapimus: quoniam secundum uirtutem precum adhuc uiuo et L IIII 912 existente episcopo inpudenti intentione ab excommunicatis est ordinatus, exordinatum et excommunicatum ecclesiastica regula eum esse decernit neque manus inpositionem illorum episcoporum in sancta ecclesia permittit quandam habere uirtutem, qui Christi fidem uiolantes ordinationem inpositam sibimet amiserunt. nunc igitur nostræ confessionis uerbum facientes saluberrimis uestris auribus manifestum deposcimus dominum nostrum Iesum Christum ut uestrum imperium catholicæ fidei robore confortatum et crucis uirtute munitum ab omni suspectione bellorum intactum semper custodire dignetur.

Optamus uestram tranquillitatem diuina prudentia semper incolumem et coronam imperii uestri intemeratam et inpollutam multis annis nobis diuinitas donare dignetur, domine sacratissime et uenerabilis imperator. EXPLICIT

PW

1 nanzianzenus *W*, *corr.* *W* iohannes *P* 2 pelagius *PW* 3 tyrannidem *PW* 6 omnia *PW* 8 tamquam *scripsi* tam *PW* 9 orthodoxarum *W* orthodoxaram *P* 10 incolumem *PW* 11 EXPLICIT LIBER [epistula *W*corr] XVII *W* 12 *inscr.* EPISTVLA THEOTIMI EPI AD LEONEM IMPRM *W* Leoni *om.* *P* 13 scutiæ W augg *P* 14 tribulationis *PW* tempestatis *PW* 18 pietati *PW* 22 uestram *W* 23 *lacunam iudicaui supplendo, ut sensus restituatur* Calchedonensi sicut in Nicaeno et centum quinquaginta et in 26 omnes *PW* 37 incolomen *W* 39 EXPLICIT LIBER [EPISTVLA *W*corr] XVIII *W*

XVIIII M VII 546 Domino piissimo uictori semper augusto Leoni Marcianus Martialis Minofilus Marcellus Petrus et Dizas episcopi secundæ Mysiæ. Tranquillissime principum desiderium habens pii propositi uerbum fidei quam tenes, tibi fieri manifestum, sacris litteris hoc a nostra humilitate fieri præcepistis ut uobis aperte significetur de sancta et inconprehensibili deitate, quam humana lingua nec conprehendere nec scribere potest, sed potius cum mundo corde et fide colere debet et adorare. hoc autem adstruimus confiteri nos et perdurare in fide quam in urbe Nicæna trecenti decem et octo patres condemnata impietate Arrii tradiderunt in toto orbe terrarum nec non et quæ a sanctis centum quinquaginta patribus in urbe Constantinopolitana de sancto spiritu pro delenda Macedonii persona prolata est, insuper et quæ in Ephesia ad depositionem impietatis Nestorianæ formam accepit, super hæc autem et quæ ad peremptionem Eutychianæ uesaniæ de humanatione saluatoris in Calchedonensium ciuitate multis sanctis episcopis conuenientibus per iussionem Leonis Romani pontificis, qui uere caput est episcoporum, et uenerabilis sacerdotis et patriarchæ Anatolii concilio celebrato sub duobus imperatoribus confirmata est. quod concilium nos cum omni clero et populo Christiano usque ad finem tenentes et possidentes in eo concupiscimus permanere. Timotheum uero, qui postea per odium atque crimen, sicut publicis libellis agnoscitur, scelestissime contra Proterium reuerentissimum uirum Alexandrinæ ciuitatis episcopum operatus est et condemnatis uiris sibimet per obreptionem indigne episcopatus nomen inposuit, hunc cum his qui similia præsumpserunt, in ordine sacerdotum nec numerari, sed sub anathemate et inter Simoniacos reputandum esse decernimus. de synodo uero quam petunt fieri quidam post decretum patrum qui Calchedone definierunt, nos nec optamus nec fieri consentimus, ne maiora scandala generentur, sed magis contra principes tanti sceleris ultionem proferri decernimus.

Marcianus episcopus ciuitatis Abryti confirmaui et subscripsi
Martialis episcopus ciuitatis Appiarensis similiter
Minofilos episcopus ciuitatis Durostori similiter
Marcellus episcopus ciuitatis Nicopoleos similiter
Petrus episcopus ciuitatis Nouensis similiter
M VII 547 Dizza episcopus ciuitatis Odissæ Scythiæ similiter

Et hæc Latine quidem data est in Græco interpretata et iterum translata de Græco in Latinum. EXPLICIT

XX Sacratissimo et piissimo amatori Christi aug̃ et ⟨a⟩ deo conpetenter honorato imperatori Leoni Basilius Maximus Theoctistus Domnus Gerontius Flauianus Sabas Cyrus et Petrus episcopi primæ Syriæ. Omnibus equidem sicut lux uestra potentia ad beneficia proposita æquos radios indigentibus uelut in mensura condonat, præcipue uero illis qui amatores rectæ fidei et eandem circa deum quam uos obtinent

---

PW

1 *inscr.* EPISTVLA INFRASCRIPTIS EP̄ORVM AD LEON̄ IMP̄ *W* augg̃ *P* monofilus *P^corr W* monofilius *P* 6 et fide *om. W* 7 nos *om. P* perdura in *P^corr W* perdurari in *W^corr* perduran *P* 8 arrii *PW^corr* alii *W* toto *om. P* 10 in ephesi *W* 14 est *om. PW, corr. W* uenerabiles sacerdotes *PW* 17 concupiscimur *PW* 21 numeri *PW, corr. W* 24 principis *PW* 26 Abryti *scripsi* abrytico *PW* 27 apiarensis *PW* 28 minofilus *W^corr* dorostrii *PW* 30 nouensi *PW* 31 odysse *PW* 33 EXPLICIT LIBER [epistula *W^corr*] XVIIII *W* 34 *inscr.* EPISTL̄ SVBDVS SCRIPTIS EPORVM AD LEON̄ IMPM *W* augg̃ *P* a *om. PW* 35/36 sabascyrus *P* sabacurus *W* 37 radius *PW, corr. W* 38 eadem *PW*

pietatem, cuius præceptores quidem sunt doctores rectorum dogmatum et qui diuersis temporibus extiterunt lumina ueritatis, custos autem omnium præcipuus præes, quando et culturæ a uobis hereditatæ susceptor et fidelissimus conseruator existis. quapropter non auream in his coronam uobis offerimus nec qualem hi qui mundanarum rerum obtinent potestatem propter beneficia sibi conlata beneficiorum grates exsoluunt, sed ex famosissimis actionibus conpositam, quas consuerunt studia uirtute bonaque uita fulgentia generare. quarum natura inmarcescibilis non ad breue tempus apud suscipientes manet, sed in æternum bene agentibus præmia et ubertatem epulationis extendit. quomodo enim repensare possumus ei terrena, qui utitur cælesti prudentia? quid de nostris retribuamus illi cui diuina carpere moris est? transeant ergo paupertatis nostræ negotia ad fauoris culmen, diuina dogmata deducantur ad medium, quæ etiam uos amplectentes æternam uobis gloriam radicastis. hæc enim a nobis saluator docenda prædicauit et spiritus gratia sancta constrinxit, dudum quidem scripturis sanctis legentibus hæc prænuntians, postea uero a Nicænis patribus pro communi utilitate confirmans. non enim tempus aliquod horum fidei symbolum permutauit nec quælibet ars uerborum eorum sensus conuertit, sed uelut in quandam petram omnis hæreticorum impetus ⟨in⟩ hæc uerba percussus in spumam repente dissoluitur. siue enim creaturam dicat aliquis filium dei secundum patris naturam, per hanc fidem male sentire conuincitur, siue nostræ formæ ueritatem in eo neget, tamquam pietatis inimicus expellitur, siue sancti spiritus diuinam temptauerit permutare substantiam, uelut fidei alienus abicitur. nam hæc quasi uera lux obumbrationem nullatenus recipit falsitatis. dum enim dicit: ex eo natus est, hoc est de substantia patris ante sæcula, et non factum, consubstantialitatem confir- M VII 548 L IIII 914
mat et omnem eis qui aduerse sapiunt, fomitem impietatis excludit. rursus cum dicit: qui propter nostram salutem descendit et incarnatus est et humanatus et natus ex Maria uirgine, dispensationis interpretatur omne miraculum. similiter autem cum in spiritum sanctum unam et eandem quam in patre et filio profitetur fidem, impietatem perimit eorum qui sancto spiritui reluctantur. ex his itaque sermonibus coarmati etiam posteri ueritatis propugnatores considerantes uerborum uirtutem malis adinuentionibus fidem uiolare temptantibus linguas opposuerunt, non ipsi quicquam nouitatis et per contentionem inuenientes, sed uerbis symboli patrum uelut in acie repugnantes. his enim qui diuinitatis unigeniti naturam passibilem esse calumniantur, responsionem contrariam obiciunt inconuertibilem et inmutabilem substantiam dei docentes. eos qui primitias nostræ naturæ in unigenito respuunt, ex eodem similiter arguunt, ex ipsa nuncupatione explanantes. quod enim ad incarnationem et humanationem, nihil aliud quam adsumptionem et unitionem nostræ naturæ monstrauit. hos ita centum quinquaginta magni patres et qui uniuersale concilium Calchedonense sancti spiritus uoluntate celebrarunt, secuti sunt, unum eundemque filium et secundum diuinam et secundum humanam naturam docentes eundemque de patre secundum diuinitatem, eundem de matre secundum

---

PW

3 hereditatæ *scripsi* dilatæ *PW*   existit *PW*   4 a uobis *PW, corr. W*   4/5 qualem—grates = οἷαν χάριν   6 consuerunt *Surius* conposuerunt *PW*   11 columen *PW, corr. W*   17 omnes *PW*   in *add. Surius*   18 patres *PW, corr. W*   20 eget *W*   inimicos *PW, corr. W*   22 falsitates *PW, corr. W*   23 eum substantialitatem *PW*   24 excluditur *P*   26 interpretatus *PW*   27 scm spm *W*   28 peremit *PW*   31 quid quicquam *PW*   nouitates *PW*   36 unationem *W*   37 qui in *P*   38 uniuersalem *W*corr   concilio calchedonensi *PW* concilium calchedonensem *W*corr   celebrare *PW*

humanitatem, tamquam deum, inpassibilem, tamquam hominem, passibilem, eundem secundum quod sumptum est de nobis, consubstantialem nobis, eundem secundum natiuitatem de patre, consubstantialem genitori et hoc quod fuit ante sæcula, natura manifestantem et quod in se adsumpsit, nouissimis diebus ueritate seruantem, non alium et alium per hæc denuntiantes, sed eundem filium dominum et deum et quæcumque de eo dicuntur, conpetenter glorificantes. hanc synodum tamquam concordem illorum per omnia custodimus et eos quidem qui in ea anathematizati sunt, et anathematizamus Eutychen et Nestorium, eos uero qui in ea claruerunt, ualde laudamus et omnes absolute qui paternam sortem nobiscum una custodiunt, tamquam fratres respicimus, eos autem qui parentalem rectitudinem negant, uelut extraneos iudicamus, nihil aliud in eis amplius cogitantes. quos enim alienos fides effecit, quid oportet a nobis aliis omnino delictorum suppliciis? de Timotheo siquidem, qui Alexandrinum pontificatum et Aegyptiacæ diocesis arripuit potestatem, superuacaneum etiam aliquid dicere iudicamus. quid enim amplius dicamus de eo qui a confessione pia per ea quæ dudum et nunc agit et loquitur, sicut ex precibus uestræ maiestati prolatis osten-
M VII 549 ditur, semet ipsum fecit extraneum? denique ipse et defensores eius aperte litteris quas uestræ obtulerunt tranquillitati, bellum se habere contra ecclesiam monstrauerunt, tanta concilia, hoc est centum quinquaginta et eorum qui Calchedona collecti, abdicantes audacter. quapropter multis maximisque accusationibus aduersus eum factis non arbitramur oportere ut hæc a nobis examinentur, nisi forte etiam gentiles, qui a pietate segregati sunt, omnino culpemus quoniam non omnes ecclesiæ custo-
L IIII 915 diunt sanctiones. contra hos enim qui prima fronte alienigenæ sunt in summis rebus nequaquaquam nobis communicare propensi, decernere aliquid de reliqua conuersatione nullus derelictus est locus * * tamquam legum aliquarum transgressores castigare, dum utique alienatione fidei ab omni corpore sint abscisi et procul a rebus nostris semet ipsos abstraxerint. si quis enim in diuinis causis elegerit quæ nostræ sunt, sequi, tunc in eum definitiones canonum in reliquis delictis examinamus; si uero ⟨in⟩ ipsa summitate concordiæ communis nostræ ab ecclesiasticis legibus longe discordat, iste nimis extraneus est. de delictis autem et præsumptionibus quas nefande commisit, rei publicæ legibus et earum præsulibus secundum rationem iudicio conpetenti subditur. uestræ igitur erit clementiæ ea quidem quæ sunt pietatis, extendere et ornare et ad celsitudinem decoris euehere, ea uero quæ huic sunt aduersa, resoluere, ostendentes simul et clementiam et malignitatis abiectionem, per quæ in uobis imitatio diuina formatur ad utilitatem subiectorum cuncta disponens et ueram mansuetudinem et pacem tribuens uniuersis, quæ uestræ pietati repensationem bonorum per ea quæ geritis, pollicetur.

Basilius episcopus incolumem uestram pietatem multis annorum curriculis conseruari dei ecclesiis et Romano imperio ⟨oro⟩, religiosissime et piissime et Christo amabilis imperator

Maximus episcopus Laodiciæ similiter

PW

7 concordem *Surius* concordis *PW* 8 *malim* et nos 11 parentelam *P* 12 efficit *W* 17 defensor *PW* 18 obtulerit *P* optuleret *W* optulerant W^{corr} 20 maximis *PW*, *corr.* *W* 24 propensi *scripsi* proponunt *PW* 25 *lacunam indicaui, e. g. supplendo* neque oportet eos tamquam *Surius* tam *PW* 29 in *addidi* communis *scripsi* communiones *PW* 31 iudicii W^{corr} 32 subdetur W^{corr} 34 et[1] *P* ad *W* 36 repensationi *PW* 37 *malim* pro eis 39 oro *addidi* 41 laudiciæ *W* laudætiæ *P*

Theoctistus episcopus Beroæ similiter
Gerontius episcopus Seleuciæ similiter
Flauianus episcopus Gabalæ similiter
Domnus episcopus Chalcidis similiter
Cyrus episcopus Onosarthæ similiter
Petrus episcopus Gabbulæ similiter
Sabas episcopus Palti similiter. EXPLICIT

XXI Terræ marisque et totius generis humani domino orbis terrarum uictori et piissimo L IIII 976 M VII 623
augusto Leoni imperatori pauper Baradotus in domino salutem. Terribiles litteras
imperii uestri suscipiens per Eutropium magistrianum uestræ diuinitatis famulum
ualde gauisus sum (semper enim gratiam tranquillitatis uestræ suscepimus) eo quod
sit potestas uestra sollicita pro sanctis ecclesiis domini Iesu Christi cunctisque pauperi-
bus sub uestro imperio constitutis. propterea enim in omni imperio Romanorum
uestram pietatem deus elegit conferens uobis intellectum sapientiæ, sicut scriptum
est: principium sapientiæ timor domini, quæ sapientes mundi transcendit, Prou. 1, 7
quatenus conterat uestra diuinitas eos qui iniquissime conuersantur, et liberet iustos
de manibus impiorum. audiuimus enim quoniam incedunt lupi super greges et
rapiunt oues ab ouilibus suis et non metuunt a uoce pastorum. quapropter repente
emicat leo rugiens fitque illis ualde terribilis et pro metu leonis impetum fugientes,
quod abripuerunt, de suo redimittunt. sic ergo uestram facere condecet pietatem,
ut sicut nomen est imperii uestri, ita prædicetur in toto mundo terribile pietatis uestræ
decretum, sicut scriptum est: secundum nomen tuum, deus, ita et laudatio Ps. 47, 11
tua; sed et Salomon Dauid filius ait: similis est ira regis furori leonis et deus Prou. 19, 9
omnipotens glorificauit nomen leonis super omnia quæ in terra sunt, ut subiciat
omnes uolentes extolli contra timorem dei. scriptum est enim quia dixit deus
omnipotens Semei prophetæ ut iret ad Hieroboam regem et argueret eum in quibus 3 Reg. 12, 22. 13, 8. 9. 18. 19. 24
deliquerat, dixitque deus prophetæ ne comederet panem aut biberet aquam in illo
loco. et cum locutus fuisset propheta regi Hieroboam secundum uerba dominica
et audisset uerba mendacii et comedisset panem et bibisset aquam in illo loco, iussit
leoni deus et deposuit de asino suo prophetam et discerpsit eum et membratim in
uia proiecit, eo quod transgressus est præceptum domini. dixerat enim ei ne
comederet aut biberet, et comedit et bibit. et scriptum est quod fecit leo prophetæ,
usque in hodiernum diem. sic decet nomen pietatis uestræ terribilia ferre præcepta
in omni terra contra omnes qui præsumunt diuina mandata corrumpere. isti L IIII 977
enim sunt filii Timothei, qui latenter egit inique, necauit hominem et tulit eius
uxorem. et hæc quidem deus omnipotens eum facere noluit, sed neque uestra M VII 624
diuinitas hoc perpetrare præcepit. et cum deberent omnipotenti supplicare deo
ut qui miseretur eis, et rogare uestræ pietatis imperium ut eis cederet de sanguine
quod habent in manibus, per diuersa discurrunt fallaciis uolentes, sicut scriptum cf. 1 Petr. 5, 8
est, multos a fide recta decipere, si potuerint; faciunt etiam electos errare, sicut scri- Mt. 24, 24

PW

6 gabbi *PW* 7 EXPLICIT LIBER [epistula W^{corr}] XX *W* 8 *inscr.* EPISTVLA BARADOCHI EPI [monachi W^{corr}] AD LEONEM IMPM *W* orbi *W* 9 baradochus *PW cf.* p. 23, 15 12 sit *P* possit *W* 19 emicat *scripsi* amice *PW* 23 salamon *P* 29 audisset *scripsi* audiret *P* audire *W* audiuit W^{corr} et[2] *PW* cumque W^{corr} 30 discersit *P* 32 quid W^{corr} 34 et contra *P* 35 negauit *P* 38 et *del. W* rogaret *PW*, rogarent W^{corr} ei *P* 39 quod *ex Græco* αἷμα ὅ

ptum est in sancto euangelio. fides enim hæc recta est et inuicta, ut scriptum est:
Ioh. 1, 1 in principio erat uerbum et uerbum erat apud deum et deus erat uerbum
et ipsum uerbum inhabitauit in Maria et sicut legitur, induitur corpore de figmento
Rom. 1, 3. 4 dei patris et domini dei nostri Iesu Christi, et testis est beatus Paulus quia Iesus Christus
de Maria est natus ex semine Dauid in spiritu sancto, missus a patre qui in cælis est,
ut in mundum ueniens et ambulans renouaret omnem carnem in carne sua et resurgere
nos faceret a morte in carne sua, et omnia in eo nobis ostendit. nam et proto-
plastus homo ab eius patre fictus est et propterea postquam periit, in filiis uita quæ-
situs est. et iterum propter aduersarium diabolum, qui filius noluit fieri lucis
et propterea debellabat homines et omnem carnem hominis in concupiscentia carnis
obligabat, deus omnipotens facturam suam deperire non uoluit, sed misit spiritum
sanctum suum ad Mariam Galilæam in corpore quod ille deceperat, in quo etiam
seducebat inimicus, ut per eum deuinceretur atque confunderetur. corpus enim
domini nostri Iesu Christi omnem carnem uiuificauit, ut per corpus proprium osten-
Gal. 4, 5 deret iustitiæ templum. per ipsum enim sumus liberati, sicut beatus Paulus ait
Ies. 6, 5—7 et Esaias propheta testatur. cum enim uidisset dominum deum, ait: uæ mihi
in labiis iniquis et dominum deum uidi. et sumens angelus carbonem ignis ab
altari per ferrum posuit in ore prophetæ dixitque prophetæ angelus: transiit ini-
quitas tua. rogamus uestrum imperium ut aduersarios dicere iubeatis quare per
ferrum carbonem sustulit angelus et Esaias propheta digitis carnis adpropinquare
non potuit, quoniam urebantur, et si dicere nequiuerint coram uestro imperio et uic-
toria, etiam nos quod nobis iussit uestra tranquillitas, et dicimus cum ueritate mon-
Ps. 2, 9 strantes sicut in sanctis scripturis de uirga ferrea legitur: est enim uirga Christus,
sicut scriptum est, in igne et fit ignis. numquid possunt digiti carnis adpropin-
quare ei et non uri? sed per forfices ferreas, quæ similes ferro sunt, et dum per eas
tenta fuerit uirga ferrea, iam tunc tenetur carnis digitis nec uruntur. sed etiam
et ipsæ quæ tenent, infundunt uirgam ferream et ignem cui similis est, in aqua et
tunc possunt digiti tenere nec uri. ita factum est et in Iohanne, qui secundum
M VII 625 similitudinem artificis tenuit baptizans in aquam dominum ad similitudinem ignis,
et tunc datum est sanctis sacerdotibus dei tenere corpus sanctum filii dei et non uruntur
Sir. 29, 21 communicantes hominibus cibum æternum. legitur: uita hominis panis et
aqua, non iste panis qualem comedunt Iudæi et operarii non credentes quia est
uita hominum, sed corpus quod indutus est filius dei ex Maria uirgine et est figmen-
L IIII 978 tum dei, qui est filius dei, panis qui de cælo descendit. non enim aqua quæ ex
multis est fontibus, uita est hominum (nam sunt multi aquam non habentes), sed
aqua quæ uita hominum est, aqua est baptismatis, quæ est ex deo. sicut enim
uirga ferrea fit ignis et absque forcipe ferrea non tenetur, sic et uerbum quod erat
in principio, teneri non poterat et fieri uita hominum, nisi induisset carnem, ut in
eo corpore secundum similitudinem teneretur. non poterat autem sine corpore
hominis hoc teneri, sicut nec Esaias illud tenuit digitis carnis, quoniam nondum in-

---

PW

3 habitauit *W*corr induit *PW* 5 misso *PW* 6 mundo *PW*, *corr*. *W* renouare *PW* 7/8 protoplaustus *P* 8 factus *W* 9/10 *conicio* filii sui morte adquisitus 10 homines *PW*, *corr*. *W* 13 inimicos *PW* 15 iustiæ *P* 18 altare *PW* 19 aduersarios *scripsi* ad eos *PW* 21 uerebantur *PW*, urebatur *W*corr dicerent *PW*, *corr*. *W* 21/22 uictoriam *PW* 27 ipsi qui *W*corr uirga feream *P* cui *scripsi* qui *W* que *P* 29 baptizans in *scripsi* baptizandi *PW* 32 iste *P* est *W* 33 indutus *scripsi* intus *PW* 39 aut *P* 40 tenere *PW*

dutum fuerat carnem uerbum dei. quomodo enim ostendere poterunt, ex quo
est plasmatus Adam usque dum uenisset Christus et indutus fuisset carnem ex Maria
uirgine, quia potuit quisquam electorum tenere uerbum, quod ante luciferum est, Ps. 109, 3
sicut multi nunc comedunt? numquid non diligebat deus, sicut diligit nunc eos qui
in hac generatione sunt? diligebat eos et in eis ualde gaudebat. sicut enim sapiens
artifex massam fermentat et non repente eam consparsione permiscet, sed spatio
alicuius momenti quiescit et tunc sumens consparsionem fermentat eam et ita amicis
suis præbet ad comedendum, ita nunc gestum est, ut sufficiant hæc exempla non
credentibus. Abraham cum dixisset Sarræ ut faceret fermentari sata tria, non Gen. 18, 6
dixit ei nomen, eo quod non erat fermenti consparsio. et cum uenisset
dominus et donasset gratiam patris, ait: simile est regnum cælorum homini qui Lc. 13, 21
accipit farinæ sata tria et abscondit in eis modicum fermenti. quis enim
prophetarum antiquorum aut nouissimorum dixit ut misceretur consparsione
fermentum nisi ipse Christus, qui uenit, ut diuinitas eius uoluit, et permiscuit
plasma patris secundum uoluntatem patris sui, sicut scriptum est: ueni facere Ps. 39, 9
uoluntatem tuam, deus? scimus enim quia uerbum in principio erat ante
plasma et ante solem et sic mansit donec plasmati opus esset; nam est fermentum
mundi ante plasma. quod autem præsumpserunt atque locuti sunt coram
uestræ serenitatis imperio, sicut didicimus ex his quæ conscripta sunt, quoniam
dicunt sufficere sibi concilium ⟨in⟩ Nicæna urbe celebratum et nequaquam in
Calchedonensi concilio consentire, exprobret eis uestra diuinitas per sapientiam sanctorum apostolorum, qui dum congregati essent in Hierusalem præter Paulum apostolum, omnes simul librum Actuum conscripserunt propter fidem domini Iesu Christi
et permanet in sanctis ecclesiis quod scripserunt, et post multos annos uenerunt
ex eis in magnam ciuitatem Antiochenam et uenit simul beatus Paulus ad eos et M VII 626
congregatis eis in sancta magnaque ecclesia surgens beatus Paulus, sicut scriptum
est, arguit beatum Petrum coram omni ecclesia, sic enim dixit Petro: si tu, cum Gal. 2, 14
sis Iudæus, in præputio uiuis, quomodo cogis gentes Iudaice uiuere? et
non contradixit Petrus et reliqui apostoli Paulo, sed uerba Pauli cum gratia susceperunt permanentes in uera fide, quæ per Paulum eis adiecta est. et si isti [qui]
cum essent lumina mundi et multo tempore cum Christo domino conuersati, susceperunt sermonem Pauli, quem in nouissimo deus elegit, quanto magis debent qui
missi sunt a Timotheo ad uestrum imperium, suscipere doctrinam sancti concilii
et beati semperque memorabilis Marciani et quæcumque iusta sunt de uera fide ⟨a⟩ L IIII 979
Calchedonensi disposita ⟨concilio ? illi⟩ uero nequaquam maligna sua machinatione
consentiunt in sancto concilio et in prophetis aut in apostolis. sufficit beatus
Dauid exprobrans et confundens non consentientes suscipere uerbum dei * *, quam
cottidianis diebus in suis auribus audiunt. ait enim Dauid: ante solem fuit Ps. 71, 17
nomen eius, et quando natus est de sancta uirgine Maria, dixit ei denuo deus omni-

---

PW

1 carne *W*corr 6 consparsionem *PW* permiscit *PW*, *corr.* *W* sparcio *P* spartio *W* sparsio *W*corr 9 fermentari *scripsi* fermenti *PW* 10 fermenti *scripsi* fermen *PW* fermento *Surius* conspersum *Surius* 11 dominus *scripsi* ds̄ *PW* simili *P* 13 consparsioni *PW* 17 dn̄o [dō *P*corr] hæc *PW* donec hoc *Surius* plasmati *scripsi* plasmate *PW* est *scripsi* et *PW* 20 in *om.* *PW* 21 exprobet *PW* 29 contradicit *W* 30 qui *deleui* 34 a *om.* *PW* 35 concilio illi *addidi* 37 exprobans *W* consentientes *scripsi* sentientes *PW* *lacunam indicaui e. g. supplendo* eiusque fidem

Lc. 3, 22 potens: ego hodie genui te. et metuendum est atque terribile putare mentiri
deum in sermonibus suis quibus ait: ante solem fuit nomen eius, et iterum cum
Ps. 86, 5 natus esset de Maria uirgine: ego hodie genui te. sed rursus ait: in Sion nomi-
Ps. 109, 1 natus est et ipse fundauit eam, et ipse Dauid in sancto spiritu ait de ipso: dixit
dominus domino meo, sede a dextris meis. hæc ergo quæ thesaurizauerunt
nobis apostoli et prophetæ et iusti habitantes in montibus et in speluncis, qui pla-
cuerunt in conspectu dei, ea scripsimus uestræ pietati ad gloriam dei et Christi et
spiritus sancti. et dudum quidem sancti et uenerabiles archiepiscopi uestræ tran-
quillitati ueram fidem scripserunt et de ⟨Nicæna et de⟩ Calchedonensi concilio; similia
enim sunt coram deo. sicut enim [deo] testamentum uetus et nouum similia sunt
coram deo et qualis fuit oblatio Abraham prius et Iob in medio et sanctorum nouissime
offerentium, ita suscepit deus legislationem sancti concilii prioris et posteri. uellem
Gen. 22, 13 autem ut iuberet uestra diuinitas coram se filiis Timothei: Abraham unum agnum
Iob 42, 8 obtulit et suscepit deus et lætatus est, et Iob VII agnos et VII boues unam oblationem
cf. Lc. 11, 5 Ioh. 21, 9. 13 deo et suscepit deus et lætatus est, et sancti apostoli tres panes, qui sunt corpus Christi,
et suscepit. quid putas dicturi sunt Timothei filii? similis est ouis Abraham
illis quattuordecim quæ obtulit Iob. an certe dicturi sunt quia non fuit similis
una ouis Abraham illis XIIII Iob? iam nos omnes filii Abraham sumus, uocati in
uera fide; sed Abraham et Iob, qui placuerunt deo, minime hoc baptisma susceperunt.
numquid nos diuisi sumus ab eis? absit, sed credimus quia et ipsi et nos filii sumus
omnipotentis. sic decet credere uestrum imperium et ueram statuere fidem.
M VII 627 deus enim perfectus est et non possunt homines perscrutari et inminuere diuinitatem
eius. sicut enim solem non potest quilibet minuere aut mutare, sic nec factorem
solis poterit in æternum.

Hæc cum tremore scripsi uestræ pietatis imperio septima et uicesima die Augusti
a. 458 mensis anno secundo imperii uestri indictione X. saluto uestram diuinitatem et
omnes diligentes tranquillitatem uestram et deprecor omnipotentem deum ut statuat
uestrum imperium longæuis in hoc mundo temporibus et in futuro sæculo coram
deo. [per secundæ Syriæ] EXPLICIT

L III 915 M VII 550 XXII Religiosissimo atque piissimo et Christianissimo augusto et honorato conpetenter
a deo imperatori Leoni Epifanius Eusebius Elias Diogenis Maximus Paulus et Magnus
episcopi secundæ Syriæ. Ostendit, piissime principum, dominus omnium Christus
amorem circa sanctas ecclesias suas eximium et ad terminum etiam nunc adduxit pro-
Mt. 16, 18 missionem qua in sanctis euangeliis Petro dictum est: tu es Petrus et super hanc
petram ædificabo ecclesiam meam et portæ inferni non præualebunt
aduersus eam, quando uestram tranquillitatem pii imperii augusta ueste circum-
dedit. et mirabile non est. nam cum deus sit, et sine mendacio uerba protulit
et firmas promissiones suas semper ostendit. unde uos largitorem potestatis
optime cognoscentes ea quæ gloriam eius declarare nouerunt, hæc statuere laborastis
confidentes quoniam ex hoc uestræ gloriæ culmen augebitur, dum eum qui glorifi-
cauit, glorificare denuo festinatis. quapropter nos beneficiorum uestrorum culmen

---

PW

1 terribilem *P* 9 Nicæno et de *addidi* 10 deo *deleui* uestus *P* 14 agnos *Pcorr* agnus *P* agnas *W* 17 quia *W* qui *P* 24 poterint *P* 25 imperii *PW* 26 uestri *om.* *W* X *PWcorr* est *W* 29 per—Syriæ] *intrusa sunt ex epistula quæ sequitur* EXPLICIT LIBER [epistula *Wcorr*] XXI *W* 30 *inscr.* EPISTVLA INFRA SCRIPTIS EPORVM AD LEON IMP *W* augg *P* 39 laborastis *Pcorr* laborastes *P* laborantes *W* laboratis *Wcorr* 41 festinantes *PW*, *corr.* *W*

experti pro pietate uestra diuinitati incessabilibus orationibus subplicamus ut suo decreto terrarum orbi gubernatorem donatum longo tempore conseruare dignetur ad exultationem sanctarum ecclesiarum et æternam constantiam rerum. confidimus L IIII 916 autem quoniam nostras suscipiet preces uidens nos pro sua gloria cogitantes et propterea orationes pro uestro facientes imperio. igitur dignatum est uestri culmen imperii piis syllabis indicare ut adfectum quem circa fidem habemus, aperiamus. conplentes ergo quod scriptum est, sine aliqua dilatione uestræ sanctioni uelociter obœdimus. ait enim: parati semper ad satisfactionem omni petenti uos 1 Petr. 3, 15 rationem de spe quæ in nobis est. et si unicuique, piissime principum, iubet sermo diuinus de pietate proferre cum præparatione responsum, quanto magis nobis, qui propter communem utilitatem hoc facere festinamus? significamus ergo quam sententiam habemus circa uenerabilem confessionem et quæ concilia uera decernimus, quæ hanc fidem firmam esse per sanctas scripturas adseruerunt. est itaque prima quidem synodus post apostolicam fundationem uelut crepido quædam immobilis trecentorum XVIII patrum quæ Nicæa sub diuæ memoriæ Constantino collecta est et Arrii uesaniam publicauit et consubstantialitatis scientiam cunctis aperuit, post illam uero centum quinquaginta patrum quæ in regia Constantinopolim congregata M VII 551 est, quæ deum sanctum spiritum declarauit aperte * * confessionem et his duabus consentire ea quæ in Epheso sunt prius gesta, didicimus. post quas sanctas et uniuersales synodos et eam quæ Calchedone celebrata est cum summa integritate et tradi per omnia * * festinauit, tamquam uoluntate dei dicimus et congregatam pariter et firmatam. rectam enim et inmaculatam adseruit fidem nihil ulterius dici aut sanciri consentiens quam ea quæ posita sunt in uenerabili symbolo CCCXVIII patrum. hæc autem et dudum scripsimus uestræ potentiæ cum subscriptionibus subditis reuerentissimorum episcoporum prouinciæ destinantes. quia uero et de Timotheo, qui Alexandrinorum ecclesiam quadam fluctuatione commouit, nos significare sancistis, sacratissimas regulas sequentes et his edocti per dei gratiam ecclesiastico tramite nostræ ⟨uitæ⟩ peragere tempus, auctorem homicidii et adulterii hunc talem operarium esse decernimus legentes ea quæ precibus sanctissimorum episcoporum uestram maiestatem adeuntium continentur. ex quibus etiam nos extincti super eum decretum tale protulimus, uiuum et efficacem et penetrantem super omnem gladium bis acutum Hebr. 4, 12 proponentes dei sermonem et licet neque ab initio possederit (nam quomodo habere potuit quæ secundum quod scriptum est, non accepit?), tamen alienum eum a cuncta 1 Cor. 4, 7 dicimus sacerdotii dignitate. uestræ igitur pietatis est sanctissimum etiam in hoc agere zelum et illa sancire quæ legibus et sacris canonibus * et cunctis dei ecclesiis pacem conferre uideantur.

Incolumem pietatem uestram multis annorum curriculis conseruari dei ecclesiis et Romano principatui deprecamur, religiosissime et Christo amabilis imperator.

PW

1 proprietatæ *P* uestræ *PW* 8 omnipotenti *P* 9 spem *P* 10 responsum *post* magis *repetit P* 11 communionem *P* 15 nicena *W* in nicea *W*corr 16 arii *PW*, *corr. PW* aperuit *Surius* apparuit *PW* 18 aperte confessionem *PW* aperta confessione *edd. Romani; uidentur aliqua excidisse e. g.* ⟨per communis adorationis⟩ confessionem 20 synodus *PW*, *corr. W* ea *PW* 21 *lacunam indicaui e. g. supplendo* ueram doctrinam tamquam *W* quam *P* uoluntatem *PW* 23 sancire *W* trecentis [tricentis *W*] XVIII *PW* 27 pro *PW*, *corr. W* gratia *P*corr 28 uitæ *addidi* hunc talem = τὸν τοιοῦτον 30 *conicere possis* exciti 31 talem *PW* uiuum *scripsi* cum *PW* 33 qui *W*corr 35 egere *P* *lacunam indicaui e. g. supplendo* congruant 37 conseruare *PW*

Epifanius episcopus ⟨Apamiæ
* episcopus *
* episcopus⟩ Epifaniæ similiter
Eusebius episcopus Arethusæ similiter
Elias episcopus Seleuciæ similiter
Diogenis episcopus Larissæ similiter
Magnus episcopus Mariammæ similiter. [Euphratisiæ] EXPLICIT

L IIII 917 M VII 552 XXIII Deoamantissimo et piissimo atque Christianissimo augusto digne a deo coronato imperatori Leoni Nonnus Damianus Iohannis Abramius Iohannis Petronius Helias Basilius Abramius episcopi Osroenæ prouinciæ. Non est mirabile, o uictores atque Christianissimi principum, ut qui de super sceptrorum potentiam sumpsit, cum consilio dei, qui hæc præbuit, cuncta faciat atque dicat et immobilia sacerdotii iura custodiat nihilque patiatur propter multam mansuetudinem rerum sibi conpetentium præter eius decernere uoluntatem. et hoc maximum est inter alia nimis indicium quod designant etiam litteræ uestræ quas nuper nobis dirigere tranquillitas uestra dignata est, per quas ea quæ crudeliter sunt præsumpta contra sanctas regulas a Timotheo, qui tyrannice sedem diuinitus sacerdotibus condonatam tenuit in Alexandrina ciuitate, cognouimus. omnium enim iniquitatum res plenæ sunt et piæ intentioni uestræ tranquillitatis et inmaculatæ fidei ualde contrariæ. uos enim ex quo purpuram et coronam geritis, orthodoxa lumen, ecclesiarum omnium domini Christi diuersam semper habuistis curam, quæ uero in Alexandria gesta sunt, sicut preces continent eorum qui eas pietatis uestræ apici obtulerunt, omnem transcendunt iniquitatem. uos fidem orthodoxam custoditis scientes ab ea optime commoneri, Timotheus autem ad eius destructionem nihil quod non præsumpsit. uos pacis estis auctores, illi nouorum certaminum inuentores. uos sine sanguine subiectos uiuos uirtute dei legibus custoditis, illi nutricem suam pontificali sanguine conpleuerunt. uos cum benedictione conpetenti ad diuina loca semper acceditis, illi principium sceleris ibidem commiserunt. quomodo ergo possibile est his ita se habentibus aut humilibus nobis aut uobis pie regnantibus inter sacerdotes constituere harum rerum auctorem? et de Timothei quidem causa hanc sententiam nos habemus; ut autem correctio in eo fieri debeat, estis uos domini per auctoritatem imperii, quam estis iustitiæ suffragio consecuti. de sancto autem concilio Calchedone celebrato, ex quo semet ipsos penitus absciderunt, id est Timotheus et huic similia sapientes, ad peremptionem dogmatum bene expositorum a beatis patribus in Nicæa collectis,
M VII 553 quæ etiam idem sanctum Calchedonense concilium confirmauit, non infirmauit, conroborauit et non subuertit, laudauit et non infregit; quid oportet aliquid nos ⟨docere⟩ uel dicere, orantes cum his quæ ab illis decreta sunt, quibus etiam præfulget symbolum a sanctis patribus in Nicæna urbe signatum, et uiuere et uitam huius sæculi terminare? ab illo enim nos sancto et beato concilio nullus præter mortem poterit separare,

PW

1—3 *lacunas indicaui et suppleui* Apamiæ cl. p. 22, 36; *exciderunt* Maximus *et* Paulus, *cf. p.* 38, 31 7 Euphratisiæ *irrepsit ex epistula quæ olim sequebatur, cf. p.* 38, 29 EXPLICIT LIBER [epistula XXII W^{corr}] VICESIMVS SECVNDVS *W* 8 EPISTVLA INFRA SCRIPTIS EPORVM AD LEON IMP *W* 10 hosrenæ *PW* 12 dicat *om. W* 14 eis *PW* 17 alexandrinam *PW*, *corr. W* 17/18 ciuitatem *P* 20 orthodoxa [orthodoxam W^{corr}] lumen *PW* *coniecerim* orthodoxiæ alumni 22 pietatis—apici *Labbé* pietati—apices *PW* 23 custodite *PW* commoniri *P* 24 ab *PW* distructione W^{corr} estis *Surius* setis *W* sedes *P* 30 causa *om. P* 31 autem *edd. Romani* aut *PW* 32 celebratum *PW* 36 quid *W* quod *P* nos *Surius* uos *PW* docere *addidi* 37 prefulgit *PW*

quoniam et uos, tranquillissimi, quæ ab his sancita sunt, optime uestris syllabis confirmatis.

Nonnus episcopus Edessenæ metropolis incolumem uestram pietatem multis annorum curriculis conseruari dei ecclesiis et Romano imperio dominus præstet Christus, piissime et Christianissime amabilis imperator.
Damianus episcopus Callinici similiter L IIII 918
Abramius episcopus Circisii similiter
Basilius episcopus baliensis similiter
Iohannis episcopus Carrensis similiter

XXIIII Religiosissimo atque piissimo et Christianissimo augusto et a deo coronato et
honorato imperatori Leoni Maras Maronius Noe Eusebius turuhius balursachius Maras
Abramius episcopi uestræ Mesopotamiæ regionis. Omnium Christus ⟨dominus⟩
atque saluator, qui humanum genus tamquam facturam propriam miseratus ab impietatis profunditate et ignoratione peccati ad celsitudinem scientiæ pietatis euexit
et lumen quidem ecclesiam suam, id est corpus fidelium nominauit, inuictam uero Mt. 5, 14
eam etiam inferni portis esse constituit et operationibus eam tamquam deus undique Mt. 16, 18
roborauit. non solum per piscatores discipulos suos magnum mysterium ueritatis
adnuntiantes, non eam humanæ prudentiæ uerbis, sed cælesti sapientia et ignea sancti Act. 2, 3. 4
spiritus lingua fundauit et auxit, sed etiam per pios postea principes et conlaborantes piscatoribus ad prædicationem pietatis euexit. quorum pii imperii successorem et fidei salutaris heredem etiam nunc suis donauit ecclesiis et omnibus quæ sub cælo sunt, rebus tranquillissimam Christianitatis uestræ potentiam ad confirmationem ecclesiasticæ pacis saluantis uos spe simul et fide et constantiam totius orbis terrarum et pelagi rationalis fidelium populorum. igitur a deo propter insertam uobis fidem ac pietatem regalia sceptra suscipientes, Christianissimi principum, mansuetudine atque clementia largitorem remuneratis imperii, quando pro humana salute et ecclesiarum pace cum sacerdotibus Christi curam congruam ante alias cogitationes et
beneficia tamquam pii principis exhibetis et ut fideles Christi sacerdotes regalibus M VII 554
uestris et piis litteris honoratis eosque ad hanc utilitatem participes uos habere non piguit. huic ergo consilio obœdientes uoluntati ac prouidentiæ uestræ potentiæ altam pacem et longæuam optantes uitam, congregati in uestram Mesopotamiam ex his quæ apud uos pio proposito gesta sunt, nostram sententiam declaramus. sanciuit itaque Christianitatis uestræ potestas ut relegentes oblatas uobis aduersus Timotheum preces syllabis pietatis uestræ subiectas indicaremus uestræ tranquillitati quam de eo sententiam habere possimus, cum dei uidelicet hoc timore facientes. quas preces non sine dolore nec sine lacrimis relegentes et scelus non modicum et narrationem auribus terribilem in eis inuenientes nihil aliud præter hoc dicimus, Christianissime principum, quod sufficit omni auditui et menti fidelium, in his quæ nefande

---

PW

5 Christianissime amabilis *mala, sed non infrequens translatio uocabuli Græci* φιλόχριστος 6 callinicis *PW* 8 baliensis *PW scribendum uidetur* Batnensis 9 carensis *PW* EXPLICIT LIBER [EPISTVL *W*corr] XXIII 10 *inscr.* EPISTVLA SVBDVS SCRIPTIS EPORVM AD LEON IMPM *W* augg *W* coronato et *om. P* 11 turuhius *P* tyrannius *W* tyrunius *W*corr; *idem esse uidetur atque qui* p. 42, 34 *dicitur* Riticius balursachius *PW nec hoc nomen emendare audeo, quamquam in primis litteris sine dubio latet idem quod* p. 42, 35 *scribitur* ualerus *siue* ualaras 12 dominus *addidi* 18 sapientiæ *P* 19 principis *PW, corr. W* 23 fidei *PW* 25 ac *scripsi* hanc *PW* 26 clementia largitorem *Surius* clementiam largiorem *PW* 28 fidelis *PW, corr. W* 34 subiectis *W*corr 38 quod *Labbé* qui *PW* mente *PW*

a Timotheo gesta sunt, cum hæc uere probentur, iustam contra eum habere uos
indignationem et pias leges uestras erigere [et], ut sacerdotes Christi lugeant eum
qui talium rerum cooperator effectus est, et hoc in schemate sacerdotis, cum utique
neque possit esse neque laicorum communionem ⟨habere⟩ fidelium, non quia sacer-
dotis et hominum sibi debeat nomen inponere. igitur de rebus tristitia plenis et
L IIII 919 fletibus hæc a nostra humilitate ad notitiam pietatis uestræ perducta sunt, cum
Prou. 21, 1 possitis per sapientiam uobis a deo conlatam, quando in manibus eius uestra corda
seruantur, et cogitare decenter ⟨et⟩ ecclesias Christi ab huiusmodi scelere liberare.
de spe autem et fide quæ in nobis est, in qua nutriti sumus et in qua ex hac uita
oramus abire, confessionem quam habuimus et habemus, mansuetissime principum,
sequentes principaliter et uelut super firmissimum fundamentum nostra uerba et
uitam super euangelicam et apostolicam prædicationem trinitatis ædificantes, deinde
et expositam a sanctis patribus qui in Nicæa collecti sunt, sequimur fidem, reuerenter
autem et uelut tutamen nostræ uitæ etiam sanctum concilium quod Calchedone cele-
bratum est, optinemus atque seruamus, quod nihil in symbolo fidei expositæ Nicæa
a sanctis trecentis XVIII patribus est adiectum. sancta siquidem Calchedonensis
synodus impietatem hæreticorum singulorum temporum abdicauit et prædicationem
trinitatis confirmare secundum diuinas scripturas et piissimorum patrum exposi-
tiones atque traditiones per omnia festinauit. hæc et de fide et de spe quæ in nobis
pro satisfactione est, etiam cum timore dei manifesta uestræ facimus potestati, hæc
tamquam solita saluare defendimus, hæc cum sacerdotibus Christi pietas uestra
tenens atque confirmans in pace imperii retinacula gubernabit, ecclesiam Christi
M VII 555 immobiliter conseruando regni cælorum arras firmissimas possidebit et nos sacer-
dotes et populos fideles cum studio magno clamare faciet ad dominum Christum:
Ps. 19, 10 saluum fac, domine, regem tuum et exalta cornu eius imperii, quod est et erit
gloria tuorum, domine, sacerdotum, simul et ecclesiarum tuarum.

Maras episcopus uestræ Mesopotamiæ incolumem uestram pietatem multis annorum curriculis conseruari ecclesiis dei, Romano pariter optamus imperio, religiosissime et Christo amabilis imperator

Zoras episcopus similiter
Maronius episcopus similiter
Noe episcopus similiter
Eusebius episcopus similiter
Riticius episcopus similiter
Valaras episcopus similiter
Maras episcopus similiter
Abramius episcopus similiter EXPLICIT

XXV Deoamantissimo et Christianissimo et a deo decenter honorato imperatori Leoni Dorotheus Eustathius Megas Theodorus Rufinus Cassius Paulus Heraclitus Antiochus Nonnus Magnus Thomas episcopi oræ maritimæ Phœnicæ in domino

---

PW

2 legis *PW, corr. W* et *deleui* 4 habere *addidi* non quia = μὴ ὅτι 6 notiam *P* 7 positis *P* 8 et^{2} *addidi* ad *PW, corr. W* 10 abire *PW* habere P^{corr} 15 exposita *PW* in nicea W^{corr} 18/19 expositionis *PW, corr. W* 19 traditionis *PW, corr. W* 20 satisfactionem *PW, corr. W* est *om. PW, corr. W* 22 gubernauit *PW* 24 populus fidelis *PW* 25 cornum *PW, corr. P* 35 ualarus *P* 37 EXPLICIT LIBER [EPISTVLA W^{corr}] XXIIII *W* 38 *inscr.* EPISTVLA INFRA EPORVM SCRIPTIS AD LEONEM IMPERATOREM *W* domino amantissimo *PW* 41 Antiochus] *idem uidetur atque qui in subscriptione inuenitur Atticus*

salutem. Glorificat quidem omne genus humanum dominum Christum, quoniam scriptis uestræ pietatis lætari promeruit, plus autem conlaudat deum chorus sacerdotum, quoniam uestris bonis in communi participatur et quia rursus ratione præcipua honorem uobis ipsis debitum promeretur. decebat enim eum qui culmen imperii diuina largitate sortitus est, dei sanctas ecclesias uenerari. optime namque con- L IIII 920
fiditis quoniam his bene dispositis omnis manus hostium uertitur in timorem et qui pridem inprudenter resistere didicerant, propter uestræ fidei magnitudinem confusi uenient ad ruinam. imitatores enim eorum principum constituti, qui iustitia et æquitate claruerunt, facillime rebus præsentibus præualebitis. pro dei siquidem legibus dimicastis uelut integri custodes earum et sanctorum habentes curam æquo cum eis honore fruemini cogitantes ut nullius hominis disciplina minor inueniatur, et pro subiectorum quiete præcipuam studentes habere sollicitudinem. et hæc quidem quantum ad consolationem pertinet corporalem, pro eius utilitate gerere uestra serenitas non quiescit, potiorem uero habet industriam ut fidei orthodoxæ cultus in hominum animabus oriatur, quatenus a uestra pietate adducantur regi regum qui a deo, ut essent, plasmati sunt. hanc itaque deuotionem possidens M VII 556
apud deum et sanctas ecclesias multiplicare cottidie studens uestra tranquillitas sequendo quidem reuerendæ memoriæ et in sanctorum choro laudantem et ⟨glorificantem deum⟩ Constantinum et tenendo uestigia piæ memoriæ Marciani pro pace ecclesiarum maximam diligentiam gerit uestra religio. quapropter sancire dignati estis ut per uniuersos prouinciarum episcopos [ut] manifestum uestræ tranquillitati fiat quam uoluntatem habemus de glorioso concilio Calchedone celebrato. qua de re nostram aperte sententiam declaramus quia nulla ratione aut modo discordat ab expositione sanctorum patrum ⟨Nicæa⟩ congregatorum. nec tamquam minus habeat doctrina maiorum qui Nicæa fuerunt, hoc gestum est, sed ut per Calchedonense concilium illorum expositionis reueletur intentio. quia enim alii aliter et, ut uolunt, piis syllabis uiolenti sunt et familiarem malæ sectæ nequitiam immaculatæ fidei superinponere moliuntur, huius rei gratia pestiferam eorum et callidam redarguens uoluntatem et omnem putatiuam opinionem dominicæ inhumanationis abdicans eos qui prodigiose non ex dei genetrice uirgine esse nostrum fermentum credunt, destruxit et uesanam rabiem figmenta talia cogitantium publicauit. neque enim augmentum aut correctionem ⟨aut⟩ imminutionem aut decisionem fecit Calchedonense concilium patrum spiritali concordia collectorum. est enim et ex hoc indicium sumere manifestum eo quod diuino decreto et adprobatione cuncti conuenientes rectæ confessioni in his quæ sunt placita, consenserunt et nulla dei gratia est secuta discordia. et de his quidem, ut congruit, indicauimus immobiliter nostram sententiam roborantes et scientes quia omnipotenti deo ualde placemus et uestræ maiestati hoc modo satisfacimus, quando nihil contrarium nec extraneum a Nicænorum patrum symbolo sectatur Calchedonense concilium diuinitus inspiratum, sed ⟨quo⟩ magis dictis maiorum consonat atque concordat, ita contra maliuolos semper amplectitur. de eo

PW

4 quia *PW* 6 timore *PW* 8 emitatores *PW*, *corr. W* 10 custodes W^{corr} custodis *W* custodiis *P* 11 nullius hominis *Surius* nullus homini *PW* 12 studetis *PW* 14 ut *W* et *P* 18 chorum *P* coram *W* curam W^{corr} et^{2} *del. W* 18/19 glorificantem deum *addidi* 21 ut^{1} *W* et *P* ut^{2} *del. Surius* 22 celebratum *PW* 23 nostra—sententia *PW* 24 Nicææ *add. Surius om. PW* ne *P* 25 in nicæa W^{corr} 26 expositiones *PW* 28 rei *W* regi *P* 30 genetrici *P* 32 aut^{2} *om. PW* 36 congruet *PW* 37 magestati *PW*, *corr. W* 38 symbolum *PW*, *corr. W* 39 sectantur *PW* quo *addidi*

siquidem qui episcopalem uocationem Alexandrinæ ciuitatis abripuit, sicut eum preces oblatæ plurima contra patrum regulas fecisse designant, hoc tantummodo dicimus
L IIII 921 quia secundum ea quæ precibus sunt inserta, mensuras ecclesiasticæ uindictæ transcendit. cur enim dicat quilibet ut ei dignitatis nuditas inferatur alicuius, quam neque primitus habuit nec illi post hæc accessit? hic enim, sicut preces de eo edocent, et legum et ecclesiasticorum canonum pro nihilo habuit sanctiones. et quæ aures sceleris huius dicta non respuant? quæ lingua ea quæ scripta sunt in illis precibus,
M VII 557 explicare cuncta præualeat? uestræ siquidem solummodo erit iustitiæ atque sapientiæ cogitatio celerem terminum rebus inponere. quod autem nunc nostram mentem effugerat, non erit reminisci superfluum. quia enim quasi gloriantes hi qui pro eo petitiones obtulerunt, dixerunt eo quod Timotheus symbolum trecentorum XVIII patrum, sicut adfirmauerunt, amplectitur, ex hoc apparebit hæc ⟨fecisse⟩ simulatione ⟨et⟩ adrogantia magis usus. nam qui præter eorum formam ac terminos inuerecunde omnia perpetrauit et aperte contra eos bella suscepit, illos primitus inpugnauit, in quorum minime constituta permansit. igitur, piissime imperator Leo, uestrum est ut in eum formam congruam deferatis. extingue, armiger dei, sicut tuæ conuenit religioni, impetus frequentium tempestatum et sanctis ecclesiis dei ita dispone pacem, quatenus pro uestra potentia et omni sacro palatio et uictoria fidelis exercitus orationes suas emittant pro omni uitæ uestræ tempore, quam deo placeat conseruare.

Dorotheus episcopus Tyri incolume pium uestrum et Christianum imperium pro beneficio et pace cunctarum ecclesiarum sancta trinitas custodire dignetur, piissime et Christo amabilis imperator

Eustathius episcopus Berytiorum similiter
Megas episcopus Sidonis similiter
Theodorus episcopus Tripolis similiter
Heraclitus episcopus Arcæ similiter
Nonnus episcopus Orthosiadis similiter
Atticus episcopus Aradi et Constantiæ similiter

XXVI Deoamantissimo et piissimo atque Christianissimo domino totius orbis terrarum et a deo decenter honorato imperatori Leoni Iohannis Vranius Petrus Iohannis Iohannis Thomas Dada Eusebius Theodorus Abramius Petrus et Eustathius episcopi
Prou. 21, 1 Phyniciæ secundæ Libanisiæ. uere cor regis in manu dei et cor dei in consilio regis. propterea qui ab eo imperii retinacula sunt sortiti, numquam decipiuntur, subiectorum autem magna sollicitudine gubernantes * * dei enim cor habent, unde possident donum sapientiæ atque solatii, unde meruerint coronari. ex illa siquidem manu, rerum domine, adeptus sapientiam habes immobilem atque robustam in te fidei rectæ crepidinem. igitur consulere nos uestra serenitas pia sanctione dignata est de immaculata fide quæ in nobis est, quam uideamur habere uoluntatem. hoc enim nos docent apostolicæ sanctiones quod a patribus sanctis caute percipimus

---

PW

2 ablatæ *W* ablata *P* 4 dignitates *PW* alicuius *scripsi* aut cuius *PW* 12 fecisse *addidi* 13 et *Surius om. PW* 19 fideles *PW, corr. W* 21 incolumem *PW* 27 arcæsi *PW* 29 Aradi et *scripsi* aradiæ *PW* Κωνσταντῖναι Hierocl. 716, 7 *subscr.* EXPLICIT LIBER [EPISTVLA *W corr*] XXV *W* 30 *inscr.* EPISTVLA EPISCOPORVM INFRA SCRIPT̄ AD LEONEM IMPERATOREM *W* 31 ueranius *PW* 31/32 iohannis *om. P* 33 phuniciæ *P* 35 *lacunam indicaui* 36 unde[1] *W corr* inde *PW* 37 habens *PW*

tam ab his qui Nicæa per sanctum spiritum congregati sunt et quæ sunt sancti M VII 558 spiritus, ibi sanxerunt, quam a centum quinquaginta patribus, qui cum eo spiritu L IIII 922 inimicis eiusdem spiritus corde pacifico restiterunt, nec non et de beatis patribus Calchedone collectis, qui superiora quidem concilia multitudine transcenderunt, nihil autem horum quæ ab illis recte probata sunt, reliquerunt quod non competenter insinuarunt. si enim ea quæ a patribus Calchedone congregatis sancita sunt, infirma iudicauerimus, et ea quæ Nicæa decreta sunt, sine dubitatione destruimus. horum namque illa non peremptio, sed robur existunt. si autem ea quæ Nicæa constituta sunt, uel usque ad unum sermonem refutare uoluerimus, et apostolorum sanctiones deleuisse uidebimur. ubi enim fundamentum rectæ et immobilis fidei posuerunt sapientissimi architecti, illic prædictorum patrum sanctiones ædificatæ sunt. qua gratia nostras animas non negamus neque sanctos patres aut quæ ab eis noscuntur esse sancita. de sancto quidem Calchedonensi concilio et quæ illic pie definita sunt, hanc nos habemus cum uestra pietate sententiam; de impia uero tyrannide Timothei Aegyptii, qua usus sacerdos equidem factus non est, sed potius ecclesiæ adulter apparuit, quid dicam? [qui] eam quam saluator proprio sanguine liberauit, ille pontificali sanguine uoluit adipisci et factus est non pastor ouium Christi sed inportabilis lupus, non pater sed parricida, non sponsus sed thalami uiolator. hæc enim omnia continentur in precibus tranquillitati uestræ porrectis, quas relegentes amare fleuimus. quomodo enim ingemescere non poteramus audientes hæc in canonum subuersionem fuisse commissa et per mutationem ecclesiasticarum sanctionum et disciplinæ digressionem, sacerdotum necem, sacrorum, quantum ad præsumptiones attinet, pollutionem? nam licet sacræ ⟨res⟩ omni uiolatione sint liberæ, uerumtamen audacium nisus * eorumque conscientia uiolata est Tit. 1, 15 secundum apostoli dictum. hæc itaque de illius præsumptione proferimus, quoniam non est fas ut uestræ fidei tranquillitas hunc ⟨uenia⟩ dignum debeat iudicare. qui enim rebus diuinis inlusit, magis autem tyrannidem et ⟨uim⟩ intulit quique huiusmodi malis semina ministrauit quidem, monstrauit etiam posteris causas scandalis plenas et suæ malitiæ imitatores effecit, nequaquam nos uocamus sacerdotem aut suis criminibus innoxium esse decernimus. nos itaque ex his quæ agnouimus, omni uenia hunc uirum exuimus; uestra Christianissima maiestas de ciuitatis illius emendatione deliberet. quicquid enim uultis, mansuetissimi domini, adimplere poteritis. pio namque principi nihil inpossibile, quod non possit modo pietatis adimplere. dominus enim uniuersorum gubernat imperium et ipse auctoritate sua increpauit fluctuanti mari ut quiescat, et tam uobis mundi rectoribus quam eis qui Mt. 8, 26 M VII 559 reguntur a uobis, suo imperio tranquillitatis pignora condonauit.

Iohannis episcopus incolumem uestram pietatem multis annorum curriculis custodiri ecclesiis dei et Romano deprecamur imperio, uenerabilis et piissime atque Christianissime imperator

---

PW

1 in nicea W^{corr} 3 restituerunt *PW* 5 probati *P* relinquerunt *PW* 6 calchedona *PW* 7 in nicea W^{corr} 8 rubor *PW* robor W^{corr} in nicea W^{corr} 10 deleuisse *scripsi* delisse *P* dedisse *W* ledisse W^{corr} 11 prædicatorum *P* sanctionis *PW*, *corr. W* 15 usus est W^{corr} 16 qni *deleui* 17 pontificale *PW*, *corr. W* 21 subuersione *PW* permutatione *W* 23 res *addidi* 24 *lacunam indicaui, e. g. supplendo* impuri 26 uenia *addidi* 27 et uim *scripsi* et *P* ei *W* 27/28 einsmodi *W* 29 plenus *P* emitatores *PW*, *corr. PW* 31 magestas *PW*, *corr. W* 37 curculis *P* 38 imperium *PW*, *corr. W*

Vranius episcopus Emisæ similiter
Petrus episcopus Heliopolis similiter
Iohannis episcopus Abilæ similiter
Iohannis episcopus Palmyrensis similiter
Thomas episcopus Euariu similiter
L IIII 923 Dadas episcopus Chomoarenus similiter
Eusebius episcopus Iabrudenus similiter
Theodorus episcopus Castridanabenus similiter
Abramius episcopus uranensi similiter
Petrus episcopus Coradensis similiter
Eustathius episcopus Saracinorum similiter EXPL

XXVII Piissimo et Christianissimo imperatori nostro augusto et ⟨a⟩ deo conpetenter honorato principi Leoni episcopi Isauriæ prouinciæ Basilius Iohannis Iulianus Nunechius Epiphanius Ammonius Paulus Cono Eufronius Sabbatius Athanasius Hermophilus Iulianus Theon Datianus Paulus Orention. quem alterum decebat, imperator, talia pro talibus præcipere et scribere nobis subiectis et leges pro rebus diuinis ponere sacerdotibus æquo iudicio puras præter uestram solummodo pietatem, quam ipse proprie deus elegit et [ex] totius mundi potentia coronauit et supra rei publicæ retinacula constituit uiolentia tempestatis nullatenus inminente? quapropter bonam retributionem quæ præspicitis, Christo referre desiderantes Abel sacrificiorum puritatem fecistis; in quo enim æquale est sacrificium cum ueritate fidei et amicitia pacis. zelatus es actibus tuis, tranquillissime imperator, Constantinum illum memoriæ immortalis maximum pium amatorem Christi et indubitanter apud omnes beatum, qui in Abel libens imaginis * * in animabus hominum possedit in æternum, qui cum Dauid quidem sicut rex et propheta stat apud deum, cum Petro autem et Paulo et tonitruis filiis quasi similis eis in prædicationibus ueritatis effulget. ille enim quando eum Romanorum sceptris deus ornauit ⟨et⟩ ecclesiæ membris intexuit, multam caliginem et tempestatem quandam inminere luci purissimæ dogmatum ueritatis inspiciens et creaturarum adoratione inminuta a falsis simulatoribus pietatis denuo eam uidens
M VII 560 institui contra Christianam fidem et sacerdotes qui uere filium esse dei et de substantia patris ante sæcula natum credunt et prædicant, semet ipsum per sanctum spiritum increatæ trinitatis imperio et adorationi subiciens suum in terra firmauit regem et pietatis radios intermixtos omni caligini ex illo tempore usque ad præsens per omnes, ut ita dixerim, terras explicuit factus semen et radix et cultura et scintilla nobis salutis inextinguibilis. sed rursum Christianitas uestra, honorabilis imperator, ad illius tendit intentionem. ecclesiæ siquidem Alexandrinæ ædificatore nequitiæ lan-

PW

1 emissæ *PW* 4 palmirensi *PW* 5 euarius *PW* 6 *cf.* Χοναχάρων *uol.* I p. 350, 32 7 Iabrudenus *Gelzer, Georg. Cypr. p. 187* abydenus *PW* 8 castridanabeni *PW* 9/10 uranensi—episcopus *om.* *W* 9 uranensi *P*, *cf.* Ἀρλάνων *uol.* I p. 350, 35 11 EXPLICIT LIBER [EPISTVLA W^{corr}] XXVI *W* 12 *inscr.* EPISTVLA INFRA SCRIPTIS EPORVM AD LEONEM IMPERATOREM a *om.* *PW* 13 Iulius p. 49, 35 16 percipere *PW* 17 æquo P^{corr} aquo *PW* 18 ex *deleui* 19 uiolentiæ *W* 20 quæ = ὧν *conicio* percepistis desideratis *PW* 21 quo] *conicio* uobis 22/23 immortalem *PW* 24 libens] *conicio* libans *lacunam indicaui e. g. supplendo* similitudine memoriam *malim* possidet 25 tonitrui *PW* 27 ornauit et *scripsi* ordinauit *PW* 29 creaturam *PW* adorationem *PW* inminutam W^{corr} 31 credent *PW*, *corr.* *P* 32 regnum W^{corr} 33 in terra mixtos *W* caligine *PW* 35 Christianitas *scripsi* xpianissima *PW*

guorem inserente certaminis et membra corporis uniuersorum fidelium dissipante, quæ pro salute communi debebant alterutris esse sociata, quatenus qui sanæ sunt mentis, in definitionibus Nicæni concilii permanerent, quas dudum patres congregati Calchedone signantes ouili rationalium ouium tradiderunt, aliis uero quendam Timotheum eligentibus repugnantem dogmatibus patrum qui Calchedone collecti sunt, et petentibus eum principem ouiumque pastorem, qui illis derogare præsumit, quæ admirari magis oportet, et accusat patrum Calchedonensium constituta et fratres L IIII 924 hæc amplectentes expellit, ita cum his rebus odia et persecutiones uariæ sint obortæ, sicut oppressorum preces contra obprimentes eos pietati uestræ oblatæ denuntiant, tu, piissime, uelut mansuetissimus pater potius quam regnator potestate regali interim quiescendum rebus ita commissis decreuisti et sacerdotibus huius passionis medicinam inpertiri dignatus es et spiritalem aduocasti sententiam decreto sacerdotum communi magis uolens ad incolumitatem membra languentia reuocare, ut hæc res quandam reuerentiam et memoriam dei præberet, et asperitatem rerum et certamen exortum et feruorem iracundiæ crescentis egerit ipse cœpisti. itaque piis uestri imperii sanctionibus ⟨præcepistis⟩ ut sententiam quam unusquisque nostrum in suo gerit animo, reuelaret et aperte uestræ maiestatis imperio declararet de his quæ a patribus Calchedone sancita sunt, et Timotheo, quem aliqui Alexandrinæ ⟨ecclesiæ⟩ præsidere deposcunt; uolentes autem examinatione certissima fulgere deo amabilem undique ueritatem, etiam timorem nobis proposuistis futuri iudicii, quatenus neque inimicitiarum * * neque circa quosdam gratiam facientes deberemus obumbrare quod iustum est. seruientes igitur nutui uestræ potestatis et omnes pariter congregati et tractantes atque uniuersa considerantes ut erant, hoc dicimus quia Calchedonensis concilii intentio est ualde firmissima. sequitur enim prædicationes euangelii et sanctorum patrum qui dudum in Nicæna urbe collecti sunt, symbolum iniuiolatum omnino custodit, omnem quidem dogmatis nequitiam ab impiis adinuentam procul abiciens et sensum uerborum symboli sanctæ fidei subtiliter inuestigans et hæc faciens esse manifesta nec non et centum quinquaginta patrum M VII 561 qui olim in regia ciuitate conuenerunt, piissimam legem immobilem inuiolatamque custodiens, quam illi uniuersi de sancti spiritus substantia eiusque dominatione posuerunt blasphemam Macedonii religantes linguam et unam naturam esse eandemque patri et filio et sancto spiritui publice confitentes. destructa sunt autem hoc constituto etiam impietatis uaria inportabiliaque commenta Manichæorum, quæ sub figmento reuerentiæ obumbrata uidebantur. multis etenim rationibus eguit illa synodus multisque uerbis, non quo nouitates aliquas contra definitiones iam bene fixas introduceret, sed ut interpretatione latiori conamen contra symbolum meditatum latronibus ueritatis auferret. quia enim stultitiam sectantes Eutychis ueram naturam dominicæ carnis a pietatis prædicatione subripiebant extraneum eum omnino facientes a nobis, qui ex nobis est, dominum Iesum Christum, nihil eum de matre

---

PW

1 inserente *scripsi* serentem *PW* 2 saluti *PW* 4 ouili *scripsi* ouilium *PW* 5 calchedona *PW* 6 præsumunt *PW* 8 uarias *PW* 12 inpertire *PW, corr. P* 14 præbere *PW* 15 egerit *PW, conicio* extinguere 16 præcepistis *addidi* sententia *PW, corr. P* 19 ecclesiæ *addidi* 21 *lacunam indicaui e. gr. supplendo* odia fouentes *uel tale quid* gratia faciente *PW* 24 calchedonensi *PW, corr. P* 24/25 prædicationis *W*corr 28 esse *scripsi* se *PW* manifestat *P*corr 30 uniuersis *PW, corr. W* 31 religantes *Surius* relegentes *PW* religentes *W*corr 33 impietates *W*corr 34 suffigmento *PW* 37 auferre *PW, corr. P* eutyches *PW, corr. W* 38 a *om. W* pietates *PW, corr. P* subripiebat *PW, corr. W*

sua secundum carnem beata uirgine Maria adsumpsisse confitentes, simulabant autem
se patrum Nicæa conuenientium dogmata sequi nec non et Cyrilli amplecti nimis
et honorare decreta, cum sint ualde callidi et patrum nostrorum concordiam et amici-
tias se habere mentiantur, quando uoluerint eorum filiis fraudes ingerere, moti
patres operatione sancti spiritus piissimam beati Cyrilli linguam ad accusationem
L IIII 925 uesaniæ istorum euocare crediderunt, qui olim dum Alexandrinam gubernaret eccle-
siam et aperte contra Nestorii uesaniam dimicaret et beato Cælestino incolumis
ecclesiæ Romanorum pastori particeps esset aduersus Nestorii inpietatem, in priori
patrum Ephesi concilio pro ueritatis defensione maximus propugnator emicuit, quando
uno fonte et isdem syllabis a se conscriptis et impietatem Nestorii perculit et contra
zizania prauæ sectæ Eutychis, quæ iam quidem tunc germinabant, nondum tamen
uidebantur aperte, falcem sectionis apertissime præparauit. propterea namque
epistulam ab illo sapientissimo patre conscriptam patres illi ad medium deduxerunt,
in qua cum omni subtilitate nos docuit dispensationis dominicæ sacramentum, quo-
niam et incarnatus unigenitus filius permansit filius unus existens, demonstrans in
eo et humanæ naturæ quam adsumpsit ex uirgine, inconuertibilem seruari proprietatem
et paternæ substantiæ gloriam sine aliquo temperamento consistere, nequaquam ⟨per⟩
adsumptam a domino carnem alterum filium in glorificatione trinitatis introducens,
quod Nestorius nouiter adserebat, sed existentem ante sæcula filium inuisibilem in
nouissimis diebus reuelatum nobis neque secundum Eutychis uanitatem carnem
domini cognationem docens hominum declinare, propter quod deus uerbum incarnatus
Hebr. 2, 16. 14 homo factus est adprehendens sicut Paulus ait, semen Habrahæ et particeps proxime
M VII 562 nobis factus sanguinis et carnis et formam serui suscipiens totius dominus creaturæ
Hebr. 4, 15 et per omnia similis factus nobis absque peccato, qui est inpermutabilis per figuram
paternæ substantiæ. huic autem etiam illam epistulam quæ a patribus Orientalis
ecclesiæ scripta dinoscitur, patres sanctissimi coniunxerunt studentes undique celsam
et tutissimam itineri regio pietatis circumferre maceriam, ne forsan agentis inter
pusillos cuiusdam sensus circumuentione conclusi aut in foueam Nestorii ruerent
aut in alterius præcipitii profunditatem inciderent, quam Eutyches postea suffodiuit,
quam tamen iam prius effossam et a diligentibus cultoribus coopertam ipse denuo in
interitum suæ animæ rursus aperuit. miramur igitur quomodo hi qui uestræ pietati
preces pro Timotheo porrexerunt, confitentur cognoscere et amplecti synodum patrum
qui Ephesi contra Nestorium conuenerunt, homines qui per ea quæ gesserunt, etiam
illam * Calchedonensem penitus denegarunt. nam litteræ eiusdem epistulæ ad
impium Nestorium a Cyrillo conscriptæ in concilio utroque florentes, in Ephesio
quidem blasphemantem Nestorium arguerunt, ⟨in⟩ Calchedonensi uero Eutychis uesa-
niam destruxerunt et propter easdem syllabas in illo quidem concilio omnium laudibus
Cyrillus coronatus est sapiens Alexandrinorum pater et rursus in isto concilio post
mortem quasi præceptor prædicatus est pietatis, nihil amplius ex epistulis beatissimi
Cyrilli his ⟨qui⟩ Calchedone conuenerunt, ad medium deducentibus nisi illas litteras
quas deo amabilis Leo Romanæ pater ecclesiæ ad sanctæ memoriæ Flauianum contra

---

PW
2 in nicea *W*corr 10 idem *PW* 11 eutyches *PW*, *corr. W* 12 uidebatur *PW* falcem *Surius* fallacem *PW* 17 per *addidi* 20 eutyches *PW*, *corr. W* 25 *postulatur* ad patres, *sed ipsius Basilii error est* 27 agentes *PW* 28 pusillos *scripsi* pusilli *PW* 29 præcipitis *PW* profunditate *W* 32 præceps *PW*, *corr. W* perrexerunt *P* 34 illam *PW* illam ut *Surius*, *malim* non aliter quam calchedonense *PW* 35 ephesium *PW* 36 in *om. PW* 39 præceptus *PW* 40 qui *om. PW*

Eutychis uesaniam constituens destinauit, in quibus et ipse uocibus beatissimi Cyrilli concordare dinoscitur. et has quidem synodus deduxit ad medium non quasi ualidiores eas symbolo patrum Nicæa conuenientium esse decernens, nullus hoc L IIII 926 putet, sed aperte uolens per ipsas arguere eos qui simulant se quidem symbolum Nicænorum patrum amplecti, dum autem nullum uolunt proferre sermonem quo ueritas carnis dominicæ designatur, pessima semina Manichæorum latenter simpliciorum inserunt animabus, a quibus maiore custodia opus est quam ab impia calliditate Nestorii. ille siquidem aperte unum Christum in duos diuidens filios patrum symbolo semet ipsum pandit inimicum, isti uero unum quidem eundemque se uenerari colere et adorare dicentes, sicut symbolum docet, unitarum uero duarum naturarum proprietates perimentes et neque passibilitatem carnis dominicæ neque inpassibilitatem diuinitatis eius esse confitentes dubiam circa incautos habentes sententiam maximas læsiones eis inspirare moliuntur. nam aut conuersionem factam suspicari concedunt circa dispensationis sacramentum aut aliquid putatiuum aut fantasiam aut confusionem aut transitum false per uirginem figuratum et non gestam uere natiuitatem domini dicunt. hæc enim omnia germina sunt dolosæ radicis, quæ M VII 563 mortem animabus his obœdientibus ferunt. propterea siquidem ad peremptionem uesaniæ totius hæreticæ prædictis epistulis eguerunt. nam et post expositionem subtilissimam harum litterarum rursus patres qui sanctum concilium Calchedonense celebrauerunt, symbolum patrum Nicænorum pro lapide sumentes ubique hoc solum circumferri et prædicari ad inluminationem fidelium sanciuerunt. quapropter, omnium mansuetissime et uenerabilis imperator, quisquis laudat Calchedonense concilium, et Ephesium et Nicænum ualde miratur; qui autem hoc respuit, neque illorum legibus adquiescit, sed simulat tantummodo se colere pietatem. pro causa uero Timothei quid amplius uestræ pietatis potentiæ nos dicamus? si enim preces contra eum datas secuntur et causæ et omnia quæ ibi sunt posita, opere, sicut illi adserunt, p. 16, 15 facta noscuntur, nullus ei per canones sanctorum patrum ueniæ sermo relinquetur.

Hæc ergo uobis scribere uestra tranquillitate præcipiente curauimus, deus autem sapientia uestræ pietatis imperii membra ecclesiæ semper uniat sitque communium medicus passionum et mansuetissimæ uestræ ⟨tranquillitatis⟩ imperium perpetue tranquille et mansuete custodiat affectu nos paterno regentis.

Basilius episcopus misericordia dei Seleuciæ metropolis uestræ Isauriæ incolumem uestram pietatem multis annorum curriculis ecclesiæ dei et toti orbi terrarum oro seruari, piissime et Christianissime triumphalis imperator

Iulius episcopus Celendereos similiter
Nunechius episcopus Lami et Charadri similiter
Stephanus episcopus Dalisandi similiter
Epiphanius epsicopus Cestri similiter
Ammonius episcopus Iotapæ similiter
Paulus episcopus Hieraspoleos similiter

PW

1 eutyches *PW*, *corr.* *W* 3 in nicea *W*corr 4 se *W* si *P* 8 duobus *PW* 11 proprietatis *PW*, *corr.* *W* 13 lesionis *PW*, *corr.* *P* 15 gestum *W* 16 germina *Surius* germinata *PW* dolose *W* dolos et *P* 17 fuerunt *PW* afferunt *Surius* 20 lapidem *PW* 27 ei *W* et *P* relinquitur *W*corr 30 uestræ tranquillitatis *scripsi* uestrum *PW* 31 effectu *PW* regentem *PW* 33 toto orbe *PW* 35 Iulianus p. 46, 13 calendereos *PW* 36 nonnechius *PW* Charadri *Ramsay, Hist. Geogr. of Asia Minor p. 380* calendri *PW* 39 zotape *PW* 40 hiraspoleos *W*

Conon episcopus Zibidæ similiter
Acacius episcopus Antiochiæ similiter
Sabbatius epsicopus Sebastiæ similiter
Eufronius episcopus Anemorii similiter
Athanasius episcopus Philadelphiæ similiter
L IIII 927 Hermofilus episcopus Diocæsareæ similiter
Iulianus episcopus Irenopolis similiter
Theon episcopus Selinusi similiter
Paulus episcopus Olbis similiter
Orentio episcopus Domitiopolis similiter

M VII 564
XXVIII Deoamantissimo atque piissimo et Christianissimo augusto ⟨a⟩ deo conpetenter honorato imperatori Leoni Pelagius Alexander Philippus Hypatius Chrysippus Seleucus Eustathius Titus episcopi primæ Ciliciæ in domino salutem. Christianissima intentio uestræ potentiæ et propositus pietatis ex multis quidem rebus nobis innotuit, præcipue autem et ex litteris uestræ pietatis nuper ad nos directis, quibus peruigilem circa pietatem laborem suum tranquillitas uestra demonstrauit. quapropter omnium deum laudantes et linguas ad fauorem et corda ad supplicationes incessabiliter commouentes pro pio uestræ serenitatis imperio congregauimus deoamantissimos episcopos uniuersæ prouinciæ pro quibus sancire suis litteris pietas uestra dignata est, et concorde mente decreuimus Timotheum quidem contra sanctorum patrum regulas et ecclesiasticas sanctiones sacerdotium inuasisse seditione populi pariter et tumultu; hæc enim nos lectæ contra eum preces edocuerunt. quem neque sacerdotem arbitramur nec omnino in ordinem episcoporum constitui patiamur. magnam etenim synodum sanctorum patrum Calchedone collectam amplectimur et salutarem esse decreuimus et non solum propter multitudinem pontificum ibidem congregatorum et sententiam sanctæ et piæ ⟨memoriæ⟩ imperatoris Marciani una cum eis prolatam, sed quia et sanctorum patrum Nicæno concilio congrua et conuenientia et in nullo contraria eam sapuisse conspicimus.

Hæc quidem per nostram sententiam declaramus, uestra uero pietate Romano ⟨imperio⟩ incolumi permanente credimus in pace et constantia sanctas dei ecclesias conseruari Christo, uestrum pium propositum deo dirigente ad illa gerenda quæ eius ecclesiis uideantur esse utilia, et per uestram mansuetudinem eis pacis iura præbente.

Pelagius episcopus Tarsi incolume uestrum imperium tempore longo sanctis ecclesiis et Romano conseruetur imperio, piissime atque Christianissime
Alexander episcopus similiter
Philippus episcopus similiter
Hypatius episcopus similiter
Seleucus episcopus similiter
Eustathius episcopus similiter
Titus episcopus similiter

PW
1 canon *PW* 3 Sabbatius p. 46, 14 sabbastianus *P* sebastianus *W* 7 hieronopolis *PW* 8 hellinosii *PW* 9 olbi *PW* 10 *subscr.* EXPLICIT LIBER [epistula *W*corr] XXVII *W* 11 *inscr.* EPISTVLA SVBDVS SCRIPTIS EPISCOPORVM AD LEONEM IMPERATOREM *W* a *om. PW* 12 imperatore *P* 14 propositum *Surius* 16/17 quāpropter *P* 17 supplicationis *PW, corr. W* 22 tumultui *PW* 23 constituti *PW* 26 memoriæ *addidi* 27 eius *PW* in nicena *W*corr 30 imperio *Surius om. PW* 33 tarsis *P* incolumem *PW* 34 conseruet *PW* 40 *subscr.* EXPLICIT LIBER [EPISTVLA *W*corr] XXVIII

XXVIIII Per omnia Christianissimo uictori atque triumphatori et ⟨a⟩ deo conpetenter honorato imperatori Leoni Pergamius episcopus Antiochiæ Pisidiæ metropolis, Euprepius episcopus Adadenus, Paulinus episcopus Apamenus, Libanius Parlaenus, Alexander Seleuciæ, Maximus Zorzilenus, Bassus Neaspoleos, Florentius Adrianopolis, Minophilus Metropolis, Theon Theodosiopolis, Marcianus Philomelii, Theopemptus Tyræi, Eugenius Tymiandi, Pontianus Sozopolis, Attalus ⟨Malinopoleos⟩, Castinus Limenon. Cognoscentes sanctionem uestræ ⟨pietatis⟩ zelo diuino esse conpletam et placationem dei uoluntate sancitam conferentem et subiectis per fidem inenarrabilem quietem ac disciplinam, quæ ad salutem pertinet, piissime prouidentem, per quam præcepistis nobis ut de Timotheo, qui in omni impietate noscitur accusatus, nec non et de his quæ pro fide catholica placuerunt sancto et uniuersali concilio Calchedone celebrato quid communiter sentiamus, sine timore cuiusquam hominis et abque gratia uel inimicitiis indicemus tamquam reddituri incircumscriptibili dei iudicio rationem, uestræ potentiæ nostris significamus apicibus Timotheum quidem, qui iam damnatus ostenditur, sicut plurimi uenerabilium episcoporum Aegytiacæ diocesis et reuerentissimi clerici in scriptis adfirmantes uestræ clementiæ suggesserunt nouissimis, contra ecclesiasticas sanctiones ad sacerdotii ministerium fuisse perductum, sed etiam eos qui cum scirent eum fuisse damnatum, communicare illi sine periculo crediderunt, extraneos [eos] esse a dei ecclesia iudicamus secundum consequentiam regularem nulla eis uenia nec spe restitutionis ullo modo remanente, sicut tertia et octogesima regula de talibus aperte decernit, cuius initium est: si quis episcopus a synodo depositus aut presbyter aut diaconus ab episcopo proprio et cetera. nam ut is qui et illi sententiæ subcubuit et ante tantorum inenarrabiliumque malorum et multis lacrimis lugendorum auctor extitit, dignum debeat secundum leges subire subplicium, postquam cognoscitur talia præsumpsisse, nostrum non est edicere, sed probare decet et iudicare uestram Christianissimam maiestatem, quatenus et pro omnibus cogitetis et pia quiete placetis deum et proprium muniatis imperium et subiectos ab iniqua peste huiusmodi liberetis. si uero fidem sancti Calchedonensis uniuersalisque concilii Timotheus negare præsumit et quicumque nefandorum eius actuum ministri sociique reperiuntur, nihil mirum est. nam qui a diuina pace monstrantur extranei sine dubio et ab ecclesiasticis sanctionibus, simul et æquitatis Romanum imperium continentis sunt inimici, non est mirandum si etiam a sensibus propriis exciderunt uesane blasphemantes et anathematizantes saluberrimæ fidei doctores atque custodes sanctissimos et apostolicos patres et archiepiscopos omnesque simul deoamantissimos episcopos sequentes sanctissimos episcopos qui per generationes singulas rectæ fidei lumina fuisse noscuntur, et [a] deoamantissimos senioris ⟨et⟩ nouæ Romæ archiepiscopos, qui his concordes

M VII 565 — L IIII 928 — can. Ant. 4 — M VII 566

PW

1 *inscr.* EPISTVLA INFRA SCRIPTIS EPISCOPORVM AD LEONEM IMPERATOREM *W* a *om. PW* 2/3 Euprepius p. 55, 36 eutropius *PW* 3 adandenus *PW* Paulus p. 55, 37 apamens *P* paralenus *PW*, *cf. Ramsay, Hist. geogr. of Asia Minor p. 390 sq.* 4 Maximus p. 56, 1 mænus *PW* Zorzilonenus 56, 1 gortenus *PW* Bassonas p. 56, 2 Neaspoleos p. 56, 2 paneas poleos *PW* 4/5 Minophilus p. 56, 4 metrophilus *PW* 5 Theodorus p. 56, 5 philomeli *PW* 6 timandi *P* tumandi *W* synnadorum p. 56, 7 Pontianus *scripsi* politianus p. 56, 8 politanus *PW* Attalus p. 56, 9 ætagus *PW* Malinopoleos p. 56, 9 *om. PW* Castinus Limeno⟨n⟩poleos p. 56, 10 cætiportus *PW* 7 ūrāe *PW* uestram *W*corr pietatis *addidi* 8 sancitam *scripsi* sc̄a *PW* 16 nouissimus *PW* nouimus *W*corr 19 eos *deleui* nullam—ueniam *PW*, *corr. W* 21 si *W*corr, *om. PW* 22 et illi *Surius* ex illi *W* ex illis *P* exilii *P*corr 25 est *Surius* esse *PW* 26 pie *P* 29 eis *PW* 31 continentis *scripsi* contenti *PW* 33 custodis *PW*, *corr. P* 36 a *del. Surius* seniores *PW* et[2] *om. PW* romanæ *W*

existunt. quorum firma et immobilis et inexpugnabilis fides in Christo probata est apud sanctam et uniuersalem synodum Calchedone celebratam, cuius per dei gratiam communicatores et fuimus et usque ad uitæ terminum in deo permanebimus, GL. secundum sapientes enim et egregios medicos, qui diuerso modo passiones et subtiliter
L IIII 929 perscrutantur et tunc congruam simul et singularem medicinam offerunt ægrotantibus, cogitantes pro correctione eorum quæ in Alexandria contigerunt, diuino zelo feruentes in memorata sanctione præcepistis quatenus omnia diligenter tractentur et ⟨a⟩ sanctissimis episcopis conprobentur, quoniam nunc Alexandrina ciuitas contur-
p. 11, 31 batur, pro cuius quiete et disciplina maximam se habere sollicitudinem significauit uestra clementia. quapropter edicimus: Timotheo siquidem consentientes et qui pro eo uestræ Christianitati preces proprias optulerunt uelut episcopi et clerici Aegyptiacæ diocesis, cum non sapiant, ut apparet, sapere se confidunt, quando sic aperto mendacio inpudenter incumbunt. uidentur enim in prædictis precibus pietatis uestræ sanctioni subiectis contra litteras mansuetudinis uestræ locuti et contra gloriosam cogitationem quam pro Alexandrina ciuitate et eius geritis disciplina, tractasse.
p. 21, 30 adfirmantes enim maximam pacem memoratam ciuitatem et sanctissimas ecclesias et monasteria possidere, aperte rebus ipsis capti sunt * * et aduersus pietatis uestræ uocem et cogitationem sine metu locuti. plenam namque caliginem et a malis imminentibus nubem disciplinam esse dicentes et pacem toti ecclesiæ Alexandrinorum diuinitus adtributam, quomodo huiusmodi uiri sapere putabuntur contra ueritatem ⟨et⟩ uestra optima consilia properantes pacemque dei uocantes persecutiones et bellum contra orthodoxos sacerdotes et clericos gestum nouamque tyrannidem contra
M VII 567 sacras regulas inquirentes? clare in sacrum illud incurrere uidentur eloquium: non
1 Cor. 14, 33 est, inquit, indisciplinationis, sed pacis deus, sicut in sanctorum ecclesiis uniuersis agnoscitur. hi etenim ad perditionem parati sunt secundum prophetam
Ps. 5, 7 dicentem: perdes omnes qui loquuntur mendacium. quomodo autem isti credendi sunt sapere et tenere causam omni mendacio segregatam aut diuinam sapien-
p. 21, 33 sq. tiam salutarem, hoc est salubrem fidem? quam præcipue seruare promittunt dicentes in prædictis precibus suis innutabiliter atque firme et immobiliter se credere symbolo in Nicæna ciuitate a sanctis trecentis XVIII patribus explanato et neque augmentum neque detractionem hoc posse recipere neque opus habere quamlibet inter-
p. 22, 2 pretationem, cum per se, aiunt, uideatur interpretatum, CL uero sanctorum patrum
p. 22, 17 sq. concilium ignorare se profitentes docentesque communicare Alexandrinam ecclesiam Ephesiis conciliis, adicientes et hoc quia synodum Calchedone celebratam eadem ecclesia Alexandrina non recipit. per hæc igitur ostenduntur similes esse eorum qui nescientes exponentem optime salutis remedia medicinam et passiones prouenientes subtiliter edocentem inpudenter totum se nosse promittunt. sic enim et isti neque temporum diuersorum languores hæresum scientes nec medicinam congruam

---

PW

2 cælebrata *Pcorr* 3 et[2] *om. P* 3/4 GL secundum *scripsi, cf. uol. 4 p.* XXXVIII secundum CL *W* secundum centum et quinquaginta *P* 6 correctionem *PW, corr. W* in alexandria *Wcorr* alexandriam *PW* 8 a *om. PW* quoniam] *malim* quibus 9 disciplinam *PW, corr. W* 11 ura *P* xpianitate *W, corr. W* 12 sapiunt *W* 14 mansuetndini *PW* 15 disciplinæ *P* 17 *lacunam indicaui e. g. supplendo* inpudenter mentiti 18 a malis *Surius* amabilis *PW* 19 toti ecclesiæ *scripsi* et in ecclesia *PW* 20 putabantur *PW* 21 et uestra *Surius* uram *PW* optimam *PW, corr. P* 23 clarum *PW* 25 ad *Wcorr* a *W om. P* 27 aut *Surius in mg.* aurem *PW* 29 innotabiliter *PW* 32 adiunt *W* audiunt *P* ut aiunt *Surius* uideantur *PW* 34 ephesis *PW, corr. W* adicentes *P* quia *scripsi* quasi *PW* celebratum *PW* eandem *PW* 35 alexandrinam *PW, corr. W* simile *PW, corr. W* 36 exponente *PW*

infirmis oportune prolatam ab spiritalibus medicis, sanctis scilicet et orthodoxis sacerdotibus qui per tempora synodos impleuerunt, inspicientes, harum rerum non habentes discretionem superfluos et erroneos in suis precibus posuerunt sermones. nam si hæc quæ memorauimus, agnouissent, non arbitrarentur augmentum aut detractionem factam in sancto symbolo ⟨a⟩ trecentis XVIII sanctis patribus explanato nec L IIII 930 per se dicerent illud interpretatum, quod paucissimis quidem sermonibus, sed perfectis sensibus scripturæ diuinæ per uiros eius scientiæ peritissimos uidetur esse completum. quorum ueritatem ignorantes et qualis quantaque hæretico tunc procedente languore prolata sit medicina diuinitus inspirata, in illud incurrisse diuinum uidentur eloquium quod ait: nolite fieri sapientes apud uosmet ipsos. propter Rom. 11, 25 hæc enim ignorauerunt hæreticos, qui postea per diuersa tempora uariis languoribus sunt exorti, nec non etiam eos qui oportune et necessarie eorum infirmitatibus saluberrimæ fidei congruam optulerunt salutaris adiutorii medicinam, sicut sanctissimi CL patres episcopi infirmitati languoris Macedonii, qui diuinitatem sancti spiritus negauit, optulerunt aperte firmitatem rectæ fidei ⟨in⟩ diuinitate trinitatis inseparabiliter adorandæ. rursus igitur alia passione nata circa inhumanationem dei uerbi per callidum erroneumque Nestorium sancti patres qui illo tempore Ephesi conuenerunt, M VII 568 suscipientes pariter Orientalium episcoporum probatissimam sibi concordiam perfecte prædictum languorem inenarrabili fide curauerunt. similiter autem Timothei sequaces ignorare uidentur quemadmodum postea Eutychis, cum in profundum phantasiæ praua ignorantiæ suæ secta conruerit, præcipitio hæretico suffocatus sit et quia pro eo duo sint celebrata concilia, prius in Epheso et postea Calchedone et quia quæ Ephesi quidem facta est, non suffecit eius ægritudinis, ut oportebat, discernere passionem et offerre quæ necessaria ⟨erat⟩ medicinam; quæ uero Calchedone per dei gratiam congregata est, eius solatio ita præualuit, ut ægritudinem aperte cognosceret et remedium medicinæ salutaris offerret. igitur notum est sapientibus uniuersis quia nisi diuersæ diuersisque temporibus hæreses exortæ fuissent, nequaquam opus esset concilio spiritalium medicorum (nam ubi infirmitas, illic opus est sine dubio medicinæ), et quia non sicut defensores Timothei putant, adiectio quædam symbolo CCCXVIII patrum est facta, quando emergentibus uariis ægritudinibus spiritalis et necessaria eis oblata est medicina, simul quia corpori est ægrotanti similis incredulitas et quemadmodum oculis dudum ægrotantibus et caute atque conpetenter a medicis qui tunc inuenti fuerint, curatis, si rursus contingat aliquem uisceribus forte dolere, quicumque postea reperti fuerint, non desinunt adhibere medicinam, ita et hæretica infirmitate temporibus diuersis exorta mirum non est si a piissimis temporum quorumque principibus deoamantissimi episcopi pro inminente cura conuocati medicinæ utilia remedia porrexerunt. quæ cum ita sint, nonne ignorantia manifesta est et nouissima in Timothei ⟨sequacibus⟩ inscientia atque superbia, quando omnibus quidem orthodoxis et religiosissimis episcopis, quicumque nunc sunt et qui ad deum iam migrauerunt, aperte calumniantur quasi adiectionem quandam in sacro

---

PW

1 prolatum *P* 2 synodus *PW* 5 a *om. PW* 7 uideretur *PW* 9 languorem *PW* illo *PW* 9/10 diuino uideantur eloquio *PW* 15 in diuinitate trinitatis *scripsi* diuinitatem unitatis *PW* 16 adorandæ *scripsi* adoranda *PW* 21 præcipitio *scripsi* principatu *PW* suffocato *PW* 22 ephesio *PW, corr. W* 23 quæ *sc.* σύνοδος sufficit *PW* 24 necessaria erat medicinam *scripsi* necessaria [erant necessaria W^{corr}] medicinæ *PW* 25/26 cognoscere *PW* 27 heresis *PW, corr. P* 29 abiectio *PW, corr. W* 30 trecentis XVIII *PW* 31 spiritali *PW* eius *PW* 34 dolere *Surius* dolorem *PW* 38 sequacibus *addidi* defensoribus *Surius in mg.*

CCCXVIII sanctorum patrum symbolo fecisse uideantur, et quasi pro credulitate sua dicunt quia prædicto sacro symbolo nullum ipsi augmentum aut detractionem
L IIII 931 quamcumque recipiant? nonne plenum est hoc totius fatuitatis indicium, cum dicant centum quinquaginta sanctorum patrum se ignorare concilium? unde magis uideantur quia non solum talium medicorum necessariam curam prorsus ignorant, sed etiam ipsam infirmitatem Macedonii, pro qua uidentur fuisse collecti. quam scilicet ignorantes, cum sit utique manifesta et nimis insignis etiam simplicibus orthodoxis et in laico ordine constitutis, multo magis uarium Nestorii errorem nec non Eutychis impietates uesanamque phantasiam nescire panduntur. et propterea inaniter et
M VII 569 indiscrete in suis precibus edixerunt Ephesiis se communicare conciliis, cum prius utique sit sine dubitatione susceptum, secundum uero non solum priori constet aduersum, sed etiam uniuersis sanctis episcopis qui olim luminaria fuisse probantur ecclesiæ, quorum famosissimam et religiosissimam multitudinem dinumerare difficile est. præcipue tamen aduersarii esse panduntur inmortalis et beatæ memoriæ Athanasio Alexandrinæ ciuitatis episcopo, cui dum inueniantur esse contrarii Timothei sequaces, omnibus indubitanter orthodoxis et maxime fidelibus Aegyptiis et dei zelum habentibus omnino uidebuntur inimici. sed hæc equidem dicta sunt de unoquoque capitulo petitionibus eorum inserto, quantum breuiter a nostra dici potuit paruitate, ut uestræ pietatis imperio, sicut piis litteris imperare dignati estis, indicaremus. religiosissima namque uestra pietas decenter egit ut se contineret et necessariæ districtioni deoque placenti committeret examinationem horum qui nullam impietatis speciem reliquerunt, sed super alia mala etiam hoc adiecerunt ut diabolica inspirati uirtute examinatione non facta sanctissimos episcopos et religiosissimos clericos in sanctis orthodoxisque ecclesiis enutritos expellerent a ministeriis quæ Christi domini gratia sunt sortiti. ut autem undique diuino lumine ueritatis mendacii tenebræ sequacium Timothei destruantur et a religiosissima pietate uestra simul et æquitate hæc impietas iniquissimaque superbia radicitus euellatur, decet eos aperte conuinci quia cum sibi recte credere uideantur, multum extra hanc scientiam esse noscuntur nequaquam diuinum intendentes eloquium quo præcipitur non esse
Rom. 12, 3 s a p i e n d u m p l u s q u a m o p o r t e t s a p e r e, s e d s a p e r e a d s o b r i e t a t e m, propterea
Ps. 81, 5 siquidem non sapientes ad sobrietatem inciderunt in diuinum eloquium et n o n c o g n o u e r u n t n e q u e i n t e l l e x e r u n t, i n t e n e b r i s a m b u l a n t. ut autem tales omnibus ostendantur et præcipue populo uolenti Timotheum habere pontificem, diuino nobis proposito timore confidimus et in hoc sacræ uestræ maiestati suggerere quatenus ualde celerrime et sine qualibet obumbratione in sua ignorantia et prauæ sectæ sententia conuincatur Timotheus et eius sequaces episcopi simul et clerici. igitur si placet uestræ pietatis imperio, sub custodia eos foris Alexandrina ciuitate esse præcipite et seorsum eorum singulos habitare et diuinæ scripturæ libros quos uoluerint, dato primitus ab eis breue quos habeant necessarios, accipere, ut intra certos dies artissime custoditi, ita ut nulli liceat ad eos accedere et uerba eis sensusque disse-

---

PW

1 trecentis [tricentis *W*] xviii *PW* 2 dicant *PW* 3 fatuitatis *Baluze* fauitatis *PW* falsitatis *Wcorr* 5 necessarium *P* 7 sint *PW* 8 constituti *PW* 9 uesaniamque *PW* 10 edixerunt *per compendium W* edidit *P* dixerunt *Wcorr* 11 consistet *PW* 13 denumerare *W* 14 inmortali *PW* 15 inueniatur *P* 17/18 denuo quoque *PW* 19/20 iudicaremus *PW* 20 religiosissimam *PW*, *corr. W* continere *PW* et *om. P* 21 ideoque *PW* committere et *PW* 25 diuino lumine *Surius* audiui uolumine *PW* 30 propterea *W* postea *P* 32 talis *Wcorr* 33 ostendatur *PW* 34 maiestatis suggere *P* 39 eius *PW*

minare, iubeantur exponere, quoniam * * uirtutem scripturæ diuinæ respicientes
rectæ fidei symbolum susceperunt et fidem trecentorum XVIII sanctorum patrum
immobiliter se tenere et custodire polliciti sunt, quæ fuerunt Arrianorum uariæ blasphe- M VII 570
miæ atque languores, quas nefande sanctarum scriptuarum textui nitebantur adstruere,
et quemadmodum hæc a prædicto symbolo sunt exclusæ. non solum enim Arrianorum, L IIII 932
sed et plurimæ ante hanc hæreses tunc exortæ in diuinæ scripturæ proloquia putantur Mt. 24, 24
incumbere. isti quidem uenerabiliter reminiscuntur omnium sanctæ memoriæ
orthodoxorum patrum et quales quique fuerunt, agnoscunt, inter eos reuerendæ
memoriæ Athanasium simul et Cyrillum doctrina copiosa pollentes et pastores Alexandrinæ ciuitatis insignes, quos omnes orthodoxi sequuntur et præcipue fideles Aegyptiorum. quæ cum ita sint, in scriptis sequaces Timothei declarare iubeantur quomodo memorati sancti patres saluberrime crediderunt et quomodo horum inueniuntur aduersi qui cum Arrio fuisse noscuntur hæretici, et qui sunt isti aut quæ sapientes a recta fide recesserunt. quo facto et caligo erroris simul et prauæ sectæ sequentium Timotheum ubique protinus aperitur, ipsis insuper qui non cum discretione, sed sine quadam probatione præuenti sunt, indicatur et ex hoc omni uenia monstrabuntur extranei qui rectæ fidei uniuersale concilium nefandissima uoluntate et scelestissima lingua anathematizare præsumunt. tum etiam præter concilium deoamantissimorum episcoporum sapientissime et semper memorabiliter ac uelociter uestra pietas efficiet ut dum primitus conuicta [fuerint] atque notata praua eorum nefandissimaque secta damnetur, et ea quæ pro recta fide sunt deo Christo placente et diuinæ disciplinæ pacique conueniunt, roborentur. turpe satis et rectitudine uestræ ⟨fidei⟩ nimis indignum est ut diuulgetur generali synodo nunc opus esse, dum hæc aperta sint et ualde certissima, quatenus, ut dictum est, plus ualere uideantur qui se diabolo tradiderunt et eius impietate ebriati, et [ut] insignis pompa concilii occasio quidem multis contemptus sacræ fidei et detractionis existit, frequentia uero multorum indiscrete loquentium paganorum aut infidelium et præcipue hæreticorum plurimi, quod absit, simplicium trahuntur ad lapsum [qui], dum illi putentur quidem de quibus uolunt, honeste loqui, ad uarias autem blasphemias rectæ fidei dogma perducant. quur enim hoc capitulum eligunt qui hactenus quod sapiunt, ita nesciunt, ut pro sua fide frequenter egeant conuenire?

Pergamius episcopus Antiochiæ Pisidiæ subscripsi quæ sunt subiecta, intercessionibus omnium sanctorum armatus recta fide et omnia quæ pietati sunt aduersa, deuincens. multo tempore a clementia diuina serueris, Christo amabilis et honorate diuinitus imperator

Euprepius episcopus Adadorum ciuitatis similiter M VII 571
Paulus episcopus Apamenus similiter
Libanius episcopus Parlau similiter
Alexander episcopus Seleuciæ similiter

PW

1 quoniam *scripsi* quam *PW* *lacunam indicaui, suppleas* sancti episcopi Chalcedone congregati 2 susceperint *Wcorr* 3 arianorum *P* 4 languoris *PW* quasi *PW* 5 arianorum *P* 6 heresis *PW* proloquiis *PW* 7 isti] *scil. patres Chalcedonenses* quidem si *W* 9 anathasium *W*, *corr. W* 10 insignis *PW*, *corr. W* fidelis *PW*, *corr. W* 13 ario *P*, *corr. P* quæ *edd. Romani* qui *PW* 19 ac *Pcorr* ad *PW del. W* 20 fuerint *deleui* 21 pro recta *Wcorr* porrecta *W* porrecte *P* 22 rectitudini *W* 23 fidei *addidi* 25 impietates *PW* ut *deleui* 26 multi [multis *edd. Romani*] contemptus *Surius* multi conceptus *PW* 28 qui *deleui* 36 eprepius *PW* dadorum *PW* ciuitate *W* 37 Paulinus p. 51, 3 38 parlaos *PW*

Maximus episcopus Zorzilonenus similiter
Bassonas episcopus Neaspoleos similiter
Florentius episcopus Adrianopolitanus similiter
Minophilus episcopus Metropolitanorum similiter
Theodorus episcopus Theodosiopolis similiter
Marcianus episcopus Philomelii similiter
Eugenius episcopus Tymiandi similiter
Pontianus episcopus Sozopolitanus similiter
L IIII 933 Attalus episcopus Malinopoleos similiter
Castinus episcopus Limenonpoleos similiter EXPLICIT

XXX Domino piissimo Christoamantissimo imperatori nostro Leoni perpetuo augusto parua et humilis synodus congregata in metropoli Sardianorum uestræ Lydiæ. Primitiis uestræ pietatis imperii nuper adeptæ sanctissimæ dei ecclesiæ Lydiæ constitutæ augmentum magnæ tuitionis et zeli circa orthodoxam fidem uestræ tranquillitatis agnoscunt, unde incessabiliter pro uestræ Christianitatis imperio preces offerentes deo ut longæua et in pace uestra seruetur uita, [non] nulli magis alii quam sibi et suis sacerdotibus atque populis quietam negotiantur uitam. pro quibus enim hæc ⟨a⟩ nostra paruitate suggesta sunt, breuiter indicamus. quoniam diuina sanctione per Eudoxium uirum deuotum magistrianum religiosissimo nostro metropolitæ Eutherio data conuocati sumus in ciuitate Sardianorum litteris memorati sanctissimi uiri metropolitæ nostri directis congregatisque nobis in urbe prædicta uestræ pietatis litteræ sunt relectæ nec non et preces quæ uidebantur de quibusdam capitulis eis esse subiectæ, quas audientes de utroque capitulo uestræ pietati suggerimus. de principali namque capitulo et quod ad ipsam Christianorum fidei respicit summitatem, id est de sancto et uniuersali concilio Calchedone collecto, cui regulariter præsiderunt et maximæ Romæ sanctissimus et beatissimus archiepiscopus Leo per uenerabiles episcopos directos et clericos nec non et regiæ Constantinopolis sanctissimus et
M VII 572 uenerabilis archiepiscopus Anatolius et summi sacerdotes qui ei concordes fuerunt et similia decreuerunt, nec non et omnes sanctissimi totius orbis episcopi, etiam ⟨nos⟩ hoc fatemur quia necessarie per illorum uestigia gradientes et reuerentiam eis habentes eosque uenerantes, eo quod pie et diuina inspiratione constituta sint quæ in prædicto sancto et uniuersali concilio sancita noscuntur, eis concordes sumus, quando nihil dissona est a sancto et uniuersali Nicæno concilio trecentorum XVIII sanctorum patrum. deus enim qui per illos olim fidem regulariter exposuit, ipse etiam nunc
I Cor. 12, 11 per istos eam denuo roborauit, quoniam unus et idem secundum beatum apostolum spiritus sanctus operatus est uniuersa. de Timotheo namque, qui tyrannice, sicut agnouimus, et contra regulas sedem sanctissimæ ecclesiæ Alexandrinæ ciuitatis inuasit, dum utique esset ecclesiasticæ correptioni contraditus, relegentes preces quæ syllabis pietatis uestræ subiectæ sunt a deoamantissimis episcopis Aegptiacæ diocesis et uenera-

---

PW

1 zorzilotenus *PW* 2 bassionas *PW* Bassus p. 51, 4 neapoleos *PW* 5 Theon p. 51, 5 6 philomelus *PW* 7 Tymandi p. 51, 6 synnadorum *PW* 8 Pontianus *scripsi* politianus *PW* 9 athalus *PW* 10 limenopoleos *PW* EXPLICIT LIBER [EPISTVLA W^{corr}] XXVIIII 11 *inscr.* EPISTVLA INFRA SCRIPTIS EPORVM AD LEON IMPM *W* 13 αἱ Λυδίας ὑπάρχουσαι 16 non *deleui* alii quam *scripsi* aliquam *PW* et[2] W^{corr} ut *PW* 17 a *om. PW* 20 sardinorum *PW* 21 prædita *P* 22 relectæ *scripsi* directæ *PW* 26 romanæ *PW* 28 *malim* eis 29 urbis *PW*, *corr. W* nos *addidi* 31 eo quod *scripsi* æquo *PW* sunt W^{corr} prædito *P*, *corr. P* 33 dissona est (*sc.* σύνοδος) *scripsi* dissonæ *PW* 38 correptionis *PW* quæ *om. PW*, *corr. W*

bilibus clericis Alexandrinæ ciuitatis, per eas agnouimus quia cum adulterio quod in pontificatu commisit, et homicidio etiam anathematizare sanctum concilium Calchedonense non timuit. quibus auditis animæ nostræ profundo uulnere sunt percussæ deflentes ⟨quia⟩ in tam uenerabilibus temporibus ⟨ab⟩ aduersario pietatis et inimico orthodoxæ fidei tantæ obsessiones nobis insurgunt. legentes etiam L IIII 934
preces ab aliquibus Timotheo consentientibus mansuetudini uestræ pietatis oblatas amplius defleuimus et nostra mente nimis excessimus pro tanta præsumptione, quia super ea quæ iam commiserunt, non eos piguit etiam prædicto magno sanctoque concilio, quantum ad eos adtinet, contumelias inferre et eam prorsus expellere. totum tamen hoc uestro iudicio non personam respicientes committimus supplicantes ut omnium totius orbis sanctissimorum episcoporum post deum uitam uestra pietas faciat esse securam et sanctis ecclesiis quietis et pacis iura concedat. scimus enim quia deus qui uobis perpetua regni sceptra donauit, secundum beatum Salomonem poscentibus sapientiam et prudentiam præbebit etiam in hac causa Prou. 2, 3
quatenus benignitatem imperialem per omnia demonstretis, Christianissimi atque piissimi.

Eutherius episcopus Sardianorum Christus deus noster Christianissimum et inuictissimum uestræ pietatis imperium in augmento fidei et pacifica uita sanctorum intercessionibus conseruare dignetur, piissime et religiosissime et Christo amabilis imperator

Paulus episcopus Daldi similiter
Afianus episcopus Filadelphiæ similiter
Iohannis episcopus Hyrcanidis similiter
Polycarpus episcopus Tabalinus similiter
Iulianus episcopus Mustinæ similiter M VII 573
Iohannis episcopus Mæoniæ similiter
Rufinus episcopus Aureliopolis similiter
Lucius episcopus Apollonis similiter
Gemellus episcopus Stratoniciæ similiter
Dionysius episcopus Attaliæ similiter
Cyriacus episcopus Apolloniadis similiter
Theodotus episcopus Gordi similiter
Anatolius episcopus helleonorum similiter
Leonidis episcopus Baes similiter
Heraclidianus episcopus Settenus similiter
Diamonius episcopus Thyaterenus similiter
Onesiforus episcopus Blandi similiter
Iulianus episcopus Salæ similiter
Iohannis episcopus Tripolis similiter EXPLICIT

PW

2 homicidium *PW* 4 quia *om. PW* quod *Surius* ab *Surius om. PW* 5 absessiones *P* 8 commiserunt *Surius* miserunt *PW* 9 eam (*sc.* σύνοδον) *scripsi* eum *PW* 12 uestram *PW* 13 perpetuam *PW* 14 salamonem *PW, corr. W* 17 synnadorum *PW* nrt *P* none *W* uestrum *W*corr 19 conuersare *PW* 23 hercanidis *PW* 24 Tabalinus *scripsi* tabainus *PW* 25 muscinæ *P* 26 meoni *PW* 27 Aureliopolis *Ramsay Hist. Geogr. of Asia Minor p. 120 tab.* areopolis *PW* 33 *latet* Σαλέων *cf. Ramsay p. 122* 34 Baes [= Βαγῆς, *cf. Ramsay p. 131*] *scripsi* beas *PW* 35 Settenus *Ramsay p. 120 tab.* senus *PW* 36 thyaterrenus *PW* 39 EXPLICIT LIBER [EPISTVLA *W*corr] XXX *W*

XXXI Piissimo et Christianissimo domino imperatori Leoni Epiphanius episcopus Pergensis et qui cum eo sunt reuerentissimi episcopi Ephesius Porphyrius Diodotus nous Maras Paulus Marcianus Auxentius Pierius Iohannis Micus Innocentius Polemon Theosebius Pamphyliæ regionis. Decet quidem deum omnis humana laus et omnis pariter oratio, pium uero principem famosissimus sermo. nam et ipse cum subiectis adorat imperii largitorem et pacis prouisorem dominum Christum, qui protegit inuisibiliter et eos qui aduersus pacem gerunt bella, concidit. ait enim
Exod. 14, 14 quodam loco sancta scriptura, cum Aegyptiorum multitudinem populus formidaret: dominus pugnabit pro uobis et uos tacebitis. et hoc quidem frequenter operatus est Christus, sub uestræ uero pietatis imperio palam gens feruida et * * uehementer expauit. quæ cum esset ad capiendum difficilis et non creditur posse
I. IIII 935 subdi, sic potuit repente consumi, ut de cetero neque nomen eius ualeat inueniri. ita siquidem deus protegit ac prouisor existit eorum qui in eo cordis pietate confidunt, qualem te quoque esse contigit, deo amabilis imperator, ⟨qui⟩ non solum extranearum rerum prouisor esse dinosceris, sed etiam sanctarum dei ecclesiarum pacem multo labore conquiris, ut habeas eam tu quoque, qui pro ea decertas et pro eius uniuersitate cuncta diligenter operaris, quoniam et uno Christi corpore omnes qui eius
M VII 574 sunt, alligantur. quis itaque sermo digne possit uestram laudare tranquillitatem circa utrumque sic pie et paterna caritate laborantem et tuitionem suam summo
Ps. 20, 8. 9 studio conferentem? quapropter conpetit uobis psalmistæ uerbum: sperauit in domino et misericordia altissimi non commouebitur. inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis et dextera tua inueniat omnes odientes te. et hæc quidem a nobis humilissimis pro gratiarum actione referuntur, piissime et Christo amabilis imperator. dudum itaque litteras ad uestram pietatem dirigens ego humilis declaraui meam uestræ pietati sententiam qualis sim circa orthodoxam fidem nec non et sanctum Calchedonense concilium; quia uero etiam nunc diuinis syllabis tranquillitas uestra præcepit ut una cum deoamantissimis episcopis qui mecum sunt, conueniens, significare debeam quid sentiamus de eodem sancto Calchedonensi concilio et de Timotheo Alexandrino, sicut aiunt, episcopo, etiam rursus communiter uestræ maiestati significamus quoniam gratia dei nulla parte ab eius pietate recedimus, nisi quia læsionem iudicamus diuisionem simplicium populorum, quam nescio quomodo ignorantia faciente patiantur. sicut enim iamdudum Christianissimis uestris auribus indicaui, nulla alia doctrina tradita est a nobis accedentibus ad salutare sanctumque baptisma nisi quæ a sancto Nicæno concilio gratia spiritali prolata est, per quam et nos meruimus peccatorum redemptione saluari et donum adoptionis adipisci, unde bona futura percipere sustinemus et mundus pariter uniuersus. non enim nos quidem per ea ad Christum accessimus, alios autem eadem nobiscum participari gratia prohibemus, dum omnia conpleat et omnibus ualde sufficiat nullusque respuere potest ⟨per⟩ quæ ipse saluatus est. non igitur dicant quia nos hanc solum prædicamus et non eam colimus, sed et colimus et ueneramus et prædicamus et cum ea de

---

PW

1 *inscr.* EPISTVLA SVBDVS SCRIPTIS EPISCOPORVM AD LEONEM IMPERATOREM *W* 3 nousmarus *P* noysimaras *W latere uidetur* Neon Maras *cf. infra* p. 60, 15. 16 Martinus p. 60, 18 Hierius p. 64, 10 micuus *PW* 7 concedit *PW* 8 cum *P* dum W^{corr} *om. W* 9 pugnauit *PW* quidem *Surius* qui *PW* 10 gens *scripsi* gerens *PW* *lacunam indicaui e. g. supplendo* audax 11 capiendam *P* 12 subsidi *P* 14 qui *Surius om. PW* 14/15 extraneorum *PW* 18 allegantur *PW, corr. W* 21 inuenitur *P* 22 inueniet *W* inuenient *P* 30 maiestati *om. P* 32 ignorantiam facientem *PW* 39 per *addidi* quæ *P* quod *W*

præsenti uita optamus egredi et Christo domino per hanc credimus præsentari. non ergo mentem simplicium subuertentes hæc dicant. nos enim et Nicænam synodum debito honore ueneramur et Calchedonensem quoque ⟨definitionem⟩ suscipimus ueluti scutum eam contra hæreticos opponentes et non mathema fidei existentem. non enim ad populum a papa Leone et a sancto Calchedonensi concilio scripta est, ut ex hoc debeant scandalum sustinere, sed tantummodo sacerdotibus, ut habeant quo possint repugnare contrariis. duarum namque; naturarum siue substantiarum unitatem in uno Christo declaratam inuenimus a plurimis apud nos consistentibus sanctis et gloriosissimis patribus et nequaquam ueluti mathema aut symbolum his qui baptizantur, hoc tradimus, sed ad bella hostium reseruamus. si uero propter medelam M vii 575
eorum qui per simplicitatem scandalizari noscuntur, placuerit uestræ potentiæ, Christo L IIII 936
amabilis imperator, sanctissimo Leoni Romanæ ciuitatis episcopo ** nec non et ab eorum pariter sanctitate ** propter istorum, sicut dixi, condescensionem et satisfactionem, quatenus idem sanctissimus uir litteris suis declaret quia non est symbolum neque mathema epistula quæ tunc ab eo ad sanctæ memoriæ nostrum archiepiscopum Flauianum directa est, et quod a sancto concilio dictum est, sed hæreticæ prauitatis potius increpatio; simul et illud quod ab eis est dictum in duabus naturis, quod forte eis dubium esse dinoscitur, dum a patre prolatum sit propter eos qui ueram dei uerbi incarnationem negant, his scilicet sermonibus apertius indicatum, ita tamen ut in nullo sanctæ synodi fiat iniuria. nihil enim differt siue duarum naturarum unitas inconfusa dicatur siue ex duabus eodem modo referatur. sed neque si una dicatur uerbi natura, inferatur autem incarnata, aliud quid significat, sed idem honestiori sermone declarat; nam et inuenimus sæpius hoc dixisse sanctos patres apud uestræ pietatis imperium quod significat. decenter aget uestra potentia, quia ipsa synodus permanebit, sicut est; ecclesiæ membra discerpta copulabuntur hoc sermone curata et ea quæ contra sacerdotes nefande committuntur, cessabunt et ora hæreticorum contra nos aperte damnabuntur et omnia reducentur ad pacem et fiet, sicut scriptum
est, grex unus et unus pastor, quoniam et dominus Christus multa condescensione Ioh. 10, 16
circa nos usus humanum saluauit genus, et quia cum diues esset, utique diuinitate, 2 Cor. 8, 9
pauper factus est pro nobis secundum quod homo fieri uoluit, ut nos illa paupertate ditaremur, sicut beatus Paulus edicit, et iterum, quoniam relinquens nonaginta Lc. 15, 4—7
nouem oues in cælis perrexit quærere perditam, quod constat in nobis, et quia cum inuenisset, multam nobis tuitionem exhibuit, ita ut eam humeris suis inponeret et cælestibus ordinibus copularet, in quo et magnum gaudium factum dicit in cælo et pro eius inuentione et pro numeri supplemento. his itaque quid sentiamus de Calchedonensi concilio, nos humiles uestræ pietati suggessimus; de Timotheo uero quantum nos humiles probare potuimus, uestræ tranquillitati suggerimus quia si ea quæ de eo continentur in precibus oblatis uestræ tranquillitatis imperio tanta et talia, uera conperiuntur, sicut adserunt reuerentissimi episcopi qui ea suppliciter obtulerunt, extraneus ab omni sacerdotali honore et pia canonum integritate dinoscitur, M vii 576
sicut nos humiles ualemus inspicere. omnis enim causa eius in iudicio et probatione

---

PW

3 definitionem *addidi* 4 anathema *PW* 5 calchedonense *P* 6 quod *PW* 9 mathema *Surius* anathema *PW* 12 *lacunam indicaui e. g. supplendo* a uobis et *om. W* 13 *lacunam indicaui e. g. supplendo* qui in regia ciuitate consistunt episcopi, scribatur 14 anathema *Wcorr* 18 patre] *i. e. Leone* uerum *P* 19 *scripserim* sit indicatum 20 iniuriam *PW*, *corr. W* 22 honestiori *PWcorr* honestiore *W* 25 est *om. W* 32 perrexitque *PW* 33 uenisset *PW*, *corr. W* 40 integritatem dinoscetur *PW*, *corr. W*

uestri pendet imperii et integritate sanctorum summorumque patrum, quibus et nos humiles iustum est obœdire propter maximam eorum scientiam ac sapientiam subtiliter talia iudicare ualentium. nobis autem dari ueniam a uestra potestate poscimus, si quid ut homines in his litteris incaute suggessimus. inuitati enim, potius autem iussi et, quod maius est, coniurati hæc scribere uestræ tranquillitati præsumpsimus.

Epiphanius Pergenæ ciuitatis episcopus incolumem pietatem uestram dei ecclesiis et Romanorum imperio in Christo opto seruari semper, piissime et Christo amabilis imperator

L IIII 937 Ephesius episcopus Comamenus similiter
Porphyrius episcopus Paleopoleos similiter
Diodotus episcopus Lysinensis similiter
Polemon episcopus Trebennorum similiter
Micus episcopus Adrianopolis similiter
Maras episcopus codri similiter
Neon episcopus gilsatenus similiter
Paulus episcopus Poglensis similiter
Martinus episcopus Peltinesi similiter
Hierius episcopus Panemotichi similiter
Iohannis episcopus Ariassi similiter
Theosebius epicopus Maximianopolis similiter
Auxentius episcopus Termissæ similiter
Innocentius episcopus Eudociados similiter EXPLIC̄

XXXII Christoamantissimo uictori atque triumphatori et a sancta trinitate seruato imperatori Leoni synodus quæ per sanctionem uestræ maiestatis in Myrena metropoli uestræ Lyciæ prouinciæ congregata est. Litteras tranquillitatis uestræ suscepimus per Baranem uirum deuotum magistrianum plenas fide ac pietate zeloque iustitiæ * * agnitionis dei. manum itaque tuam commodaturus Christo sacerdotes cooperatorios aduocasti et pro orthodoxa religione propugnaturus præsules eius socios tibi in dimicationibus adesse decreuisti et sanctiones ecclesiasticas regulasque sanctorum patrum contemptas agnoscens eos qui hæc orant inuiolabiliter conseruari, ad defensionem
M VII 577 concurrere præcepisti pontificisque necem ulciscens sicut Moyses maximus per syllabas
Exod. 32, 26 sacras pæne clamare uisus es: qui est domini, ueniat ad me. sed et preces criminibus cumulatas suscipiens uindictam interim suspendisti, ut cum iusta ⟨sententia⟩ reum punire uidereris, et iudices ad hoc constituisti orthodoxos totius orbis episcopos, ut apud omnes iudicatus quasi præsens ab omnibus iustam uideretur ferre sententiam ille qui cunctos in eo qui inique necatus est, uexasse cognoscitur auditores. singulos autem a ciuitate propria non traxisti, ne forsitan euocationem quasi uiolentiam is qui euocabatur, accusaret, sed permisisti tamquam conpatiens uniuersis, ut con-

---

PW

8 romano *W* 12 clisimensis *P* climinensis *W* 14 miccus *W* 15 *latet* Κοδρούλων 16 *latet* Σιλλύου 17 poclensis *P* 18 Marcianus p. 58, 3 Peltinesi *scripsi cl. Georg. Cypr. 448* pellenesis *PW* 19 gerius *P* Pierius p. 58, 3 20 Ariassi *edd. Romani* arias *PW* 21 maxianopolis *PW* 23 eudacianus *W* eudatianus *P* EXPLICIT LIBER [EPISTVLA *W*[corr]] XXXI *W* 24 *inscr.* EPISTVLA INFRA SCRIPTIS EPISOPORVM AD LEONEM IMPERATOREM *W* 26 suscipimus *P* 27 *lacunam indicaui e. g. supplendo* et desiderio 29 præsulis *PW, corr. W* 31 contemptas *Surius* contentus *PW* 34/35 sententia *addidi* 35 uideris *PW, corr. W* ortodoxus *P* urbis *P* 36 eps *PW, corr. W* 37 uexasse *W* uix esse *P*

sistentes in prouincia iudicarent, quatenus satisfactione careat quisquis post hæc forte
suam uoluerit mutare sententiam. igitur et nos, o Christo amabilis et qui im-
perium a deo sortitus es, in tuis consiliis exultamus et uidentes te pro orthodoxa fide
ita feruentissime laborantem deum propter perpetuam uestram maiestatem depreca-
mur ut longo tempore uestrum nobis conseruet imperium et nequaquam alio subiecti
esse uideamur. suggerimus igitur quia de singulis quæ in sacris uestris litteris
continentur, lectio apud nos cum laudibus celebrata est atque lætitia, sed precum
cognitio eisdem litteris subditarum nostra gaudia uiolauit, Christo amabilis et trium-
phabilis imperator. tremor enim et terror recte singulorum corda commouit et
fontes lacrimarum de pupillis oculorum ualde fluxerunt, fletibus etiam genæ rigatæ
sunt procellæque malorum et multa iacula calamitatum subinde reuelata sunt et
amara nuntia alia crudelia præuenerunt. et donec audiremus quidem quia uiuente L IIII 938
adhuc nostro sacerdote ordinatus est, cognouimus quia uelut adulteri filius sicut
Abessalon inpudenter insurrexit in patrem et sponsam uiui genitoris abripuit, et 2 Reg. 16, 22
quia nefande semet ipsum constituit et inregulariter sacerdotem * * quasi pelagi tem-
pestate commota ea quæ a populo inconsiderate fiunt, ad modicum quidem præualent,
tempore uero superueniente soluuntur; cum uero audissemus et necem præcedente
electione et in uenerabilibus locis factam et bestiarum modo lacerationem corporis per-
petratam et mortui nefandas iniurias et membrorum humanorum crudelissimas sec-
tiones et exusti corporis cinerem et nullam conpassionem Timotheum aut auersionem
aut odium habuisse contra huiusmodi præsumptores, cum oportuerit eum mox dare
locum, ut aliena uiolentia magis quam eius proposito hæc facta monstrarentur, sed
potius eum festiuitatem cum eis et lætitiam celebrasse, tunc exiliuimus et uultum
secundum quod scriptum est, tristem habentes atque demissos ⟨oculos⟩ et utramque
manum ad inuicem conserentes atque dicentes: oblitus est nostri dominus, reliquit Ies. 49, 14
nos dominus. quid iam nos sacerdotes faciemus? quomodo pastores pastores, M VII 578
mercennarium uidimus greges ita dispergere? quomodo compatientes, cum hæc
examinari minime supplicamus? quomodo reuerendi, qui cultum sancti baptismatis
obscuratum despicimus? quomodo ecclesiæ præsules, nefandum adulterium reticentes?
quomodo exemplum fidelium, qui paternarum regularum custodes in temporibus pietatis
ecclesiæ fluctuantur? tranquillitas diuinæ scientiæ continet uniuersa et nauis ortho-
doxorum duceretur forsitan in profundum, nisi imperator pius existeret et subiectos
sapientia gubernaret, pro purpura uirtutibus fulgens, armis utens aduersus hostes
uenerabili cruce, et hæc uocatus appellatione qua per clementiam Christus uocari
dignatus est: r e c u b a n s, inquit, s o p o r a t u s est s i c u t l e o. oportebat tunc secun- Gen. 49, 9
dum prophetæ Hieremiæ uocem nouissimum quærere locum et die noctuque ea quæ Ier. 9, 2. 1
sunt commissa, lugere. non enim una est mulier secundum historiam, quæ in-
iustitiam et uim pertulisse dinoscitur. breuiter itaque, Christo amabilis imperator,
historiam quoque audire dignare. aliquando Leuita uir uiolentiam passus in Iud. 19, 1. 25. 28. 29. 21, 1
coniugem et contumeliam ferre non ualens et iniuriam sceleris inmensam esse con-

PW

2 x̄pi *PW* 5 ut *Surius* et *PW* 11 calamitatum *W*corr aclamitatum *PW* clamitatum *P*corr 12 donec *W* dona hæc *P* audieremus *PW* 15 *lacunam indicaui e. g. supplendo* et cogitauimus quia 17/18 præcedente electione *scripsi* præcedentem lectionem *PW* 18/19 perpetratram *P* 20 auersione *PW* 23 lætitia *PW* 24 secundum—est *non suo loco posita esse uidentur* oculos *addidi* 25 uicem *PW, corr. W* 27 cumpatientes *PW* 29 præsulis *PW, corr. W* 30 temporibus pietatis *corrupta, coniecerim* tempestatibus 31 flutuantur *P* 32/33 et—gubernaret *om. W*

spiciens, dum mulier mane mortua fuisset inuenta plurimis contumeliam inferentibus, diuidens eam in undecim partes undecim Israhel tribubus destinauit, et propterea undecim et non duodecim, quia unam tribum sciebat iniuriosos et luxuriosos habere uiros. tunc omnes undique ⟨ad⟩ ultionem uelocissime concurrerunt pro litteris mulieris membra suscipientes et uelut inimicos fratres proprios expugnantes, dum tanti sceleris præsumptio atque mortis dilectionem cognationis excluderet. insuper etiam anathematizauerunt eos, ne sponsam ab eis sumerent aut darent sponsum eis, et nisi remedium sapientiæ fuisset post hæc inuentum, etiam nomen tribus Beniamin esset ablatum. ea siquidem quæ nunc gesta sunt, illis conparata crudelitate maiora sunt. non enim una ecclesia hanc pertulit læsionem nec unus sacerdos occisus est,
L IIII 939 sed omnis ecclesia et omnis pontifex est necatus (unum enim secundum beati Pauli
I Cor. 12, 20 Eph. 4, 15. 16 uocem omnes pariter sumus et omne membrum et fratres unum habemus caput Christum), ecclesiasticæ sanctiones et constituta conculcata, regulæ sanctorum patrum spretæ sunt. dominus totius orbis terrarum Christianæ nutritor pietatis et orthodoxæ fidei propugnator occasionem dedit loquendi coram regibus et non timendi. antiqui iura loquebantur etiam audire nolentibus, ipse autem mitissime atque clemens nostras inbuit aures ut malum tamquam malum note-
Ies. 5, 20 mus: uæ, inquit, qui dicit malum bonum et amarum dulce. ad iustam igitur
M VII 579 indignationem rogamus excitamus atque supplicamus ut baptisteria et altaria, sacerdotium, regulas uindices patrum, zeleris dominum feruentissime, altam prouideas ecclesiis saluatoris quietem. quantum enim ex lectione precum et scelerum commissorum, quæ illic referuntur, agnouimus, mercennarius et non pastor probatus est Timotheus. occulte namque, latrocinanter et non regulariter per ianuas sanctarum regularum ad ouium aulas ingressus est. adulter Timotheus, uiuo adhuc sponso in eius sedem uesanissimus insiliuit. homicida Timotheus; particeps est enim eorum qui suum spiritalem patrem et Christum inplacabiliter lacerarunt. sacerdotio indignus Timotheus; abripuit enim, non accepit honorem. incredulo peior Timotheus; negat enim sanctum Calchedonense concilium, sicut per eos quos destinauit, scripsisse dinoscitur, quod nullo modo a decreto sanctorum patrum Nicæa conuenientium dei utique ⟨uoluntate⟩ et ⟨sine⟩ hominum celebratum timore discordat. cui enim eorum qui ibidem congregati sunt, sicut sub Dioscoro in Epheso aduersus bonæ memoriæ Flauianum, terror inlatus est? quis, sicut ibi, dextera calamum figens atque digito demonstrans eos qui ante ianuas obseruabant, aliquid reclamauit aut plagas forte sustinuit? nullus per subsellia semet ipsum abscondit fugiens subscriptionis iniquitatem. hic nouum nil audiuimus; nam neque consentire poteramus.
Lc. 1, 2 quæ tradiderunt nobis ab initio inspectores et ministri uerbi, trecenti XVIII sancti patres qui in Nicæa conuenerunt et Constantinopolim CL et qui in Epheso reuerende collecti sunt, hæc in nobis ipsis et dudum in Calchedone per nos obsignauimus et non hæc in ærem et inaniter sunt soluta, Christo amabilis imperator, sed etiam his litteris mox ad uestram tranquillitatem usi sumus et pæne lacrimis nostram supplicationem, non atramento, conscripsimus, rogantes ac supplicantes et tamquam prostrati præsentes

PW

2 tribus *PW* 3 una tribus [tribu *W*corr] *PW* 4 ad *Surius om. PW* 5 uel uelut *W* 6 sceleres *PW, corr. P* 9 oblatum *PW, corr. W* 10 unam ecclesiam *PW, corr. P* 12 omne *scripsi* unum *PW* 13 sanctionis *PW, corr. W* conculta *P* 14 Christianæ *scripsi* xps *PW* 17 *malim* mitissimus 18 dulcem *PW* 19 alteria *PW, corr. P* 20 zeleris *P* sceleris *W* ultam *W*corr 25/26 enim est *W* 29 in niceam *W*corr 30 uoluntate—celebratum *scripsi* et hominum celebrato *PW* 32 qui *PW* fingens *PW* 37 in nicea *W*corr CL *P om. W* et[2] *P* aet *W* aut *W*corr

ut non sinatis inimicos ecclesiæ sanctas dei ecclesias conturbare, sed et faciatis eas sub
quiete consistere et occasionem fieri synodum requirentibus abscidatis. in nullo
enim discordamus in rebus in quibus nobis est satisfactum, aut de fide saluberrima
dubitamus et si quis adnuntiauerit nobis præter quod accepimus, anathema sit. ex- Gal. 1, 9
pellite secundum quod scriptum est, de concilio pestilentiam et uirum sanguinum Ps. 1, 1. 138, 19
auferte de medio et consacerdotes qui persecutionem passi sunt iniuste, tamquam pii
uestro more protegite, ecclesiis sponsos proprios redonate et monasteria congregate et
sudores sanctæ memoriæ Athanasii et Theophili et Cyrilli, qui orthodoxæ fidei prin- L IIII 940
cipes extiterunt, nequaquam inutiles esse permittite et Proterium sanctæ memoriæ, M VII 580
qui mediator dei fuit et hominum, magna uoce clamitantem clementer audite. celare
enim eius sanguinem sicut Zachariæ terra non patitur, ne iterum celans secunda uice Mt. 23, 35
maledicatur.

Petrus misericordia dei episcopus Myrenæ metropolis sanctæ dei ecclesiæ, suscribens rettuli incolumem in Christo longo tempore maiestatem uestræ pietatis exoro

Eudoxius episcopus Chomatenus similiter
Cyrinus episcopus Patarenus similiter
Stephanus episcopus Limyrenus similiter
Eudoxius episcopus Acalissenus similiter
Leontius episcopus Araxenus similiter
Andreas episcopus Tloeorum similiter
Nicolaus episcopus Acrasenus similiter
Athanasius episcopus Xanthensis similiter
Hypatius episcopus Sidymensis similiter
Pannychius episcopus Ascandenus similiter
Anatolius episcopus Olympinensis similiter
Cyrinus episcopus Oenoandenus similiter
Nicolaus episcopus Caunenus similiter
Aquilinus episcopus Padullenus similiter
Nicolaus episcopus Balburenus similiter
Aristodemus episcopus Phasilitenus similiter

Eustathius presbyter suscripsi pro Theodoro episcopo Antifellitino similiter et manibus dolente

carporus presbyter suscripsi in loco Palladii episcopi Corydalleni similiter
Gelasius presbyter suscripsi in loco Romani episcopi Bubonensis ciuitatis similiter
Nicolaus archidiaconus suscripsi in loco Heliodori episcopi Pinarensis similiter
Timasius presbyter suscripsi in loco Leontii episcopi catateni similiter EXPLIC̄

XXXIII Domino Christo amabili piissimo atque uictori Leoni Agapitus misericordia dei Christi episcopus uestræ Rodi. De super sceptra regni suscipiens, sacratissime et

---

PW

2 synodum *edd. Romani* symbolum *PW* 3 fidei saluberrimam *PW* 6 iniustæ passi sunt *W* 7 sponsus *PW, corr. W* 8 orthodoxo *P* 9 inutilis *P* 10 dei *Surius* fidei *PW* 11 celans W^{corr} celens *P* zelans *W* 15 exoro *P* et oro *W* 17 paterenus *P* 18 lymerenus *PW* 19 acalaidenus *PW* 21 gleorum *PW* 27 oenoanden *P* 30 balburen *P* 31 phalisitenus *W* 32 antefellitino *P* antefallitino *W* 33 dolentem *PW* 34 *scripserim* Carponas pallidii *PW* 35 bunensis *PW* 36 narensis *PW* 37 *scripserim* Candaneni, *cf. Georg. Cypr.* 304 EXPLICIT LIBER [EPISTVLA W^{corr}] XXXII *W* 38 *inscr.* EPISTVLA AGAPITI EPISCOPI METROPOL̄ AD LEONEM IMPERATOREM *W*

inuictissime principum pro munere pietati uestræ collato deum cælestem regem primitiis decentibus honorastis. prima enim oblatio et acceptabile sacrificium est ut auriga mundi et princeps totius orbis qui sub sole consistit, adorandæ trinitatis fidem seruet
M VII 581 incolumem et doceat ex his quæ facit et colit, timere et homines deum et talia sectari per quæ nostrum seruatur genus, et cogitare pro communi re publica et totius populi disciplina, quatenus optima causa pacis et nomen ubique præcelleat et uigeat et non instar bestiarum contra suum genus homines singuli rabiem feritatis exerceant. his itaque bonis et aliis multiplicibus dudum et nunc per uestrum imperium constitutum diuinitus perfruentes omnes oramus innumeris uos conseruari temporibus (uere namque sacerdos et natura imperator existis), sed et omne genus humanum deo conuenit supplicare pro imperii uestri longæuitate. nam in principiis uestræ serenitatis imperii tantam barbarorum multitudinem manu dextera subiugastis et nimis inporta-
L IIII 941 bilem destruxistis, ut perpetuum erigeretis tropæum in omni orbe terrarum et altam pacem toto præberetis in mundo. nihilo minus autem et nunc pro humano genere cogitatis saluberrimas has litteras et utiles animarum sacerdotibus destinantes, his quibus ligare et soluere peccata concessum est, communionis sacræ sollicitudinem committentes. quapropter conroborati piarum uestræ serenitatis auctoritate litterarum ad hoc responsum confidentes accessimus supplicantes deo et uestræ serenitatis imperio ut nostras humiles uoces dignemini placanter accipere et si quid tamquam idiotæ paululum delinquimus, ueniam condonare. sacræ siquidem et inconparabiles uestræ syllabæ potestatis et mala quæ incredibiliter Alexandria prouenerunt, et Timothei gesta pessima declararunt, qui, sicut aiunt preces oblatæ pietati uestræ a quibusdam deoamantissimis episcopis Aegyptiacæ diocesis, auctor tanti sceleris esse dinoscitur. super hæc autem et ea quæ satisfactores Timothei fieri postulant, nostræ paruitati manifestata sunt. iussistis itaque considerare concilium uestræ prouinciæ Insularum quid sentiat de sancto et uniuersali Calchedonensi concilio. et mihi quidem fuit optabile et nimis utillimum secundum uestræ pietatis iussionem cum omnibus episcopis nostræ prouinciæ præbere responsum, sed quoniam euocatio quidem et ante susceptionem sacrarum pietatis uestræ litterarum et rursus postquam susceptæ sunt a me, festinanter effecta est, sed hiemalis temporis qualitas, sicut pietas uestra perspicit, eos uenire ad metropolim non permisit, dum tribus milibus aut quattuor milibus stadiorum quidam abesse uideantur, necessarium fuit, ne quod impedimentum fieret Eudoxio uiro deuoto magistriano præcepti pietatis uestræ ministro ad reliqua responsa prouinciarum et commissa, ut uelociter meam sententiam facerem manifestam. hoc enim etiam ipse uir deuotus magistrianus compulit adimplere. gradior itaque
M VII 582 dei gratia ad narrationem capitulorum præsentium atque probationem breuitate qua possum. memoratus enim Timotheus si talis esse paruerit qualem eum oblatæ preces uestræ pietati a deoamantissimis Aegyptiacæ diocesis ⟨episcopis⟩ atque clericis esse declarauerunt, non solum inter episcopos siue clericos, sed neque inter fideles laicos iuste constituendus est, qui et piorum canonum disciplinam uastauit et Romanam rem publicam confusione conpleuit. uerumtamen quoniam imperialis lex et eccle-

---

PW

1/2 primitiis decentibus primitiis *P* 4 et homines *corrupta, coniecerim* ante omne se 7 feritates *PW, corr. W* 11 longeuitatem *PW* 12 tantum *P* 15 *malim* animabus, *transfertur* ψυχωφελεῖς 20 inconparabilis *PW* 22 pessima *om. P* adiunt *W* audiunt *P* 30 himalis *PW, corr. W* 30/31 prespicit *P* prospicit *W* 33 uero *PW, corr. W* 35 ūd *W* unde *P* 36 breuitatem *PW* 38 episcopis *om. PW* 41 confusionem *PW* imperiales *PW, corr. W*

siasticarum sanctionum consequentia custoditur, si placet, hoc supplico ut uocetur accusatus sacro uestræ pietatis edicto, quatenus in præsenti conuinci possit coram uestris auribus, quæ circumueniri non possunt, aut coram sancta synodo quæ pro qualitate temporis in ciuitate regia poterit inueniri, si tamen placuerit potestati uestræ, et ita dignam suorum actuum suscipiat ultionem. si uero, quod non credo, in tantis et talibus criminibus accusatus diuinæ iussioni uestræ obœdire noluerit nec ad proprium dominum ita pium mansuetumque principem concurrere festinarit, non solum ab ordine sacerdotii, sed et a deo simul et principe et cunctis hominibus sicut reus erit abiciendus. de sancto siquidem uniuersalique concilio Calchedone imperiali sanctione collecto ad confirmationem quidem atque cautelam orthodoxæ et catholicæ fidei et damnationem atque destructionem prauitatis Eutychianæ, quid L IIII 942 dicamus, quando per omnia concordem sensum intemeratæ fidei CCCXVIII sanctorum patrum qui Nicæa Christi gratia conuenerunt, et patrum Calchedone conuenientium reperimus? non enim aliud quidquam præter illam immobilem et fundatam rectæ fidei expositionem eos decreuisse nec aliquod augmentum aut detractionem in symbolo sancto fecisse cognouimus, ob quam rem et pæne omnes Occidentalium partium deo amabiles episcopi consentiente sibimet et pariter decernente sanctissimo atque beatissimo Leone Romanæ urbis archiepiscopo litteris propriis et oris sui confessione ea quæ ab ipsis sanctis patribus Calchedone collectis interpretata seu explanata sunt de domini nostri Iesu Christi incarnatione, confirmauerunt atque consignauerunt. unde uestram pietatem suppliciter exoramus ut dum una sit dominatio patris et filii et sancti spiritus et eiusdem fidei uniuscuiusque baptismatis et nos unum atque idem sapimus et in una sancta et consubstantiali et adoranda trinitate baptizati sumus, sicut et dominus noster deus et saluator Iesus Christus sanctis discipulis suis iniunxit, pacem Mt. 28, 19 quidem et nunc sanctis ecclesiis conferatis et retinaculum ori adponatis hæretico, quod indisciplinabilem eorum et inobœdibilem arceat intellectum. non enim ad ecclesiarum ædificationem, sed ad destructionem simplicium populorum contentiones M VII 583 excitare noscuntur.

Hæc itaque a mea paruitate mediocriter, ut potui, dicta sunt, tu uero, domine Christo amabilis atque laudabilis, cuius potestas et uirtus in manu domini est, quod tibi reuelauerit deus et in tuo corde fuerit consuete locutus, hoc in omnibus sancire dignare. nouimus enim et credimus quoniam qui te unxit in regem Iesus Christus deus et saluator noster, ipse tibi sicut Dauid et Daniheli suam sapientiam condonauit ad robur quidem et augmentum sanctarum Christi ecclesiarum et ad ædificationem atque constantiam fidelium populorum. quæ tamen acta fuerint apud consacerdotes in concilio apud nos celebrando secundum sacram uestram et adorabilem sanctionem, post non multum uestræ pietati declarabuntur.

Ego Agapitus episcopus Rodiorum orans dominum incolume ualere et longo sæculo conseruari Christo amabile uestræ serenitatis imperium manu mea suscripsi.

EXPLICIT

PW

1 consequentiam *PW* 3 qua *PW* 4 potuerit *P* 5 dignum *P* 7 festinaret *PW*, *corr. W* 8 ob *P* ordinem *PW* principem *PW*, *corr. W* 10 cautela *PW*, *corr. W* 12 a trecentis XVIII *PW* 13 in niceam *W corr* 17 amabilis *PW*, *corr. W* consentientes *PW* 22 s̅p̅s̅ s̅c̅i̅ *W* 23 in *Surius* ut *PW* 36 fuerit *PW* consacerdotes *W corr* consacerdotis *W* consacerdotibus *P* 39 incolumem *PW* 40 amabilem *PW* serenitates *W* 41 EXPLICIT LIBER [EPISTVLA *W corr*] XXXIII *W*

XXXIIII Piissimo atque fidelissimo uictori atque triumphatori Leoni principi semper augusto Iulianus humilis episcopus Coensis. Ego, domine Christo amabilis imperator, illam sapientissimam monitionem mente percipiens qua dictum est cognosce temet ipsum, uolui taciturnitate quiescere et maiorum patrum iudicium sustinere. non enim euocationis æqualitas parem rerum seruat effectum, sed quando coactus cum euocatione concordat, tunc similitudo nominum habet rerum quoque inper-
L IIII 943 mutabilem ueritatem. uerumtamen quoniam consulere nos tranquillitas uestra præcepit de unoquoque capitulo quod continetur in precibus deo amabilium consacerdotum Aegyptiacæ diocesis, manifestam meæ paruitatis facio uoluntatem mæstus existens et lacrimarum imbribus inrigatus, quid loquar, ignorans, captiuitatem ad destructionem utique pietatis illatam et pontificis lugens inopinabilem necem. ea siquidem quæ in Alexandrina ciuitate commissa sunt, ex ipsa narratione declarant animi passionem et ad uindictam tanti facinoris uestram solummodo prouocant æquitatem. nam constituti ut orbem debeatis gubernare terrarum, indisciplinationis ægritudinem ad interitum perducentem mederi summo studio festinatis, non gladium euaginantes ad necem, sed interminationis uerbo indisciplinatos regulariter perducentes ad obœdientiæ uoluntatem. sententiam itaque quam contra se Timotheus nefandus exigit, sancti canones apertius explanarunt, quos sua tyrannide sæpius
M VII 584 abnegauit disciplinam ecclesiasticam confundendo et iniurias inferendo, inimicus nescio quo modo totius Christianitatis effectus. captus enim in talibus uestram iustitiam debet experiri solummodo, quoniam ad magnitudinem commissorum eius, sicut in precibus continetur, potestas ecclesiasticarum non sufficit sanctionum. pando siquidem uestræ potentiæ et quid de sancto Calchedonensi concilio sentire dinoscor. hoc etenim nullatenus a ueritate discordat, quoniam fidem traditam a sanctis beatisque trecentis XVIII patribus consona uoluntate diuina inspiratione firmauit, non dogma aliud introduxit, non alterum symbolum, non uanam expositionem, non dualitatem unigeniti filii dei neque nouitatem aliquam celebrauit, sed per omnia consonat etiam sacro concilio CL sanctorum patrum pariter et Ephesio, cui præsederunt ter beati et sanctissimi patres Cælestinus Romanæ pontifex ciuitatis et Cyrillus Alexandrinus episcopus. supplicamus igitur uestræ potentiæ ut inuiolabiliter conseruetis ea quæ a Christo per ipsum de ipso bene sunt constituta. ubi enim tantorum erat congregata multitudo pontificum et sanctorum præsentia euangeliorum et frequens simul oratio, illic creaturæ totius opificem inuisibili uirtute credimus fuisse præsentem. terror enim tunc nullus fuit imperialis auctoritatis, quoniam sanctæ piæque memoriæ Marcianus amoris diuini diademate coronatus, spiritalem quoque suscipiens curam, festinauit apostolorum dogmata confirmari ⟨a⟩ præsulibus ecclesiæ, desiderio fidei accensus orthodoxæ. quem cum uestra pietas imitatur, et uictoriam contra barbaros adipiscitur et ueritatis quoque destruit inimicos.

Iulianus humilis episcopus definiens rettuli EXPLICIT

PW

1 *inscr.* EPISTVLA IVLIANI EPISCOPI AD LEONEM IMPERATOREM *W* 2 augusti *P* 4 taciturnitatem *PW*, *corr.* *W* maiorum *Surius* malorum *PW* 5 coactus = ὁ συναχθείς 7 consolere *PW* consolari *W*corr 8 dm̄ *PW* 11 destructionem *Surius* instructionem *PW* illatam *P* illa tamen *W* illam tamen *W*corr 15 mediri *P* festinatis *scripsi* festinantes *PW* 16 interminationes *PW* 18 nefandum egit *P* sc̄i canones *P* sciones *W* tyrannidem *PW* 20/21 uestra iustitia *PW* 22 in *om.* *PW*, *corr.* *W* 28 CL *P* et *W* 29 romani *P* 34 imperiales *PW*, *corr.* *W* 36 a *om.* *PW* 37 que *P* emitatur *PW*, *corr.* *W* 39 retulit *W* EXPLICIT LIBER [EPISTVLA *W*corr] XXXIIII *W*

XXXV Piissimo et Christianissimo et iuste a deo potestatem totius orbis et dominationem sortito uictori semper augusto Leoni concilium humilium episcoporum gratia Christi et nutu uestræ tranquillitatis in Cyzicinorum metropolim celebratum, quæ est Hellispontinæ regionis. Quantum ad fidem tuam, Christo amabilis atque piissime principum, * * neque sermo ad fauorem esse ualebit æqualis, claret enim quoniam L IIII 944 diuina pietas apud uos potius gubernat imperium. nam propter eius fidei constantiam uoluntatem requiritis sacerdotum, quatenus ex omni concordia uenerabilis fidei iura seruentur. unde studio uestræ serenitatis Christus omnium dominus præbet effectum. igitur sanctioni uestræ pietatis omni uirtute et celeriter ministrantes ea quæ nobis cum magna deliberatione atque consilio placuerunt, per has mediocres M VII 585 litteras indicamus. sacras etenim uestræ mansuetudinis litteras relegentes directas nobis per Eudoxium uirum deuotum magistrianum mox in ipsis principiis inuenimus fulgere pietatem et maximum uestræ serenitatis et fidele certamen, super hæc autem et de morte sacerdotis inquisitionem illic positam, quam homicidæ quidam non timuerunt suo iure committere in sanctæ memoriæ Proterium Alexandrinæ ciuitatis episcopum. et sicut positum est in precibus eorum qui et post mortem eius animam uenerantur, ipsum quidem perimere in sanctissimo baptisterio non timuerunt per totam ciuitatem trahentes, post hæc autem igni eius reliquias contradentes cinerem in uentos dispergere præsumpserunt, quod peccatum omni quidem tragœdia et quibuslibet fabulis aut huiusmodi figmentis uerborum poeticorum uidetur inmensius et nihil horum lamentationi Hieremiæ secundum. quis etenim sensum habens non clamet hos præsumptores crudeliores esse quam bestias, quæ tamen post mortem se in consanguineis nesciunt uindicare? quis autem mortuum ita uiolare præsumens uel solo nomine sit acceptabilis Christianus? sacerdotis autem sanguis uelocem habuit ultionem a domino Christo, quem sacerdotii esse constat auctorem, sicut in sanctis docemur scripturis quia sanguis sancti Zachariæ Hierusalem non esse pertulit inpuni- Mt. 23, 35 tam. qui et si fuisset aliquid ab eo contra leges factum quod possit eum facere dignitate episcopatus extraneum, oportebat non homicidis manibus, sed legum iudicio sacrarum et ciuilium hæc finiri. ergo quod in eo præsumptum est, si ueritas precibus inest, ualde crudelissimum esse dinoscitur, uestra tamen hoc solummodo, maxime principum, uindicta indiget aut certe clementia. et præcipue quidem ciuitati Alexandrinæ parcendum est, sicut etiam perspicit uestra tranquillitas; si uero etiam populum qui indisciplinationem æstimat esse legem, oportet sine emendatione dimitti, et hoc in uestræ pendet pietatis arbitrio. Timotheus autem, qui nunc Alexandriæ est constitutus episcopus, sicut in precibus continetur, in ea sede permanere non potest, si uere amisit presbyterii dignitatem et habuit cum iusta damnatione simul exilium, quæ tamen rursus non ex concilio sanctorum patrum regulariter sunt abolita. deinde cum secundum sacras regulas episcopi consecratio celebretur conuenientibus can. Nicæn. 4 prouinciæ cunctis episcopis et si per ægritudinem forte aut pro aliis necessariis et ineuitabilibus causis absentes sint, propriis tamen litteris ordinationi factæ consentienti-

PW

1 *inscr.* EPISTVLA SVBDVS SCRIPTIS EPISCOPORVM AD LEONEM IMPERATOREM *W* xp̄ianissime *P* potestate *PW* 1/2 dominatione *PW* 5 *lacunam indicaui, supplementum incertum* 7 requiretis *P* requirites *W* 10 mediocris *PW*, *corr. W* 15 poterium *P* proteritum *W* 15/16 ep̄o *PW* 18 contrahentes *PW*, *corr. W* 21 lamentationem *PW* 24 solo nomine *Surius* solomone *P* salomone *W* sacerdotes *PW*, *corr. W* 25 esset *PW* 26 docemus *W* 27 quia *W corr* 30 dinoscetur *PW*, *corr. W* 32 prospicit *PW* 33 indisciplinatione *PW* 34 pendit *PW* alexandrinæ *PW* 35 in[1] *om. PW*, *corr. W* 36 uere *scripsi* uera *PW* uero *W corr* presbyterii *W corr* prbī *W* pbr̄ *P* 39/40 inuitabilibus *W* 40 facta *P*

bus, si duo homines, et hi quoque damnati, Timotheum ordinauerunt nequaquam Aegyptiaco consentiente concilio, superfluum est huiusmodi hominem in episcopatus L IIII 945 ordine permanere, si tamen, ut diximus, preces nequaquam a ueritate discedunt. M VII 586 sed et petitiones pro eo uestræ tranquillitati porrectas legentes inuenimus gratiarum actionem apud uestram pietatem factam et post hæc propriæ fidei expositionem. dixerunt enim sanctam quidem synodum Nicæa factam suscipere et secundum eorum expositionem se credere, centum quinquaginta uero reuerentissimorum episcoporum concilium et quod pridem Calchedone celebratum est, penitus ignorare. unde huiusmodi sensus ostendit eo quia contrarii cultores sint sanctorum episcoporum qui in toto orbe consistunt. nam si concilium factum contra hæreses respuunt, quale est CL sub Nectario sanctæ memoriæ in maxima ciuitate regia ⟨e⟩ diuersis prouinciis congregatum, palam est quoniam illas hæreses prohibere nolunt, sed eas potius amplectuntur quas sanctissimi patres hæc pie constituentes anathemati subdiderunt. denique prima regula in eis est posita quæ anathematizat apertis sermonibus hæreses uniuersas. qui ergo hanc synodum refutant ita sanctam ac uenerandam, quam præ omnibus quidem ueritas confirmauit, deinde et beato tempore robur accepit, certum est quia non in uno capitulo sustinent scandalum, sed in multis hæresibus languere noscuntur. nam qui legem ueritatis adiutricem refugiunt, aperti sunt ueritatis ipsius inimici, quando hanc synodum, quam se ignorare confingunt, etiam Timotheus deo amabilis tunc Alexandrinæ ciuitatis episcopus, uir anima uenerandus, una cum eis præsens et ipse firmauit. post autem eorum maximam ignorantiam de ineffabili humanatione damnamus, quia dum a Cyrillo sanctæ ac beatæ memoriæ et ipso Alexandrinæ ciuitatis episcopo diuinas litteras doceri putentur, aut definitiones ab eo diuina inspiratione de ineffabili humanatione expositas ignorarunt aut hactenus sub pietatis figmento latuerunt, quando sanctæ memoriæ Cyrillo usque ad mortem communicauerunt et post eius terminum diuersa sentire noscuntur. nos igitur mox syllabas pietatis uestræ suscepimus, congregati uestræ tranquillitati significamus quia nouimus Calchedonense concilium fuisse secutum expositionem trecentorum XVIII sanctorum patrum qui in Nicæna urbe conuenerunt, adsedente quoque tunc temporis ipsi uenerando concilio sanctæ piæque memoriæ Marciano et sacratissimo Christianissimoque senatu. unde sanctorum patrum sequimur per omnia uoluntatem.

Nos ergo uestræ pietatis iussionibus omni uirtute et uelociter ministrauimus; dominus autem omnium et protector Christus conseruet uestræ pietatis imperium, ut ad tempora longa procedat, quatenus uestra tranquillitate salua in pace dei sanctissimæ ecclesiæ et totius orbis terræ consistat.

Euethius humilis episcopus metropolis Cyzici incolumem propter omnes uestram M VII 587 pietatem et longo tempore conseruari sanctam et consubstantialem deprecans trinitatem suscripsi

Petrus episcopus Dardani similiter

Timotheus episcopus Germensis similiter

Thalassius episcopus Parii similiter

PW

6 d̄d̄ *W* dum *P* in nicea *W*corr 9 quod *W*corr 10 heresis *PW* 11 CL *P* et *W* regia ex diuersis *Surius* regia diuersis *PW*corr regi aduersis *W* 12 palum *W* 17 sustinet *PW* languore *W* langore *P* 20 ciuitates *P* 23 definitionis *PW*, *corr.* *W* 24 et expositas *PW* 27 suscipimus *PW*, *corr.* *W* 30 ipse *PW* 32 omnium uirtutem *PW* 34 uram *P*corr tranquillitatem *PW*, *corr.* *W* saluam *P* 35 terra *PW*, *corr.* *W* 36 metropoli *PW* 41 thalasius *PW*

Dauid episcopus Adrianæ similiter
Pionius episcopus Troadis similiter
Alexander episcopus Occæ similiter
Theosebius episcopus Ilii similiter
Hermias episcopus Abydi similiter L IIII 946
Patricius episcopus Adrianotheres similiter
Sozomenus episcopus Mileti similiter
polytenus episcopus Scipseos similiter
Sabas episcopus Pioniæ similiter
Armonius episcopus Lampsaci similiter
Iohannis episcopus Pœmanenus similiter
Domninus episcopus Varenus similiter. EXPLICIT

XXXVI Piissimo et Christianissimo imperatori uictori semper augusto Leoni Iohannis Gregorius Auxentius Eustathius Epiphanius episcopi primæ Armeniæ in domino salutem. Deus uerus dominus noster Iesus Christus semper optima naturæ humanæ dona concedens nullum tempus sine sua prouidentia dereliquit. qua gratia etiam nunc fidei ueræ prospiciens, quæ nostræ salutis spes est, in te pio et Christiano principe quodam secundo Dauid cornu imperii reclinauit. quem sibi nouit religiose a cunabulis seruiturum, hunc sua sententia in omni orbe terrarum imperare sanciuit, quatenus ex uestro imperio profluerent bona subiectis et ubique pietatis prædicatio præualeret uestra utique mansuetudine nihil aliud præter fidem sceptra regalia iudicante. quarum rerum testis est et præsens zelus et studium illa firmandi, unde firmitas uestri accedat imperii. a deo namque unctus in regem mox ei qui unxit, ipsa principia commendasti optime satis cogitationibus simul et uocibus ei deseruiens et ut hæc bene consisterent, præ ceteris omnibus apud cunctos pro fide orthodoxa decertatus es, omni scilicet mala secta prorsus expulsa atque sublata, ad idem conuenientibus et ad inuicem concordantibus qui nuper quod fieri non oportuerat, uidebantur esse diuisi. quia prospicit uestræ pietatis intentio, ad unam reduxistis ecclesiam non solum eos qui per dissensionem noua passione languebant, sed etiam eos quorum erat a priscis temporibus mens corrupta et a recta et regia uia recedentes ad loca praua et spinosa blasphemi erroris abierant, ut secundum euangelicam uocem omnis ecclesiæ unum M VII 588
ouile consisteret et unus pastor dominus Christus esset. sed hæc quidem omnia pro- Ioh. 10, 16
ueniant in uestro semper imperio; quia uero et meæ simul humilitati piis litteris estis iubere dignati ut quid sentiam de his quæ Alexandria facta sunt, manifestem, licet [et] exaggeratio rerum ibi gestarum neque sententiæ tribuit facultatem caligine rerum tristium mentibus obumbrante, hoc tamen uobis insinuo quia si uera sunt quæ in precibus religiosissimorum episcoporum et clericorum Aegyptiacæ diocesis continentur et auctor Timotheus inuenitur tantorum et talium scelerum, quæ propter nimietatem, ut arbitror, non creduntur, alienus sacerdotio cum his qui similia perpetrarunt,

---

PW

5 hermia *P* 6 similiter *om. P* 7 sozominus *PW* meleti *PW*, *est* Μιλητουπόλεως 8 *coniecerim* Polyzelus 9 pianiæ *PW* 11 pœmaneus *PW* 12 EXPLICIT LIBER [EPISTVLA *W* corr] XXXV *W* 13 *inscr.* EPISTVLA SVBDVS SCRIPTIS EPISCOPORVM AD LEONEM IMPERATOREM *W* 14 Maxentis p. 71, 7 17 quo *PW* 18 secundum *PW* cornum *PW* 19 seruitorum *W* orbem *PW*, *corr. W* 22 testes *PW*, *corr. W* 26 ad[1] *scripsi* et *PW* 28 unum—ecclesias *PW*, *corr. W* 29 qui quorum *PW* 30 a regia *P* recendentes *P* 31 omnes *PW* 32 ouilem *PW* 33 simul *W* semper *P* humilitatis *PW* 34 in alexandria *W* corr manifeste *PW* 35 et *deleui* 39 alienus a *W* corr

apud sanctos canones iudicabitur. et hæc quidem de his quæ Alexandria gesta sunt, cum sancto concilio quod mecum est, deliberans religiositati uestræ significaui; fidem uero solam trecentorum XVIII sanctorum patrum qui dei gratia conuenerunt in Nicæna urbe sub piæ memoriæ principe Constantino, seruamus, qua ab infantia sumus inbuti L IIII 947 et in sacerdotio alios inbuere nouimus quamque et post hæc CL episcopi congregati in ciuitate regia firmauerunt et propriam iudicarunt et ipsa sibi cooperatrice utentes et doctrina diuinitus inspirata, sancti scilicet spiritus, blasphemias et zizania radicitus amputantes quamque nihilo minus et definitio a sancto Calchedonensi concilio explanata firmauit, præcipue repugnans uesaniæ nefandi Nestorii et sanctam synodum quæ Ephesi est celebrata, confirmans, cuius præsules fuerunt deo amabiles et sanctissimæ memoriæ Romanorum et Alexandrinorum episcopi Cælestinus et Cyrillus, qui maxime aduersus sceleratam blasphemiam Nestorii suis responsionibus doctrinisque claruerunt, quorum epistulæ aduersus eundem impium Nestorium et ⟨ad⟩ Orientales uniuersos datæ et ab eodem sanctæ memoriæ Cyrillo contra eundem Nestorium anathemata proposita sunt firmata atque roborata. igitur indicamus prolatam definitionem a sancto Calchedonensi concilio non sicut fidei symbolum, sed sicut definitionem esse positam ad peremptionem Nestorianæ uesaniæ et exclusionem eorum qui salutem incarnationis domini nostri Iesu Christi denegare noscuntur, ut agnoscant omnes qui ob hoc scandalum patiuntur, quia neque nos post orthodoxum symbolum CCCXVIII sanctorum patrum aut augmentum aut deminutionem in his quæ sic perfecte et a sancto spiritu sunt definita, suscipimus ⟨et⟩ fidem aliam nescimus, quia neque est nec patimur hoc audire, licet quidam esse dicant. si uero quibusdam uolunt calumniari uerbis, etiam hoc uestræ serenitati indicare confidimus quoniam ea quæ illis M VII 589 uidentur esse dubia, ad intellegentium sic respicere noscantur affectum. sunt enim quædam in definitione quæ ⟨si⟩ recte intellegantur, orthodoxa sunt; si uero aliquis ea aliter uelit inspicere, inueniet hanc sensus dubios parientem. multi siquidem et scripturas diuinas non intellegentes sicut scriptæ sunt, propriæ blasphemiæ dogmata genuerunt, quos dominus Christus sua clementia et sacra pietatis uestræ prudentia diligentiaque conuertat et rectæ prædicare uerbum ueritatis edoceat et hoc sapere quod sancta catholica dictat ecclesia, cuius caput quidem est Christus, uos autem robur ac fundamentum imitantes immobilem Christi petram, super quam omnium creator ecclesiam suam ædificans omnibus Christianis pietatis requiem condonauit. qui etiam uestram serenitatem semper conseruare dignetur in talibus uigilantem et insidiantem bestiam Christi ouilibus a sæptis fidei orthodoxæ repellentem. credimus enim quia postquam nostris litteris hæc indicauimus, cuncta ueritatis uia et omnis modus uestræ panditur pietati quatenus sopiantur scandala et ad fidem rectam membra discordantia reducantur domino Christo de super quadam inspiratione uestram tranquillitatem ad bona omnia deducente.

Iohannis episcopus misericordia dei Sebastiæ metropolis sanctæ dei ecclesiæ manu mea suscribens secundum sanctionem uestræ pietatis prædictam epistula mea

---

PW

1 in alexandria W^{corr} 4 orbe *PW* 5 CL *P* et *W* 12 sceleratum *P* 13 et ad *scripsi* et *PW* ad W^{corr} orientalis *PW*, *corr. W* 14 anathema *PW* 18 ut *scripsi* et *PW* 19 a trecentis XVIII *PW* 21 suscepimus *PW*, *corr. P* et *addidi* 23 confundimus *PW*, *corr. W* 24 intellegendum W^{corr} affectum *scripsi* effectum *PW* 25 si[1] *addidi* si[2] *del.* W^{corr} aliqui W^{corr} 26 uelint W^{corr} spicere *PW* aspicere W^{corr} hanc *scripsi* hæc *PW* sensos *PW*, *corr. W* multis quidem *PW* 28 suæ clementiæ *PW* 30 dicta *PW*, *corr. W* 31 emitantes *PW*, *corr. W* 38 deducentem *PW* 40 meam *W*

sententiam nuntiaui, quam habeo pro fide trecentorum XVIII sanctorum patrum in Nicæa conuenientium, quam et sanctum Calchedonense concilium confirmauit, simul et pro Timotheo, quem preces his aduersarium ostenderunt, et conseruari uestram potestatem temporibus longis exopto L IIII 948

Iohannis episcopus Nicopolitanus similiter
Gregorius episcopus Sebastopolis similiter
Maxentis episcopus Varissæ similiter
Eustathius episcopus Coloniæ similiter
Epiphanius episcopus Satalenus similiter EXPL

XXXVII Religiosissimo et piissimo et Christianissimo imperatori semper augusto Leoni Otrius Acacius Iohannis Adelfius Hormisda Longinus secundæ Armeniæ episcopi in domino salutem. Deus qui glorificantes se glorificat, secundum cor suum apicem (1 Reg. 2, 30) uestræ tranquillitatis inueniens inexpugnabilem palmam et honorem fidei consistentem placidus præbuit uobis, Christianissimi principum, super omnes homines sine prohibitione aliqua potestatem. insurgentes enim inopinabiliter subdidit uictoriis atque in- (M VII 590) conparabilibus triumphis et uestram pietatem excellentissimis honoribus exornauit, inmutilata et sine litigio et ab aliis indiuisa præbens sceptra uestri imperii, ut firmas atque claras in uobis diuinas seruantes formas optima uoluntate seruetis. bonum enim circa dominum deum fauorem uobis habentibus, mansuetis nutibus ad legalem et mirabilem uitam conuersationemque deducitur quidquid sub sceptra uestri imperii gubernatur; æquam uero sortem salutis uestræ utilitati reliquorum hominum ponentes inconcussam catholicis totius orbis ecclesiis pacem sine tumultuatione confertis et dei clementiam imitantes neque paruulos humilesque despicitis, quando per commodum condescensionis summitatis culmen ad nos etiam pro fidei causa deponitis sociosque nos, qui pro abiectione nostra nihil in terra sumus, inter uestras accipitis curas, non egentes conlationem nostram et in hoc utique magnitudinem inconparabilis dei clementiæ demonstrantes. quapropter quoniam iussi sumus, ultra nos quoque præsumimus et quid sentiamus, uestræ pietati suggerimus. nos igitur, uenerabilis imperator, in ultimo mundi loco degimus multo spatio a regia ciuitate distantes, sed uestræ potentiæ in nullo diuisi fauore circa fidem equidem rectam sententiam possidemus, ad sermones uero contentionum linguas habemus segnes. cohabitamus enim circa Armenios barbaros, fideles quidem, sed recte Romano eloquio non utentes, breui quodam ab eis spatio, magis autem intercessione Eufratis fluminis separati, et propter frequentem barbarorum permixtionem longos nequiuimus proferre sermones, uitamus autem etiam doctrinas extraneas proferentes, quia eloquia quidem sancti spiritus rennuunt et propriam doctrinam in euangelicis eruditionibus adferre noscuntur. nos etenim secundam inhabitantes Armeniam una et immobili utimur uoluntate et in una fide consistimus, communiter omnes et seorsum singuli pro uestra maiestate ad deum facientes orationem ab omni hærese et lingua blasphema separati unamque doctrinam

PW

7 Auxentius p. 69, 14 9 athalenus *P* ataleni *W* EXPLICIT LIBER [EPISTVLA *W*corr] XXXVI *W* 10 XXXVIII *P* *inscr.* EPISTVLA SVBDVS SCRIPTIS EPISCOPORVM AD LEONEM IMPERATOREM *W* 11 longius *W* armianiæ *P* amianiæ *W* arminiæ *W*corr 15/16 conparabilibus *PW* 19 abentis *P* habentes *W* nutibus *Baluze* notibus *P* noctibus *W* 20 uestri *om. P* 21 gubernator *PW*, *corr. W* æqua—sorte *PW* ponens *PW* 23 emitantes *PW*, *corr. W* 24 condiscessionis *P* summitates *PW* sumitis *W*corr 26 magnitudine *W*corr 28 pietatis *PW*, *corr. W* 29 degemus *P* 33 intercisione *W* eufrates *PW*, *corr. W* 37 secundum *PW* 38 in communiter *PW*

super omnia claram a sanctis trecentis XVIII patribus percipientes patrum fidem in-
L IIII 949 uiolabilem conseruamus, quæstiones uero de deo tamquam inutiles et nostra cogitatione superiores effugimus et aliud quidquam aut ⟨sentientes aut⟩ dicentes ualde declinamus a superfluis quæstionibus abstinentes et lectiones impias refutantes ab eorum prauitate inimica ecclesiæ sumus extranei et triticum fidei a zizaniis separatum uobis fidelibus imperantibus conseruamus, in traditione patrum doctrinæ sufficientiam possidentes et nihil superuacaneum quemquam loqui sinentes. superflui namque perscrutatores diuinarum rerum et dogmatum quæsitores et quasi pietatem
M VII 591 suis syllabis conprehendentes cum loquuntur aut aliud quicquam de scientia diuina delinquunt, eleuantur mox contra deum et uolens unusquisque aliquid constituere propriam fidem scribit, a catholica ecclesia semet ipsum abrumpit, rectis dogmatibus contradicit, fideles et fortiter instantes et manentes in fide uehementer inpugnare nititur et lingua propria debellatur. unde ne sæpius aduersitate diaboli diuisi et in multas discreti sententias rectam patrum inminuamus fidem, propugnatores uos fidei, quia inmensis iam beneficiis dei imaginem conseruastis, deus instituit quatenus contra operantes scandala uestra obicientes auxilia atque solatium laborantibus in euangelio conferentes triumphum cum eis pariter habeatis. sancta siquidem et catholica ecclesia euangelicam percipiens fidem, in qua tu quoque uocatus es, piissime principum, et confessus bonam confessionem in ea consistis atque traditiones tenes quascumque percepit, et uocante Iesu Christo non poteris amoueri, ab iniquis autem conprimitur quidem, non tamen adnihilatur, sed floret potius pietatis inlustrata dogmatibus et uestra simul inradiata fide suscipit bella hostium sibi placentium et eorum mala consilia nihilo minus auersatur, peregrinis et uanis doctrinis per diuersa non fertur. omnibus enim blasphemiis impietatis initium est languor pessimus, quo se magis amare uolunt. unusquisque enim horum uocationem Christi ad nomen proprium transferre uolens iniquas blasphemias aduersus Christum eructuare dinosci-
1 Ioh. 2, 19 tur; qui ex nobis fuerunt, non manserunt nobiscum. a recta namque et regia digressi uia et redemptorem nostrum Christum inpudenter abnegantes et ipsi uocatione qua uocati sunt, facti probantur exortes et obœdientes sibimet impie suum haberi uocabulum pro Christiana religione fecerunt, qui non in alia baptizati sunt fide aut alios Christi discipulos habuerunt alium modum baptismatis introducentes aut Christum
Eph. 4, 5 alium prædicantes. u n u s enim d o m i n u s, u n a f i d e s, u n u m b a p t i s m a, quidam uero imitantes Iudæ uoluntatem a semet ipsis blasphemiæ malitiam genuerunt et Christi uocabulo cum ipsa pietate priuati eos qui sub eorum nomine crediderunt, suo nomine uocari quadam deceptione fecerunt. hinc enim trecenti XVIII patres fidem in diuersis corporibus habentes unam confidenter bellum pro pietate gesserunt et ueritatem nimis mansuetissime defendentes et mentem uesanam hostium ecclesiæ reuelantes eos quoque qui et tunc simul erant, et nos qui post multum tempus sumus exorti, symbolo fidei ad ueritatis iura perducere non quiescunt. ⟨id⟩ enim acceden-
L IIII 950 tibus ad baptisma tradimus quod et accepimus, non augmentum aliquod facientes aut detrimentum ⟨in⟩ hoc. huic namque doctrinæ nihil adfectione minus est. contra omnes itaque abominandas hæreses ueritatem confidenter opponimus, ne uelut in-

PW

3 sentientes aut *addidi* 4 abstinentes *scripsi* abstinemus *PW* 7 quamquam *P* 8 diuinorum *PW* 10 unus quis *PW* 11 proprium *PW*, *corr.* *W* scribet *PW* 20 autem *nescio an delendum sit* 25 unus quis *W* 29 probatur *PW*, *corr.* *W* extorres *W*corr simet *PW*, *corr.* *W* habere *PW* 33 emitantes *PW*, *corr.* *W* 36 unum *W*corr 37 defedentes *W*, *corr.* *W* defentes *P* 39 id *addidi* 41 in *addidi* adfectionem *PW*, *corr.* *W*

præparati secundum scripta spiritalia condemnemur. et eis quidem qui sacrilegium M vii 592
in diuinas perpetrant scripturas et corda sibimet faciunt adhærere simplicium, nos cf. Mt. 25, 10
qua possumus uirtute resistimus; nerui uero simul et arma ecclesiarum et uirtus uos
estis, Christianissimi principum. nam et beatæ memoriæ Constantinus princeps
militiæ omnipotentis Christi trecentos XVIII sanctos patres habens armigeros et domi-
nico bello uincens maximus quidem apud regem regum apparuit, in omnibus autem
dei ecclesiis tempore longo et obliuione memoriam possedit fortiorem et ab omni pio
ore laudatur. igitur quasi paternæ succedentes hereditati sacratissimi principes
qui sceptra illius susceperunt, in synodo centum quinquaginta patrum et fidem trecen-
torum XVIII patrum piis et deo decibilibus sanctionibus firmauerunt et inuentorem
nouorum dogmatum confunderunt, inanem depellentes ab ecclesia pestem, æqualem
patris et filii et sancti spiritus substantiam uirtutem atque diuinitatem adnuntiantes,
in nullo dignitate auctoritate aut dominatione penitus imminuta. rursus ergo
diabolus arma suæ malitiæ Nestorii linguam exacuens in duos filios diuidere unum
et solum Christum nefanda uoluntate præsumpsit et rem unitatis ueræ dissoluens seor-
sum in hominem et seorsum in deum Christum filium dei uiui impia machinatione
discreuit. quo facto mox beatæ memoriæ Cælestinus Petri sedis sententiæque suc- Mt. 16, 16
cessor et Cyrillus Alexandrinæ ciuitatis episcopus et Acacius magnus noster pater et
doctor cum multitudine patrum sibimet adgregata sapientes impetum contra ueri-
tatem factum destruentes inuentorem mendacii cum ipso mendacio pariter expulerunt
et sanctorum trecentorum XVIII patrum fidem roborauerunt. sed neque hac dia-
bolus deuictione confusus dogma Valentini olim sopitum per Eutychen denuo reno-
uauit surrexitque dicens cæleste corpus adsumpsisse dominum Iesum Christum et ad
homines aduenisse. quem si fas esset, callidum uerbis, non uero intellectu conten-
dentem, ut non dicam dogmatum nummularium, ut cum corpore ad cælos educeretur,
ostenderemus ei dominum gloriæ figuras clauorum in manibus habentem et his potius
quam inaccessibili luce fulgentem. in carne enim is qui semper est, apparuit;
factus est ex muliere creator omnium, factus sub lege, ut eos qui sub lege erant, Galat. 4, 4. 5
redimeret, ut filiorum adoptionem reciperemus. pauper factus est, 2 Cor. 8, 9
cum esset diues, et participationem meæ carnis elegit, ex semine Abrahæ factus Hebr. 2, 16. 14
[est] et sanguine et carne participatus, proxime nobis uniens et conpaginans in unum
diuinæ naturæ peccatricem nostram ex transgressione naturam. caro enim et Luc. 24, 39
ossa secundum euangelistam deum ostenderunt et deus in carne et ossibus mani-
festatus est, ut cum a uita nostra mortalitas sit absorpta, nequaquam sit iam mors 2 Cor. 5, 4
uita uiuente per mortem. uiuus enim dei sermo in morte semet ipsum ostendens
quia uita est, mortem nequaquam esse declarauit et robur atque integritatem suæ præ- M vii 593 L iiii 951
sentiæ demonstrare uolens ad discipulos ait: palpate me et uidete quia spiritus Lc. 24, 39
carnem et ossa non habet sicut me uidetis habere, factus utique secundum
nos homo, qui permansit deus, mediator effectus dei et hominum, primitiæ dormien- 1 Tim. 2, 5
tium, primogenitus ex mortuis, secundus Adam, caput corporis ecclesiæ. ait nam- 1 Cor. 15, 20. 47. Col. 1, 18
que propheta: et homo est et quis agnoscet eum? quod enim ait et homo, et Ier. 17, 9

PW

1 condemnemus *PW* 8 principis *PW*, *corr. W* 10 docibilibus *W*[corr] 13 dignitatem auctoritatem aut dominationem *PW* imminuta *P* imminutum *W*[corr] 14 militiæ *P* diuire *P* 17 factos *PW*, *corr. W* 19 multitudinem *PW* aggregata *W*[corr] adgregatam *P*[corr]*W* adgregatum *P* 23 dm̄ *P* 24 intellectum *PW*, *corr. W* 25 ut[2] *Surius* et *PW* 26 hostenderimus *PW* fixuras *Baluze* 27 inaccessabili *PW*, *corr. P* carnem *PW*, *corr. W* 31 est *deleui* 32 ex transgressionem *P* extra gressionem *W* 34 obsorta *P* nequam *PW*, *corr. W* 35 uiuus *P* cuius *W*

augmentum ⟨per⟩ adsumptionem ostendit et eius qui est, et futuri in sæcula diuinitatem interpretatur. eum itaque adoremus Christum, qui et dispensatiue pro nostra salute suscepit carnem passionis et diuinæ nobis inpassibilitatis iura donauit. sic enim concilium sanctorum patrum Calchedone celebratum sapiens et trecentorum XVIII patrum inuiolabilem et intemptabilem custodiuit fidem et fortiter ineruditi uiri fatuitatibus resistens catholicis ecclesiis in toto orbe fundatis contulit bona pacis, cum quibus nos quoque in uno corpore congregati per fidem uestrum imperium inmutilatum et ad filiorum filios peruenire ab omnium domino deprecamur. si uero quidam decerpentes congruentias syllabarum conpositionesque uerborum bella et lites mouere temptant aduersus ecclesias, deus restitit eis; nos autem intentionem exponentium fidem et mentem probantes nequaquam a uerborum conpositione recedimus, sed et propugnatores dogmatum et perfectos custodes fidei trecentorum XVIII patrum habemus sanctos patres Calchedone collectos et sicut et ipsos trecentos XVIII patres honoramus. nihil enim adicientes illorum symbolo os obnoxium multis suppliciis damnauerunt. igitur sanctionem pietatis uestræ suscipiens una cum sanctissimis episcopis nostræ prouinciæ relegensque preces ab Alexandrinis clericis uestræ maiestati porrectas priores atque posteriores in prioribus quidem inuasionem ouium factam
Num. 16, 1. 13 contra pastorem fleui et contra ipsum sacerdotium seditionem noui Dathan et Abiron nimis ingemui. pudor enim cunctus per arrogantiam est expulsus, omnis lex et timor imperialis et iudicium est contemptus et sacerdotales sanctiones uexauerunt nefandissimæ uoluntates manus contra sacerdotes armantes, quas debuerunt optime temperare et donum perceperunt dignum suæ salutis pignus. habens etenim mentem ratione priuatam, sicut precibus sumus edocti, si tamen ueræ sunt, sceleratus Timotheus principatus amorem utilitati præponens ad res nefandas accessit sedibus non sibi conpetentibus inruens adhuc uiuo ecclesiæ sacerdote dispensationemque ecclesiæ petulanti uoluntate diripiens et principium sacerdotii faciens sanguinis effusionem, sed etiam sanctarum gregium cædis factus occasio inpudenter custodem constituit semet
M VII 594 ipsum, qui neque uocari dignus est Christianus, quando cruentis manibus uenerabilia mysteria non dubitat impia præsumptione contingere et post damnationem illam operari quæ ⟨neque⟩ eum neque alios agentes sanctorum patrum regulæ uidere per-
L IIII 952 mittunt. qui [neque] non sustinens ut secundum regulas ordinaretur ecclesiasticas et ab his qui simili castigationi uidebantur esse subiecti, factus episcopus ab omnibus ecclesiis semet ipsum excommunicasse dinoscitur quasi faciens diuinæ gratiæ donis iniuriam. deinde cum non ualeat curare quæ ab eo male præsumpta sunt, si tamen quæ de ipso dicta sunt, cum ueritate concordant, patrum conciliis obloquitur et cum ei mala patriæ non sufficiant, omnes conturbare temptat ecclesias, quasi potestatem habens gerendi quæcumque uoluerit, et neque uiuis neque mortuis præsulibus parcit ecclesiæ, sed quasi contra omnes potestatem impietatis adeptus primum CL patrum synodo derogat, quam spiritu diuino statuit sedes Alexandrina. quod mihi fecisse uidetur, ut effugiat homicidii adulteriique supplicia, illic namque in ipsis principiis

---

PW

1 per *addidi* 2 adoramus *P* 3 carne *PW, corr. W* inpassibilitatis *PW, corr. W* 5 ineruditis uiris *Wcorr* 6 orbem *PW, corr. W* 9 congruentia *PW* conpositionisque *PW, corr. W* 11 compositionem *PW, corr. W* 12 perfectas *PW* custodis *PW, corr. W* 13 habemus et *Wcorr* 17 prioris atque posterioris *PW, corr. W* 19 cunctos *W* 20 sacerdotalis *P* sanctionis *PW, corr. W* 21 debuerant *Wcorr* 23 scelaratus *P* 24 amore *PW* 25 sacerdotem *PW, corr. W* 28 dignus *PWcorr* dignatus *W* 29 contigere *PW, corr. W* 30 neque[1] *addidi* 31 neque *deleui* 32 similia castigatione *PW* 38 CL *P* et *W* 39 sedis *PW*

contra homicidas excommunicationis decreuerunt pœnam. non suscipit autem sanctum et uniuersale Calchedonense concilium nesciens quia etiam ante hoc a trecentorum XVIII sanctorum patrum fide semet ipsum fecit extraneum, quam sanctum utique Calchedonense concilium confirmauit ac roborauit. oportebat enim eum ascendentem tyrannice ad thronum beatæ memoriæ Cyrilli, illius libris incumbere et doctrinam illius possidere. sed uos, pii, tamquam uniuersos principes optima uirtute superantes fidem defendite tyrannidem sustinentem, patrum sanctionibus conferte uirtutem, sacerdotibus donate a periculis libertatem, prohibete eos qui inregulariter contra ecclesias nituntur insurgere, quatenus sine seditione et lite atque bello uestris temporibus sanctæ dei ecclesiæ constitutæ incessabiliter pro uestra longæuitate atque salute emittant domino Christo suas orationes, ut longis pacificisque temporibus uniuerso orbi terrarum et omnibus sanctis et catholicis dei ecclesiis condoneris, per omnia inuictissime et Christianissime triumphator semper auguste.

Otreius misericordia dei episcopus Melitenæ metropolis sanctæ et catholicæ ecclesiæ propria manu subscribens secundum sanctionem uestræ pietatis meam sententiam per præfatam epistulam protuli quid sentio et in confessione sanctorum patrum Nicæa conuenientium, quam secuta est et Calchedonense sanctum et uniuersale concilium, simul et quod sapio super Timotheum, quem preces accusauerunt, et custodiri uestram potestatem sanctis ecclesiis et omni orbi terrarum temporibus longis exoro

Iohannis episcopus Arcæ similiter

Adelphius episcopus Arabissi similiter

XXXVIII Religiosissimo et a deo infulas imperiales adepto Leoni augusto Alypius episcopus M VII 595 Cæsareæ Cappadociæ in domino salutem. Maximus omnium dominus deus munus optimum et sanctis dei ecclesiis et toto orbi terrarum uestrum condonauit imperium. et hoc nos non aliqua coniectura dicimus, sed ipso rerum experimento eruditi proferimus. L IIII 953 nam quando in ipso principio uestri regni, quod a deo in omni orbe suscepistis, non aliunde nisi unde decebat, imperii fecistis initium, maximum est indicium uoluntatis uestræ quam habetis circa beneficii largitorem. mox enim ut ad imperium accessistis, bene etiam hoc dispensante pro nobis domino nostro Iesu Christo repente iusta dei sententia in uestra pietate monstrata est, magis autem in nobis. nam uirtus imperantis commune bonum est et utile singulorum redditusque per uos et a uobis cunctis sanctis dei ecclesiis honor litteris ubique currentibus atque significantibus et quam habeatis circa fidem orthodoxam uoluntatem, et quia nihil ueritati præponitis. hinc itaque nobis fiducia conceditur et bonorum omnium spem habere confertur sub tali principe constitutis, qui et subiectorum salutem rebus omnibus superponit. quia uero contigit turbas atque tumultus emergere et in his magis rebus, ubi uobis maximum est studium, id est circa dei ecclesias pacis iura conferre, quam bonitatis inimicus diabolus ab eis auferre et uiolentiam inferre temptauit, neque in hac causa nostra probaris neglexisse cautelam, inuigilas autem et cuncta consideras

PW

1 excommunicationes *PW* 3 fidem *PW* 6 principis *PW*, *corr. W* 7 conferre *PW* 8 proibite *P* 9 bello *Surius* illo *PW* 12 orbis *W* 14 tresius *PW* 15 manus *P* 16 in nicea *W^corr* 17 secuta *scil.* σύνοδος 19 orbe *PW* 21 arabiæ *PW* *subscr.* EXPLICIT LIBER [EPISTVLA *W^corr*] XXXVII *W* 22 *inscr.* EPISTVLA INFRA SCRIPTIS EPISCOPORVM AD LEONEM IMPERATOREM *W* XXXVIIII *P* imperialis *PW* Alypius p. 23, 19. 77, 17 *Pelag. ep.* III *ad episcopos Histriæ* [t. IIII 2 p. 128, 37] olimpius *PW* 24 orbe *W* 25 coniecturia *PW* 28 beneficia *P* 30 sententiam *PW*, *corr. W* pietatem *PW*, *corr. W* 36 tumultos *PW* 39 causam *PW*, *corr. W* nostram *PW*

secundum pastores bonos, ne lupis liceat oues arripere, aut certe secundum optimos medicorum alligas uulnera et eis præbes denuo medicinam. cooperetur itaque dominus huic uestræ pietatis intentioni et modum inueniat quatenus omnia quæ diuisa sunt, copulentur et disrupta totius corporis membra rursus conpaginentur et totum ecclesiæ corpus salubritati reddatur unitumque seruetur. de his enim unde mihi uestris litteris præcepistis, id est de sancto Calchedonensi concilio et Alexandrinis malis, quæ cum fieri non oportuerit, facta dicuntur, hoc tantum dico quia similiter ignoraui et quæ Calchedone sunt gesta, quia nec in synodo fui, et ea quæ Alexandriæ
M VII 596 facta sunt, nunc uix audiui, simul et quoniam defunctus est sanctæ memoriæ Proterius et quia eo uiuente is qui nunc episcopus factus dicitur, ordinatus est. quia uero iussistis de his omnibus ignorantem meam uobis sententiam declarare, collegi reuerentissimos episcopos sub me constitutos (sunt enim duo), quorum unus, sicut præcepistis, aduenit et ipse mecum fecit sententiam manifestam, alter uero infirmitate detentus occurrere quidem non ualuit, suam uero uoluntatem ad me datis litteris indicauit, quas etiam meæ suggestioni coniungens pariter destinaui. his itaque sic se habentibus uestræ pietati significo quia ea quidem quæ particulariter examinata sunt atque gesta a sanctis episcopis in Calchedonensi ciuitate collectis, non legi (neque enim a sanctæ memoriæ tunc episcopo Thalassio, qui interfuit sancto concilio, aliquid hic amplius est adlatum ex his quæ gesta noscuntur), sed tantummodo definitionem expositam ab illo sancto concilio ab eo delatam inspexi, quam relegens salubriter congruenterque suscipiens atque intellegens et, ut reor, mente recta eam et ut oportebat examinans conperi a recta fide non dissonare. nam et trecentorum XVIII sanctorum
L IIII 954 patrum Nicæa conuenientium laudat fidem et eam sequi omni intentione festinat et inuiolabiliter immobiliterque custodit, in qua gratia domini nostri Iesu Christi et baptizati sumus et credimus et in qua credere accedentes ex gentibus edocemus, sed et reliquos omnes sanctos sequitur patres, et eos qui post illos in regia ciuitate collecti, et rursus qui Ephesi conuenerunt, et ut simpliciter dicatur, omnes qui in fide et recto dogmate sunt præclari, socios adserit et fidei communicatores. inscribit et sanctæ memoriæ Cælestinum et maximum Cyrillum, qui ubique noscitur adprobatus et maxime in anathematibus prolatis contra Nestorium et ei similia sapientium, sed etiam eos qui cum illis pro pietate dimicauerunt atque decertati sunt contra Nestorium
Ps. 74, 6 ueritatis inimicum et qui iniquitatem locutus est in excelsum, nec non aduersus eos quicumque adulterare uera dogmata cognoscuntur et, quod summum est, dominum nostrum Iesum Christum non confitentur ex sancta Maria uirgine dei genetrice incarnatum nostra carne et per omnia secundum nos factum præter nostrum peccatum propter salutem nostram, quod ab omnibus qui recte crediderunt et credunt, intellegi et dici omnes agnoscimus qui hanc gratiam adepti sumus. ergo quantum ad definitionem, quam etiam legi, nihil habeo in quo sanctum concilium possim de mala secta culpare. si uero non propter fidem, sed propter alia quædam quasi non secundum regulas a sanctis trecentis XVIII patribus in Nicæna urbe prolatas facta

---

15—20 sic se—inspexi *adfert Pelagius in ep.* III *ad episcopos Histriæ 121* [t. IIII 2 p. 128, 38]

PW

1 ouis arripuit *PW, corr. W* optimus *PW* 8 calchedona *PW* 11/12 collegi reuerentissimos *Baluze* colligere uos *PW* 12 eps *PW, corr. W* constitutus *PW, corr. W* 16 quia *Pelagius* qui *PW* examinati *PW* 18 thalasio *W* qui *Pelagius om. PW* 20 ab eo *PW* huc [hac *cod.*] *Pelagius* 25 occidentes *PW, corr. W* 30 anamatibus *PW, corr. W* eis *PW* sapientium] κατὰ . . . φρονούντων 33 adulterari *PW* 35 præter nostrum *P* pro nostram *W*, *del. W*[corr] 36 nostram *om. W, corr. W* 37 quia *PW* 40 orbe *PW, corr. W*

sint, quæstio nunc exorta est, hæc non uniuersalem debent tumultum facere, sed uestræ indigent examinatione pietatis. uobis namque hæc inquirentibus et sacras M VII 597 regulas relegentibus bene noui quia correctionem causa suscipiet. nullus itaque iudicet quia supra me et ultra quam mihi conuenit, hæc locutus sum. nam neque hæc ipsa dicerem, nisi coniurationem uestræ pietatis syllabis positam formidarem compellentem nos quæ uera sunt, cum fiducia declarare. de his autem quæ in Alexandrina ciuitate facta uulgantur, hoc tantummodo dico quia lamentatione digna sunt quæ gesta dicunt, et si uere facta sunt aut a Timotheo, qui episcopus dicitur ordinatus, aut a quolibet alio et sicut conscripta sunt in libellis pietati uestræ ab accusatoribus eius oblatis, ita contigerunt, indignos sacerdotio huiusmodi operarios esse dico. uestrum est autem omnia disponere sapienter et prouide huius mali impetum cohibere, ne ulterius possit accidere. igitur quæ de prædictis causis noui atque dicere debui, hæc sunt; quæ uero ipsius negotiis et omni mundo profutura sint, opto, siquid meæ orationes prosint, ut dominus Iesus Christus cuncta bona sua uestro præstet imperio et nobis in se sperantibus longis temporibus uestrum custodiat principatum dispensantem mansuete atque clementer et religiose quæ nostra sunt.

Alypius misericordia dei episcopus metropolis Cæsareæ primæ Cappadociæ sanctæ dei ecclesiæ obœdiens his quæ pie mihi a uestra potestate præcepta sunt, hæc meis scriptis insinuaui.

Musonius episcopus Nyssenus similiter EXPLICIT

XXXVIIII Piissimo et Christianissimo amabili imperatori semper augusto Leoni Patricius L IIII 955 Eustathius nebulius Theodosius Aristomachus Cyrus Ambrosius Patrofilus episcopi secundæ Cappadociæ. Intentio pia et studium quod circa rectam fidem geritis, munus Romanorum uobis contulit principatum, o sacratissime et Christo amabilis imperator. quam fidem in utroque conseruans uis equidem sanctas ecclesias esse et eas augeri nec non unumquemque ⟨ad⟩ fidem rectam, quam a prima iuuentute serenitas uestra seruauit, adducere quamque etiam uobis nunc tempus est aperte omnibus explanare. quia uero nostram sententiam quid sapiamus, sacris litteris manifestare sancistis et agnoscere uoluistis quid de sancto Calchedonensi concilio sentiamus et de his quæ Alexandriæ gesta dicuntur, conuocatis in idem sanctis episcopis secundæ Cappadociæ hoc egimus. conuenientes enim in unum una cum clericis primum quidem M VII 598 pro uita uestræ tranquillitatis orauimus ad custodiam sanctarum ecclesiarum nec non ipsius rectæ et uenerabilis fidei et pacem undique uictoria cunctarum gentium longius propagandam. relectis autem precibus ex utraque parte uobis oblatis, hoc est et a sanctissimis episcopis Aegyptiacæ diocesis et ab aliis, indicamus quia et ab initio in his quæ definita sunt a sancto et uniuersali Calchedonensi concilio, tunc consensimus et nunc in præsenti subscripsimus et ea ita seruamus sicut antiquum sanctum et uniuersale concilium sanctorum trecentorum XVIII patrum in Nicæna urbe celebratum, secundum quod et baptizati sumus et nosmet ipsos bonæ confessioni tradidimus sacer-

---

PW

3 causas *PW* 5 formidare *PW* 6 confiducia *PW*, *corr.* *W* 8 uera *PW* 12 accedere *PW*, *corr.* *W* 14 orationis *PW* 16 dispensante *PW* 19/20 insinuauimus onius [unius *W*] *PW* 20 nussenus *W* EXPLICIT LIBER [EPISTVLA W^{corr}] XXXVIII *W* 21 *inscr.* EPISTVLA EPISCOPORVM INFRA SCRIPTIS AD LEONEM IMPERATOREM *W* XL *P* cristianissimo amabili] *cf.* p. 41, 5 22 nebulius *PW* anebrius p. 79, 19 *coniecerim* Nebridius 26 ad *Surius om.* *PW* 28 explare *P* 32 uestra *PW* oramus *PW*, *corr.* *W* 33 pace W^{corr} uictoriam *PW* 34 propaganda *PW* 35 dicesis *P* 37 nunc W^{corr} tunc *PW*

dotiumque sortiti clementia domini nostri saluatoris Christi ad fidem eius eos qui imbuuntur, adducimus. nec non et alias synodos, quas per singula tempora congregari necessariæ res exegerunt, sicut in his indicatur, per omnia custodimus, quod a sancto spiritu celebratæ sint et his quæ placuerunt, constituta noscantur, et arbitramur quia quicumque sancto et uniuersali Calchedonensi concilio aduersari nituntur, semet ipsos non intellegunt, quando et sanctorum trecentorum XVIII patrum Nicæno concilio inimici apertissime conprobantur. nam si sancta Calchedonensis synodus hanc synodum suscepit atque firmauit tamquam ueritatem habentem et rectæ fidei firmitatem (utraque enim inest in se), quomodo non aperte illi quoque repugnare noscuntur? non enim prudentis est animi in parte quidem suscipere, in parte uero aliquid reprobare et propria abicere sententia quæ ab illis sunt utiliter definita. et de sancto quidem Calchedonensi concilio hæc dicta sufficiant; de his autem quæ Alexandriæ non bene gesta sunt, dudum quidem sufficienter fleuimus et nunc etiam nequaquam lamentari quiescimus. qui enim modus nostrarum erit lacrimarum, cum multa et inportabilia uideantur quæ in ea urbe contigerunt, sanctis ecclesiis passis iniurias, licet hoc uel
L IIII 956 dicere præsumptiuum sit, et neque pudore prohibitis eis qui sanctum baptisterium inuaserunt quique forsitan et in eo sanctam gratiam adepti sunt ad redemptionem pristinorum utique peccatorum? cum uero adicitur quia et in his locis sacerdotis interfectio perpetrata est, quomodo non erit ita terribile, ut omnem auditum ualeat obturare? dum autem etiam depompatum dicatur omne corpus iniuriisque subiectum, cum iam caruerit sensu, et membra diuisa ignique contradita collectusque cinis secundum quod illis placuit, esse dispersus, quomodo non erit hoc miserandum et multarum lacrimarum rigatione dignissimum? præcipue dum quis animo cogitet quia neque post mortem defuncto sacrificii oblationem fieri permiserunt, sed tamquam
M VII 599 extra naturæ legem eum puniri festinauerunt, qui iam nequaquam harum iniuriarum uidebatur habere sensum. ea uero quæ de Timotheo gesta sunt, penitus non laudamus. sacerdotium habere non potest, primum quidem, quia oportet eum qui ex quacumque causa deponitur, sustinere et neque ad eum gradum accedere neque ad maiorem currere dignitatem, antequam is qui eum deposuit, soluat sententiam in eo prolatam aut certe sanctorum episcoporum synodus quæ perspexerint iusta definiant. depositos autem episcopatu seu clericatu aliis hanc conferre dignitatem lex ecclesiastica nulla permittit. si autem etiam sinamus per concessionem quia duo episcopi fuerunt fidei præconio digni, neque hoc modo deficiente numero ordinatio episcopi potuit prouenire, quando hoc sacris canonibus inhibetur. dum uero habente episcopo in sua ecclesia sacerdotium et in nulla parte reprehenso neque remoto alter in ecclesia dicatur introductus, et culpabile et omni ratione probatur incongruum. quia uero, sicut precibus indicatur, omnia quæ de Timotheo gesta sunt, sine uenia sunt et omni consequentia uidentur extranea et a sacerdotio dissonantia, non solum si hæc omnia in eo probantur effecta, sed uel si unum tantummodo horum quæ prædicta sunt, contigit, neque sic eum subtilitates canonum sacerdotium habere permittunt. quodsi etiam insidiatus agnoscitur sanctæ memoriæ Proterio aut uolun-

---

PW

1 clementiam *PW*, *corr.* *W* 2 alia synodus *PW* 7 calchedonensi *PW*, *corr.* *W* 16 pudorem *PW* 20 obdurare *W* 21 sensum *PW* 22 dispersum *PW* 25 nequam *PW*, *corr.* *W* 27 non *om.* *PW*, *corr.* *W* 29 maiorem *Surius* mortem *PW* 30 præspexerint *PW* 31 depositus *PW* 33 digni neque *W* digneque *P* 35 reprehensum *PW* aliter *PW* 38 omnes *PW* omnis W^{corr} uidetur *PW* a] ad *P* ut *W*, *del.* *W*

tate aut opere, palam est quia et sacris canonibus expellitur et apud leges bene positas odibilis inuenitur.

Hæc itaque sunt quæ in unum conuenientes atque deliberantes pariter adprobauimus; uestra uero piissima Christianissimaque serenitas, quæ super nos prouide sortita uidetur imperium, multis bonisque fruatur temporibus et sicut oramus, sanctissimas sub quiete seruet ecclesias et pacem omni conferat mundo omnesque gentes uobis quæ sub sole sunt constitutæ, subcumbant, quod dudum gratia domini Christi constat esse iam factum, ut rursus ad meliorem statum Romanus perueniat principatus.

Patricius episcopus Tyanorum metropolis secundum uestræ pietatis sanctionem meam manifestaui sententiam de Calchedonensi synodo quia eam suscipio nihil contrarium sanctis patribus sapientem, similiter autem et de Timotheo, sicut supra scriptum est, et manu mea suscripsi et potestatem uestram multis oro custodiri temporibus

Eustathius episcopus Parnassi similiter
Theodosius episcopus Nazianzi similiter
Aristomachus episcopus Coloneorum similiter L IIII 957
Cyrus episcopus cobistuliæ similiter
Ambrosius episcopus Sasimæ similiter
Patrofilus episcopus Faustinopolis similiter
anebrius episcopus Doalæ similiter EXPLICIT

XL Piissimo et Christianissimo imperatori Cæsari Leoni triumphatori semper M VII 600 augusto Euippus Petrus Iohannis Gratianus episcopi prouinciæ uestræ Ponti Polemoniaci. Vos equidem inuictissimos atque Christianissimos principum quis non laudet terrarum orbem sapientia gubernantes et principatum fortiter optinentes et optimum æquitatis fundamentum, hoc est amorem quem circa nos geritis, digna ædificatione ponentes? aperte namque per hæc monstratur quia nulli fuit aliquando cuiuslibet rei sic feruentissimus amor sicut uestræ pietatis imperio ut Christianorum populus possit augeri et ad maximam gloriam potestatemque perduci. quem penitus in malis esse non sinitis nec uos ab huiusmodi uoluntate suspendit neque fauor populi neque multitudo pecuniarum nec adquæstus gloriæ neque quod rex regum esse uideris et nominaris, nec omnia reliqua quibus agnoscitur humana felicitas. nil igitur horum omnium uos ita lætificat quomodo ut per uestram maiestatem nos exultemus et per nos uestrum apud deum et homines adprobetur imperium et insolubilis apud nos potestas permaneat in æternum. propterea siquidem alienigenarum quidam populus, qui pridem nostram prouinciam ueluti suam inuaserat, non magno labore subiectus est, sed et omnes circa Romanum imperium gentes inimicæ destructæ sunt. uos autem hæc omnia secundo loco ponentes tamquam diuina manu protecti nostram concordiam ualde requiritis, bene scientes quia uestra securitas ecclesiarum tranquillitate consistat. nam si fuerit pax inconcussa, immobiliter seruabuntur uniuersa. nos itaque quis

---

PW

5 uidentur *PW*, *corr.* *W* 6 ecclesia *PW*, *corr.* *W* 9 uestram *PW* 10 qui *PW*, *corr.* *W* 13 Parnassi *scripsi cf. Hierocl. p.* 700, 7 paternus *PW* 14 nazialis *PW* 15 colonorum *PW* 16 cobistuliæ *P* cubistuliæ *W*, *legendum esse uidetur* Cybistræ, *cf. Gesta Chalcedonensia* 17 asime *PW* 18 patrofilius *PW* fostinopolis *PW* 19 anebrius *PW cf.* p. 77, 22 EXPLICIT LIBER [EPISTVLA *W*corr] XXXVIIII *W* 20 *inscr.* EPISTVLA SVBDVS INNEXIS EPISCOPORVM AD LEONEM IMPERATOREM *W* XLI *P* triumphari *PW*, *corr.* *W* 21 Cratidianus *Gesta Chalcedonensia* 21/22 polimoniaci *PW* 27 feruentissimus *Surius* fruentissimos *PW* fruentissimus *W*corr 31 itaque *PW*, *corr.* *W* 38 consistit *W*corr

possit digne flere sciens uerborum * * facta considerare et passiones lamentationibus æquare? quoniam pacem quam a patribus percepimus, non seruamus et cuius tantum nomen audiuimus, hanc nec leuiter uenerari cognoscimur. solutum est enim uinculum caritatis, thesaurorum nostrorum pax direpta est. o quanta sunt mala; protrahimur enim passionibus nostris ad gemitus. nostra fuit caritas aliquando, paterna est hæc hereditas, quam in nobis per discipulos dominus thesaurizauit dicens:
Ioh. 13, 34 mandatum uobis do nouum ut diligatis ad inuicem. sed hanc hereditatem priores quidem successores filius a patre suscipientes usque ad nostros patres inuiolabiliter seruauerunt, hæc autem luxuriosa generatio non seruauit. quomodo lapsæ
M VII 601 sunt de manibus nostris caritate defluente diuitiæ? nos caritate pauperes sumus et
Ps. 72, 3 inimicus de nostris malis locupletatur. ait enim psalmista: zelatus sum super iniquos. nos paululum transeuntes quod scriptum est, legamus: zelati sumus super iniquos pacem peccatorum uidentes. illi siquidem sunt concordes alterutris
L IIII 958 et sibimet copulantur et uelut funes sua perplexione roborantur: nos autem nec consentimus ad inuicem neque nostris sententiis concordamus, cum nullus ignoret quia sanctæ et laudabilis trinitatis primum bonum sit pax et indiuisio, unde et deus unus et est et esse creditur non minus propter concordiam aut æqualitatem substantiæ, sed etiam ut nomen hoc unitatis deo sit commune cum aliis quibus gaudet. pax enim et caritas et similia uocitatur, per hæc nomina nobis præstans ut his uirtutibus transformemur ad deum. secundæ uero post deum potestates, id est angelicæ cælestesque uirtutes nihil ita libenter habent quomodo quietem tumultusque uacationem. deinde siue leges creaturæ respiciamus quia cælum et terra et mare et totus hic mundus, maximum dei elementum atque mirabile, quod etiam deus declaratur, donec constiterit et pacem ad semet ipsum habuerit manens in propriis naturæ terminis et nihil ulterius contingens neque uincula suæ armoniæ digrediens, quibus artifex ratio omnia conligauit, mundus est, quod uocatur pulchritudo præcipua, qua nihil poterit quilibet hic clarius aut magnificentius inuenire, mox autem ut pacem amiserit, et mundus esse cessauit et illud pacis bonum quale fuerit, tumultuatione monstratur. et ut relinquamus populos et ciuitates et choros et militias et domos et nauium conplementa et coniugia atque societates pace quidem creuisse, tumultuatione uero defecisse, ad Israhel ueniamus et aliorum flagello corripiamur. illi
Deut. 7, 6 namque donec pacem habuerunt et ad inuicem et ad deum, sanctus populus et pars
Exod. 19, 6 domini et regale sacerdotium uocabantur, sed a principibus regebantur gubernatis
Exod. 13, 21. 22 a deo et columnæ eos ignis et nubis nocte dieque deducebant ut inter eos adstantes,
Exod. 14, 21 mare uero eis Moyseos uirga percussum uelut uitrum in aliqua summitatis parte usque ad finem sectum ab initio litoris usque ad terminum alterius probatur esse diuisum, ut et Moyses cum omni populo in fundo constitutus sine ulla infusione, adustus etiam sole, et pedibus abyssos in siccitate fundi digrediens non timuerit repen-
Exod. 14, 22 tinum murum ex fluctibus fabricatum, hinc et hinc instar muri conspiciens aquas

---

PW

1 *lacunam statui e. g. supplendo* compositione (*uel* apparatu) male 2 percipimus *PW, corr. W* 3 cognoscitur *PW* 11 inimicis *PW* inimici *W*corr locupletantur *W*corr 12 iniquas *W* 14 roborabuntur *PW* 15 concordam *P* 20 secunda *PW* 21 cælestisque *PW* uirtutis *PW, corr. W* 22 terram *PW* 23/24 declaratus *PW* declarat *Surius* 24 dona hæc *P* 25 ulterius *scripsi* alterius *PW* armeniæ *P*corr degrediens *PW* 29 populus *PW, corr. W* chorus *PW, corr. W* domus *PW, corr. W* 30 societatis *PW, corr. W* 31 fecisse *PW, corr. W* 32 don hæc *P* 34 deducebat *PW, corr. W* 35 moyseus *W*corr 36 sectum *Surius* secutum *PW* altaris *PW* alteris *W*corr

fuisse coagulatas. esurientibus autem cibus cælitus est adlatus, fontem petra sitien- Exod. 16, 4 sq. Exod. 17, 6
tibus ministrauit, pugnantibus autem manuum extensio pro innumeris milibus fuit Exod. 17, 11. 12
et triumphos oratio contulit, itinera præparauit. ab horum facie flumina recede- Ios. 3, 14—17
bant imitantia mare cognatum, sol stetit iusti oratione uinctus et proprio cursu sub- M vii 602 Ios. 10, 12. 13
sistens occasionem persequendi concessit, augmentum cottidianæ mensuræ largitus
est. sed et murus hostium propter sacerdotum ambitum tubarumque sonum for- Ios. 6, 12—16. 20
tissimus est commotus. at ubi iam mente languere cœperunt et legem umbram
futurorum sæpius conculcare et prophetas clamantes spernere, deinde euangelica
miracula quæ per Christum sunt facta, respicientes, id est conceptum sine permixtione,
incorruptam natiuitatem ex uirgine et de super inuisibiliter testificantes uoces ei cuius
supereminet dignitas, et naturalium infirmitatum salubritatem non aliqua medicina, sed
puro sermone et iussu uoluntatis effectam et mortuorum regressionem et timorem dæ- Mt. 14, 25
monum et potestatem passionum in aere et super maria gressum, non diuiso per utramque L iiii 959
pelago nec in fundo nudato gradientibus secundum miracula Moyseos, sed ipsa superficie
gressibus quasi terræ constipatione substrata per quandam fortitudinem procedente
uestigio, et ciborum copiam quantam ille uoluit, ministratam et epulas in deserto
largissimas, cum multa milia pascerentur, quibus non cælitus manna fluebat neque Mt. 14, 19
terra frugifera de sua natura res necessarias dabat, sed de ineffabilibus horreis diuinæ
uirtutis hæc munificentia procedebat, panisque præparatus ministrorum fructificatus
in manibus et amplificatus satietate comedentium, ita ut reliquiæ multis aliis mensis
copiam ministrarent et de [panibus] epulis totidem numero cofini quot sunt apostoli, Mt. 14, 20
remansissent, hæc itaque miracula uidentes singuli grauiter ualde respiciebant, sed
et piscium epulas, quas maria non præbebant, sed ille qui etiam mari hoc genus in-
seruit, pro tantis beneficiis mordacitate concussi et inuidentes suæ saluti, ut domini
bona paterentur, crimen hoc maximum iudicantes, aduersus saluatorem et Christum
magis accensi sunt in multasque diuisi partes aduersus semet ipsos postea sunt con-
uersi crucifixo domino eos ad hanc pœnam utique conpellente. igitur quanta in
oppressione sint passi non uictum porrigentes filiis, sed eos pro uictu necantes et Ioseph. BI 6, 201 sq.
famis remedium carorum pignora facientes, longum est enarrare. uerumtamen una
est horum maxima ualde calamitas quod toto mundo dispersi sunt, ut et cultus de-
ficeret eorum et Hierusalem pauimentum uix possit agnosci, ad quam eis ad hoc
tantum licet accedere quantum possunt desolationem eius in die lugere. sed nos
etiam huiusmodi habentes exempla ad discordiæ mala procedimus. heu mihi
quia ditati sumus in malis et omnia tenebræ conceperunt et operuerunt uniuersa
multum viiii plagis Aegyptiorum grauiora. palpabiles tenebras iam timemus ne
fumus expectati illius ignis hæc præsentia conprehendat, ne in his antichristus adsit M vii 603
et tempus habeat suæ potentiæ nostra uitia præsentesque languores. non enim
contra bene ualentium muros accedit aut caritate coarmatos adgreditur. propterea,
inquit Hieremias, ego defleo in lamentationibus et quæro oculis meis fontes lacri- cf. Ier. 9, 1

PW

1 coagulatus *PW*, *corr. W* 1/2 sitientibus ministra sitientibus ministrauit *PW*, *corr. W* 2 manum *PW* 3 faciem *PW*, *corr. W* 3/4 recedebat *PW* 4 emitantia *PW*, *corr. W* 5 concessit *Surius* consensit *PW* 6 muros *PW* pter *PW*, *corr. W* sonum numque *PW* sonum murum *W*corr 6/7 fortissimum *PW* 7 commotum *PW* 10 incorruptum *W* 11 qui dignitas *PW*, *corr. W* 15 quas *PW* procidente *PW* 19 uirtutibus *PW* 21 ministraret *PW* panibus *deleui* 22 remansisse *PW* 24 ut domini *Surius* et dm̄ *PW* 27 hunc *PW* conpellentem *PW* 28 negantes *W* 30 totum mundo *PW* in totum mundum *W*corr 30/31 deficere et *PW*, *corr. W* 35 palpabilis *PW*, *corr. W* 37 præsentisque *PW*, *corr. W*

marum. passiones sufficientes et uoco sapientes ut lamentationem operentur, et utero doleo; non est quomodo releuetur dolor aut quibus sermonibus hoc agatur, quia deuictis inimicis a nobis ipsis modo destruimur tamquam uesani carnes proprias comedentes nec sentientes quia alterutros iaculamus et ab alterutris in fugam conuertimur. nam si preces oblatæ uestræ potentiæ a religiosissimis episcopis Aegyptiacæ prouinciæ et reuerentissimis clericis cum ueritate concordant, quæ magnitudo est relicta nequitiæ? aut ubi sic amarus terminus alicuius tragœdiæ poterit inueniri? quis sine lacrimis permanebit, ut in hac narratione grauitate philosophiæ non possit excedere, audiens mediatorem dei et hominum, qui cum angelis stetit, qui cum archangelis choros egit, in uenerabili paschæ tempore, quo etiam latrocinantium collegia requiescunt, arma non mouentur, prætoria nihil agunt et unum omnibus Christianis studium est a rebus aliis uacantibus Christo per orationis puritatem in passionis atque
L IIII 960 resurrectionis sacramento communicare, ab spiritaliter pariente matre fuisse protractum et ab eis qui ab ipso in eo fonte nascuntur initiati? pariter et quia sacerdos sacrificiorum sine sanguine celebratorum necatus est et manus sacrificia faciens suo sanguine uiolata est, quia in multas partes ferro corpus diuidebatur eius diuersis contumeliis sauciatum et inrationali populo lusus effectum uiris et mulieribus atque iuuenibus calamitatem hanc pro pompa gerentibus ignique contraditum et pyramide tracta in ciuitate Christiana in cinerem dissolutum? hoc tamen gestum est, ut per omnia elementa sacerdos uictor existeret, in terra punitus, igne consumptus, in aerem dispersus et ut adsolet, per minutas partes et atoma direptus, ad uicinas aquas uentis effusus, ita ut nec sepulturam sanctam promereretur, quæ etiam impiis non negatur. quantos credendum est tunc paganos atque Iudæos taliter conspicientes * nostra mysteria derisisse? hæc igitur erunt posteris fabulæ incredibiles et amaræ; sed quis horum malorum auctor, si tamen accusatores ueri sunt? is utique qui adhuc uiuente pontifice in Marci sedem prorupit ascendere et adulteri modo thalamos inuiolabiles adtemptare ad sacrum altare pedibus non lotis accedens, qui suis manibus pontifex ordinatus est, qui omnes simul patrum terminos commouit et sententiam in sua damnatione prolatam ipse, sicut putauit, absoluit et alio iudicio episcoporum non indigens nefandam atque imaginariam ordinationem a damnatis episcopis, et hoc
M VII 604 duobus accepit, cum regulæ patrum sanctam et uenerabilem colentium trinitatem uel tres episcopos corporaliter adesse in huiusmodi dispensationibus omnino prospiciant. hic autem non tali obseruatione prouectus quoniam non poterat uirtute hanc bonitatem præsulis ecclesiæ Alexandrinæ transcendere, alium molitus est modum per quem conspicuus e contrario uideretur, et idem passus quod prouenit eis qui furoris immensitate cæcantur et quicquid prius occurrerit eis, inrumpunt, licet sit quoquo modo parcendum, qui cum tales sint, alios medicare contendunt neque hoc mansuete aut mitissime faciunt, sed uelut quidam medicus inperitus incidere solummodo et urere

---

PW

1 *scripserim* passioni et uoco] *conicio* euoco 2 utero] *conicio* iterum releuetur *Surius* reueletur *PW* 3 carnis *PW*, *corr. W* 4 fuga *PW* 7 tragiæ *PW* 8 qui *PW* hanc *PW*, *corr. W* 10 chorus *PW*, *corr. W* 11 mouetur *PW*, *corr. W* 12 orationes *PW*, *corr. W* 14 inuitiati *PW* 18 pompam *PW*, *corr. W* 19 *conicio* extructa cinere *PW* 20 existere *PW*, *corr. W* 21 uentis P^{corr} uendis *PW* undis W^{corr} 23 quantus *PW* quantum W^{corr} paganos P^{corr} paganus *PW* paganis W^{corr} iudæis W^{corr} *lacunam indicaui e. g. supplendo* acta 24 miseria W^{corr} 26 adultero *PW* 27 lutis *PW*, *corr. W* 30 ordinationem ā *P* ordinatione meam *W* ordinationem suam W^{corr} damnantis *PW*, *corr. W* epiis *PW*, *corr. W* 31 regulare *PW* 32 præspiciant *P* 35 e *Surius* est *PW* 38 urere *scripsi* incidere *PW* occidere *Surius*

præparatus, cui recte dicendum est: medice, cura te ipsum, abstulit itaque de diptychiis eum qui lege et ordine ascensu spiritali honoratus erat, et conscripsit illum qui dogmate tantorum episcoporum de pontificali cathedra proiectus est. his igitur ita gestis, ut dictum est (non enim nos harum rerum integritatem nouimus in ultimo quodam loco Ponti degentes), huiusmodi emendatio uestra tranquillitate nunc eget, quia nisi causa languoris ablata fuerit, non poterit sanitas reparari. quia uero etiam de concilio fecere memoriam hi qui multa primitus commiserunt, etiam de hac causa, quoduis nos pati contingat, pro ueritate licet sustinentes pericula non celamus, dum liberam potestatem et fiduciam utique sumpserimus, quatenus in nullo dissimilitudinis imago possit a principali figura disiungi et propterea sæpius uera sententia supplantari, multis utique propter honoris adfectum atque potentiæ, qui neque præsumptionem neque fastum, sed uitam deberent sequi, uirtutum contraria facientibus quique a ueritate propterea diuelluntur et cum eis abrumpitur etiam multa pars plebis, cui mos est seditionibus congaudere et cum uoluntatibus pariter aduolare. huiusmodi L IIII 961 siquidem conspirationibus * amatorum adquiescendum non est, dum magis ordo episcopalis per miracula conquiratur. quid enim de eis qui Gregorii magni nostræ ciuitatis episcopi et aliorum eiusdem uocabuli episcoporum et Basilii et immortalitatis amatoris, qui nomini suo respondit, Athanasii dogmata sapiunt, aliud post tanta tempora potest credi? aut quia aliquid conuertibiliter de inconuertibili poterunt cogitare et secundis semper priora dissoluere et non magis per quietem impetum tergiuersatorum semper quæstiones de deo quærentium destruere et aliquando post longas turbas sanctis dei ecclesiis pacis iura conferre? sicut enim rerum materies uehementi spiritu inruente in semet ipsa contrita ignem et flammam sponte frequenter emittit nequaquam prius hoc passa, donec spiritus flare cessabat, aut certe sicut celatus ignis in paleis nulla respiratione flammæ concessa neque ea quæ sunt uicina, consumit nec omnino ualet extingui, sed pro flamma uapor quidam per paleas fertur in aera, si uero M VII 605 quandam respirationem sumat, fumum conuertit in flammas, sic et nunc agitur, dum adhuc intus sunt querimoniæ, quæ contra nos machinari noscuntur; si uero conuenientes contra nos certamen decreuimus excipere, quod neque aures audiant neque oculi uideant aliquando pie uestra potentia sceptra imperii gubernante, metus est ne forsitan ad impudentissima bella perueniamus et confusio magna præualeat et nullam pacem ulterius expectemus. unde considerandum est, quia iam rex cælestis ad ianuas est, * nouissima sustineamus et ipsum dominum in gloria paterna uenturum iam non sub imagine, sed aperte respiciendum, iudicaturum omnem naturam humanam timoris et spei futurorum ambiguitate pendentem et propter euentum utriusque rei fortiter inhiantem. quia uero etiam de his qui Calchedona conuenerunt, consulere nos uestra tranquillitas dedignata non est, dicimus quoniam multitudinem illorum uirorum respicientes senectute sapientiaque pollentium in cunctis spiritalibus donis admirandorum, super hæc et fidem glorificantium pii numeri quos in Nicæna urbe sanctus spiritus congregauit, nec non CL, quos idem spiritus in regia urbe collegit, cui

---

PW

1 dyticiis *PW* dypticiis *W* 2 ascensus *PW* honorandus *W*corr 5 egit *PW*, *corr. W* 7 fecerem *P* fecerim *W* 10 possit a *scripsi* posita *PW* 14 euolantibus *Surius* 15 *lacunam indicaui e. g. supplendo* contentionis 18 amatori *PW* nomine *PW* anathasii *W*, *corr. W* 19 haut *P*corr 20 impetu *PW* 20/21 tergiuersarum *PW* 24 cessabit *W*corr sicut *scripsi* si *PW* 27 sumit *W*corr 31 confusio *Surius* confessio *PW* 32 alterius *W* 33 *lacunam indicaui e. g. supplendo* quomodo 34 imaginem *PW*, *corr. W* 35 ambiguitatem *PW* 40 CL *P* et *W*

etiam nos confirmati esse dinoscimur et pie conseruamus quæ ab eis prouisa sunt, et numquam tantum concilium nos denegamus. hæc ergo breuiter piscatorie et non Aristotelice suggessimus; siquid uero inerudite dictum est aut uelut ignorantibus conpositionem ornatumque sermonis aut uelut a negotiis longe positis, ueniam supplicamus uestram tribuere pietatem.

Euippus misericordia dei episcopus metropolis Neocæsariæ sanctæ dei ecclesiæ suscripsi et oro pacificum uestræ pietatis imperium longis conseruari temporibus pro sanctarum dei ecclesiarum et totius orbis statu, piissime et deo amabilis imperator

Petrus episcopus Comanenus similiter

Iohannis episcopus Polemonii similiter

Gratianus episcopus Cerasuntis similiter EXPLICIT

L IIII 962
XLI Piissimo et Christianissimo terræ domino possidenti cæleste regnum perpetuo augusto imperatori Leoni Seleucus Vranius Erythrius Aelianus Hyperechius Paulus humiles episcopi Helenoponti prouinciæ. Dignæ sanctiones actuum uestrorum, qui uobis imperii retinacula geminarunt. secundum fidem namque apostolicam catho-
M VII 606 licamque uirtutem uobis agentibus deus potentiam mundi commisit, quam pace deo placita gubernatis. sancti itaque prouinciæ nostræ deo amabiles episcopi conuenientes in unum relegere uestræ serenitatis epistulam et preces innexas, ut quod secundum sanctiones ecclesiasticas placeret, uobis indicaretur. considerantes ergo prædictas preces et earum lectione uelut oculis inspicientes necem sanctissimi sacerdotis in uenerabili baptisterii loco præsumptam, in quo etiam his qui pessima facinora committunt, refugientibus salus est, nec non et peregrinam quandam et ineffabilem, quæ neque apud feroces barbaros agitur, in eius corpore iniuriam factam, et non solum aduersus eum, sed etiam contra totius ordinem sacerdotii et pietatis pariter perpetratam horumque scelerum Iudaica uesania atque superbia commissorum auctorem fuisse Timotheum, lamentatione simul et lacrimis etiam nunc sumus inpleti et neque medium tempus luctum nostrum potuit inminuere, quia temporibus Christianis et uestris a Christianis quoque talia in sacerdote proprio committuntur, quæ a sæculo facta non sunt nec quilibet sermo hæc rettulisse cognoscitur. quæ audientes et uix abstinentes a lacrimis indicamus quoniam qui hoc scelus uere gesserunt, nequaquam episcopatu digni sunt, sed neque is qui ab eis ordinatus est, sacerdotium poterit obtinere, uel si regulariter prouenisset, quando etiam is qui dicitur ordinatus, ut aiunt, damnatus erat a sanctissimæ memoriæ episcopo suo Proterio et concilio sanctorum episcoporum Aegyptiacæ diocesis quique a duobus solummodo similiter secum condemnatis et neque numerum ordinantium conplentibus regularem nefandam ordinationem dicitur suscepisse uiuo pontifice et ea quæ sunt sacerdotii, celebrante et super hæc orthodoxos ac uenerabiles episcopos pæne totius Aegyptiacæ diocesis a propriis sedibus exclusisse nec non et clericos et monachos a proprio ciuitatum suarum ordine reppu-

PW

1 confirmati *PW corrupte*, conformati *Surius* dinoscimus *PW*, *corr. W* 2 nos *scripsi* non *PW* 9 comanus *PW* 10 polimonii *PW* 11 Gratianus] *cf.* p. 79, 21 EXPLICIT LIBER [EPISTVLA *W*[corr]] XL *W* 12 *inscr.* EPISTVLA INFRA SCRIPTIS ĒPORVM AD LEONEM IMPERAT̄ *W* XLII *P* 13 oranius *PW* hypericius *PW* 14 humilis *PW*, *corr. W* hellenus ponti *PW* sanctionis *PW*, *corr. W* 16 pacem *PW* 17 placitam *W*[corr] gubernantes *PW* s̄c̄s *PW*, *corr. W* amabilis ēp̄s *PW*, *corr. W* 19 placere *PW* 20 lectiones *W*[corr] 20/21 sacerdotes *PW*, *corr. W* 21 uenerabilis *PW*, *corr. W* præsumpta *PW*, *corr. W* 26 lamentationem *PW*, *corr. W* 32 prouenisse *PW*, *corr. W* aiunt *P*[corr] adiunt *P* audiunt *W* audirunt *W*[corr]

lisse et inregulares homines et mendaces in locis expulsorum temptauit euehere. sed et alia plurima perpetrata dicuntur, quæ cuncta sacris canonibus fieri prohibentur et ea sanctionibus ecclesiasticis excluduntur. super hæc autem dicit se non suscipere sanctam et uniuersalem synodum Calchedone celebratam, quæ per omnia fidem CCCXVIII sanctorum patrum [qui] Nicæa conuenientium inuiolabilem custodiuit, simul et quæ in reliquis conciliis definita sunt, hoc est CL sanctorum patrum in regia ciuitate congregatorum et prioris Ephesii, ⟨quod⟩ et nascentes hæreses spiritalibus gladiis radicitus amputauit et ita fidem inuiolatam prædictorum trecentorum XVIII sanctorum patrum per omnia roborauit, in qua et nati sumus et baptizati et baptizamus et in ea L IIII 963 M VII 607 uitam finire semper oramus. si uero lucem cæci et ueritatem mendaces accusant, illi quidem propter cæcitatem uisus, illi uero eo quod eorum error et malitia pariter arguatur, nouimus quia omnes hæretici sanctas synodos eorum malas sectas destruentes accusant. sic enim Arriani et Eunomiani de trecentis decem et VIII Nicænis patribus agunt, Macedoniani uero de centum quinquaginta in Constantinopolitana urbe congregatis, Nestoriani autem Ephesiæ synodo, Eutychianistæ uero et Apollinaristæ et ceteri malorum adinuentores sexcentis XXX patribus Calchedona conuenientibus aduersantur, inimicas ueritati destructiones extendunt et per suam uesaniam mentiri probantur. igitur Timotheum, qui Apollinarista cognoscitur et propterea semet ipsum a sancto concilio facit extraneum, inregulariter ordinatum et tanti mali reum, si tamen accusatores ueri probantur, nequaquam episcopum nominamus aut communicatorem sacerdotii sumimus, qui his ita malis uidetur obnoxius, et supplicamus piæ uestræ potentiæ quatenus sanctarum ecclesiarum prouidentiam sollemniter habeatis et disciplinam Aegyptiacæ diocesis dignam uestræ rectitudinis teneatis, quatenus fuga quidem persecutionem patientium depellatur et eis qui turbati fuerant, pax alta reuocetur sanctisque ecclesiis illic positis unitas conferatur. nostræ uero ecclesiæ dei gratia uestræ prouidentia pietatis in pace et unanimitate et fidei rectæ concordia magna consistunt nostraque uoce deposcunt quatenus resistatur eis qui synodum fieri quærunt. nam si sæpius conueniamus, aliud quicquam sapere poterimus præter ea quæ nobis sunt tradita a sanctis patribus et sanctis conciliis explanata. nihil enim aliud student qui optant synodos congregari, nisi ⟨ut⟩ uasa sacra plurimi sanctorum episcoporum uendentes pro sumptibus et expensis et subuectionibus animalium pretia uniuersa consumant et aliqui eorum in peregrinatione aut mari uitæ huius luce priuati onus hoc atque peccatum congregantibus concilium prouidere noscantur. sed iubete potius singulos sacerdotum in propria ecclesia positos et altari ubi constituti sunt, permanentes orationes et preces pro uestri æternitate imperii celebrare.

Seleucus gratia dei episcopus Amasinæ metropolis sanctæ Christi ecclesiæ manu mea subscripsi secundum religiosam sanctionem uestræ pietatis meam sententiam per prædictam epistulam manifestans una cum deo amantissimis episcopis cunctæ pro-

---

PW

1 inregularis *PW*, *corr.* *W* inuehere W^{corr} 3 dicet *PW* 4 s̄c̄m *PW* celebratum *PW* 5 trecentis XVIII *PW* qui *om.* *Surius* 6 CL *P* et *W* 7 priores *PW* quod *addidi nesciens an etiam plura exciderint* heresis *PW*, *corr.* *W* 12 arguantur W^{corr} hereticos W^{corr} s̄c̄ā *W* synodus W^{corr} 13 ariani *PW*, *corr.* *W* eunominiani *PW* VIII W^{corr} XVIII *PW* niceni *PW* 14 macedonii *PW* 17 *malim* extendentes 21 uidentur *PW*, *corr.* *W* 23 rectitudinis W^{corr} rectitudini *P* rectitudinem *W* fugam *PW*, *corr.* *W* 24 persecutionum W^{corr} 26 gratiæ *PW* 28 nisi *PW*, *corr.* *W* 29 s̄c̄ī concilii *PW* 30 synodus *PW*, *corr.* *W* ut *Surius om.* *PW* 32 mare *PW* 33 noscuntur *W* 34 altar *P* alter *W* 35 uestræ æternitatis imperio *PW* 36 seleucius *PW* 38 dī amantissimis *PW*

uinciæ, quid sentiam et pro recta fide trecentorum XVIII sanctorum patrum Nicæa conuenientium, quam et Calchedonense concilium confirmauit, nec non et de Timotheo, qui precibus accusatus est, et multis temporibus a deo seruari uestrum oramus imperium

Vranius episcopus Iboreæ similiter
M VII 608 Erythrius episcopus Amisi similiter
Aelianus episcopus Sinopensis similiter
Hyperechius episcopus Zili similiter
Paulus episcopus Andrapenus similiter EXPLICIT

L IIII 964
XLII Piissimo et Christianissimo amabili imperatori et regnum cælestium possidenti augusto Leoni Petrus Aetherius Saturnilus hipedius episcopi Paflagoniæ regionis. Erexistis equidem olim dei sanctas ecclesias, primum hoc iustum sacrificium offerentes domino Christo, quod iura omnia pietatis transcendat et propriam uirtutem habeat [et], quatenus ea quæ a diuæ memoriæ Marciano constituta sunt, firma permaneant. nunc itaque orta nobis est Christo amabilis et regnum a diuinitate suscipiens uestra tranquillitas, ut magnæ intentioni concordiæ [et] indiuisæ recta piaque seruetur fides in sanctis dei ubique constitutis ecclesiis. agnouimus etenim uestræ pietatis oraculo quia pro Alexandrinæ ciuitatis pace curam maximam habeat uestra serenitas, ex precibus autem subiectis inuenimus Proterii quidem beatæ memoriæ ab eadem ecclesia factam exclusionem et uoluisse Timotheum in eadem ciuitate sumere pontificatus officium et machinatum ut memoratus uir cum pœna de præsenti uita recederet; ad hæc autem confiteri Timothei sectatores quia trecentorum quidem XVIII patrum et concilii Ephesi congregati sequantur fidem, CL uero sanctorum patrum concilium in regia ciuitate celebratum et sanctam et uniuersalem Calchedonensem synodum denegare noscantur. sancientes ergo quæ communiter sapimus episcopi Paflagoniæ regionis, ad notitiam pietatis uestræ deducimus. præcedente siquidem nostra oratione ac supplicatione ad dominum nostrum Iesum Christum emissa pro uestræ serenitatis imperio et unitate sanctarum ecclesiarum et cum multa deliberatione diuinas litteras intuentes et preces subiectas eis uestræ pietati suggerimus quia cuncti ante nos deo amabiles episcopi doctrinam sanctorum euangeliorum et apostolorum percipientes et sequentes fidem sanctorum patrum apostolicam confessionem docentium tradiderunt nobis unam cum fideli populo huiusmodi fidem. unde dominum et deum nostrum orantes rem publicam potentiamque uestram a deo nobis concessam longa ætate seruari, nequaquam separamur a traditione trecentorum XVIII sanctorum patrum neque concilium sanctorum CL in regia ciuitate celebratum neque sanctam et
M VII 609 uniuersalem synodum in metropoli Calchedone factam * * sed neque augmentum aut imminutionem a traditione sanctorum CCCXVIII patrum eas habere dicimus, sed ad peremptionem eorum factas qui quantum ad se, gratiam sancti spiritus denegare noscuntur et in sancti mysterii Christi domini dispensatione * *. quam ob rem repugnant et contumelias inferunt etiam illi magno sanctoque concilio trecentorum

PW

4 oranius *PW* 5 eruthrius *PW* amasi *PW* 7 hypericius *PW* 8 adrapenus *PW* EXPLICIT LIBER [EPISTVLA W^{corr}] XLI *W* 9 *inscr.* EPISTVLA EPISCOPORVM INFRA SCRIPTIS AD LEONEM AVGVSTVM IMPERATOREM *W* x̅p̅ianissimo amabili *PW* *cf.* p. 41, 5 cælestium] οὐρανίων *pro* οὐράνιον 10 saturnellus *PW* hipedius *PW*, *latet* = Ὑπερέχιος 12 propria *PW*, *corr.* *W* 13 et *deleui* 15 et *deleui* 17 pacem *PW* 19 facta exclusione W^{corr} pontificatum *PW* 22 CL *om.* *W* *post* uero *coll.* W^{corr} 24 noscuntur *W* 34 CL PW^{corr} et *W* sc̄m *PW* 35 *lacunam indicauerunt editores Romani* 36 trecenti *PW* trecentorum W^{corr} 38 *lacunam indicauit Surius*

XVIII sanctorum patrum. non enim sine periculo esse putauerunt sancti patres, si tacerent hæreticorum incredulitatem nitentem sancti illius concilii iura subuertere et non aperta narratione sanctam ueramque fidem omnibus explanarent. qua- L IIII 965
propter ostenditur quia isti qui nunc sancta concilia denegant, non zelo pietatis, sed inconstanti contentiosaque sententia non solum contumelias patribus sanctis inferunt, sed etiam uniuerso ordini sacerdotum. de Timotheo uero et quæ ab eo machinata dicuntur, si tamen ueræ preces sunt quas uestræ serenitati porrexerunt reuerentissimi clerici Alexandrinæ ciuitatis et sanctissimi episcopi Aegyptiacæ diocesis, dicimus quia dura uidentur et ualde crudelia quæ ab eo commissa sunt, et cunctos iniquitatis terminos tali operatione transcendunt, ita ut non solum sacerdotii gradu probetur indignus, sed etiam ab ordine sit laicorum remouendus, præsumens cum multis criminibus quæ gessit, contumelias quoque conciliis sanctis inferre. de quo domini quidem dei opus est ut ei remittatur opus quod fecit aduersus sacerdotem nihil sibi nocentem, uestrum uero, triumphator maxime principum, ut iustum sacrificium offeratis domino deo tantorum scelerum uindictam uobis placitam facientes. deprecamur autem et uestram pietatem totis uiribus exoramus ut apostolicam doctrinam, in qua creditis, immobilem conseruetis in pace multa et tranquillitate sub uestræ pietatis imperio et clero et omni populo in fide saluberrima constituto et ut eis qui inaniter alia concilia fieri desiderant, resistatis et ut nobis uestra pietate donetis quatenus sub quiete degentes secundum fidem et traditionem sanctorum patrum confitentes in pace inuiolabili et disciplina seruemur orationi diuinæ supplicationique uacantes et uitæ atque conuersationi domino Christo placenti ad honorem orthodoxæ fidei et fundentes domino deo preces pro uestra serenitate, quatenus dominus Christus uestræ pietatis imperio suæ infundat dexteræ claritatem, quæ uos sua pace conseruet et fortitudinem uobis atque uirtutem præstet, simul magnificentissimis maximisque proceribus et gloriose sapienti iustissimoque uestro senatui ad peremptionem ferocitatis malignarum ⟨hæresium⟩ et unianimitatem sanctarum Christi ecclesiarum et totius Romanæ pacis et disciplinæ.

Petrus episcopus Gangrenæ metropolis sanctæ dei ecclesiæ manu mea subscripsi et secundum sanctionem uestræ pietatis propria sententia declaraui, sicut in hac epistula probatur esse prædictum, una cum deoamantissimis episcopis M VII 610
nostræ prouinciæ quam habemus uoluntatem in orthodoxa fide trecentorum XVIII sanctorum patrum Nicææ conuenientium, quam et sanctum Calchedonense concilium confirmauit, nec non et de Timotheo, qui in precibus accusatus est, et oramus orthodoxum et Christo amabilem principatum uestrum multis a deo domino conseruari temporibus

Aetherius episcopus Pompeiopolis similiter

Olympius episcopus Surensis similiter

Saturnilus episcopus Amastrenæ ciuitatis ⟨simul et⟩ pro sanctissimo episcopo *, eo quod ægrotaret, subscripsi similiter EXPLICIT

PW

2 nitentes *PW* conuertere *W* 4 s̄cam *PW, corr. W* concilium *W, corr. W*
5 s̄ci *PW, corr. W* 10 gradum *PW, corr. W* 14 triumphatorem *PW* offeretis *P*
16 totius *PW, corr. W* quam *W*corr 18 de clero *W* 22 conuersatione *W*corr
27 hæresium *addidi* unanimitatem *W* 33 nicenæ *PW* 34/35 orthodoxam *PW* 35 x̄pi *PW*
39 saturnellus *PW* simul et *addidi* *nomen excidisse uidit Surius* 40 EXPLICIT LIBER [EPISTVLA *W*corr] XLII *W*

XLIII Domino piissimo et inuictissimo atque Christianissimo perpetuo augusto im-
L IIII 966 peratori Leoni Vrsilius Dalmatius Maximus episcopi uestræ Dardaniæ. Et agnouimus et inuenimus in electione imperii uestri saluatoris dei iudicium et quia uirtute sua cunctas regno uestro subdit barbaras nationes et per uos eius pietas firma inuiolabilisque consistit, [et] ut nemo præsumat apud pium imperatorem aliquid iniquum petulantia scelerata suggerere, quia sicut in sua pace omnia diuina consistunt, ita nihil sacramentorum dei per fidem tranquillitatis uestræ humana uarietate mutatur. quid enim ita præceps est aut sic impium poterit iudicari quam credere pietatem fidei terminis apostolicis communitam, innumerabilibus sacerdotibus et omnibus sanctarum scripturarum testimoniis roborâtam nec non et decretis Nicæni Calchedonensisque concilii iudicio confirmatam inanibus et profanis præsumptionibus posse uiolari, dum ad omnem perfectionem catholicæ fidei sapientissimi Salomonis doctrina sufficiat?
Sap. Sal. 1, 1 ait enim: s a p i t e ⟨de⟩ d o m i n o i n b o n i t a t e e t i n s i m p l i c i t a t e c o r d i s q u æ r i t e e u m. quid ergo pessima calliditate nequitia faciet, cui ultra bonitatem nequaquam licet excedere? sed sicut ostenderunt litteræ meæ humilitati directæ, hæc Timotheus nihil respuisse dinoscitur, qui episcopatum ambiens episcopi morte percepit, quapropter aliorum scelus eius ruina factum est et in fraterno concilio non uocatur, quando fratris necator esse cognoscitur, utique a reuerendæ memoriæ Proterio, quantum ad fidem eius, in nullo læsus, cuius tali morte hic ordinatus uestræ tranquillitatis iudicio nullum poterit eius gradus habere robur. igitur religio uestræ pietati commissa ab æterno deo, inuictissime principum, conseruetur, eius clementia imperium quod uobis collatum est, in omni gloria longa ætate muniatur et sicut uestra mansuetudo diuina propi-
M VII 611 tiatione continuis temporibus custoditur, sic et sacra mysteria nullorum scelestis præsumptionibus uulnerentur, sed pietatis uestræ laboribus pax mundo collata in sua soliditate intransgressibili pietate seruetur.

Vrsilius episcopus Dardaniæ incolumem tranquillitatem tuam pro pace mundi et catholicis ecclesiis multis annis uirtus æterna custodiat, domine piissime et inuictissime perpetue auguste

Dalmatius episcopus neutimæ similiter

Maximus episcopus Dioclitianensis similiter EXPLICIT

XLIIII Piissimo et inuictissimo domino totius terrarum orbis et Christianissimo imperatori Leoni Petrus episcopus metropolis Corinthi et reliqui episcopi reuerentissimi sub me constituti Iohannis Athanasius Timotheus Afobius Epictas Demetrius Zoilus Plutarchus Georgius anoxolius Rufinus Alexander Candidus Agathemerus Alexander Architimus Cyriacus Thalis Domitius Ossius Constantinus et Hesychius in domino salutem. In omni quidem quibus propter religiosum imperium uestrum res publica
L IIII 967 bene regitur, omnium dominus glorificatur Christus, præcipue autem in quibus orthodoxæ fidei inconcussa iura seruare studet uestra tranquillitas, pro quibus sancta et

---

PW

1 *inscr.* EPISTVLA INFRA SCRIPTIS EPORVM AD LEON IMPM *W* XLIIII *P* 2 Vrsicinus *p.* 24, 23 dalmatius et *W*corr 3 lectione *W* 4 subdidit *W*corr 5 et *deleui* 7 tranquillitates *PW*, *corr. W* mutantur *PW* 9 commonita *PW* 10 roborata *PW* 10/11 calchedonisque *PW* 11 in animabus *PW* inanis *W*corr 12 salamonis *PW* 13 de *om. PW* 16 morte *Surius* mente *PW* percipit *PW* 22 ætatem *PW*, *corr. W* 26 Vrsicinus *p.* 24, 23 29 *scripserim* Vlpianæ 30 diclitianensis *W* declitianensis *P* EXPLICIT LIBER [EPISTVLA *W*corr] XLIII *W* 31 XLV *P* *inscr.* EPISTVLA EPORVM SVBDVS SCRIPSIT AD LEON IMPRM *W* 33 metrius *PW* 34 gerocius *PW* anoxolius *PW* *scripserim* Anatolius Candidus *p.* 89, 28 caredimus *PW* agaterus *W* acaterus *P* 35 ossius *p.* 89, 35 osius *PW*

adoranda trinitas intentionem uestram remunerans et uictorias de inimicis et omnia sicut optatis, præbuit et præbebit uestræ pietatis imperio. unde uero dignata est nobis scribere uestra tranquillitas et aperte iussit nostram manifestare sententiam, hæc pietatis uestræ potentiæ declaramus quia ea quæ a Calchedonensi sancto et uniuersali concilio definita sunt, tamquam sanctis synodis præcedentibus consona et in nullo contraria aut sanctorum trecentorum XVIII patrum Nicæno concilio aut Constantinopolitano CL aut Ephesi sub beatæ memoriæ Cyrillo celebrato omnibus sententiis manere immutilata decreuimus. nihil enim dubium in eadem sancta et salutari fide derelictum est nec conuenit de tali causa sæpius fieri tractatus uniuersales, quasi in uerborum nouitate et non in fide inconcussa rectaque conuersatione salus humani generis constituta sit. Timotheum uero, sicut ex his quæ sunt scripta, cognouimus, nec regulariter nec consequenter sacerdotium optinere perspicimus; quo tamen modo oporteat eius causam et sanctas ecclesias in illa constitutas regione **M VII 612**
disponi secundum deum, in uestra pietate et iustitiæ pendet arbitrio, quæ non minus paci ecclesiarum quam securitati ciuitatum et subiectorum prouidere dignatur, perfecte sciens quibus imperare diuino iudicio constituta sit, docta pariter ecclesiasticas sanctiones et proprias leges, et per utraque tam orthodoxam fidem quam rei publicæ iura disponens. nostras igitur orationes, quas pro uestræ serenitatis imperio incessanter offerimus, omnium deus et dominus placatus accipiat, quatenus et omnis mundus per uos et sanctæ eius ecclesiæ cum omni pace et tranquillitate et fide orthodoxa gubernentur.

Petrus episcopus metropolis Corinthi sancta et consubstantialis trinitas, quæ tuum genus ad munimen fidei orthodoxæ et salutem generis humani constituit, pium tranquillitatis tuæ longissimo tempore seruet imperium, uenerabilis imperator

Athanasius episcopus Atheniensium similiter
Rufinus episcopus Thespiensis similiter
Alexander episcopus Patrenus similiter
Candidus episcopus similiter
Agathemerus episcopus Megarensis similiter
Alexander episcopus Elatiæ similiter
Architimus episcopus Thebarum similiter
Cyriacus episcopus Carystenus similiter
Thalis episcopus Argi similiter
Domitius episcopus similiter
Ossius episcopus Lacedæmonis similiter
Constantinus episcopus Calchidis similiter
Isychius episcopus Tanagrensis similiter
Iohannis episcopus Messinæ similiter
Athanasius episcopus Oponti similiter
Timotheus episcopus Megalopoleos similiter
Afobius episcopus Coroniæ similiter
Zoilus episcopus Scarfiæ similiter

PW

7 CL *PW*[corr] et *W* · epheso *PW* 8 $\overline{\text{sca}}$ et *P* $\overline{\text{scae}}$ *W* 9/10 uniuersalis *PW* 12 prospicimus *PW* 13 causa *PW* 14 pietates *P* 16 impetrare *PW* doctas *W*[corr] 17 sanctionis *PW*, *corr.* *W* 19 omnes *PW*, *corr.* *W* 22 metropoli *PW* consubstantiales *PW*, *corr.* *W* 25 athenensium *PW* 26 tespinensis *PW* 35 lacedommis *PW* 38 missinæ *PW* 39 poponti *PW* 41 fouius *PW* 42 carfiæ *PW*

Plutarchus episcopus Platensis similiter
Georgius episcopus similiter EXPLICIT

L IIII 968
XLV Religiosissimo et Christianissimo amabili imperatori augusto Leoni Anastasius Iulianus Proclianus Eufanius Danihel Armatius et Eufrasius episcopi primæ Galatiæ. Qui sermo sufficiat ad laudem domini Christi tantam felicitatem humano generi conferentis et suam prouidentiam in totius uitæ tempore demonstrantis? ecce enim
M VII 613 uenerandæ memoriæ principe Marciano ad deum proficiscente et de gloria ad gloriam demigrante et de terrenis sceptris cæleste imperium possidente uestram potentiam deus euexit regno eius et pietati pariter succedentem, quatenus hæc per apostolicam uestram religionem in ecclesiis conseruata permaneat. quapropter mox deus uos ad solium imperiale perduxit, primitias largitori uestro clarissimas optulistis, id est legem hanc erroneis dogmatibus resistentem, ecclesiasticæ ueritatis adiutricem. semper enim diuinarum rerum curas habentes neque tumultum qui Alexandria prouenisse dicitur, sine examinatione dignissima reliquistis, sed uestræ pietatis oraculis primæ Galatiæ synodum sanctorum episcoporum in metropoli Galatiæ conuenire sancistis, quatenus deliberationem subtilissimam adhibentes et relegentes utriusque partis subiectas oraculo uestro preces oblatas a sancto Aegyptiaco concilio et clericis Alexandrinæ ciuitatis nec non et Timothei defensoribus nostram sententiam panderemus, quid de sancto Calchedonensi concilio et de his quæ Alexandria gesta sunt, sentiamus. quapropter omnibus nobis celeriter congregatis hæc principia, hoc nostrum fuit initium ut omnium dominum rogaremus quatenus uobis tantum studium pro ecclesia eius habentibus supernam retributionem conferat pietatemque uestram maxima longæuitate custodiat pro dogmatum catholica * sacrorum. deinde considerantes etiam preces, quæ sapimus, uestro imperio declaramus. fidem itaque habemus atque seruamus, in qua et nati sumus et cum qua pergere ad dei terribile iudicium omnes oramus, in qua etiam baptizati sumus et absque merito ad sacerdotium euocati ad fidem gratiam accipientes inbuimus. quam fidem uenerabilis euangelistarum numerus et chorus tradidit gloriosus apostolorum, quibus utique sacramenta cælestia de super inspirata sunt, sed et numerus trecentorum XVIII sanctorum episcoporum collectus in Nicæna urbe sanciuit, apostolicam religionem perfecte et apostolico spiritu conscribens et diuina ecclesiæ nostræ dogmata cum magnanimitate custodiens nec non et aliæ sanctorum episcoporum ecclesiæ catholicæ synodi, quæ necessarie pro insurgentibus hæresibus sunt collectæ, hanc seruari cum integritate iusserunt. nihilo minus et Calchedonensis nutu Christianissimi principis congregata æquam de ea habuit uoluntatem definiens illorum sanctorum patrum dogmata intemerata immobiliaque seruari et quasi ex quadam diametro
L IIII 969 utramque redarguens ueritatis aduersitatem, quæ duo æqua impietate perducere probantur in præceps, et destruens Nestorii nefandi uesaniam diuisionem et sectionem dispensationis domini Christi pessime dictantis nec non et Apollinaris furorem, qui

---

PW
2 EXPLICIT LIBER [EPISTVLA] XLIIII *W* 3 *inscr.* EPISTVLA EPISCOPORVM INFRA SCRIPTIS AD LEONEM AVGVSTVM [et *add.* *W*corr] IMPERATOREM *W* XLVI *P* xp̄ianissimo amabili *PW* *cf. p.* 41, 5 6 conferentes *PW* demonstrantes *PW* 7 proficiscentem *PW* 8 demigrantem *W*corr cælestem *PW* possidentem *W*corr 9 inuexit regnum *W*corr 10 permaneant *PW* 11 imperialem *PW* 16 subtilissima *PW* partes *PW* 22/23 longæ uitæ *PW, corr. W* 23 *lacunam indicauit Surius, suppleas* fide *uel* religione 27 uenerabiles *PW, corr. P* 31 diuinæ *PW* 33 collecti *PW* 35 principes *PW, corr. W* congregatam *PW* 37 utrumque *PW* 39 ditantes *PW, corr. W*

confusionem in eiusdem unigeniti inhumanationem introduxit et multa alia uane
locutus est ⟨longe⟩ a ueritate posita. bonam igitur confessionem fidei trecen- M vii 614
torum xviii nostrorum patrum et Calchedonensis synodus et aliæ decreuerunt inuiolabilem permanere et nos [et] ecclesiarum Galatiæ prouinciæ sortiti [sumus] episcopatum cum omnium ecclesiarum populis hanc perfecte seruamus. insolubilis enim est firmitas dogmatum apostolicorum patrumque nostrorum, augmentum non egens, imminutionem nequaquam suscipiens, sed qualis fuit a patribus conscripta et tunc prædicata, usque ad finem sæculi conseruanda [est] ab omni nouitate manebit extranea. nullus itaque ad rationem ecclesiasticæ ueritatis apostolo Paulo maior
est, qui uas electionis esse promeruit. hic enim doctrinas imbuit quarum eru- Act 9, 15
ditionem in tertium cælum ascendens accepit. nullus ad ministrandum supernis 2 Cor. 12, 2
sacramentis decentior angelo, quoniam pura natura illis nouit ministrare purissimis; sed siue Paulus uoluerit aliquid iubere quod primitus ipse non docuit, seu angelus,
hoc ecclesia dei non suscipit, sciens quia scriptum est. ergo siue angelus prædicet Gal. 1, 8
præter quod Paulus edocuit et chorus trecentorum xviii sanctorum prædicauit episcoporum, non terremur angelica dignitate ut aliud doceamus præterquam sumus
a sanctis patribus eruditi, nec Pauli merito subdimur, qui raptus est in paradisum eique 2 Cor. 12, 4
ineffabilia uerba sunt credita. hæc enim lex est: siue ego, inquit, uel angelus Gal. 1, 8
de cælo annuntiauerit uobis præter quod accepistis, anathema sit, non quia Paulus erat suis dogmatibus permutandus, qui per Christum et monebatur et loquebatur, nec quia angelus de cælo ad ministerium nostræ salutis mittendus erat, ut aliquid extra gratiam sacramentorum prædicare pateretur, sed ut tantorum merito cunctis aliquid contra ecclesiastica dogmata nitentibus omne conamen nouitatis abrogaretur. nos itaque omni uirtute seruamus sanctorum patrum dogmata et sanctum concilium Calchedonense cognoscimus quod scilicet paternorum dogmatum diuitias sanctis ecclesiis inuiolabiliter conseruauit. qui uero ab eo concilio semet ipsos abscidunt, ignorant quia nomine quidem Calchedonense concilium denegant, rebus autem ipsis cuncto totius mundi collegio sacerdotum sine dubio segregantur. illud omnibus celebratum est, eorum qui ibi collecti sunt, nullus penitus discordauit, sed et si pauci quidam pro aliquibus necessitatibus per prouincias remanserunt, ad communionem eius adtracti sunt, quoniam antiqua ecclesiæ dogmata seruare dinoscitur. ea siquidem quæ Alexandria perpetrata diuulgantur, dudum quidem ad nos fama perduxit, sed nunc integritatem insertam precibus agnoscentes et mensuram
nostri gemitus non habentes fontes requirimus lacrimarum et luctus Hieremiæ lamen- Ier. 9, 1
tationibus pares, scientes utique fletum passionibus adæquare. quis enim ualeat L iiii 970
abstinere eo, licet animum habeat adamante fortiorem, audiens in sacris locis nullum M vii 615
pudorem fuisse seruatum sanctumque locum communis redemptionis nostræ, hoc est uenerabile baptisterium multorum uirorum, quantum ad eorum adtinet uoluntatem, inuasione fuisse temeratum, dum diuina omnia nequaquam iniuriarum moli subcumbant, et hæc perpetrata ab illis forsitan qui peccatorum redemptionem ibidem susceperunt, et quod est crudelius, sacerdotis necem etiam auribus ualde terribilem,

---

PW

2 longe *addidi* 4 et *deleui* sumus *deleui* 5 omni *PW* 8 prædicta *PW* est *deleui* 10 quia *PW* 12 natura illis *scripsi* natura aulis *P* naturalis *W* 17 paradiso *PW*, *corr.* *W* 20 monibatur *PW*, *corr.* *W* 26 conseruabit *W*corr 27 denegantes *PW* 30 alio quibus *PW*, *corr.* *W* 36 eo licet *scripsi* scilicet *PW* licet *Surius* adamantem *PW* 37 redemptio *PW*, *corr.* *W* 39 inuasionem *PW* temeratam *PW* mole *PW* 41 quod *scripsi* qui *P* quid *W* quia *P*corr sacerdotes *PW*, *corr.* *W*

iram nec usque ad interitum illius habentem finem, sed ultra naturam indisciplinabiliter excedentem? solet enim contra aduersarios furor insurgere; quem uero quilibet inimicum non habet, hunc honorandum natura docet. omnis ciuitas scelerum immanitate conpleta est et secta membra sacra mysteria celebrantis et per omnes plateas et omnes porticus tracta referuntur et ad nouissimum incensa atque consumpta et ad cineres usque redacta. et neque in his solummodo doctorem atque pontificem sistere passi sunt, sed etiam in uentos miserabiliter disperserunt. hæc igitur quantum uirtus fuit, ualde deflentes de Timotheo tantorum malorum auctore, sicut preces edocuerunt, quæ bene se habere credimus, secundum piam sanctionem uestræ potentiæ nuntiamus: si re uera accusantium uerba cum accusationis ueritate concordant, alienum eum ab omni sacerdotio esse demonstrant. nam eum qui ex quacumque causa depositus est, non solum ad maiorem gradum uenire lex ecclesiastica non permittit, sed neque in ordine in quo fuit, * * propria sententia eum rursus absoluat aut certe synodus sanctorum episcoporum aliquid de eo disponat. sed etiam episcopi qui sua dignitate depositi uidebantur, sicut edocuerunt, lex non est ut alium possint ad officium euehere, quod ipsi uidebantur amisisse, et duo solummodo [qui], licet super omnes honorabiliores existerent et omni accusatione liberi essent, ordinationem tamen episcopi celebrare ecclesiastico ordine prohibentur. quod autem et uiuo pontifice ecclesiam gubernante et nullo propter ordinationem regulariter procedente decreto constitutus dicitur, omnem transcendit iniquitatem. quod uero et necem ita crudelem adgressus est aut cooperatus, sicut edocuerunt, non solum hoc regulis interdictum, sed etiam legibus et communi iure naturæ prohibitum est. igitur si ueræ monstrantur accusantium preces, nulli horum sacerdotium conferre potest sacrarum subtilitas litterarum. uestrum itaque inuictum et triumphale imperium agnoscens quæ bene se habere decreuimus, æquum ordinem suæ prudentiæ sanctis
M VII 616 seruet ecclesiis atque dignetur disciplinam communi pietatis custodire collegio omnique uirtute ac fortitudine bono Christi corporis unianimitatem pacemque seruare sciatque uestra tranquillitas et agnoscant qui nescio quomodo sunt seducti, quia neque sanctum Calchedonense concilium neque nos nec quilibet alius cui pietatis ecclesiæ apostolicæ participium inest, alienam tenet fidem præter antiquam illam
L IIII 971 euangelicam quam chorus trecentorum XVIII patrum superna gratia inspiratus ecclesiis Christi immobili religione dereliquit. qui uero propriis quidem passionibus instigati, zeli autem figmentum sibimet adponentes et simpliciores seducentes Alexandrinam ecclesiam turbauerunt, ipsi iudicium portabunt, quicumque esse noscuntur. in tantum enim ⟨nec⟩ recta intentione nec sermone ueritatis utuntur contra sanctum Calchedonense concilium quia non solum ab illo se separant, sed neque CL sanctorum patrum concilium in regia ciuitate factum se suscipere profitentur, cum et ibi dogmata sanctorum trecentorum XVIII patrum subtiliter seruari præceptum sit et in ipsa sancta synodo inter primos fuerit cui illo tempore pontificium Alexandrinæ ciuitatis uidebatur esse commissum, uir apostolicus et ab omni macula sermonum aut actuum segregatus.

PW

2 solite *PW*, *corr.* *W* 4 celebrantes *PW*, *corr.* *W* 5 porticos *PW* 6 cinus *PW* cinos *W*[corr] 7 uentis *PW*, *corr.* *W* 7/8 quantus *PW* 8 auctorem *PW*, *corr.* *W* 9 ē docuerunt *P* est [*del.* *W*] docuerunt *W* 10 nuntiauimus *PW*, *corr.* *W* 13 *suppleuit* permanere nisi deponens [*malim* qui deposuit] *Surius* 16 quem *PW* admisisse *PW*, *corr.* *W* qui *PW* *om.* *Surius* 17 existere *PW*, *corr.* *W* accusationi *PW* 19 gubernantem *PW* 23 nulli *scripsi* nihil *PW* 24 uestrarum *W* triumphalem *PW*, *corr.* *W* 27 bono *PW* *corrupte* 28 s̄c̄i atque *PW* et *Surius* ut *PW* 29 nos *om.* *W* 32 quid *PW* 35 nec[1] *Surius* *om.* *PW* 36 CL *P* et *W* 38 reseruari *PW*

sed qui donauit uenerabile uestræ pietatis imperium Romano principatui et dei sanctis ecclesiis, longa serenitatis uestræ tempora dignetur efficere pacemque per uos et unitatem ouilibus Christi conferre subiciatque uobis omnes aduersarias nationes, quatenus undique pace Christi muniti patrum dogmata inuiolabilia conseruetis et omnem rem publicam æquitatis ordine disponatis.

Anastasius episcopus Ancyræ metropolis sanctæ dei ecclesiæ manu mea subscribens secundum pietatis uestræ sanctionem per prædictam epistulam insinuaui quid sentiam de confessione sanctorem patrum Nicæa congregatorum, quam Calchedonensis sancta synodus secuta esse dinoscitur, et de Timotheo, qui precibus accusatus est, et seruari uos temporibus longis oro

Iulianus episcopus asponæ similiter
Proclianus episcopus Iuliopoleos similiter
Eufanius episcopus Asponæ similiter
Armatius episcopus Mnizi similiter
Danihel episcopus Cinnæ similiter
Eufrasius episcopus Laganias similiter EXPLICIT

XLVI Deo amantissimo atque piissimo et Christianissimo uictori triumphatori semper augusto Leoni humilis episcopus Eugenius in domino salutem. Nos equidem humillimi uoluimus, et hoc superna gratia promerentes, nostra mente quiescere et taciturnitatis pelagus in sancti et adorandi spiritus pace retinere, ut sic abstinentes siue propter humanam inopiam aut infirmitatem dicendi timorem tanti delicti apud nos haberemus; sed quia post proprii * * principatus adulter extollitur et in sublime semper eleuatur suisque scintillis multorum corda succendit ut pulchritudinem sapientissimam solummodo dei conturbent ecclesiarum, summa necessitas nobis incubuit mutare propositum, ut a uobis prouocati per hanc dicendi occasionem egrediamur in aerem, dei fide nostros obturantes auditus, ut ita Sirenarum mortiferum peccatum siue earum secundum Hieremiam filiarum mortem transeuntes ⟨in⟩ ipsum pelagus uitæ tecum sobrie ueniamus. suscipe igitur hoc, piissime, suscipe libenter a nobis munus nostrum omnium sacerdotum et reliquorum qui in ministerio diuinæ scientiæ constituti sunt, prædicationem tuæ iussionis quasi ex una curia consensuque scriptam. fideli namque fideliterque interroganti principi lucrum est sacerdotibus immortalis libri sanctam offerri responsionem, ut ex te denuo, Christianissime, et tuæ tranquillitatis imperio in omnem terram et cunctos homines cum mansuetudine pietatis poculum ministrent, uno omnium nostro domino unigenito dei filio gubernante, qui solus in omnibus sæculis perpetue regnans et tibi imperatori coronam, quando oportuit, latenti, immo magis claro nutu superinposuit. primum tibi signum regalis dignitatis beati Dauid fundibalum laudabili uoluntate committens per deserta discurrens

Margin: M vii 617 (beside "Deo amantissimo …"); Ier. 27[50], 39 (beside "earum secundum Hieremiam …"); L iiii 972 (beside "tecum sobrie ueniamus …")

17 *cf. Hormisdæ epistulam* [*Coll. Auell.* 120] *ad synodum Epiri ueteris p.* 529, 22 *sq.*

PW
1 dona *PW* 4 pacem *PW* dogma *PW* 11 asponæ *PW*, *postulatur* Tabiæ *cf.* p. 23, 28 *et Gesta Chalcedonensia* 12 hielepoleos *W* heilepoleos *P* 13 ponæ *W* sponæ *P* 14 mniz *PW* 15 cinneæ *W* 16 lagnia *PW* EXPLICIT LIBER [EPISTVLA W^{corr}] XLV *W* 17 *inscr.* EPISTVLA SVBDVS SCRIPTIS EPISCOPORVM AD LEONEM AVGVSTVM IMPERATOREM *W* XLVII *P* 20 s̄cis *PW* si *PW* 21 dilecti *PW*, *corr. W* 22 post *om. W* *lacunam indicaui, suppleas e. g.* principis cædem 24 conturbet *PW* 25 a *Surius* aut *PW* occasionem *scripsi* orationem *PW* 26 obdurantes *W* auditos *PW*, *corr. W* senararum *PW*, *corr. W* 27 in *addidi* per *Surius* 32 libri *Surius* liber *PW* ut *Surius* uel *PW* 35 regnans *Surius* regenerans *PW*

aptissime bestias iacularis, nos autem sub arbore pacis positi sine timore in aura
Dan. 8, 5 delectabili commoremur. iaculare ergo, iaculare, potentissime, secundum Danihelum
etiam Libyæ hircum paternæ fidei iaculo, ut nequaquam perditus uentilet ea quæ
sunt ad austrum. ille namque paululum exiliens ad ultima Libyæ regionis illam
inmedicabilem Alexandrinorum influit passionem, ut sacerdotis sui interemptorem
amatorem dei populo demonstraret et uiro sacrilego sacerdotii priuilegia nefande
M VII 618 committeret, qui non solum sacerdotali uoluntate, sicut preces de eo conscriptæ
referunt, alienus ostenditur, sed etiam omni affectione uulgi peregrinus agnoscitur,
licet quibuscumque uerbis gestorum delere nitatur auditus. nam si ei animo concepti
adulterii non immineret crimen, hoc solummodo paternæ traditionis destructor quod est,
sufficeret ut in eo iuste possit ultio prouenire. cui namque clarum non est, nisi
qui forte sponte bona scire despicit, quod per sacratissima sanctissimi et beatissimi
et post deum patris nostri Leonis scripta sancitum est? tacemus enim quæ primitus
sub sanctæ memoriæ principe Marciano coram omni populo in ciuitate Calchedonensi
de fide orthodoxa sunt prolata ad confusionem quidem maleficorum et uesanorum
hominum, ⟨sed⟩ et commemorationem atque consolationem piorum et fidelium. quæ
fides et ab illo sancto omnibusque honorando concilio testimonium bonum promeruit
et definitione scientiæ clarioris uno nutu ab omnibus obsignata est, ipsam formam
detinens quæ dudum in sancto Nicæno concilio et Ephesio primo apud recte sapientes
constituta dinoscitur. in qua præcipue æternitas et humanitas, sic enim dicendum
est, unius unigeniti custoditur, hoc est in uno domino nostro Christo incarnato deo
Phil. 2, 10. 11 uerbo oratione seruata, ut in nomine Iesu Christi, sicut ait apostolus, omne
genu flectatur cælestium, terrestrium et infernorum et omnis lingua
confiteatur quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. quie-
scant igitur, quiescant, et hoc per te, piissime, qui modicum bonum putant munus
taciturnitatis existere; quiescant confundere et dei ecclesias conturbare et curiosis
sermonibus auditus personare simplicium. uel tuam rectam fidem, si metum
futuri iudicii non habent, erubescant. quur uentis sermonum tranquillitatem sanctæ
L IIII 973 fidei nostræ conturbant? quur concilia aduersus deum in omni loco et gente faciunt
residere uilissima? quur tela contra nos dæmonibus subministrant? quur de morte
paruulorum cogitantes nostræ immortalitatis auctorem * * pascua sectantur qui adhuc
Gen. 3, 5 terrenas causas tractare noscuntur? quur certantur sua scientia secundum Adam
fieri uelut dii, qui adhuc nec quæ sunt hominum agunt? quur lenem nostram mollem-
que pacem inpugnant aspero zelo, simplicitatem sancti nostri et celandi mysterii
suffocantes? quo mysterio non solum nos, sed et omnes ministri spiritus superantur.
quapropter gloriamur quia uelut codicillos nos habere creditis dignitatis huius qua
⟨de⟩ diuinitate tractatur et inmensæ scientiæ cum mensura congrua ministrare dicatur.
iterum a nobis dicatur et hoc tecum, deo amantissime, et cum omnibus hominibus in
M VII 619 omni loco positis. in hoc enim tibi librum responsionis de confessione et oratione

---

PW

3 perditos *PW* 6 populo *Surius* populum *PW* demonstrare *PW* 8 peregimus *PW*, *corr. W* 10 imminerit *PW* imminuerit *Surius* quod est *PW* possit quod est *W*[corr] 11 sufficere *PW* 11/12 nisi qui *Surius* qui nisi *PW* 12 displicet *W*[corr] quod *P* qui *W* 16 sed *addidi* 18 definitionis *PW* clariores *PW* ab omnibus *om. P* 19 ephesino *W*[corr] sapientis *PW*, *corr. W* 21 ihū xpō *W* dī *W*[corr] 27 auditos *PW*, *corr. W* metu *PW*, *corr. W* 30 resedere *PW*, *corr. W* 31 *lacunam indicaui* 34 inpugnata spero *P* inpugnatas pero [pro *W*[corr]] *W* 36 dignitates *PW*, *corr. W* [= ἀξιώσεως] 37 de *addidi* *malim* tractare 38 tecum *scripsi* teum *P* dm *W* 39 liberum *PW* oratiouem *PW*, *corr. W*

concludimus, quod a sanctis patribus et ab initio et hactenus dicitur: pater et filius et spiritus sanctus in æterna trinitate est, unius principatus uirtus, qui est super Rom. 9, 5
omnia benedictus in sæcula deus.

Eugenius episcopus Epiri incolumem uestram pietatem omnium dominus noster Christus pollentem magna longæuitate conseruet et sanctæ nostræ et beatissimæ fidei sanctionibus, per omnia deo amantissime atque piissime

Valerianus episcopus Phœnicæ similiter
Claudius episcopus Anchiasmi similiter
Soterichus episcopus Cercyræ similiter
Hypatius episcopus Adriani similiter
Diadochus episcopus Foticæ similiter
Eugenius episcopus Euroæ similiter
Vranius episcopus Dodonæ similiter
Stephanus episcopus Buthroti similiter EXPLICIT

XLVII Piissimo et Christo amantissimo a deo principi constituto uictori triumphatori semper augusto Leoni Lucas archiepiscopus Artemius Antonius Filocharis Eusebius Nazarius et Paulus episcopi nouæ Epiri. Relegentes ea quæ nobis a uestra tranquillitate sunt scripta, et agnoscentes mox inter ipsa principia non solum pro fide catholica sanctarum ecclesiarum, sed pro omni ciuitate quæ sub uestri imperii sceptra dinumeratur, tantam uos habere sollicitudinem quantam oportet gerere diuino nutu Romana imperia conscendentem et tranquille omnia gubernantem, ⟨ut⟩ undique totius orbis terrarum inconcussa et sine fluctu sit nauis, maximas gratias saluatori nostro Iesu Christo debere nos confitemur, orantes pariter ut Christianum nobis uestræ pietatis imperium multis temporibus conseruetur, quod nobis et singulis utique et pariter uniuersis spes maximas et demonstrat et donat. decet enim et simul et singillatim uniuersos quasi de quodam pectoris nostri cubiculo bona uestra proferre, quorum prima et maxima est pacis utilitas. relegentes igitur oblatas uobis preces ab Alexandrinis in malorum tempestate maxima constitutis et agnoscentes scelus a dæmone M vii 020
ibi commissum, amarissime in his ingemescentes et propria membra lugentes, quæ tali L iiii 074
calamitate noscuntur adflicta, paululumque ex * respirantes et communem de his rebus tractatum habentes omnes episcopi in uestra Epiro constituti secundum ea quæ a uestra tranquillitate sancita sunt, hæc uestris piis auribus indicamus, gratias primitus etiam in hoc agentes quoniam parcentes nostris infirmitatibus atque laboribus et maximam propter hiemis uehementiam nostri sollemniter curam habentes præcipitis ut singuli nostrum in regione propria residentes de præsentibus rebus suam debeant proferre sententiam. quapropter edicimus, quia si ea quæ ab Alexandrinis in accusatione deducta sunt, cum ueritate concordant (non enim ex una parte uerba suscipienda sunt), nec ordinatio Timothei firma consistit et ab episcopatu quem adripuisse dicitur, est penitus alienus. si autem oportet ei sermo satisfactionis in præsenti euocato præberi pro his quæ commisit, sicut et conuenit, iustum est simul

---

PW

5 ihs̄ xps *W* 7 phœniciæ *PW* 9 cernire *P* 11 Diadochus *Baluze* didacus *W* didatus *P* 12 eurocæ *W* 13 oranius *W* orianius *P* 14 botroti *PW* EXPLICIT LIBER [EPISTVLA *W*corr] XLVI *W* 15 *inscr.* EPISTVLA INFRA SCRIPT̄ EP̄ORVM AD LEONEM IMPERAT̄ *W* XLVIII *P* principe *PW* 21 ut *add. Surius* 24 pietatis *om. W* 27 nobis *PW* 28 tempestatem maximam *PW* 28 scelus a *scripsi* scelera *PW* 29 ingemiscentes *PW, corr. W* 30 exrespirantes *PW, coniecerim* ex hoc mærore *siue tale quid* 36 quæ *om. P*

Niceas episcopus Cantanensis similiter
Sebon episcopus Cydoniæ similiter

EXPLICIVNT EPISTVLAE ENCYCLIADES ID EST TOTIVS ORBIS EPISCOPORVM NVMERO QVINGENTORVM FELICITER

IN HOC BREVIARIO HAEC SVNT

INCIPIT BREVIARIVM CAVSAE NESTORIANORVM ET EYTYCHIANORVM COLLECTVM A SANCTO LIBERATO ARCHIDIACONO ECCLESIAE KARTHAGINIS REGIONIS SEXTAE FELICITER

I Peregrinationis necessitatibus defatigatus et aliquatenus feriatus animo a 3
curis temporalibus, duarum heresum, hoc est Nestorianorum et Eutychianorum ex

---

4 *cf. Ephraim Ant. ap. Phot.* 229 p. 255[a] 4 τετρακόσιοι καὶ ἑβδομήκοντα ἀρχιερεῖς ταύτην (fidem concilii Chalcedonensis) ἐγγράφως ἐβεβαιώσαντο

PW
1 catamensis *PW* 2 doniæ *PW* 3 ENCYCLIADES—ORBIS *Pcorr om. PW* 4 FELICITER AMEN *W*

PWIT
Titulum [30. 31] *indici anteponit W* 8 nestoriane *IT* 9 heresi *I* 12 maximiani *Wcorr* maximini *PWIT* constantinopolis *I* 16 eugemeno *P* hæreses *PW* heresis *T* heresi *I* 18 calcedonense *P* de *om. P* 19 Alexandrini episcopi *om. I* 20 elluri *PWIT* 23 epistolis *PWIT* 25 Theodosio] iuliano *W* 26 agapito *WIT* *subscr.* EXPLICIVNT CAPITVLA *P* EXPLICIVNT INDICVLA *W* 30/31 COLLECTVM—FELICITER *om. P* 32 a *om. W*

ecclesiastica historia nuper de Græco in Latinum translata et ex gestis synodalibus uel sanctorum patrum epistulis hoc breuiarium collegi, nectens temporum illa quæ in Græco Alexandriæ scripto accepi uel grauissimorum hominum didici narratione fideli. quod faciens pro mea eruditione et responsione contra falsiloquos utrarumque partium sectatores, qui consueto studio aliter loquuntur de suis auctoribus quam ueritas habet, libenter offero catholicis fratribus ignorantibus acta ipsarum heresum et legere uolentibus.

Igitur Nestoriani dogmatis auctor, ut multi uolunt, Paulus agnoscitur Samosa- 4
tenus episcopus, qui secutus doctrinam antiquorum hereticorum dominum nostrum Iesum Christum purum hominem asseruit natum et passum, de sancta uero et summe
beata trinitate, ut Græci tradunt, Sabellii sententiam secutus est. et propterea 5
dicunt Nicænum statuisse concilium Paulianos omnino baptizandos, ponentes differen- Can. Nic. 19
tiam inter Pauli Nestoriique doctrinam eo quod Nestorius confitens existentiam diuinitatis filii dei Christum purum hominem credidit conceptum atque formatum et postea in deum prouectum, hoc est hominem deificatum, et non uerbum carne-
factum et habitasse in nobis, quod prædicat euangelium et catholica confitetur ecclesia Ioh. 1, 14
[negat]. propterea in epitoma chronicorum Lucentius hoc ponit et dicit:

Felice et Tauro consulibus Nestorius Constantinopolitanus episcopus nouum a. 428
ecclesiis molitur errorem inducere, prædicans Christum hominem tantum, non etiam deum natum eique diuinitatem conlatam esse pro merito [dicit];

Socrates uero in libro Ecclesiasticæ historiæ dirimit Nestorium a Paulo eorumque differentiam sic ponit:

Apparet, inquit, Nestorium ignorasse lectiones antiquorum; quapropter, ut dixi, in sermone solo moratus est, et non solum eum sermonem examini dedit, sed etiam omnino deum esse qui natus est, denegauit. nos autem fatemur quoniam
qui de sancta uirgine natus est, dominus est gloriæ, sicut dicit apostolus: s i e n i m 6
c o g n o u i s s e n t , n u m q u a m d o m i n u m g l o r i æ c r u c i f i x i s s e n t . porro Nestorius 1 Cor. 2, 8
dicit: noli gloriari, Iudæe, non crucifixisti deum«, tamquam ipse dominus gloriæ Loofs, Nestor. p. 360, 10
idem non sit deus. nam quia purum hominem non dicit Christum sicut Photinus et Paulus Samosatenus, etiam omeliæ quas fecit, ostendunt; nusquam enim dei uerbi substantiam perimit, sed ubique eum subsistere confitetur et habere substantiam et non sicut Photinus et Paulus Samosatenus eius subsistentiam perimentes.

Hæc Socrates de Paulo et Nestorio; cuius testimonio utens sequar ⟨narrare⟩ quid alia respondeat lectio:

Ignarus Nestorius expositionum sanctorum patrum prædicantium dei filium unitione naturæ suæ in personam suscepisse hominem, quam non habet cum patre

1 ecclesiastica—translata] *est Cassiodori historia tripartita, quæ incipit in codicibus:* In hoc corpore continentur historiæ ecclesiasticæ ex Socrate Sozomeno et Theodorito in unum collectæ et nuper de Græco in Latinum translatæ libri numero XII . . .
18—20 *Prosper epit. chron. p. 472*
23—32 *Cassiod. Hist. Trip.* 12, 4 [*Socr. 7,* 32^{18-20}]

PWIT

1 et *om. W* 3 alexandrine *I* 6 libenter *om. IT* ipsarum *PW* ipsa *IT* heresium *P* 8/9 samosatheus *I* 10 summa *P* 13 existentia *PW* 15/16 carnem factum *IT* 17 negat *PWIT del. Garnier* preterea W^{corr} propter *I* lugencius *W* ponit et *PWT* penitet *I* 19 ecclesie *I* 20 dicit *deleui* 21 sic dirimit *T* 26 gloriæ est *W* 28 iudeæ *P* iudæ *W* deum *Cassiodorus* dominum *PWIT* 30 omelia *I* 31 eum *om. T* 32 pauli *W* substantiam *I* 33 testimonium W^{corr} narrare *addidi om. PWIT*

communem, propter indiuiduam et inseparabilem patris et filii naturam beatam Mariam noluit dicere dei genetricem, ne patri quoque natiuitatem applicaret, ignorans demens quoniam pater et filius natura unum sunt, discreti personis, quoniam qui genuit, non est genitus neque qui genitus est, generauit. hoc ignorantes Nestoriani quasi nodosam et indissolubilem hactenus nobis proponunt quæstionem, inpudenter obicientes patrem cum filio natum, si beatam Mariam theotocon confiteamur.

Verum his ita se de Nestorio habentibus cœptum percurram. **7**

III Post damnationem Pauli Samosateni una temporis generatione transacta, Apol- **8**
linarius Laodicenus episcopus de incarnatione domini Arrianorum blasphemiam secutus, asserens contraria Paulo, carnem et omnipotens dei uerbum unius esse prædicauit substantiæ, contentiosissime adseuerans uerbum carnefactum uel aliquid uerbi in carne fuisse conuersum atque mutatum, non autem carnem de Maria uirgine sumptam
Hebr. 4, 15 atque susceptam, ut absque peccato consubstantialis nobis et per omnia similis Christus agnoscatur, sicut ait apostolus. Theodoritus episcopus in Ecclesiastica historia **9**
Apollinarem et eius heresem sic notat:

Apollinaris, inquit, Laodicenus, dum pietatis induceret uultum et apostolica se fingeret dogmata conseruare, post paululum manifestus hostis apparuit. de diuina namque natura adulterinis rationibus utebatur, gradus quosdam generans dignitatum et sacramentum dispensationis inperfectum explanare præsumens animamque rationalem, quæ corpus regit, priuatam salute confirmans. si enim animam non adsumpsit secundum illius rationem deus uerbum, neque medicinam animæ tribuit neque honorem dedit, sed corpus quidem terrenum ab inuisibilibus uirtutibus adoratur, anima uero secundum diuinam imaginem facta in inferiore permansit contumeliis induta peccati. qui etiam plurima super hæc uesanus asseruit; aliquando etenim pariter confitebatur et ipse ex sancta uirgine adsumptam carnem, aliquando uero eam cum deo uerbo cælitus descendisse, aliquando eum ipsum carnefactum et sumpsisse nihil ex nobis, aliasque plurimas et inanes fabulas sacris promissionibus copulabat, quas in præsenti dicere superfluum iudicaui. talia quidem ille dicens, non solum suos peste compleuit, sed etiam quosdam nostrorum fecit huiusmodi lepra participari. post paucum uero tempus dum suum uiderent opprobrium et ecclesiæ **10**
claritatem, pæne cuncti reuersi sunt, non tamen priorem deposuere languorem, sed magis plurimos constantium latenter sauciauerunt. ex hac ergo radice in ecclesiis germinauit una carnis deitatisque natura et ut diuinitati unigeniti passio copuletur, et alia quæcumque populis et sacerdotibus certamina genuerunt.

Et post pauca:

Verum Apollinaris præsulatu nudatus nouitatem doctrinæ suæ aperta inpudentia ecclesiæ prædicabat, ducem semet ipsum ostendens hereseos.

Quapropter apparet ex omnibus superius dictis atque probatis a Paulo Nesto-

---

16—34 *Cass. Hist. Trip.* 9, 3 [*Theodoret.* 5, 3[2—8]]
36—37 *Cass. Hist. Trip.* 9, 3 [*Theodoret.* 5, 4[1]]

PWIT

1 commune *PW* 4 non *om. PW, corr. W* 6 beata Maria *PW* 7 de nestorio se *T* percurram *P* percurramus *IT* percurram opus *W* 8 paulo *W* 8/9 appollinaris *IT* 10 oms *I* 11 carnem factum *IT* 12 carnem[1] *T* carne[2] *PW* 12/13 sumpta atque suscepta *PW* 13/14 agnoscatur xps *IT* 14 ait *om. PW* Theodericus *T* 15 heresim *PT* 18 adulternis *PW* 20 que *PW* qua *IT* regit *Cassiodorus* resurgit *PWIT* priuata *PW* 22 odoratur *W* 23 animam *PW* factam *PW* 24 etiam *I* enim *PWT* 26 uerbo] uero *I* carnem factum *IT* 27 fabulas *om. PW* 30 uideret *PW* 31 deposuero *PW corr. W* 37 ecclesia *PW* heresos *I*

rianos fuisse propagatos et ab Apollinario unius naturæ prædicatores, ut sunt Acephali et Eutychiani. cuius dictis et epistolis respondebat eo tempore Diodorus Tarseorum episcopus, deinde Gregorius Nazanzenus, Basilius et Theodorus Mompsuestenus, probabiliter ostendentes ex diuinis testimoniis duarum proprietates naturarum in una Christi persona, sicut ipsa probant eorum uolumina.

Sequimur iam nunc, utrarumque heresum auctoribus demonstratis, earum acta narrare, sicut præfatio pollicetur.

IIII Post Apollinaris damnationem et depositionem aliquantis temporibus euolutis, 11
mortuo Sisinnio, qui post obitum beati Attici Constantinopolitanæ ecclesiæ præsu- 12
latum susceperat, uisum est imperatoribus nullum ordinare de Constantinopolitana ecclesia pontificem, sed ab Antiochia Syriæ, unde prius illa ecclesia Iohannem susceperat, aliquem aduenam accersire et episcopum facere. et sicut Socrates in Ecclesiastica historia narrat, erat quidam presbyter Antiochiæ nomine Nestorius, genere Germaniciensis, boni eloquii, quem quasi utilem ad docendum Constantinopolim principes euocauerunt. et transactis tribus mensibus Antiochia uenit Nestorius. qui castitate inter plurimos præcipuus habebatur; quibus autem moribus institutus fuerit, sapientes a prima eius omelia cognouerunt.

Erat cum eo et Anastasius presbyter pariter destinatus, quem nimis honorabat et habebat consiliarium in causis suis. ordinato ergo Nestorio die prima mensis Aprilis conss Felicis et Tauri, Anastasius coram ecclesia docens dei, a. 428
inquit, genetricem Mariam nullus dicere præsumat, quoniam Maria homo fuit et deum ab homine generari nimis est inpossibile. quod cum pariter audissent plurimi clericorum et laicorum, multum conturbati sunt; didicerant enim antiquitus deum confiteri Christum et nullatenus per dispensationem hominem a deo separatum credebant. tumultu ergo facto in ecclesia Nestorius uolens firmare 13
Anastasii sermonem eo quod eum honoraret, tamquam blasphemum noluit arguere, sed frequenter hoc coram ecclesia docebat et agitabat hanc quæstionem cum contentionibus, abnegans dei genetricis confessionem. unde diuisio nata est in ecclesia et concussionem magnam orbi terrarum tepidissimi tractatus Nestorii concitauerunt. sed eo non emendante Constantinopolitana ecclesia erat in scandalo et uelut in nocturna lite repleta omni confusione sociorum et hostium nulla erat agnitio, diuersis nunc his nunc aliis consentientibus et uerba propria mutantibus, quoniam Nestorius in ea erat opinione quia omnino purum hominem diceret Christum, introducens in ecclesiam Pauli et Fotini doctrinam.

Quod audiens Cyrillus Alexandrinus episcopus, cui tunc dabat primatus de talibus agere (uenerant ad eum aliqui de populo Constantinopolitano non communicantes Nestorio et suggesserant ei quæ Constantinopolim acta fuerant), direxit ergo

8—17 *Cass. Hist. Trip.* 12, 4 [*Socr.* 7, 29^{1-3}] 18—34 *Cass. Hist. Trip.* 12, 4 [*Socr.* 7, 32^{1-6}] 19/20 *Cass. Hist. Trip.* 12, 4 [*Socr.* 7, 29^{4}] 29—34 *Cass. Hist. Trip.* 12, 4 [*Socr.* 7, 32^{22}]

PWIT

1 ab *om. PW* appollinari *IT* 2 Diodorus *Garnier* dioscorus *PWIT* 3 nazazenus *PW*, *corr. W* 4 proprietatis *PW* 5 ipsa *om. I* 6 heresim *I* 9 sisennio *IT* 14 germanicinensis *Pcorr* germanicianensis *PW* 16 castitate *Cass.* caritate *PWIT* habebatur præcipuus *W* 15 antiochiam *WIT* 18 presbyter ab Antiochia *Cass.* 19 primo *W* decima *Cassiod.* 20 consulatu *IT* ecclesiam *PW* 22 quod *WIT* quæ *Wcorr* 23 didicerunt *PW* 24 hominem per dispensationem *T* 31 nocturnalitate *Wcorr* et² *om. I* 32 consentibus *P* 33 ea *om. P* erat in ea *T* ut *I* diceret *WcorrIT* dicere *PW* 35 quod *WIT* quæ *PWcorr* dabat *PT* dabatur *WI* primatum *T* 36 uenerunt *IT* populis *T* constantinopolitanorum *IT* non *om. T* 37 suggesserunt *IT* constantinopoli *I*

Nestorio epistolam Cyrillus, cuius est principium Venerabiles filii ac fide digni, 14
persuadens ei ut si in plebe lapsus fuerat sermo, in tractatibus corrigeretur, ut dei puerperam diceret sanctam uirginem, id est theotocon, ut totius orbis offensio conquiesceret. iam enim quaterniones expositionum eius per Antiochum quendam inlustrem papa Cælestinus acceperat dogmaque ipsius Nestorii manu eius suscriptum et ab eo directum legerat atque tractauerat totusque Oriens ex eius scriptis iam cognitum habebat. sed Nestorio emendare nolente rursus quoque Cyrillus secundam ad eum direxit epistolam, cuius est principium Obloquuntur me quidam apud tuam fraternitatem, in qua ei et incarnationis Christi plenam reddidit rationem, rogans eum ut cum eo illa sentiret, ut ecclesiarum pax perstaret incolumis et sacerdotibus indiscissa concordia permaneret. ad hæc autem Nestorius contrariam scribens Cyrillo epistolam, cuius est principium Iniurias quidem quæ contra nos sunt, mirandarum tuarum litterarum, [uerumtamen] beatam Mariam theotocon noluit dicere nec suum emendauit sermonem. Iohannes quoque Antiochenus direxit Nestorio epistolam, cuius est principium Meam intentionem circa tuam reuerentiam, per quam eum hortatus est ne se repelleret bonum sibi futurum consilium, 16
dum eum dicere piget beatam uirginem dei genetricem, quod sancti patres docuerunt et scripserunt. in qua epistola meminit Theodori Mompsuestini, ostendens ei retractationis exemplum, quomodo ille, dum tractat, tumultu facto, surgens fortissimus uir sine confusione suam sententiam retractauit et quæ parum * * ignorantibus uidebantur, uelociter ad utilitatem correxit ecclesiæ. sed hanc Nestorius contemnens ciuitati suæ odibilis factus est. Cyrillus uero per Possidonium diaconum suum rettulit de eo papæ Cælestino et quid Constantinopolim ageretur, ei per epistulam suam allegauit. cui identidem Cyrillus tertiam Nestorio synodicam direxit epistolam, in qua et duodecim capitula contra eius dogma dictauit et inseruit, et est
Mt. 10, 37 principium Dicente domino qui amat patrem suum aut matrem suam plus quam me non est me dignus. cuius exemplar epistolæ perueniens ad Iohannem Antiochenum, offensus est in ipsis Cyrilli capitulis; putauit enim eum, dum inmoderate occurreret Nestorio, in sectam Apollinaris incidisse. mandauit ergo Andreæ et 16
Theodoreto episcopis concilii sui ut scripto responderent contra ipsa XII capitula tamquam Apollinaris dogma instaurantia. cognoscens itaque Nestorius quod Cyrillus non pateretur sic esse ecclesiam in perturbatione et populos in scandalo, subripuit pio principi Theodosio ut sacram ad eum dirigeret et a sua eum persecutione conpesceret. et scripsit quidem ad eum sacram imperator arguens eum tamquam inquietum et scandala sectantem, qui sine consortio sacerdotum ageret atque scriberet.

1 t. 11, 1 ep. 2 4 t. 13 p. 37, 3 8 t. 11, 1 ep. 4 12/13 t. 13 ep. 7 15/16 t. 13 ep. 19 22 t. 12 p. 5, 3. 23 26/27 t. 11, 1 ep. 6 31—34 t. 1 3 p. 47, 9—13 34—36 t. 1 3 ep. 20

PWIT

5 dogmamque W^{corr} dogma *T* subscriptam W^{corr} 6 directam W^{corr} 7 habeat *WI*, *corr*. *WI* 7/8 secunda *P* 8 est *om*. *I* 9 in *om*. *IT* redidit *W*, *corr*. *W*, reddit *P* 10 pax *Crabbe* pacem *PWIT* perstaret *Surius* p̄staret *PWT* p̄staret ut *I* 10/11 et sacerdotibus *PWT* sacerdotibus et *I* 11 indiscussa *T* concordia *Crabbe* discordia *PWIT* permanere *PW* 13 mirandorum *W* uerumtamen *deleui* theodocon *I* 14 errorem *T* 16 hornatus *I* a se W^{corr} consilium W^{corr} 18 theodori *T* theodoriti *PWI* mompsuesteni *IT* 19 dumtaxat *T* dum tractaret W^{corr} 20 quæ *om*. *I* parum *PWIT* prauum W^{mg} parum prodesse *Crabbe*, *malim supplere e. g.* bene dicta 21 non uidebatur *I* uelocius *T* 22 ciuitatis *W* 23 constantinopoli *I* 26 aut *PWI* et *T* 27 me[2] *om*. *I* 29 occurrerit *PWT* *corr*. *W* secta *W* sectu *P* senectam *I* 30 theodorito *IT* 32 ecclesia *P* 33 pio *om*. *P*

Et post hanc scripsit aliam sacram ad uniuersos episcopos, ut Ephesum 17
conuenirent et conferrent de Nestorii libris et Cyrilli iudicium. scripsit imperator sacram et beato Augustino Ipponiregiensi episcopo per Euagnium magistrianum, ut ipsi concilio præstaret sui præsentiam; qui Euagnius ueniens Karthaginem magnam audiit a Capreolo ipsius urbis antistite beatum Augustinum ex hoc mundo migrasse ad dominum acceptisque ab eo ad imperatorem litteris loquentibus
de obitu beati Augustini Constantinopolim, unde uenerat, rediit. porro Capreolus 18
archiepiscopus propter impetus Wandalorum Africanas regiones obsidentium uniuersale concilium congregare non ualens Vessulam diaconum suum misit Ephesum ad concilium legatum.

Cælestinus uero papa Romanus scripsit Nestorio increpationis epistolam cum exhortatione et uituperatione quia errare non debuerit ad cuius ordinationem gauisus est, et est eius principium Aliquantis diebus uitæ nostræ, tribuens ei decem dierum spatium, hoc est a prima die acceptionis ipsius epistolæ suæ usque in ultimam diem, ut si minime Nestorius emendaret expositiones suas et reuocaret ad ecclesiam qui propter Christum, qui est caput eius, ab eo fuerant expulsi, cognosceret se ab eius collegio et episcoporum omnium consortio separatum, insinuans ei dedisse uicem suam in concilio Cyrillo per epistolam suam, cuius principium est Tristitiæ nostræ sanctitatis uestræ litteræ, qua Cyrillum admonuit ut si per illos decem dies doctrinam suam minime Nestorius emendaret, disponeret eum a communi corpore remouendum et prouidendum illi ecclesiæ. eadem de eo pariter scripsit Iohanni Antiocheno, Rufo
Thessalonicensi, Iuuenali Hierosolimitano et Flauiano Philippensium archiepiscopis. 19
scripsit et ad clerum Constantinopolitanum, ammonens eos contra doctrinam Nestorii fortiter stare eiusque persecutiones patienter ferre, quæ fructus afferunt coronarum, scientes ab eo excommunicatos uel deiectos in apostolicæ sedis permanere communione.

v Continuo autem post paschalem festiuitatem Nestorius cum maxima multitudine d. 19. m. Apr. 431
uenit Ephesum et inuenit plurimos episcopos collectos. porro Cyrillus Alexan-
drinus modicum retardatus circa pentecosten occurrit et Iuuenalis Hierosolimorum. d. 7. m. Iun. 431
sed Iohanne Antiocheno remorante quæstionem mouebant præsentes episcopi de beata Maria dei genetrice, Cyrillus autem deflorationes quasdam librorum Nestorii faciebat, eum perturbare uolens; erat enim, ut dicitur, eius inimicus. et cum plurimi deum confiterentur Iesum Christum, ego, inquit Nestorius, qui fuit duorum mensuum uel trium, numquam confiteor deum. qua gratia ter mundus sum a sanguine
uestro et a modo ad uos non uenio.« et his dictis cum reliquis congregabatur epi- 20
scopis qui eius sententiam sequebantur. præsentes ergo episcopi in duo ordines sunt diuisi. porro Cyrillus cum suis, habens uices sedis apostolicæ, concilio con-

1. 2 *cf.* t. 11, 1 ep. 25 13 t. 12 ep. 2 18/19 t. 12 ep. 1 21 t. 12 ep. 6 23 t. 12 ep. 5 27—p. 104, 1 *Cass. Hist. Trip.* 12, 5 [*Socr.* 7, 34²⁻⁶]

PWIT

3 ypponiensi *IT* Euagnium *scripsi* ebagmum *PW* ebagnium *T* ebaginum *I* 4 euagmus *PW* ebagmus *W*corr*T* ebaginus *I* 5 magnum *IT* antistitem *PW*, *corr. W* 6 loquentes *IT* 8 uandalorum *W* 9 uessulum *W*corr 11 Romanus *om. IT* misit *IT* 12 quia *IT* que *P* quod *W* ab eius ordinacione *IT* 12/13 gauisus est *om. IT* 15 expositionis sua et *W* suas *W*corr 16 ab *om. T* 19 ut *IT* et *PW* 19/20 doctrina sua *W*corr 20 nestorius minime *IT* 21 deo *W* 22 philippiensium *T* 24 persecutionis *PW*, *corr. W* 26 communionem *PW* 27 v *hic W adscr.* p. 104, 11 *I om. PT* magna *T* 30 remorantem *I* præsente *P* præsent *W*, *corr. W* 32 perturbari *IT* 33 fui *T* 34 mensium *IT* gratia ter *P*corr*WIT* grater *P* 35 ueniam *IT* congrebatur *P* 36 duos *IT*

gregato ducentorum episcoporum Nestorium uocauerunt. at ille uenire noluit, differens usque in præsentiam Iohannis Antiocheni. scripserat enim ipse Iohannes de itinere Cyrillo positus in sexta mansione, festinationem suam et itineris labores animaliumque ruinas et episcoporum qui secum fuerant, necessitates insinuans. qui uero circa Cyrillum erant episcopi, omelias Nestorii, quas de hac quæstione pro tulerat, sæpius relegentes, priusquam Orientis concilium et aliquarum prouinciarum episcopi ipso concilio coniuncti ad synodum occurrerent, iudicantes Nestorium tamquam blasphemantem dei filium damnauerunt. [hoc facto circa Nestorium Iohannes et episcopi qui cum eo erant, alterum concilium apud se facientes damnauerunt Cyrillum et cum eo Memnonem Ephesiorum episcopum.]

VI Post biduum uero uenit Iohannes Antiochenus et cognoscens [ita fecit quæ 23
supra diximus et post hæc] quæ gesta fuerant in damnatione Nestorii, et illa duodecim capitula Cyrilli in ipso concilio suscepta et confirmata, indignabatur ualde contra Cyrillum tamquam seditionis auctorem, quod feruentissime Nestorii fecisset damnationem. qui autem cum Iohanne conuenerant episcopi, id est Alexander Apamiæ, Iohannes Damasci, Dexianus Seleuciæ, Alexander Hierapoleos, Himerius Nicomediæ, Helladius Tarsi, Maximus Anazarbi et ceteri numero XXXIIII qui tunc cum eo Ephesi occurrerant, querebantur de Cyrillo dicentes »secundum iussionem principum quur non sunt expectati aliarum prouinciarum episcopi, ut quomodo iudicauit de libris Nestorii, et de Cyrilli dictis concilium iudicaret«? congregatis ergo illis Ephesi Iohannes contra Cyrillum et Memnonem interlocutus est: 24

Orabamus quidem secundum regulas sanctorum patrum et secundum litteras piissimorum et Christianissimorum imperatorum nostrorum cum pace fieri synodum; quoniam autem audacia et seditione et heretico sensu utentes soli consedistis, nobis propinquantibus secundum litteras piissimorum nostrorum imperatorum, et omni turba ⟨urbem⟩ et sanctam synodum inplestis, ut ne requirerentur capitula quæ conueniunt Apollinarii et Arrii et Eunomii perfidiæ et impietati, neque expectastis præsentiam sanctorum episcoporum qui undique a piissimis imperatoribus conuocati sunt, cum magnificentissimus comes Candidianus in scriptis et sine [in]scriptis præcepisset uobis nihil tale præsumere, sed expectare commune omnium sanctorum episcoporum concilium, ideo scitote quod depositi estis et alieni ab episcopatu, tu Cyrille Alexandrine episcope et tu Memnon huius ciuitatis, et omni ecclesiastico ministerio alieni utpote uniuersæ seditionis et iniquitatis auctores, qui ut regulæ patrum et imperiales sanctiones decalcarentur, causam dedistis. ceteri autem omnes qui consensistis seditiosis et agentibus contra leges et aduersus sanctiones imperiales, excommunicati

---

2—4 *cf.* t. I I, I ep. 30 5—8. 11—15 *Cassiodor. l. c.* [*Socr.* 7, 34^{7-9}] 15—18 *cf.* t. I I, 5 p. 123, 4 sq., *extant nomina* XLIII 22—p. 105, 6 t. I I, 5 p. 122, 13—123, 3

PWIT

2 præsenti *P* presentia *IT* iohannis *PW*, *corr. PW* 4 episcorum *P* 8—10 hoc—episcopum *deleui* 9 erant *om. WT* 10 memnonem W^{corr} omnem nomen *PW* omne nomen *IT* episcoporum *IT* 11 VI *hic adscr. T* 8 *W* 22 *I om. P* antiochus *I* 11/12 ita—hæc *deleui* 11 ista *I* facta W^{corr} 12 fuerunt *I* 16 axianus *IT* seulciæ *P* seultiæ *W* 17 XXXIII *P* qui *om. W* 18 uisionem *I* principis *IT* 19 libri *PW*, *corr. W* 20 et *om. P* ephesiis W^{corr} 21 interlocutus *scripsi* ita actus *PWIT* ita locutus W^{corr} 23 patefieri *PW* 26 urbem et *scripsi ex Græcis* et *PW om. IT* non *T* requirentur *PW* qua *T* 27 appollinaris *I* impietatis *PWT* 29 scriptis *Crabbe* inscriptis *PWRT* 31 tu *om. IT* 32 ciuis *WI*, *corr. W* 33 iniquitates *PW*, *corr. W* qui ut *IT* quibus *PW* 34 consentistis *P* 34/35 seditioni W^{corr}

estis, donec agnoscentes proprium delictum pænitentiam agatis et fidem sanctorum patrum qui in Nicæa congregati sunt, suscipiatis, nihil aliud ei nouum introducentes, et anathematizetis hæretica capitula quæ a Cyrillo Alexandrino exposita sunt contra- **25**
⟨ria⟩ euangelicæ et apostolicæ doctrinæ et sequamini litteras piissimorum et Christianissimorum imperatorum nostrorum, quæ iubent quiete et subtiliter de fide cum pace examinationem fieri.

Hanc interlocutionem suam Iohannes et qui cum eo, aduersus Cyrillum et Memnonem Ephesi publice proponentes utrorumque damnationem litteris suis imperatori insinuauerunt, quarum est principium Pietas uestra præfulgens ad beneficium orbis terrarum. post hæc aduenerunt ab Hesperia ad concilium legati papæ Cælestini, Arcadius et Proiectus episcopi et Philippus ecclesiæ Romanæ presbyter. quibus residentibus Cyrillus et Memnon obtulerunt libellos in concilio contestationem deponentes aduersus Iohannem Antiochenum et qui cum eo erant episcopi, ut euocarentur et redderent causam depositionis suæ. uocati ergo a concilio per Danihelem Coloniæ et Commodum Tripolis Lydiæ et Timotheum Hellesponti episcopos una cum Musonio notario cum anagnostico, per interadnuntiantem diaconum tale acceperunt responsum: neque uos mittatis ad nos neque nos ad uos mittimus, quoniam de uobis responsum **26**
principis expectamus. igitur Cyrillus cum Iuuenale, uolentes se ulcisci, Iohannem damnauerunt et omnes qui cum eo conuenerant. multa et mala pari astu utrique Ephesi pertulerunt; porro imperator per Iohannem comitem sacrarum scripsit omni concilio et ad locum dixit: Nestorii, Cyrilli et Memnonis damnationem suscipimus; alia uero quæ apud uos gesta sunt, reprehendimus, Christianam fidem rectitudinemque custodientes quam ex patribus progenitoribusque suscepimus. sed euntibus de concilio VII et VII episcopis satisfacere imperatori quia magnum et uniuersale concilium omnia regulariter agens damnauit Nestorium, his agnitis iussit eos imperator ecclesiam ingredi et pro Nestorio alterum ordinare episcopum. et post hæc iussit omnes episcopos abire unumquemque ad propriam regionem.

Et ita Iohannes cum suis Antiochiam profectus est, ubi colligens plurimos episcopos damnauit iterum Cyrillum, cum iam esset in Alexandria. et, sicut Socrates dicit, cognoscens Nestorius contentionem ad quandam perniciem peruenisse partes dei genetricem Mariam uocabat dicens: dicatur etiam Christi genetrix, et ea quæ **27**
ferunt tristitiam, conquiescant. sed nullus eum ex pænitentia talia dicentem suscepit; quapropter hactenus damnatus et in exilium Oasiam missus est. post

---

9/10 t. 11, 5 ep. 158 10—19 t. 13 ep. 39 20—23 t. 13 ep. 40 p. 112, 16—19 23—27 t. 13 ep. 64[a] 28/29 *Cassiodor. Hist. Trip.* 12, 6 [*Socr* 7, 34[13]] 29— p. 106, 3 *Cassiodor. Hist. Trip.* 12, 5. 6 [*Socr.* 7, 34[10—12. 14. 15]]

PWIT

1 agnoscatis *P* 2 ei *P* et *WI del. I om. T* 3 anathematizæntes *W* 3/4 contraria *scripsi ex Græcis* contra *PWIT* 4 euangelicam et apostolicam doctrinam *IT* 4/5 et Christianissimorum *om. I* 5 qui *I* quiete *T* qui *PW* queri *I* 6 fieri uolunt *W* 10 uenerunt *T* 11 archidius *W* præiectus *PWIT* 13 episcopos *IT* 14 uocat *PW* concilium *W[corr]* coronæ *PWIT* 15 musionio *PW* musinio *IT* 16 interadnuntiante diacono *PW* 18 Iuuenale] memnone *I* 19 uenerant *W* astu *PWIT superscr.* ī fastu *I* 20 sacrorum *W* sacram *IT* 21 dicens *IT* 22 x̄pianamque *IT* 23 progenitoribus *T* suscepimus] suscepimus redeuntibusque suscipimus *I* sed euntibus *PW* redeuntibus *IT* 24 ēpī *PWIT, corr. W* satisfecere *IT* 26 alium *IT* 29 in Alexandria *Cassiod.* alexandria *PW* alexandriæ *IT* 30 per contentionem *IT* partes *PWIT Cassiodor., ubi postulatur* pænitens ἐκ μεταμελείας *Socr.* 32 ferunt *T Cassiod.* fuerunt *PW* fecerunt *I* tristiciam *WIT* tristicia *W[corr]* tristia *P* conquiescunt *PW, corr. P* ex pænitentia *om. T* 33 usiam *W[corr]*

damnationem autem eius dura Constantinopolim turba contra ecclesiam mota est diuisusque est populus propter tepidum eius, sicut dictum est, tractatum; clerici uero communi decreto eum anathematizauerunt.

VII His ita prouenientibus de electione episcopi quæstio rursus exorta est. multi 28
enim Philippum quærebant presbyterum, qui a beato Iohanne cognomento Chrysostomo diaconus fuerat ordinatus multaque conscripserat uolumina contra imperatorem Iulianum apostatam; alii uero Proclum presbyterum quærebant, quem Sisinnius ad Cyzicum episcopum ordinauerat, qui priusquam Cyzicum proficisceretur, præcedentes ciues eiusdem ciuitatis Dalmatium monachum sibimet ordinauerunt episcopum, quoniam Attico præcessori·Sisinnii soli hoc præstitum uidebatur. sed proceribus palatii ut fieret, displicuit. quod quidem postea factum est; manebat enim Proclus non habens ecclesiam propriam, qui tamen in doctrina ecclesiarum
Constantinopolim ualde florebat. cumque quattuor transissent menses post Nestorii 29
damnationem, Maximianus ordinatur episcopus, uita quidem monachus, ordine uero presbyter, constans quidem in fide uera, idiota autem sermone, et sub quiete uiuere potius eligebat.

VIII Post paululum uero tempus uidens imperator Cyrilli et Iohannis permansisse
discordiam, intolerabilem eorum iudicabat dissensionem et uocans tunc ad se Maxi- 30
mianum episcopum et alios plurimos Constantinopolim repertos episcopos, quomodo tolleretur ecclesiarum dissensio, cogitabat. at illi dixerunt quia non aliter hoc fieri posset, nisi prius iretur et præferretur unius fidei uinculum et Iohannes Antiochenus episcopus anathematizaret Nestorium et [probata] dogmata eius. et gauiso ualde super hoc imperatore missus est hoc ipsud agere Aristolaus tribunus, sacram principis deferens Iohanni et Cyrillo, in qua comminatus est utriusque Nicomediam exilium, nisi pacem haberent ad inuicem. scripserunt autem et episcopi a Constantinopolim Cyrillo quia amicitiarum modum et pacem sanctarum ecclesiarum non aliter fieri conueniret, nisi omnia quæ ab eo in causa scripta sunt epistolis et tomis et libris, euacuarentur; Cyrillo uero hoc facere inportabile uisum est. uerum Iohannes Antiochenus imperatori mandauit: propter illa ipsius capitula fidem meam Cyrillo dirigam, quam si suscipiens subscripserit, communicabo ei; alioquin pacificus cum eo esse non potero. et congregans Iohannes iterum apud Antiochiam concilium
dictauit fidem ita se habentem: 31

Confitemur dominum nostrum Iesum Christum filium dei unigenitum, deum perfectum et hominem perfectum ex anima rationali et corpore, ante sæcula quidem ex patre natum secundum deitatem, in fine uero dierum eundem propter nos et propter nostram salutem de Maria uirgine secundum humanitatem, consubstantialem patri secundum diuinitatem et consubstantialem nobis secundum humanitatem. duarum

---

4—7 *Cassiodor. Hist. Trip.* 12, 3 [*Socr.* 7, 27²] 8—11. 11—13 *Cassiodor. Hist. Trip.* 12, 3 [*Socr.* 7, 28¹⁻³] 13—16 *Cassiodor. Hist. Trip.* 12, 7 [*Socr.* 7, 35³⁻⁴] 17—28 t. 13 p. 195, 9—30 24/25 *male intellecta esse uidentur* t. 11, 4 p. 4, 13 33—p. 107, 8 *desumpta esse ex* t. 13 ep. 72 [p. 188, 27—189, 9], *id est epistula Cyrilli* Exultent cœli *demonstrat uaria lectio*

PWIT

4 VII *om. P* itaque *IT* mota *IT* 5/6 chrisosmoto *PW* chrisostomus *W*corr 6 uolumina conscripserat *T* 7 proculum *W* 7/8 sisinnicus *IT* 9 præcessoris *PW* 12 proculus *W*corr 17 VIII *om. P* 18 iudicabat eorum *IT* 21 prius iretur] *corrigebat Liberatus lectionem corruptam uersionis T* prioriretur *pro* prior oriretur [προανατείλαντος] 22 improbata *IT* probata *PW deleui* dogma *PW* 23 ipsum *IT* sacra *PW* 24 utrisque *IT* 25 a *om. IT* 26 modus *PW* 29 imperator *I* 31 iohannis iterum *PW* iterum iohannes *IT* 35 diuinitatem *IT*

enim naturarum unitio facta est, propter quod unum Christum, unum filium, unum
dominum confitemur. secundum hunc inconfusæ unitionis intellectum confitemur
sanctam uirginem dei genetricem, propter quod deus uerbum incarnatum est et homo
factus et ex ipsa conceptione uniit sibi templum quod ex ipsa suscepit. euangelicas
uero et apostolicas de domino uoces scimus deiloquos uiros quasdam coniungentes
tamquam in una persona, quasdam diuidentes tamquam in duabus naturis, et diui-
niores quidem atque altiores secundum diuinitatem Christi, humiliores autem secundum
humanitatem eius tradentes.

In isto ergo modo hanc fidei regulam interponens Iohannes epistolæ suæ, cuius
est principium Dudum per sanctionem piissimorum principum, quam tradidit Paulo
episcopo Emiseno et direxit Alexandriam Cyrillo. in quam urbem ueniens Paulus 32
et gratissime a Cyrillo susceptus est et sine contentione uel difficultate, ut a multis
putabatur, memoratam fidem Orientalium suscepit episcoporum. tunc Paulus domi-
nico die fecit sermonem in populo præsente Cyrillo et exposuit capitulum de euangelio
Iohannis uerbum caro factum est et habitauit in nobis, conspice, inquiens, Ioh. 1, 14
Iohannem duas naturas prædicantem et unum filium; aliud enim habitaculum et
aliud qui habitat, aliud templum et aliud qui habitat deus. intendite eis quæ
dicta sunt, rogo: non dixi alter et alter tamquam in duabus personis aut in duobus
Christis aut in duobus filiis, sed aliud et aliud ut in duabus naturis. quando ergo
dixit et habitauit in nobis et prædicauit duas naturas, tunc addidit et uidimus
gloriam eius, gloriam tamquam unigeniti a patre, plenum gratia et
ueritate. et in sequentibus fidem quam Cyrillo portauerat, disserebat, aperte
prædicans duas in domino Christo naturas in una persona et clamante populo »bene
uenisti, orthodoxe«, mox Cyrillus similia tractauit et inter cetera ait: quid horum
clarius sermonum? qua indigent hæc explanatione? aperte nos docuit quia aliud
quidem est qui inhabitat, et aliud quod inhabitatur, et aliud natura humana et aliud
diuina. et concludens sermonem ad confirmationem eorum quæ a Paulo dicta 33
sunt, conspice, inquit, Iohannem duas naturas prædicantem et unum Christum,
duas naturas unigeniti et unam personam, et quando dixit habitauit in nobis
et prædicauit duas naturas, tunc addidit hæc: et uidimus gloriam eius, gloriam
tamquam unigeniti a patre, plenum gratia et ueritate. hæc Cyrillus
Paulo præsente tractauit et Alexandrinam docuit ecclesiam ita de Christo credere sicut
Paulo dudum tractante didicerat. post hæc Cyrillus fidem epistolæ quam a Paulo
suscepit, epistolæ suæ interponens, cuius est principium Lætentur cæli et exultet terra,
satisfaciens aliquorum rumoribus qui de illo habiti sunt, quoniam non adsereret de
cælo corpus Christum sumpsisse neque fermentationem aut commixtionem senserit
naturarum eius, scripsit et subscripsit præfatam fidem et Orientalibus direxit episcopis.
ascendens ergo Antiochiam Paulus obtulit Iohanni archiepiscopo et omni concilio eius
epistolam Cyrilli; qui ut cognouerunt eum suscepisse fidem a se directam et in eius

10 t. 13 ep. 71   15—22 t. 15 p. 308, 29—34   23—27 ibid. p. 310, 7—9   28—31 ibid. p. 310, 21—24   34 t. 13 ep. 72

PWIT

3 et *om. IT*   4 et] est *W*   uniuit *W*corr *T*   5 atque *IT*   6/7 diuinioris *PW*, *corr. W*   7 diuitatem *P* diuinitem *W*   10 per sanctionem *PW* pensationem *IT*   principium *I*   13 memoratam *PW* inuiolatam *IT*   14 et *om. PW*   17 aliud enim templum *IT*   21 gloriam[2] *om. T*   23 xpo dno *T*   25 quam *PW*   26 quidem *om. IT*   qui] quod *W*   qui *IT*   inhabitabitur *I*   32 præsente *om. T*   33 paulum[1] *I*   34 est *om. IT*   38 ascensdens *P*

suscripsisse confirmationem, pacem cum eo et eius facerunt concilio, damnantes
Nestorium et suscipientes Maximianum, qui pro illo fuerat factus episcopus, dubi- 34
tantibus adhuc ex eis aliquibus episcopis Cyrillo communicare, putantibus eum errasse
et postea ueritatem agnouisse et culpantes Iohannem, cur ab eo non expetierit capi-
tulorum eius damnationem. ex altera autem parte quidam de palatio per Eulo-
gium presbyterum et apocrisarium Alexandrinæ ecclesiæ culpauerunt Cyrillum cur
susceperit ab Orientalibus episcopis duarum confessionem naturarum, quod Nestorius
dixit et docuit; sed et Valeriano Iconii et Acacio Melitinensi episcopis hoc ipsud de
Cyrillo uidebatur. scripsit ergo eis Cyrillus in defensionem Orientalium episco- 36
porum pro duabus unius Christi naturis, et superfluum non esse reor interponere aliqua
huic operi ex ipsis epistolis ad confusionem Alexandrinorum phantasiastarum uel
corrupticolarum gloriantium de Cyrillo tamquam de patre atque de auctore suo

VIIII Commonet ergo Eulogium presbyterum suum Cyrillus et dicit:

Reprehendunt quidam expositionem quam fecerunt Orientales, et dicunt: cur
duas naturas nominantibus eis passus est audire aut etiam laudauit Alexandrinus
episcopus? alii uero [dicent] idem dixisse Nestorium dicunt et illum sic sapere,
subripientes nescientibus subtilitatem. oportet enim culpantibus nos illa dicere quia 37
non omnia quæcumque dicunt hæretici, fugere et refutare decet. multa enim confi-
tentur, sicut et nos confitemur. uelut Arriani quando dicunt patrem quia creator
est omnium et dominus, numquid propter hoc fugere consequens est huiusmodi
confessiones? sic in Nestorio: licet ⟨dicat⟩ duas naturas diuersitatem significans
carnis et uerbi (altera enim uerbi natura, altera carnis est), sed tamen nequaquam
unitatem confitetur nobiscum. nos autem unientes hæc, unum Christum, unum
filium, eundem unum dominum confitemur.

Et iterum:

Nestorius itaque in suis expositionibus simulat se dicere unus filius et unus dominus; sed refert filiationem ad solum dei uerbum, cum autem uenerit ad dispensationem, rursus alium dominum qui ex muliere est, seorsum hominem dicit copulatum dignitate æquo honore, * * quia habet copulationem ad Christum, quomodo non apertum est duos eum dicere Christos, si Christus ad Christum habet coniunctionem alter ad alterum? qui uero ex Oriente sunt, nihil tale dixerunt; uoces autem diuidunt solum. diuidunt autem secundum hunc modum et alias quidem deo decibiles esse dicunt, alias autem humanas, alias autem communes factas tamquam habentes simul et quod deo decibile est et quod humanum, uerumtamen dictas ab uno eodemque [Christo] et non sicut Nestorius alias quidem deo uerbo seorsum tribuit, alias autem qui ex muliere est, tamquam alteri filio.

Item Acacio Melitinensi episcopo scribens inter alia sic dicit:

14—24 t. 13 p. 193, 3—13   26—36 t. 13 p. 194, 5—16

PWIT

3 aliquantibus *W*   5 damnatione *PW*, *corr. W*   8 melitensi *PW* militensi *IT*   ipsum *IT*   9/10 epm̄ *PWI*, *corr. WI*   11 alexandrinarum *P*   13 VIIII *PW* 9 *adscr. IT*   Cyrillus *om. T*   16 dicent *PW* dicunt *IT* *deleui*   dicent—Nestorium] qualia Nestorii sunt *uersio T(uronensis)* τὰ Νεστορίου φρονοῦντες Γ   19 et] aut *T*   21 dicat *uersio T om. PWIT*   24 unum om. *I* dm̄ *IT*   27 autem *om. W*   29 *omissa sunt* dicendo enim quia propterea deus uerbum Christus nominatur   quia *WIT* qui *P*   31 didicerunt *IT*   32 ut *uersio T*   33 ī deodicibiles *superscr. I* dicant *uersio T*   34 ī deodicibile *superscr. I*   35 Christo *om. IT et uersio T*   non *om. T* nos *W*   37 meritinensi *IT*   sic *PIT* et *W*

Nestorius etenim Christum seorsum nominari dicit dei uerbum, habere autem coniunctionem ad Christum continuam. putas igitur non duos Christos apertissime dicit? Orientales uero Christum unum et filium et dominum et deum confitentur se adorare, eundem ex patre secundum diuinitatem et eundem ex sancta uirgine secundum humanitatem. duarum namque naturarum unitionem factam dicunt, tamen unum Christum, unum filium, unum dominum confitentur aperte factum.

Et in sequentibus concordans aliquatenus tomo papæ Leonis Cyrillus sic dicit:

Sunt aliquæ uocum maxime deo decibiles, aliquæ uero sic rursus hominem condecentes, aliæ autem quendam ordinem obtinent ostendentes filium deum existentem et hominem simul et idem. quando enim Philippo dicit: tanto tempore uobis- Ioh. 14,9.10. 9 cum sum et non cognouistis me, Philippe? non credis quia ego in patre et pater in me est? qui uidit me, uidit et patrem. ego et pater unum Ioh. 10, 30 sumus, deo decentissimam adfirmamus uocem; quando uero Iudæorum increpat populis illud dicens: si filii Abrahæ essetis, opera Abrahæ utique faceretis; Ioh. 8, 39. 40 nunc autem quæritis me occidere, hominem qui ueritatem uobis locutus sum. hoc Abraham non fecit, homini decenter dicta hæc dicimus.

Huius epistolæ sequentia duarum naturarum probabilem continet expositionem, [quam] tamen pro huius operis conpendio omnia ponere intermisimus necessaria documenta. Valeriano autem Iconii ita rescripsit:

Vniuersi Orientales episcopi simul cum domino meo religiosissimo ⟨episcopo⟩ Antiochenorum Iohanne per scriptam manifestamque condicionem clarum constituere uniuersis quoniam pollutas Nestorii quidem nouitates condemnant anathematizantque nobiscum et nullatenus eas umquam sermone dignantur, sed euangelica et apostolica secuntur dogmata et patrum confessionem nullo modo contristant. confessi sunt enim et ipsi nobiscum quia dei genetrix sit sancta uirgo, et non addiderunt quia Christi genetrix sit, sicut inquiunt qui Nestorii infelices et respuendas opinatiunculas curant, sed inquiunt palam unum esse Christum et filium et dominum, ex deo quidem patre ante omne sæculum ineffabiliter genitum dei uerbum, in ultimis uero temporibus hunc ipsum etiam ex muliere secundum carnem, ita ut idem ipse sit simul deus et homo, perfectus in deitate et perfectus in humanitate idem ipse, et unam eius esse personam, nullo modo diuidentes in duos filios aut Christos aut dominos. si igitur quidam mentientes dicunt alia quædam præter hæc sapere illos, non eis credatur, sed sicut inpostores et fallaces secundum patrem suum diabolum proiciantur, ut non perturbent eos qui recte ambulare desiderant. si uero et epistolas sibimet componentes quidam circumferunt uelut ex persona clarorum uirorum, minime oportet præsumere de his. qui enim semel scripto confessi sunt fidem, quomodo poterunt alteram scribere uelut ex pænitentia reuocati ut recte sapere non uelint? alloquere fraternitatem quæ apud te est. te qui nobiscum sunt, in domino salutant.

1—6 t. 1 3 p. 199, 13—15. 17—24 8—16 t. 1 3, p. 201, 1—11 20—38 t. 1, 1, 3 p. 100, 19

PWIT

3 deum et dominum *IT* 4 se *om. PW* parte *I* 6 factum] *initium uersus Ioh. 1, 14 qui in textu sequitur, inepte retinuit Liberatus* 8 decibiles *I, superscr.* l dicibiles 9 quædam *T*; *uitium uersionis T retinuit Liberatus* 9/10 existentem et *IT* existente et *P* existente *W* 12 uidit (*bis*) *W* uidet *PIT* et ego et *IT* 13 dicentissimam *PW* affirmant *I* affirmauit *T* 13/14 iudaicum—populum *IT* 14 faceritis *I* 15 interficere *IT* 17 continent *IT* 18 quam *PW* cuius *IT deleui* 20 episcopo *addidi* 22/23 anathematizanque *PW corr. W* 24/25 confessunt *W* 25 genetricis *I* 27 deum *IT* 28 quidem] qui de *PW* de *IT* 29 autem *T* 30 in deitate et *om. P* unum *P* 31 nullum modum *P*

In hac conclusione epistolæ suæ, in qua dicit Cyrillus »si uero epistolas sibimet componentes quidam circumferunt« et cetera, probat Ypatius Ephesiorum episcopus in collatione quam contra Acephalos suscepit iussione Iustiniani principis medio Stratigio comite sacrarum largitionum in palatii loco quod dicitur Eptaconcon, Cyrillum epistolæ Ibæ fecisse mentionem scriptæ ad Marim Persam, quam neque Cyrillus condemnandam iudicauit neque Nestorianam esse in ipsa sua notauit epistola.

Et hæc sunt quæ Cyrillus scripsit in defensionem Orientalium episcoporum pro 41
duabus unius Christi naturis, quam quicumque tunc minime receperunt, hos esse puto auctores Acephalorum, qui neque Cyrillum habent caput neque quem secuntur, ostendunt.

Tunc et Euoptius Ptolomaidis episcopus regionis Pentapoleos accipiens exemplar dictorum Theodoriti quæ scripserat contra XII capitula Cyrilli, direxit illud Cyrillo, ut responderet ad ea et sua capitula exponeret. quod gratissime suscipiens Cyrillus fecit interpretationem capitulorum suorum XII adiciens oppositiones, quo uideretur plenam pro eis reddere rationem. itaque Cyrillo suscipiente et defendente fidem Orientalium episcoporum et sua capitula exponente pax et unitas ecclesiis restituta est, in qua pace gaudente ecclesia inimicus pacis æmulus unitatis non quieuit aduersus
Mt. 13, 39 eam mouere uasa sua ad seminandum zizanias.

X Nestorii namque sectatores uidentes libros illius blasphemos non posse proferri 44
in publicum eo quod synodo Ephesena anathemate fuerant condemnati et imperiali lege prohibitum fuerat ne quis eos legeret aut defenderet, tunc cœperunt Diodori Tarsensis et Theodori Mompsuestenæ ciuitatis episcopi et aliorum episcoporum qui contra Eunomium et Apollinarem unius naturæ adsertores libros conposuerant duas in Christo ostendentes naturas in una persona, quod Nestorius sic non dixerat, circumferre uolumina et simplicissimos quosque decipere cupientes aiebant non sapuisse
noua Nestorium, sed antiquorum patrum prosecutum fuisse doctrinam et in tantum 45
studii gesserunt, ut ipsa eorum uolumina malitiose in Syrorum linguam et Armeniorum atque Persarum transferrent. sed ubi hæc agnouerunt Acacius Melitinensis et Rabula Edessenæ ciuitatis episcopus, de quo Ibas successor eius in epistola sua dicit: hunc præsumpsit, qui omnia præsumit, aperte in ecclesia anathematizare, scilicet de Theodoro Mompsuesteno superius loquens, scripserunt Armeniæ episcopis ne Theodori Mompsuesteni libros susciperent tamquam hæretici et auctoris dogmatis Nestoriani, insimulantibus episcopis Ciliciæ Rabulam et Acacium quod hoc non ex caritate, sed

---

1—6 *ex Innocentii Maronitæ epistula, cf.* t. IIII 2 p. 169, 23. 25. 170, 9. 182, 4 *sq.* 11—13 t. I 5 p. 249 13—15 ibid. p. 253. 254 etc. X *cf. quæ exposui Concilstudien* II (*Schrift. d. Strassb. Wiss. Ges.* 20) p. 23 *sq. Abhndlg. d. Bayer. Akad. d. Wiss.* XXXII 6 p. 91 *sq.* 19—29 *desumpta sunt præter Diodori mentionem ex epistula Innocentii Maronitæ* t. IIII 2 p. 68, 6—14 20 *Theodos.* 16, 5^{66} t. I 1, 3 p. 68; *data est Isidoro Senatore conss.* a. 436 [cf. l. c. p. 67, 12] *post mortem Rabbulæ d. 8. m. Aug. a 435* [*Concilstud.* 2 p. 26[2]] 29—31 *Gesta Chalcedon.* 10, 138 31—p. 111, 6 *desumpta ex epist. Innocentii l. c.* p. 68, 14—25

PWIV

1 X *I* 2 ypotius *W*, *corr. W*, cypatius *IT* 3 collationem *PWIT* 4 stragio *IT* legatiorum *T* Eptaconcon] eptacon contra *PW* epta contra *IT* 5 Ibæ *scripsi* hæ *PW om. IT* scriptam *PWIT* 8 hoc *W* 9 sequantur *I* 11 photolomaidis *P* exemplum *P* 12 theoderiti *I* theoderici *T* 17 inimicos *PW*, *corr. W* 18 zizania *IT* 19 XI *I* 20 ephesina *IT* anathematizante *IT* 21 legere *PW* legere auderet *W*corr defendere *PW* dioscori *T* theodori *W*corr 22 e̅p̅o̅s̅ *PW* e̅p̅i̅ *PW* 25 circumferebant *PW* 26 antiquarum *PW*, *corr. W* persecutum *PW* 27 arminiorum *P* 28 militensis *IT* 29 rabula sederentes [sederentis *W*corr*I*] *PWI* rabula sederensis *T* 31 theodorum *W* theorum *P* 32 mompsuestenus *PW*

ex æmulatione atque contentione fecissent. congregati sunt ergo in unum uenera-
biles Armeniæ episcopi et miserunt duos presbyteros Leontium et Abelium ad Proclum
Constantinopolitanum episcopum secundum morem cum libellis suis et uno uolumine
Theodori Mompsuesteni, scire uolentes utrum doctrina Theodori an Rabulæ et Acacii
uera esse probaretur. itaque Proclus accipiens Armeniorum libellos et illud Theo-
dori uolumen, diligentius utraque examinans, tomum Armeniis scripsit et destinauit,
in quo posuit ad interimendas Nestorianorum uersutias, qui duas in Christo inducunt 46
personas, unum de trinitate incarnatum. quem et direxit Iohanni Antiocheno per
Theodotum diaconum suum, continentem subter capitula ab hæreticis prolata, expetens
ab eo pro communi fide seruanda ut cum suo concilio eum susciperent et subscri-
berent. Iohannes autem et qui cum eo congregati episcopi legentes tomum et eius
laudantes conpositionem subscripserunt in eo et Proclo transmiserunt. hunc et
Calchedonensis synodus per relationem suam quam Marciano imperatori direxit ad
probandum non tantum gestis synodalibus, uerum etiam epistolis fidem constare,
inter sanctorum patrum epistolas suscepit et confirmauit. scripsit autem idem
Proclus epistolam ipsi Iohanni, cui et tomum suum direxerat, in qua dicit: dicentes
autem iterum passibilem deum, id est Christum, confitemur eum non eo passum, quod
est, sed quod factum est, id est propria carne, et ita prædicantes nullo modo fallimur,
quoniam quidem et unum ex trinitate secundum carnem crucifixum fatemur et diuini-
tatem passibilem minime blasphemamus.

Sed Basilius quidam diaconus sumens tomum Procli quem Armeniis scripserat, 47
Alexandriam uenit et Armeniorum libellos suis libellis adnectens obtulit Cyrillo
eiusdem urbis antistiti. quibus, ut ferunt rumores, permotus Cyrillus quattuor
libros scripsit, tres aduersus Diodorum et Theodorum quasi essent Nestoriani dogmatis
auctores, et alium de incarnatione librum, in quibus continentur antiquorum patrum
corrupta testimonia, id est Felicis papæ Romani, Dionysii Ariopagitæ Corinthiorum
episcopi et Gregorii mirabilis thaumaturgos cognominati. et licet in eis libris
Theodori dicta laudentur contra Arrianos edita, ipsum tamen magistrum Nestorii
probare contendunt. contra quos catholici ueritatis defensores sic Acephalis respon-
derunt ita illos libros non esse Cyrilli, quoniam testimoniis, quæ in eis contra mortuos
posuisse dicitur, contra uiuentem Nestorium non est usus neque in synodo neque in
aliquibus epistolis. unde dicunt illos libros nec dictasse Cyrillum nec edidisse.

7—8 t. IIII 2 p. 192, 7; *tomum scriptum esse a. 435 testatur Dionysius exiguus* t. IIII 2 p. 205, 41, *sed aliquanto post ad Iohannem missus est, cf. Concilst. 2 p. 28* 12—15 *Gesta Chalcedon.* 20 15—20 *ex eadem uersione adfert Facund. 1, 1* 21—24 Theodorum *desumpta ex epist. Innocentii l. c.* p. 68, 25—27 25 *cf.* t. I 4 p. 229, 31 *sq. Abhndlg. d. Bayer. Akad.* XXXII 6 p. 20, 7. t. I 1, 4 p. 37, 6 26/27 *cf. epist. Innoc. de coll. cum Seuerian.* t. IIII 2 p. 172, 3—6 27 *confunditur Dionysius Ariopagita cum Dionysio Corinthiorum episcopo, ad quem scripsisse fertur Iulius Romanus personatus, cf. Lietzmann, Apollinaris p. 92. 256* 27—28 *cf. Facund. 3, 3. 8, 6. Conc. L* V *475 = M* VIIII *255* 29—32 *cf. Innocentii Maronitæ ep. de coll. c. Seuerianis t.* IIII *2 p. 172, 36 sq.*

PWIT

2 aberium *IT* proculum *W* 4 mompsuestini *PW, corr. W* doctrinam *PW, corr. W* rabbulæ *PW, corr. W* 5 proculus *W* 7 nestoriorum *W* 9 thedotum *P* diaconem *IT* super *PW* 11 eo erant W^{corr}*I* 13 reuelationem *P* 13/14 ad probandum] approbandum *T* 15 interea *PW* confirmat *PW, corr. W* subscripsit *P* 16 proculus *W* 17 eo *Fac.* esse *PWIT* quod *PWFac.* quia *IT* 18 est] erat *Fac.* 21 proculi *W* procle *I* 23 ferunt rumores P^{corr} feruntur rumores W^{corr} fueruntur umores *P* fueruntur rumores *W* ferunt rumoribus *IT* 24 essent *om. IT* 25 continetur *I* 26 filices *P* felices *W, corr. W* 27 thaumaturgus W^{corr} tumnaturgos *T* 29 probare *PW* fuisse *IT* sic *om. T* 30 ita *om. I* testimonia *PW* 32 aliis *T*

itaque Basilius diaconus Constantinopolim ueniens libellos composuit et archiepiscopo
Proclo porrexit, adsocians cuncta quæ antehac Cyrillo archiepiscopo obtulerat. Proclus 48
uero iam destinauerat tomum suum Armeniis, in quo tomo de Theodoro nullam ⟨inuenitur⟩ faciens reprehensionis mentionem. quod cognoscens Basilius scripsit libellum
et in suo praue docuit libros Theodori uitandos sicut Arrii et Eunomii blasphemias.
quod quidem prudentibus inconuenienter eum scripsisse apparet, quoniam Arrius et
Eunomius unam in Christo degenerem patris substantiam prædicauerunt, Theodorus
autem, ut ipsi accusant, duas e contrario docuit in Christo naturas.

Post hæc autem occasione accepta surrexerunt quidam monachi ab Armenia
Apollinaris sectatores duo uel tres, sicut refert Iohannes Antiochenus in epistola sua,
portantes excerpta capitula, ut dicebant, de libris Theodori Mompsuesteni uel aliorum
p. 110, 23 sanctorum patrum qui illo in tempore, sicut diximus, contra Apollinarem scripserant,
et intrantes regiam ciuitatem et multorum sordidantes auditum calliditate sua omnia
perturbabant. deinde circumeuntes totius Orientis ciuitates et uniuersa monasteria
damnanda esse cum auctoribus clamabant, accusantes ea Nestoriano sensu fuisse conscripta, qui si Nestorius iuste damnatus est, damnentur, dicebant, et ista cum suis
auctoribus. et hæc agebant firmare uolentes ea quæ Apollinaris sunt, qui per 49
unam naturam Christum nobis consubstantialem non exposuit. qui quorundam
utentes patrocinio terrebant minis clericos, populos et monachos, qui uitam sectabantur quietam. tunc Iohannes Antiochenus synodo congregata tres pro Theodoro
Mompsuesteno dictauit epistolas et unam quidem direxit Theodosio imperatori, aliam
autem Cyrillo Alexandrino et tertiam Proclo Constantinopolitano episcopo, laudans
in eis Theodorum et eius exponens sapientiam. ad hæc autem imperator dirigens
sacram Iohanni derogatores illos Theodori contra salutem propriam * * uere iudicauit. Cyrillus autem rescripto suo Theodorum præferens tale de accusatoribus
eius tulit iudicium eo quod dogmate ueritati contrario tenerentur, interponens de
symbolo in concilio sibi oblato Tessarescedecatitum a Charisio presbytero. nihilo
minus et Proclus per Maximum diaconum suum ipsi Iohanni rescribens cuius essent
illa capitula quæ Theodori dicebantur, quasi pro eius excusatione ignorare se dixit.

1—3 itaque—Armeniis *desumpta sunt ex epist. Innocentii t.* IIII 2 *p. 68, 28—34; extat libellus in Gestis Concilii quinti L* V *463 = M* VIIII 240, *cf. Tillemont 14, 791* 10 *cf.* t. 14 p. 208, 21—24. *ceterum non bene Liberatus quæ ex Iohannis epistula desumpsit, ab eis quæ Innocentii sunt, per* post hæc [25] *separauit* 21—23 *de epistula ad imperatorem cf. Fac.* 2, 2. 8, 3. 5. 10, 1. 3. 11, 4. 12, 1. t. 14 p. 213, 4—8, *alteram edidi* t. 15 p. 310 *sq., de tertia cf. Fac.* 1, 1. 2, 2. 8, 1. 5. 7 t. 14 p. 208, 21—24 24 *sacra extat in Coll. Cas.* 310 [*t.* 14 p. 241] *et ex alia uersione ap. Fac.* 8, 3 25 *extat t.* 15 p. 314, 7 *sq. et ex alia uersione in Gestis concilii quinti L* V *482 = M* VIIII *263* 27—29 *cf. Fac.* 8, 2. 5

PWIT

2 proculo *W* antea *P* proculus *W* 2/3 Proclus—destinauerat *om. I* 3/4 inuenitur *addidi* 4 faciens *PW* facit *IT* 5 prabæ *P* opere *IT* non debuerans praue ponere sed hanc *W* non debuerant P^{mg} probæ W^{corr}, *sunt reliquiæ notæ marginalis* non debuerant praue ponere, sed hanc [*sc.* probe] blasphemas *PW* 6 prodentibus *PW*, *corr. W* et *om. I* 8 e *om. IT* 10 apollinares *PW*, *corr. W* iohannis *W* 11 mompsuestini *PW*, *corr. W* 16 qui *PW* quia *IT* et ista dicebant *PIT*, *corr. P* 18 non *om. T* 19 patrocinium W^{corr} 21 mompsuestino *PW*, *corr. W* alia *I* 22 proculo W^{corr} constantinotano *W* 23 ponens *I* 24 sacra P^{corr}*W* *lacunam indicaui supplendo secundum sacram* uelle religionem saluberrimam conturbare uere *PW* uenire W^{corr} uiuere *IT* prescripto *IT* 27 sibi in concilio *T* tesserascedecatum *PWT* tesserascēdecadum *I* carusio *PWIT* 28 proculus *W* ipsi ohanni *W* ipso ohanni W^{corr} 29 quasi *scripsi* qui *PWT* quesiuit qui *I* ignoratione *T*

uerumtamen duas has memoratas Iohannis epistolas, id est primam et tertiam laudes Theodori Mompsuesteni continentes Calchedonensis synodus per relationem suam Mar- 50 ciano imperatori directam cum tomo Procli, quem ad Armenios direxit, et aliis sanctorum patrum epistolis suscepit et confirmauit.

His ergo sopitis atque transactis mortuo Cyrillo tricesimo et secundo epicopatus sui anno ordinatur episcopus Alexandriæ Dioscorus, qui fuit quidem archidiaconus eiusdem Cyrilli * * qui neque uxorem neque filios habuit. quem narrat opinio ciuium suorum maiorem habuisse dilectionem, si quidem opprimens Cyrilli heredes et per calumnias multas ab eis auferens pecunias dedit eas sine fenore artopolitis et cauponibus ciuitatis, ut mundissimum panem et pretiosum uinum uiliore pretio populis exhiberent.

Iohanne autem archiepiscopo defuncto Antiochenæ ecclesiæ Domnus ordinatur archiepiscopus. sed et Proclo defuncto ecclesiæ Constantinopolitanæ Flauianus sortitus est sedem.

Ipso uero tempore Ibam Edessenum episcopum quidam presbyteri et diaconi * suis libellis eum quasi Nestorianum accusauerunt Domno archiepiscopo, eo quod alloquens clerum dixisset: non inuideo Christo, quia deus factus est, quoniam si uolo, et ego fio. qui cum ascendissent Antiochiam, [et] eos Ibas excommunicauit, sed 51 superueniente festiuitate quadragesimæ ascensionis iussi sunt a Domno excommunicatione absolui sub ea conditione ut Antiochia non exirent, alioquin a suo deponerentur ordine. sed quidam eorum archiepiscopi Domni præcepta contemnentes profecti ad comitatum sacros apices meruerunt ad Photium Eustathium et Vranium episcopos, ut Beryto audirentur. fuerunt autem cum his Eulogius diaconus Constantinopolitanus et Damascius uir spectabilis tribunus et notarius. quod cum agnitum fuisset illos clericos Constantinopolim perrexisse, damnati sunt a Domno et eius concilio. et post hæc Ibas Beryto ad audientiam occurrit. cui cum accusatores, sicut gesta demonstrant, nihil probare potuissent, superuenit relatio et postulatio clericorum Edessenorum flagitantium pro ecclesia episcopi sui præsentiam, in qua se reos iudicauerunt omnes pœnæ horribilis gehennæ, si meminissent tale aliquid dictum in illo tractatu de quo Ibas accusabatur, et iudicibus non manifestassent. quamobrem fecerunt iudices accusatores ipsos cum suo episcopo in secretario communicare simulque pacificos dimiserunt.

XI His temporibus Eutyches quidam presbyter et archimandrita præsidens Constan- 61 tinopolim celeberrimo monasterio urgente satana prædicabat dominum nostrum Iesum

---

2 *Gesta Chalcedon.* 20 p. 472, 15—20 17—18 *ibid.* 11, 141 18—21 *ibid.* 37 22—24 *ibid.* 27—29 24—25 *ibid.* 51 27—30 *ibid.* 141 30—32 *ibid.* 10, 7. 11, 22

PWIT

1 memorati *IT* iohannes *PW, corr. W* iohanni *T* prima *W* tertia W^{corr} laudis *PW* 2 mompsuestini *PW, corr. W* contentes *PW* 3 proculi *W* 6 ordinatur *scripsi* ordinatus *PW* ordinatus est *IT* alexandrinæ *I* 7 *lacunam indicaui* 8 maiore *PW, corr. W* 9 artopolitis *PWI, superscr.* uel arellio *I* atropolitis *T* 10 uiliori W^{corr} 12 iohannem *PW, corr. W* 13 proculo *W* 15 edesenum *PW* adessenum *I* diaconii *P* *lacunam indicaui e. g. supplendo* deseruerunt et 16 eum *om. I* 17 clero *T* dixisse *PW* 18 et[2] *PW om. IT* 19 uisi *IT* 20 ab antiochia W^{corr} antiochiam *I* 22 ēporum *T* 23 eulogris *W* 24 damascus *T* expectabilis *PWIT* cognitum *P* 27 ralatio *W* 28 ecclessiæ *P* 28/29 se reos iudicauerunt *scripsi cl. Gestis Chalced.* τῆι φρικτῆι γεέννηι ἑαυτοὺς ὑπευθύνουϲ ποιοῦντες se regauerunt *PW* segregauerunt W^{corr} sibi irrogauerunt *IT* 29 penas *IT* horribiles *T* se *PW, corr. W* 33 XII *I om. P* 34 nostrum *om. W*

Christum consubstantialem nobis non esse secundum carnem, sed de cælo corpus habuisse rursusque uarians dicebat ante adunationem duas in Christo fuisse naturas, post adunationem uero unam factam esse. quem audiens talia docentem et prædicantem Eusebius episcopus Dorylenæ ciuitatis prouinciæ Frygiæ Salutariæ cum esset orthodoxus et prius etiam amicus, prohibuit eum talia sapere et docere. sed pertinaciter Eutyche audire nolente rettulit Eusebius causam ad Flauianum Constantinopolitanum episcopum. qui et ingressus eius concilium, quod ⟨non⟩ ideo 62
fuerat collectum, pro Florentio Sardeorum metropolita dicentibus aduersus episcopos sub eo constitutos Iohanne et Cossinio et data forma de aliquibus causis eorum, tunc libellos optulit [Eusebius] Flauiano et omni concilio coniurans omnes aduenire et Eutychen presbyterum, ut sub eorum præsentia conuinceretur ab eo hæretici dogmata sapere et docere. his Flauianus episcopus ⟨permotus⟩ per Iohannem presbyterum et defensorem et Andream diaconum Eutychen ad concilium suum uenire præcepit. quibus euntibus ad se tale Eutyches reddidit responsum, hoc apud se esse decretum ut numquam egrederetur a sua fraternitate, sed tamquam in sepulchro degeret in monasterio. secundo uero conuentu postulauit Eusebius duas Cyrilli synodicas recitari epistolas, unam quam Nestorio direxerat, cuius est principium: Obloquuntur me quidam apud tuam fraternitatem, et alteram ab eo Iohanni Antiocheno directam, cuius est principium: Lætentur cæli et exultet terra, quas et synodus Calchedonensis postea suscepit. quod cum fuisset factum, Eutyches rursus per Mamam et Theophilum presbyteros scripto uocatus est ad concilium. qui ad eum minime ingressi 63
audierunt ab eius monachis eo quod ægrotaret et ideo eum uidere non possent. ingressi sunt tamen ad eum postea et optulerunt ei synodicam chartam. quibus iterum dedit responsum: ego definitum apud me habeo extra mortis necessitatem non egredi monasterio. sed hanc chartam manu mea scriptam accipite et synodo offerte. et post hæc recusante illo, renuntiauerunt concilio eius excusationem. Eutyches dirigens tomos per monasteria cum suo dogmate [ad] abbatibus, ut subscriberent ea, innotuit hoc concilio Eusebius episcopus. et rursus Flauianus una cum suo concilio per Memnonem presbyterum et Epifanium et Germanum diaconos scripto eum tertia uocauerunt uocatione. quibus cum identidem Eutyches de infirmitate excusaret, conpellentibus tamen eis qui missi fuerant, petiit unius septimanæ dilationem, ut post septem numerum dierum audientiæ occurreret. qui refugiens ad imperatorem Theodosium impetrauit ab eo, ut fertur, per Chrysaphium eunuchum, quem Eutyches susceperat de sacro baptismate, ut cum patricio Florentio 64
et Magno silentiario illud Flauiani concilium ingrederetur; timere enim se dicebat

3—7 *Gesta Chalcedon.* 1, 231. 232 7—10 *ibid.* 1, 223 10—11 *ibid.* 1, 230 12—13 *ibid.* 1, 235 14—16 *ibid.* 1, 359 17—18 *ibid.* 1, 240 19 *ibid.* 1, 246 20—21 *ibid.* 1, 380 21—26 *ibid.* 1, 397 26—28 *ibid.* 1, 392, 393 28—30 *ibid.* 1, 404 31—32 *ibid.* 1, 427

PWIT

1 Christum *om. T* 2 duæ—naturæ *PW* 4 dorolenæ *PWIT* 5 prius *scripsi cl. Gest. Chalc.* purus *PWIT* 6 eutychem *PW* eutychete *W*corr nolentem *PW* 7 ingressus est *IT* non ideo *scripsi* ideo *PW om. IT* 8 metropolita dicentibus *scripsi* metropoli dux *P* metropoli dirum *W* metropolita duo *I* metropolitano diro *T* 9 iohannem *IT* cosinio *P* consinio *W* cosinium *IT* 10 libellos *W*corr libellus *PW* libellum *IT* Eusebius *deleui* omnes] eos *T, coniecerim* omnes iubere et² *PIT om. W* aduersus *W*corr 11 heretica *T*corr 12 permotus *addidi* 16 secundum—conuentum *I* synodicus *PW, corr. W* 19 est *om. W* 22 uidere eum *T* 22/23 ingressi sunt *IT* ingressis *PW* 24 necessitate *PW* 25 monasterium *W*corr hunc *P* 27 direxit *I* sua dogmata *PW* suis dogmatibus *IT* ad *deleui* abbates *IT* 27/28 scriberent *WIT* 28 eusebius uero *T* 30 tertio *PWT* 32 septimum *PWIT* 33 fugiens *T*

Flauiani calumnias. postquam secum ire meruit Magnum silentiarium cum imperatoris scripto, accepit et officium excubitorum et chlamydatorum et uenit ad concilium. in quo ingressus recitauit qui cum ipso Magnus in synodo imperatoris mandatum ita se habens:

Si pacem cogitamus sanctarum ecclesiarum et catholicæ fidei custodire uolumus rectam et deo inspirante prædicatam fidem a parentibus nostris, qui in Nicæam congregati sunt, trecentorum decem et octo episcoporum et ab his qui Ephesi interfuerunt damnationi Nestorii, hoc ergo uolumus ne scandalum in prædicta catholica fide mittatur. et quoniam scimus magnificentissimum Florentium patricium esse fidelem et probatum in recta fide, uolumus ipsum interesse audientiæ synodi, quoniam sermo de fide est.

Et superueniente patricio Florentio et eo sedente flagitabant episcopi ab Eutychen
ut confiteretur dominum nostrum Iesum Christum consubstantialem nobis secundum
carnem in duarum naturarum unitione. at ille libellum suum legi petebat et credere 64
se dicebat secundum Nicæni concilii fidem. interrogante autem Florentio patricio 65
Eutychen si diceret Christum, qui ex uirgine est, consubstantialem nobis duasque in
eo unitas naturas, [qui] confiteri se quidem hæc ante adunationem, post adunationem
autem unam se confiteri dicebat. et dicente ad eum synodo: oportet te hoc con-
fiteri et anathematizare omne dogma huic fidei contrarium, respondit non se dixisse
hoc prius, sed posse se dicere, quia ipsi dicebant; sequi se tamen patres aiebat, quoniam
hoc in scripturis non inuenerat explanatum nec patres ita dixisse. surgens autem
sancta synodus anathematizauit eum. cui identidem patricius Florentius inquit:
qui non confitetur duas in Christo naturas, non credit recte. ille autem dixit legem
se habere sancti Cyrilli et Athanasii quoniam ex duabus quidem naturis dixerunt ante
adunationem, post adunationem autem et incarnationem non duas naturas, sed unam.
surgens autem sancta synodus iterum anathematizauit eum. uenerabilis uero
Flauianus quoniam Valentini et Apollinaris hæreticorum errorem Eutyches ægrotasset,
spolians eum honore presbyterii anathematizauit atque damnauit et conclusis gestis
in eius damnationem concilium subscripsit. quibus gestis iungens epistolam suam 66
uenerabilis Flauianus papæ Leoni direxit et quid in concilio gestum fuerat, allegauit.
sed et Eutyches de sua damnatione papæ Leoni scribens posuit edicta apud Constan-
tinopolim et se iniustitiam fuisse passum populum contestatus est. Leo uero direxit
Flauiano tomum sanam incarnationis Christi doctrinam continentem et mirifice
perimentem Eutychetis adsertiones, cuius principium est post prooemium: Lectis
dilectionis tuæ litteris. Eutyches uero optulit et preces imperatori questus de
falsitate gestorum, quasi aliqua a notariis superaddita fuissent, aliqua autem dicta
nec gestis inserta, et postulauit ut sub præsentia Thalassii episcopi et Florentii patricii

5—11 *Gesta Chalcedon.* 1, 468 [*ex recensione* Φ*ac*] 12—14 *ibid.* 1, 490 14—15 *ibid.* 1, 498 *uol.* II 1 p. 35, 1 15—18 *ibid.* 1, 526. 527 18—22 *ibid.* 1, 534—536 22—23 *ibid.* 1, 549 23—25 *ibid.* 1, 542 26 *ibid.* 1, 550 26—29 *ibid.* 1, 551. 552 29—30 *extat in Epist. Coll. H 3* [*uol.* 1 p. 36 *sq.*] 31—32 *confuse describitur Eutychis ad Leonem epistula, cuius uersio extat uol.* II 1 p. 33 *sq.* 32—35 *uol.* II 1 p. 24 *sq.* 35—p. 116, 2 *cf. Gesta Chalcedon.* 1, 572

PWIT

2 accipit *PW*, *corr. W* scubitorum *PWIT* 4 ita *om. P* 6 inspirantem *PW* p̄dictam *T* nicea *W*corr*T* 8 in damnatione *IT* 15 dicebat se *W* 17 qui *PWIT*, *del. T* 20 agebat *W* 23 autem *om. W* 23/24 legem se habere] ego legi *uol.* 3 p. 127, 21 24 anathasii *I* 25 post adunationem *om. I* 27 errore *I* 28 expolians *PWIT* eum] cum *I* conclusit *IT* 29 dampnatione *IT* 31 sed *scripsi* fide *PWIT* 32 iniusticiam se *IT* 34 proofmium *W* 35 et *om. I* impr̄ *W* 36 autem *scripsi* enim *PWIT* 37 thalasii *I*

rursus in palatio Flauiano occurrente ipsum congregaretur concilium et ex interrogatione personarum ueritas panderetur. annuit imperator fieri et easdem preces manu sua ita subscripsit:

Deponant apud reuerentissimos episcopos non solum qui dudum conuenerunt, 67
uerum etiam et apud reuerentissimum Thalassium, ut omnibus his præsentibus quæ supplicatio loquitur, negotii ueritas inquiratur

cumque concilium congregaretur, Eutyches absens factus ad uicem suam misit Constantinum diaconum suum ad concilium, ut pro eo respondens examinantibus iudicibus gestorum falsitas reprehenderetur. sed discussa gesta instantibus notariis cum episcopis deum timentibus, cum aliqui pro tempore Eutycheti fauerent, nihil falsitatis inueniri potuit, sed hoc tantum actum est ut apud magistrum officiorum gesta conficerentur de falsitate notariorum, astantibus aliquibus laicis de officio principis, qui interfuerant gestis ipsis tempore concilii.

Postea expetiuit imperator a Flauiano fidei eius confessionem manu eius scriptam et subscriptam. scripsit ergo Flauianus fidem suam manu propria et imperatori in hoc themate direxit:

Flauianus episcopus Constantinopolitanus amatori Christi imperatori nostro Theodosio salutem. Nihil ita conuenit sacerdoti dei et dogmatibus erudito diuinis quam paratum esse ad satisfactionem omni petenti eum rationem de spe quæ in nobis
Rom. 1, 16 est, et gratia. non enim erubesco euangelium dei; uirtus enim dei est ad salutem omni credenti. quia igitur et nos misericordia regis omnium Christi dei sacerdotium tale euangelii sortiti sumus, sapimus recte atque inculpabiliter, semper scripturas diuinas sequentes et expositiones sanctorum patrum qui in Nicæa conuenerunt, et centum quinquaginta qui hic congregati sunt, et qui in Epheso sub sanctæ memoriæ Cyrillo, qui fuit Alexandrinorum episcopus. et prædicamus dominum nostrum Iesum Christum, ante sæcula quidem ex deo patre sine principio natum secundum diuinitatem, in nouissimis autem diebus eundem propter nos et propter nostram salutem ex Maria uirgine secundum humanitatem, deum perfectum et hominem perfectum eundem in adsumptione animæ rationalis et corporis, consubstantialem patri secundum diuinitatem et consubstantialem matri secundum humanitatem. ex duabus utique naturis confitentes Christum post incarnationem ex sancta uirgine et inhumanatum, in una subsistentia et in una persona unum Christum, unum filium, unum dominum confitemur. et unam quidem dei uerbi naturam, incarnatam tamen et inhumanatam dicere non negamus, eo quod ex ambabus unus atque idem sit dominus noster Iesus Christus. eos uero qui aut duos filios aut duas subsistentias aut duas personas adnuntiant et non unum eundem dominum nostrum Iesum Christum filium dei uiui prædicant, anathematizamus et alienos esse ab ecclesia iudicamus et ante omnes Nestorium impium anathematizamus et sapientes quæ eius, ac loquentes ea et abscidantur huiusmodi a filiorum adoptione promissa recte credentibus.

4—6 *cf. Gesta Chalced.* 1, 575 [*ex recensione Φ^ac*] 7—9 *ibid.* 1, 561. 569 11—13 *cf. ibid.* 1, 846. 847 17—p. 117, 3 *desumpta sunt ex Epistul. Coll. ante Gesta 1*

PWIT

5 thalasium *IT* 9 discussis gestis *I^corr* 12 confiterentur *IT* 14 manum *PW, corr. W* 15 suam] propriam *T* 19 de spe rationem *T* in *om. T* 20—21 non—credenti *om. T* 21 ad *WI* in *P* 23 et *om. IT* expositione *I* 29 absumptione *PW, corr. W* rationis *T* 32 substantia *IT* 34 et *om. I* quia *IT* ambobus *WT* 35/36 subsistentias aut duas *om. I* 35 substantias *T* 36 eundemque *I* 38 eius sunt *IT* ac *PW* et *IT* 39 et *om. IT*

Et subscriptio: Domine Christe, adiuua nos.

Et iterum: Hæc scripsi manu mea ad satisfactionem uestræ potestatis, ut confundantur calumniam facientes nostræ [bonæ] simplici conuersationi.

XII Postquam ergo nihil probatum est notariis de falsitate gestorum, Eutyches petit 72
Dioscorum Alexandrinum episcopum ut quæreret quæ de illo acta sunt, et causam examinaret, ⟨et⟩ agebat apud principem uniuersalem fieri synodum, ut probaretur iudicium Flauiani. scripsit ergo Dioscorus Theodosio imperatori quia fieri aliam synodum generalem oportet, et ut fieret, persuasit ei. adnuit imperator et dirigens sacram Dioscoro in Alexandriam præcepit ut cum decem metropolitanis episcopis, quos uoluisset, ipse eligeret et ueniret Ephesum et congregato uniuersali concilio 73
Eutychis causam discuteret, iubens Barsumam egumenum interesse concilio et uices agere omnium monachorum Orientales episcopos accusantium. Theodoretum uero Cyrri episcopum adesse concilio interdixit et in sua ciuitate permanere eum iussit. iam enim Ibam Edessenum episcopum, ⟨cum⟩ nec synodo adfuisset, per illum filium suum, quem superius dixi, Chrysaphium in multas mansiones Eutyches relegarat exilio. et fit Ephesi generale concilium, ad quod conuenerunt Flauianus quidem et Eutyches tamquam iudicandi, Iuuenalis et Thalassius et omnes illi metropolitani episcopi cum suis conciliis et iudices concilii Constantinopolitani, qui Eutychen iudicauerant, Dioscorus uero habebat secum fortissimos milites rei publicæ cum monachis Barsumæ. et sedentibus eis in basilica dei genetricis Mariæ Iulius episcopus ⟨et Hilarus⟩ ecclesiæ Romanæ diaconus uices habentes papæ Leonis adsidere non passi sunt, eo quod non fuerit data præsessio sanctæ sedi eorum, insuper etiam quod non lecta fuerat ad Flauianum epistola in Eutychis damnatione a papa Leone scripta et occulta fuerat epistola eius per supra memoratos legatos ad ipsam synodum directa, et est eius principium: Religiosa clementissimi principis fides. cumque Flauianus 74
iudicaretur synodo propter Eutychis damnationem, Dioscorus libellum quem Eutyches manu portabat, iussit suscipi et recitari et cum recitaretur, surgens [Dioscorus] et stans in suppedaneo sedis suæ dicebat concilio: optima Eutychetis fides concordat fidei trecentorum decem et octo sanctorum patrum et recte credit Eutyches, fratres.

Tunc synodus iussione Dioscori Ibam Edessenum clamauit absentem multis

---

8—11. 12—13 *Gesta Chalcedon.* I, 24 11—12 *ibid.* I, 47 14—16 *ibid.* II, 1 20—24 *ficta esse docetur Gestis quæ extant in Coll. Nouar.* 10, 5. 6. 51—53. 59 *et Chalcedon.* I, 217—219. 227 25 *Leo ep.* 12 26—30 *non concordant cum Gestis Chalcedon.* I, 155. 156. 198. 858 31—p. 118, 2 *ficta esse docetur Gestorum Ephesenorum uersione Syriaca* [*Abhndl. d. Gött. Ges. d. Wiss. N. F.* XV p. 3 *sq.*]

PWIT

1 x̄p̄e *P*corr*W* ihū x̄p̄e *PIT*, *cf.* Γ 3 n̄r̄ae *T* bonæ *om. IT cf.* Γ 4 XIII *I om. P* est *om. PIT, corr. P* notarii *W* 6 examinauit *T* et *addidi* uniuersale *PWI* 8 et[1] *om. IT* ei *PWT* euthices *I* imp̄i *P* 9 alexandria *PW, corr. W* alexandrinam *I* ⟨decem⟩ episcopos *coniecerim, nisi forte Liberatus sacræ uerba male reddidit* 10 et[1]] ut *I* 11 eutyches *PW, corr. W* euthicetis *I* causa discutere *PW, corr. W* eguminum *PWI* 12 theodoritum *I* 13 episcopum *om. T* et] sed *W*corr 14 cum *addidi* adfuisset *scripsi* adfuisse et *PWIT* 15 chrysophium *PWIT* relegerat *T* 16 conuenerant *IT* 17 thalasius *PWIT* et[3]] ex *PW, corr. W* 18 concilii *PW* iudicii *IT* 18/19 iudicauerunt *IT* 19 secum habebat *I* secum *T* 20 eis *om. IT* Iulius *scripsi* illius *PW* illis *IT* ep̄s *P* ep̄i *W* ep̄is *IT* 20/21 et Hilarus *addidi* 21 diaconus *P* diaconi *P*corr*WIT* assistere *IT* 22 sedi s̄c̄e *T* 23 eutyches *PW, corr. W* damnationem *W*corr papæ *P* et] sed *W*corr 24 occulte *IT* occultata *W*corr directam *PW, corr. W* 25 eius *om. IT* 26 indicaretur *W* eutyches *PW, corr. W* euthicen *IT* 27/28 Dioscorus *deleui* 28 euthicis *IT* 31 clamauit *PW* damnauit *W*corr*IT* absentibus *W*corr ut absentem *IT*

nescientibus episcopis quid de illo actum fuisset, et tertio uocatum tamquam contemptorem et non occurrentem ad sanctum concilium damnauit absentem. clamabatur autem, quoniam testimonium contra eum perhibebatur ab aduersariis tamquam dixisset: non inuideo Christo facto deo, quoniam si uolo, et ego fio, et quasi dixisset: hodie Christus deus factus est, et alia huiusmodi et propter epistolam ad Marim ab Iba conscriptam. iterum synodus auctore Dioscoro Theodoritum episcopum Cyrri damnauit absentem et nec egressum de sua ciuitate propter illa quæ scripsit contra duodecim anathemata Cyrilli et propter epistolam missam ab eo clericis et monachis 75 et laicis contra primam Ephesi synodum ante ecclesiæ pacem.

Ad hæc damnauit quoque memorata synodus Eusebium episcopum Dorylæi, eo quod dixerit duarum naturarum perfectarum Christum, et cum eo damnauit similiter Flauianum Constantinopolitanum episcopum quasi male damnantem Eutychen et quia dixerit in duabus naturis cognosci Christum. quare surgentes quidam uenerabiles episcopi tenuerunt genua Dioscori et rogabant ne Flauianus innocens damnaretur, qui nec diu petere potuerunt metu militum et monachorum stantium cum gladiis et fustibus.

Deposuit quoque et Sauinianum Perrenensium episcopum, post omnes autem et Domnum Antiochenum remanentem ab orthodoxorum depositione, quia particeps factus Dioscori in depositione orthodoxorum et Eutychis absolutione. depositus est autem dolo Dioscori sic. postquam consensit in omnibus Dioscoro, datis in medio eius epistolis quas ad ipsum Dioscorum Antiochenus Domnus contra duodecim Cyrilli capitula scripserat, eo quod essent obscura, damnauit ægrotum et absentem illa die.

Hæc ergo synodo decernente et restituente Eutycheti presbyterii dignitatem et 76 ministerii præsulatum Flauianus quidem et Eusebius custodiæ mancipantur, porro locum optinentes papæ Leonis omnibus quæ sunt gestis contradixerunt, Flauianus autem contra se prolatæ sententiæ ⟨et⟩ per eius legatos sedem apostolicam libello appellauit. et hunc terminum illa synodus habuit.

His ergo omnibus malis a Dioscoro perpetratis cæsus Flauianus et multis iniuriis adfectus dolore plagarum migrauit ad dominum ordinatusque est pro eo Anatolius diaconus, qui fuit Constantinopolim apocrisarius Dioscori, et pro Domno Antiocheno ordinatus est Maximus et pro Iba Nonnus et pro Sauiniano Athanasius. pro Theodorito autem et Eusebio nullus ordinatus est. soluto ergo illo concilio et ad suas

---

4 *cf. Gesta Chalcedon.* II, 141 5 *ipsa uerba alibi non extant, sed cf. simile dictum in Gestis Ephesenis* p. 44, 17. 19. 21. 46, 23 = t. I 5 p. 179, 14 7—9 *in Gestis Ephesenis liber contra Cyrilli capitula non adfertur, sed legitur epistula* [151] *ad monachos* [p. 90, 18 *sq.*], *quæ tamen post pacem scripta est* 10—13 *non concordant cum Gestis quæ extant in Coll. Nouar. 10, 402 et Gest. Chalcedon.* I, 962 13—16 *Gesta Chalcedon.* I, 858 17 *cf. Gesta Chalcedon.* 15, 6 *quæ tamen Ephesi acta esse minime constat* 18—19 *Gesta Chalcedon.* I, 970. 884[2] 20 *cf. Gesta Ephes.* p. 112, 21 *sq.* 20—22 *Gesta Ephes.* p. 144, 15 *sq.* 25—26 *Hilarus tantummodo damnationi Flauiani et Eusebii contradixit Gest. Chalcedon.* I, 967 27 *cf. uol.* IIII p. 20, 30 *et uol.* II I p. 78, 32

PWIT

1 epi *P om. IT* factum *IT* 3 auerariis *T* 5 factus est ds *I* 7 et *om. IT* 11 direxit *I* 13 quapropter resurgentes *W corr* 17 sauianum *W* sauianum *I* perrennensium *WIT* 18 antiodienum *P* participes *W, corr. W* 19 factos *PW, corr. W* dipositione *P* disposítione *W* eutyches *PW, corr. W* 20 est *om. P* 22 et *del. W* 23 in illa *T* 25 mancipabantur *IT* 26 gesta *IT* 27 prolata sententia *IT* et *addidi* 29 cecus *I* 31 apochrisarius constantinopolim *T* 32 nunnus *PWIT* sauiano *PW* anastasius *IT* 32/33 theodoreto *T*

sedes reuersis episcopis scissio facta est inter eos, qualis antea numquam contigerat. Aegyptii, Thraces et Palæstini episcopi Dioscorum sequebantur, Orientales, Pontici et Asiani sanctæ memoriæ Flauianum. quod schisma permansit usque ad obitum Theodosii principis.

Sed quærenti plenius scire latrocinia Dioscori in ipsa synodo perpetrata prima 77
actio Calchedonensis synodi, in qua nec nominandi Ephesini secundi concilii recitata sunt acta gestis inserta, legenti omnia plenissime innotescit. nam nos ista nuper Alexandriæ de Græco in Latinum translata suscepimus. porro legati sedis apostolicæ ab ipso concilio fugientes rettulerunt papæ Leoni iniquitates Dioscori, quomodo Dioscorus ui magis quam iustitia in illa egerit synodo, in cuius gesta timore episcopi subscripserunt in Eutychis absolutione et depositione orthodoxorum episcoporum hæresim non recipientium, et quomodo omnibus gestis eius contradixerant. quos secutus Theodoritus episcopus papæ suggessit quanta mala pertulerit ex insidiis Dioscori, rogans ut celerius tali causæ subueniretur per alium conuentum episcoporum, ne hæretica Eutychis permanerent dogmata a Dioscoro confirmata. sed fortissimus Leo audiens legatorum suorum suggestionem et Theodoriti episcopi querellas suscipiens epistolis suis imperatorem Theodosium et Pulcheriam augustam petit ut fieret intra Italiam generale concilium et aboleretur error fidei per uiolentiam Dioscori factus. Valentinianum autem imperatorem et Eudoxiam coniugem eius ad 78
memoriam beati Petri cum multis episcoporum genibus prouolutus Romanus pontifex deprecatus est ut imperatorem Theodosium hortarentur aliam fieri synodum ad retractandum illa quæ a Dioscoro male acta atque perpetrata fuerant in damnatione Flauiani episcopi et orthodoxorum episcoporum depositione. eis scribentibus et petentibus rescripsit Theodosius imperator Flauianum læsibilis nouitatis reum dignum mortis debitum suscepisse et ideo omnis pax et concordia in ecclesia regnaret principe contentionis sacro iudicio humanis rebus ablato; illos uero qui depositi fuerant, indignos sacerdotio fuisse et qui digni iudicati sunt, a synodo esse susceptos. hæc de Flauiano Theodosius Arcadii principis filius, nepos imperatoris Theodosii maioris, cuius temporibus omnia hæc scandala contigisse noscuntur.

XIII Sed eo defuncto cum Marcianus imperii culmen fuisset adeptus, pro illa papæ 84
et principum Romanorum petitione uniuersale concilium Nicæa congregari iussit. 85
ubi occurrentibus sexcentis triginta episcopis et eis sedentibus legati papæ Leonis Marcianum imperatorem petierunt ut sui præsentiam præstaret concilio; alioquin illo absente ipsi ad concilium non occurrerent. et ita iussit imperator synodum transferri Calchedonam, ut de proximo ad concilium ueniens eorum inpleret petitionem. formidabant autem aliqui episcoporum ne ab Eutychianis tumultus a Constantinopolim de uicino nasceretur, sed imperatore promittente nullum audere

8—10 *cf. uol. 4* p. 19, 24. 21, 15. 22, 15. 24, 4. 26, 15. 28, 7   12 *cf. ibid.* p. 24, 13 *sq.*   12—15 *Theodoret. ep. 113, ubi tamen concilium non rogatur*   17—19 *Leon. epp.* 18. 23   19—24 *cf. Epist. ante Gesta coll.* 19. 21   24—27 *ibid. epp.* 22. 24   32—37 *desumpta sunt ex Epist. ante Gesta coll.* 34. 35

PWIT

1 ante *I*   2 orientalis *PW, corr. W*   5 latrocia *W*   perpetrata *PW*corr petrata *W* pertractata *IT*   11 eutyches *PW, corr. W*   13 pertulit *T*   14 subueneretur *PW, corr. W*   15 eutyches *PW, corr. W*   17 litteris *IT*   petiit *W*corr   19 eudochiam *I*   22 ad *T*   24 mortis dignum *I*   28 nepus *W*corr   30 XIIII *I om. P*   31 et *om. PW* in nicea *W*corr   32 sexcenti *PW*   33 imperatorem *om. I*   presem [præsiem *W* præsentiam *W*corr] præsentaret *PW*   35 inplere *PW, corr. W*   37 constantinopoli *IT*corr constantinopolitanis *W*corr

tale aliquid pertemptare Calchedonam synodus sedit. agitur perspectis his quæ in secunda synodo Ephesena gesta sunt, coram sacro senatu et Constantino ac Veroniciano a secretis et omni uniuersali concilio cum Pascasino et Lucensio episcopis et Bonifatio presbytero locum tenentibus Leonis papæ Romani et Anatolio Constantinopolitano, præsente Dioscoro et omnibus metropolitanis episcopis, ut quæreretur depositio et mors Flauiani et depositio orthodoxorum episcoporum qui pro fide depositi sunt.

Et prima quidem sessione recitante Veroniciano gesta nefandi concilii Epheseni 86
secundi, in quibus continebantur gesta de Eutyche Constantinopolim acta, lecta sunt etiam et gesta synodi Ephesenæ ·primæ, in qua Nestorius a Cyrillo damnatus est, et gestis inserta et omnibus rite discussis, clamantibus episcopis: anathema Nestorio, anathema Eutychen; anathema qui diuidit, anathema qui confundit, iniquitas Dioscori reserata et manifestata est de iniusta Flauiani morte et orthodoxorum episcoporum depositione.

Et ita soluto primo conuentu, secundo secretario interloquentibus iudicibus ut cum omnium episcoporum deliberatione fides tractaretur et confirmaretur, lectæ sunt duæ epistolæ Cyrilli quæ in concilio Flauiani, sicut diximus, gestis Constantinopolim continentur. lectus est et tomus papæ Leonis ad memoratum Flauianum contra dogma Eutychis directus. et dubitantibus Illyricianis et Palæstinis episcopis sanctis in aliquibus locis eius Theodoritus episcopus et Aetius archidiaconus Constantinopolitanus ex dictis et epistolis eius similia Cyrillum scripsisse docuerunt. et clamantibus Aegyptiis et Illyricianis episcopis: omnes peccauimus, omnes ueniam petimus, dilatio dierum quinque concessa est, ut cum omni deliberatione fides tractaretur et 87
confirmaretur.

Et ita secundo conuentu soluto, tertio quoque secretario libellos optulit Eusebius Dorylæi episcopus aduersus Dioscorum et synodo questus est de sua et piæ memoriæ Flauiani depositione et de consensu eiusdem Dioscori in dogma Eutychis et ut uocaretur ab eis et ab eo conuinceretur de his accusationibus. sed quæsitum est si uenisset Dioscorus, et inuentus non est. ad quem directi sunt episcopi Constantinus Bostrensis et Atticus Zelensis et Acacius Ariarathensis et Himerius lector et notarius, ut eum scripto conuenirent ut ad concilium occurreret. quibus Dioscorus respondit: custodior ego; si permittunt me descendere, dicant magistriani. ego enim paratus sum uenire, sed prohibeor. hæc scripto mandauit concilio Dioscorus, sed adueniens adiutor magistri officiorum dedit ei facultatem ut libere ad concilium occurreret. rursusque directi sunt ad eum Cecropius et Rufinus episcopi, ut rursus scripto eum conuenirent ne ad concilium uenire contemneret, sed magis satisfaceret concilio de his quæ ab Eusebio dicebantur. at ille respondit eis: iudicent de his iudices et senatores, ego ægritudine grauatus ad concilium uenire non possum. et tertio uocatus

---

11—12 *in Gestis primæ actionis non extant* 15 *tertia actio est in Græcis et Versione antiqua* 21—22 *cf.* 3 [2], 39. 41 25 *altera actio est in Græcis et Versione antiqua* 29—30 2 [3], 15 32—33 2 [3], 19 37—38 *cf.* 2 [3], 36

PWIT

1 tale *om. I* agitur *scripsi* igitur *PWIT* 2 ephesina *IT* 3 uniuersali omni *T* con *P* com *W*, *corr. W* lucentio *IT* 8 ephesini *IT* 9 constantinopoli *I* 10 epheseni [ephesini *IT*] primi *PWIT* 14 depositiones *I* 16 omnibus *W* 17 consilio *P* gesto *T* constantinopoli *I* 18 est *om. P* 19 pelestinis *I* in *om. T* 20 theoderitus *T* accetius *P* 26 synodum W^{corr} 30 tallensis *P* tullensis *W* talensis *IT* taliensis T^{corr} ariarensis *PIT* atriensis *W* 31 respondit dioscorus *P* 35 *deest* Pergamius, *cf. Gesta Chalced.* 2 [3], 27 eum rursus scripto *T* 36 satisfacere *W*

est ad concilium per Francionem, Iulianum et Iohannem episcopos cum Palladio notario, ut uerbis eius scriptis intimarent concilio quid Dioscorus remandaret; sed in hac tertia uocatione inepta Dioscorus responsione uenire differens, concilium damnationis in eum protulit sententiam, qua missa pio imperatori subscribentibus eam episcopis depositus est ab episcopatu Dioscorus septimo ordinationis suæ anno. clericis uero Alexandrinis mandauit concilium iam eum non putare esse episcopum, sed omnino cognoscerent eum de gradu suo esse deiectum. sed et aliquibus putantibus Dioscorum recuperare posse episcopatum propositum est edictum et omnibus manifestatum est Dioscorum honore inreparabiliter fuisse deiectum.

Quarto autem secretario interloquentibus iudicibus simili sententiæ qua Dioscorus iudicatus est, hos episcopos subiacere, Iuuenalem Hierosolymitanum, Thalassium Cæsareæ Cappadociæ, Eusebium Ancyræ Galatiæ, Eustathium Biryti et Basilium Seleuciæ Isauriæ, qui potestatem habuerunt et principes fuerunt tunc Epheseni latrocinii, ut alieni ab episcopatu fierent, et post hæc quinque dierum dilatione facta ut 89
unusquisque episcopus quomodo crederet, scripto proferret et ut eligeret Anatolius episcopus certos et idoneos ad tractandum episcopos et deliberaretur regula fidei et firmaretur, firmata [autem] est fides Nicæni concilii et Constantinopolitani et Epheseni primi et epistola papæ Leonis, quæ et ab omnibus subscripta cognoscitur. rursus interloquentibus iudicibus de Iuuenale et Thalassio Eusebio Basilio et Eustathio episcopis quid concilio uideretur, adclamauit omne concilium: Dioscorum deus deposuit, homicidam deus deposuit. et intercedente pro eis concilio quoniam consenserant in subscriptione supra memoratæ papæ Leonis epistolæ, et ne maius iterum nasceretur schisma, iussi sunt concilio permanere. post hæc duodecim episcopi Aegyptii libellos optulerunt fidei cum elusione, sed iudicante concilio ut Eutychen anathematizarent et subscriberent tomo papæ Leonis, dixerunt illi hoc non se facere posse, donec ordinaretur Alexandrinus episcopus, ut cum eius iussione sine suo periculo hoc implerent, et pro multitudine Aegyptiorum episcoporum solos se facere non posse. et decretum est ut datis ab eis fideiussoribus sacramento præstito expectarent ordina- 90
tionem Alexandrini episcopi et consentirent et subscriberent ad omnia synodalia instituta. hoc et de archimandritis et monachis aliquibus similiter excusantibus in concilio ordinatum est ut dilationem acciperent.

Et ita quarto secretario peracto, quinta sessione hoc actum est: tractantibus cum episcopis [et] iudicibus ut fides confirmaretur, ex tractatu Anatolii Constantinopolitani episcopi et omnium episcoporum metropolitanorum dictatum est fidei symbolum cum definitione et ab omnibus confirmatum est. et legente ea Aetio

---

3 *cf.* 2, 78 4 *cf.* 2, 99 5—7 2, 100 7—9 2, 101 10—18 4, 3. 4. 6. 9 20—21 *cf.* 4, 12. 13 21—23 *cf.* 4, 16 23—25 4, 25—30 25—27 *cf.* 4, 31. 48 28—30 *cf.* 4, 62 30—31 *cf.* 4, 113 35—p. 122, 4 *cf.* 5, 35. 36

PWIT

1 Lucianum *Gesta* 3 tertio *PW, corr. W* 4 qua *T* quæ *PWI* missa est *I* eam *T* ea *Pcorr W* in ea *I om. P* 6 iam—putare] non eum imputare *I* epm esse *I* 8 Dioscorum *om. T* uel recuperare *superscr. I* reparare *PWIT* 9 inreparabili *PW* abiectum *IT* 11 hierolimitanum *P* ierosolimitanorum *IT* thalasium *WT* 12 galatiæ eusebium—galatiæ *PWIT* 13 ephesini *PIT* 13/14 concilii *T* 16 et[2]] a quibus *IT* 17 autem *deleui* ephesini *IT* 19 thalasso *W* 22 scriptione *W* maius *T* maior *PWI* 23 scisma nasceretur *T* 24 optulerunt *om. T* elusione *scripsi cl. Gestis Chalcedon.* 4, 26 adlusione *PWIT* 26 eius *om. W* 27 solus *PW, corr. W* face *W* 29 sinodolia *W* 30 et[1] *om. W* 33 et[1] *deleui* 33/34 constantinopolitanis *Wcorr* 35 ab omnibus *IT* abominationibus *PW* ea *scripsi* eo *PW* illud *IT*

archidiacono adclamatum est ab omni synodo: hæc patrum fides; hæc est fides Cyrilli et Leonis; multos annos imperatoribus. et petiuerunt rursus clamore ut mox ab omnibus metropolitanis et toto concilio sine dilatione subscriberetur. sed intermissum est a iudicibus, ut primum principi legeretur. et hoc cum fieret, soluta est synodus.

Sexto autem secretario adueniens Marcianus imperator ad concilium cum iudicibus et sacro senatu adlocutionis uerba fecit in concilio et inter alia dixit se ad confirmandam fidem, non ad potentiam ostendendam exemplo Constantini imperatoris 91
synodum intrasse, unde abiecta omni prauitate et auaritia quorundam amputatis erroribus in perpetuum quæ a uobis ordinata fuerint, reseruentur. et recitata fidei definitione, confirmata est ab omni concilio sine aliqua dubitatione et ab omnibus subscripta est.

Septimo quoque secretario tres actæ sunt causæ, propter quod tres eius conputantur actiones. prima in qua firmata sunt quæ conuenerant inter Maximum Antiochenum et Iuuenalem Hierosolymitanum episcopos ut duæ Fœnices et Arabia dependerent sedi Antiochenæ, Hierosolymitanæ uero tres Palæstinæ prouinciæ. alia quoque celebrata est actio in qua Theodoretus episcopus Cyrri, quem Dioscorus expulerat, orthodoxus iudicatus est et dignus sedis suæ. tertia uero acta est ubi causa Ibæ Edesseni episcopi, qui similiter fuit per uiolentiam ipsius Dioscori ab episcopatu depositus, legitur esse discussa in alterum diem finali dilata sententia.

Octauo autem secretario decima actione eadem causa finita est, ubi et relecta sunt gesta apud Photium et Eustathium atque Vranium in Tyro ac Biryto celebrata, in quibus continentur et illa quæ apud Theodosium imperatorem super eius fuerant 92
negotio acta, sed et gesta apud Domnum episcopum Antiochiæ prius habita, nec non et ipsius epistola ad Marim Persam scripta in eadem actione decima orthodoxa pronuntiata monstratur. ex eius tenore dignus iudicatus est Ibas episcopatum suamque ecclesiam recipere. in qua actione id etiam inuenitur esse decretum ut quod sub Dioscoro in Epheso congregatum est, nec uocaretur concilium atque ut peteretur ab imperatore, ut hoc ipse lege sanciret.

Nono quoque secretario acta est actio ubi Bassianus, qui ad ciuitatem Euazensium episcopus ordinatus est et ecclesiæ incubuerat Ephesenæ, et Stephanus, qui et ipse male ordinatus prædictum Bassianum de Epheso expulerat, iudicati sunt ambo remouendi, ut alius ipsi ecclesiæ ordinaretur. sed quia fuit aliquorum diuersa sententia, causæ terminus in sequentem dilatus est actionem.

Decimo igitur secretario eadem causa finita est et omnium concordi sententia

---

8—10 *desumpta sunt ex Latina uersione interpretationis Græcæ, cf. Gesta* 6, 5 21 *quæ in Græcis et Φ^a est actio undecima, decima est in Φ^{cr}* 21—22 11 [10], 28 *sq.* 23—24 11 [10], 27 24 11 [10], 47—54 24/25 11 [10], 138 27—29 11 [10], 144. 145

PWIT

2 petierunt *W* clamore *scripsi* clamare *PW* acclamare *IT* 7 dixit] dum *W* 9 intra se *PW* 14 sunt] est *W* 16 sedi *W^{corr}IT* sed *PW* 17 theodoritus *I* theoderitus *T* quem et *T* 18 *inter* orthodoxus *et* iudicatus *habet* debere [*legas* debuerat] dicere: postquam cœtus [*legas* coactus] dixit anathema nestorio. cur ergo domnus anthiocenus non est restitutus *W est nota marginalis eiusdem hominis qui adscripsit quæ ad p.* 112, 5 *adnotaui* suæ *om. P* 19 edisseni *T* similis *W* 20 sententiam *PW*, *corr. W* 22 phtium *PWI* phitum *T* 24 antiochia *PW* 25 ipsius *om. W* scriptam *PW*, *corr. W* actionem *P* 27 esse *om. W* quod] quia *W* 28 dioscorum *PW*, *corr. W* est *om. T* 30/31 uagensium *PW* uangensium *T* uangesium *I* 31 ephesinæ *IT* 33 remonendnm *PW* alii ipsis ecclesiis ordinarentur *IT*, *corr. I^{mg}* 34 dilata *PWIT* actione *PW*, *corr. W* 35 igitur *PI* quoque *W* autem *T*

uterque iudicatus est amouendus. alia uero causa acta est Eunomii Nicomediensis
atque Anastasii Nicæni altercationem continens super ciuitatem Basilinopolim, quis 93
eorum illuc ordinaret episcopum, et interdictum est ne hoc Nicænus aliquando præsumeret.

Vndecimo secretario duæ actæ sunt actiones, prima in qua ecclesiæ Perrenensium redditus est bassianus episcopus, quem Dioscorus expulerat et Athanasium fecerat illo restitui, qui pro criminibus obiectis cum sæpe deuocatus ad iudicium non occurreret et episcopatui renuntiaret, a Domno Antiocheno fuerat ante damnatus, et alia in qua post discessum iudicum et senatorum et legatorum apostolicæ sedis regulæ constitutæ sunt ecclesiasticæ et quædam priuilegia deputata Constantinopolitanæ ecclesiæ usurpante sibi hoc Anatolio eiusdem ecclesiæ episcopo occasione accepta ex Dioscori damnatione. quod alia die cognoscentes legati papæ Leonis, quæ est ultima et duodecima dies concilii, petiuerunt ut rursus cum iudicibus ad concilium conuenirent. quibus requirentibus a concilio quid pridie fuerit ordinatum, lectis gestis cognouerunt quid Anatolius consentiente concilio egerat et optinuerat. qui eius præsumptioni contradicentes, a iudicibus et episcopis omnibus illa contradictio suscepta non est. et licet sedes apostolica nunc usque contradicat, quod a synodo firmatum est, imperatoris patrocinio permanet quoad modo.

XIIII Expleto igitur magno et uenerabili Calchedonensi concilio in duodecim secre- 97
tariis et sedecim actionibus, Dioscorus quidem exulare in Gangrena ciuitate præceptus est, reuersi sunt autem Alexandriam qui cum eo uenerant episcopi et clerici, Athanasius Busireos episcopus et Nestorius Fragoneos et Auxanius Sebennytensis et Macarius Cabason, qui consederant in Calchedona et anathematizauerant Eutychen et eius dogma cum Dioscori damnatione epistolam papæ Leonis subscribentes, ut cum
omnium ciuium uoluntate eligerent ordinandum archiepiscopum, sacris ob hoc litteris 98
præcedentibus ad Theodorum tunc augustalem. collecti sunt igitur nobiles ciuitatis, ut eum qui esset uita et sermone pontificatu dignus, eligerent; hoc enim et imperialibus sanctionibus iubebatur. cumque super hoc multa dubitatio processisset, uolentibus ciuibus neminem penitus ordinare, ne patralyæ uiderentur, Dioscoro quippe uiuente, nouissime in Proterium uniuersorum sententia declinauit, utique cui et Dioscorus commendauit ecclesiam, qui et eum archipresbyterum fecerat. ordinatus ergo Proterius præsentibus supra memoratis episcopis, qui in synodo, sicut dictum
est, subscripserant, inthronizatur. inthronizato autem eo diuisio et discissio populi 100
facta est, eo quod uiueret Dioscorus et esset in exilio. multa ergo pericula Proterius passus est, ita ut militari pro custodia indigeret auxilio plurimo tempore sui pontifica-

---

8—10 *canonum uerus locus est actio* VII *in Græcis et* Φ^{a}, *detrusi sunt in actionem* XV *in* Φ^{cr} 10/11 17 [16], 8

PWIT

1 est[1] *om. W* 2 anathasii *I* athanasii *PWT* bassionopolim *PW* bassianopolim *IT* 5 perrenuensium *WIT* 6 bassianus *PWIT* bassiano *W*[corr], *postulatur* Sauinianus epo *W*[corr] 9 iudicium *I* 11 hoc *om. I* 13 ut *om. P* 14 pridie *I* pridem *PWT* 15/16 optinuerunt *W* 16 quibus—contradicentibus *IT* 17 sedis *PW* 18 est *om. W* quoad *scripsi* quod ad *PW* quodam *IT* 19 xv *I* ergo *T* in duodecim concilio *W om. I* consilio in duodecim *I*[mg] 20 exultare *PW, corr. W* 21 autem *om. W* et clerici et *T* 22 anathasius *I* bosureos *PWT* bosueros *I* fraganeos *PWIT* sebennensis *PIT* sebenensis *W* 23 catabason [catabasion *W*] eps *PW* catabasenæ *IT* calchedonam *PWI, corr. PW* calcedoniam *T* 25 ordinandi *W* 26/27 ciuitates *PW, corr. W* 27 et[2] *om. P* 28 uidebatur *T* 28/29 precessisset *W* 29 nolentibus *W* patroliæ *PWIT* 30 im properium [proterium *W*[corr]] *PW* 33 scripserant *IT* discessio *WIT, corr. W* 34 ergo *om. PW*

tus. et usque ad mortem Marciani imperatoris inimicorum manus ualuit effugere, sed Timotheus quidam cognomento Elurus et Petrus Mongos diaconus, qui de ordinatione fuerunt Dioscori, ab Alexandria ecclesia se separauerunt nolentes communicare Proterio. quos cum Proterius episcopus ad ministerium proprium reuocare non posset, utrosque damnauit.

xv At illi captata morte Marciani imperatoris collectis turbis hæreticorum qui Dioscorum sequebantur, ordinato episcopo Timotheo Eluro ueniunt Alexandriam, 101
d. 28. m. Mart. a. 457 et ante triduum paschæ, quo cena domini celebratur, ab ipsis turbis concluditur in ecclesia sanctæ memoriæ Proterius, quo se timore contulerat, ibique eadem die in baptisterio occiditur laniatur eicitur et funus eius incenditur, sparguntur et cineres eius in uentos. ab isto ergo Timotheo duo episcopi Alexandriæ cœperunt esse et dum ecclesias tenuissent, soluerunt earum quam habebant unitatem, expulsis ab eis plurimis episcopis orthodoxis qui sub euangelistæ erant sede beatissimi Marci.

Interea Leo sumit imperium, ad quem tanti facinoris catholicorum querella peruenit, ascendentibus ad imperialem ciuitatem cum clericis aliquantis Alexandrinæ ecclesiæ episcopis, qui erant a Timotheo sedibus suis pulsi. supplicationes ab eis oblatæ sunt Leoni imperatori quatenus mors uindicaretur Proterii et expelleretur episcopali sede Timotheus Elurus tamquam non legaliter institutus. hæc quidem egerunt episcopi et clerici synodi Calchedonensis defensores, sed etiam a parte Timothei quidam episcopi et clerici Timothei ascendentes functi legatione pro Timotheo Eluro dederunt et ipsi petitiones imperatori contra synodum sæpe facientes, ut eadem 102
Calchedonensis synodus tolleretur. e contra illi a parte Proterii uindictam sceleris postulabant. et ambarum partium supplicationes imperator legens et considerans nimis esse graue uexari tanto itinere sacerdotes, quorum aut ætas aut infirmitas aut paupertas hunc laborem subire prohibebat, inpossibile iudicauit congregari, sed scripsit singularum ciuitatum episcopis de utroque negotio consulens quid fieri oporteret uel de ordinatione Timothei uel de determinationibus synodi Calchedonensis, et direxit per totum Orientem magistrianos, mittit et Anatolius episcopus Asclipiadem diaconum suum per quos omnes illi episcopi qui Calchedonam fuerant congregati, quid Alexandriæ gestum fuit, agnoscerent. qui rescribunt Calchedonensem synodum usque ad sanguinem uindicandam, eo quod non alteram fidem teneret quam synodus Nicæna constituit; Timotheum uero non solum inter episcopos non haberi, sed etiam Christiana appellatione priuari. et hæ epistolæ uel relationes episcoporum omnium in uno codicis corpore uocantur encycliæ. quo facto scripsit imperator Leo duci

---

2—11 esse *desumpta sunt ex* Narrationis ordine de prauitate Dioscori, *quæ est epitome* Gestorum de nomine Acacii, *edita in appendice* II *Collectionis Auellanæ* [*Corp. scriptt. eccles. Latin.* 35, 2] p. 791, 8—792, 2 14—15 peruenit = *ibid.* p. 792, 2—4 15—22 *cf. supra 1 ep.* 7. 9 22—25 prohibebat = *Narr. ordo* p. 792, 5—8 25—27 *cf. supra 1 ep.* 6 27—33 = *Narrat. ordo* p. 792, 8—16

PWIT

1 uoluit *W* effigere *I* 2 ellurus *PWT* hellurus *I* mongus *IT* 3 fuerant *I* 4 epos *PW, corr. W* 6 xv *W* p. 123, 33 [xvi *I*] *IT om. P* 7 helluro *PWIT* alexandrinam *I* 8 quod *PW, corr. W* 9 in *om. I* 12 cum *W* tenuerunt *W* 13 euangelista *PW* 15 alexandriæ *IT* 18 hellurus *PWIT* 19 calchedonensi *PW* aperte *PWT* a patre *I* 20 helluro *PWIT* 21 idem *PWT* 22 e contrario *P* illi aperte *PWT* illa parte *I* uindicta *PW, corr. W* 23 sceleris *om. IT* 27 de[1] *om. PW* determinationibus *scripsi* terminibus *PW* terminis *IT* 28 magistrianus *PW, corr. W* asclepiadem *IT* 29 epi illi *I* 31 uindicandum *PWI* non] in *I* tenerent *IT* 32 nicea *T* 33 hæc *P*

Alexandriæ Stilæ ut pelleret quidem ab episcopatu modis omnibus Timotheum, 103
inthronizaret autem alium decreto populi, qui synodum uindicaret.

XVI Iussione suscepta dux Stila fecit quæ fuerant imperata, et exilio relegatur Timo- 105
theus Elurus ad Chersonam arta custodia et fit pro Proterio Timotheus cognomento
Salafacialius siue albus. fugiit et Petrus hæreticus. hic Timotheus catholi-
corum episcopus uixit quidem sine seditione quiete in Alexandrina ecclesia omni
tempore Leonis et omni tempore Zenonis, donec Basiliscus adriperet tyrannidem
Zenone in Isauriam fugiente. et cum Basiliscus tenuisset imperium, scripsit in
uniuersum orbem sanctionem suam, quam appellauit encyclium, contra Calchedonense
concilium. tunc enim reddente Basilisco episcopatum Eluro Timotheo et hæreticis
sedibus suis restitutis fugit Timotheus catholicus in Canopi castellum et in monasterio
latuit, Petrus hæreticus iterum se cum Timotheo iunxit, cum quo fuerat ante damna- 106
tus. postquam ergo imperator Zenon reuersus est ad imperium, Timotheus Elurus
metuens zelum quo habebat circa Calchedonense concilium, optauit sibimet mortem
et istud perseueranter orans hausto ueneno ab humana uita solutus est. dicunt
uero sequaces eius præscisse eum diem mortis suæ, et re uera quia se ueneno parabat
interficere, sciebat. post cuius obitum ordinauerunt sibi hæretici episcopum Petrum
cognomento Mongum, qui uocatus est blæsus, qui fuerat archidiaconus; morabatur
autem tunc Timotheus catholicus, ut dictum est, in Canopo castello. et cognoscens
Zenon imperator calliditatem hæreticorum scripsit Anthemio augustali ut Petrum
quidem sacerdotio priuaret, Timotheum uero in episcopatum reduceret et auctores
inthronismi Petri puniret. Anthemius uero accepta imperiali iussione expulit sacer-
dotio Petrum tamquam adulterum et contra leges ecclesiæ catholicæ factum et in
episcopali sede Timotheum Salafacialium reuocauit. qui episcopatu recepto misit
quosdam clericos gratias agens imperatori, cum quibus erat Iohannes ex œconomo 107
presbyter factus Tabennisiotis cognomento Talaia et Gennadius episcopus inferioris
Hermopolis sanguine proximus Salafacialii, quem expulerat quidem episcopatu Elurus,
restituit uero Salafacialius. cumque hi qui fuerant missi, gratias egissent imperatori,
Gennadius quidem ibi remansit, ut cum aliis responsa faceret archiepiscopi, porro
Iohannes ex œconomo amicus factus est Illo magistro. qui descendit cum reliquis
Alexandriam factusque est iterum œconomus habens causas omnium ecclesiarum.
qui multa et preciosa xenia direxit Illo magistro despiciens Gennadium parentem
archiepiscopi et præsulem Acacium Constantinopolitanum.

3—4 = *Narr. ord.* p. 792, 17. 18, *cf. Leon. epp. in Coll. Auell. 51. 52 quæ scriptæ sunt d. 17 m. Iun. a. 460, de altero Timotheo electo ibid. epp. 53—55, quæ scriptæ sunt d. 18 m. Aug. a. 460* 5 *Theophan.* 112, 9 Τιμόθεος ὁ ἐπίκλην λευκός ὁ καὶ Σαλοφακίαλος 5—6 quiete = *Narr. ordo* p. 792, 18. 19 8. 13 *Zenon fugit d. 9. m. Ian. a. 475, rediit fere m. Aug. a. 476, cf. Sitzungsber. d. Heidelberg. Akad. d. Wiss.* 1912 XVI p. 2 9 *cf. Abhndl. d. Bayer. Akad. d. Wiss.* XXXII 6 p. 49 *sq.* 10—13 imperium *præter pauca* = *Narr. ordo* p. 793, 2—5 15 *Timotheus Aelurus mortuus est d. 31. m. Iul. a. 477, cf. Sitzungsber. d. Heidelberg. Akad. d. Wiss. 1912* XVI *p. 3*[1] 25—32 *cf. Abhndl. d. Bayer. Ak. d. Wiss. N. F. 10, 196*[1]

PWIT

2 decreti *PW* 3 XVII *I om. P* relegatur *W*T^{corr} religatur *P*W^{corr}*IT* 4 hellurus *PWIT* 5 salafacilius *T* fugit P^{corr}*IT* 7 basilycus *I* 8 fugientem *PW, corr. W* cum *om. PW* 8/9 in—orbem *PW* uniuerso orbi *IT* 9 chalchedonensem *PW, corr. W* 10 basilico *I* helluro *PWIT* et *om. IT* 11 canope *I* canupe *PWT* 13 hellurus *PWIT* 14 quo *PW* quod W^{corr}*IT conicio* feruebat calchedonensem *PW, corr. W* 15 illud *T* 16 die *P* suæ] eius *T* 19 canope *I* castellum *P* 20 zeno *PW* anathemio *W* 22 uero *om. P* 24 episcopalem *I* sedem *PW* salafacilium *PW* qui] et *W* 26 thalaida *T* 27 hellurus *PWI* ellurus *T* 28 salafacilius *PW* 30 illi *IT* 32 exenia *PIT* illi *IT* parem *PWIT*

Interea scribit ad papam Simplicium Timotheus rogans et dicens Petrum illum Mongum in diaconatu esse damnatum, nunc etiam Christiana societate remotum, idemque scriberet imperatori ut eundem Petrum longius in exilium dirigeret, quia latitabat Alexandriæ et insidiabatur ecclesiæ. scripsit ergo papa Simplicius Acacio episcopo ut imperatori suggereret, eo quod iuste Timotheus postulasset. sed quoniam idem Timotheus sic mitissimus erat in episcopatu, ut etiam a suis communicatoribus accusaretur imperatori tamquam nimis remissus et circa hæreticos placidus, 108 ita ut ei scriberet imperator ut neque collectas neque baptismata sineret hæreticos celebrare, ille tamen mansuete agebat. dum ergo tali modo gubernaret episcopatum, amabant eum Alexandrini et clamabant ei in plateis et in ecclesiis: uel si non tibi communicamus, tamen amamus te. post breue uero tempus moritur Timotheus Salafacialius anno episcopatus sui XXIII mense VI, obiit autem sine molestia.

XVII Ordinatur autem a communicatoribus eius episcopis et clericis et monachis, qui 110 eius nouerant fidem et gubernationem, Iohannes ex œconomo cognomento Talaia. eodem tempore imperante Zenone Simplicius [uero] Romanæ præsidebat ecclesiæ, Constantinopolitanæ autem Acacius; porro hæretici, ut iam dictum est, Petrum latenter instituerant, quem iussit Zenon imperator expelli tamquam hæreticum et adulterum. de quo etiam Acacius synodicam Romano papæ misit epistolam petens ne etiam adulterum et hæreticum in episcopali dignitate reciperet. uerum Iohannes Talaia de ordinatione sua neglexit per suos synodicas litteras Acacio Constantinopolitano episcopo destinare. habens enim amicum supra dictum Illum magistrum ei de sua 111 quidem ordinatione scripsit, scribens etiam et principi, quatenus per Illum magistrum omnis eius causa disponeretur, putans eum Constantinopolim permanere. mandauit ergo magistriano litteras synodicas delegans ei omnia cum illius facere uoluntate. contigit autem Illum tunc magistrum ab imperatore Zenone mitti in Antiochiam, ut teneret Leontium, qui illic ab exercitu cum uoto Verinæ augustæ imperatricis fuerat ordinatus. cumque magistrianus qui fuerat ab Iohanne missus, non inuenisset Illum magistrum, neque Acacio neque imperatori epistolas obtulit, sed perrexit Antiochiam. post hæc Acacius audiens de ordinatione Iohannis et contristatus, quia synodicas epistolas non direxisset, et una faciens cum Gennadio episcopo parente beati Timothei, uolentes ei nocere detrahebant apud Zenonem et accusabant eum habentes adiutores patronos Petri Mongi, quasi oportunus episcopatui non esset Iohannes, eo quod uiuente Timotheo catholico tractauerit exire de ecclesia et ab ipso

---

1—5 *desumpta sunt ex Narrationis ord.* p. 793, 12—16 4—5 *cf. Coll. Auell. epp.* 63. 65 *quæ scriptæ sunt d. 8.* [?] *et d. 21. m. Oct. a. 478* 18—19 *Abhndlg. d. Bayer. Ak. d. Wiss. N.F.* 10 p. 4 33—p. 127, 1 *cf. Coll. Auell.* p. 142, 19

PWIT

2 diaconatum *PWIT*, *corr.* W 3 scriberet *scripsi* scribens *PWIT* 4 ergo *PW* autem *IT* 8 ut[1] *om. PW* scribit W*corr* sineret hereticos W sine hereticos *P* cum hereticis *IT* 9 celebraret *PIT* 10/11 non ti [tibi W*corr*] non *W* 13 XVIII *I om. P* eius *om. IT* 14 iohannem *PW*, *corr.* W comento *I* talaida *T* 15 uero *PWT om. I* 16 autem *om. P* 17 alterum *P* 19 thalaida *T* 20 suas *IT* 21 destinaret *PW*, *corr. W* supra dictum ellum *W* illum supra dictum *IT* 22 et *om. IT* principi illi W per *om. PW*, *corr.* W 23 constantinopoli W*corr* 24 magistrianum *PW*, *corr. W* illius *P*corr *WIT* illos *P* elli W*corr* 25 tunc illum [ellum W*corr*] *WIT* 27—p. 127, 15 p. 146, 34 *inter* senatores *et* sed *habet W iterum* [W_1] etiam petrus mongus cumque magistrianus *usque ad* etiam petrus mongus, *sed lineis transuersis deleuit* 27 a W_1 28 ellum W*corr* litteras *T* 29 hoc *I* hæc autem W_1 contristatur W quia ei W_1 30 faciens una W_1 31 detrahebant W*corr* W_1 trahebant *PWIT* zenone PW_1 32 ēpatu PTW_1 ēpatum *I*

suaderetur idem Timotheus suscipere Dioscorum in diptychiis post mortem; Petrum autem amabilem ⟨esse⟩ in populo et posse eum in communionem populum congregare.
occurrerunt quidam et a Petro uolentes quasi fieri unitatem, quos iucundissime suscepit 112
Acacius et imperatori præsentauit et persuasit ei ut scriberet Apollonio augustali et duci Pergamio ut Iohannem pelleret ab Alexandrina sede quasi eam contra suum iusiurandum, quod in regia ciuitate dedit, arripuisset, et cooperaretur Petro Mongo ut remearet in sedem, nec tamen prius hoc faceret, nisi susciperet enoticon principis et synodicas destinaret epistolas Constantinopolitano Acacio et Simplicio Romano et ceteris archiepiscopis. Acacius uero promittente Petro facere unitatem nec adhuc implente legitime nomen eius in diptychiis recitari permisit tamquam [si] iam Alexandrini præsulis in sede catholica positi. itaque Iohannes Talaia iudicatur a Zenone episcopatu pelli. Acacius auxilio patronorum Petri persuasit Zenoni ut fieret enoticon, ad cuius prolationem seu professionem suscepit communicantes sibi clericos Petri hæreticos et laicos inuentos Constantinopolim. communicauit etiam et Petrus Mongus his qui descenderunt cum enoticon, et Acacio synodicam scripsit epistolam et ab eo recepit.

Enoticon uero Zenonis, quod Latine dicere possumus unitiuum, huiusmodi est 113

Imperator Cæsar Zenon pius uictor triumphator maximus semper augustus uniuersis episcopis sanctis et populis per Alexandriam Aegyptum Libyam et Pentapolim. Principium et statum uirtutemque et scutum inexpugnabile nostri scientes imperii solam rectam ueramque fidem quam aduentu diuino exposuerunt soli qui in Nicæa congregati sunt trecenti decem et octo sancti patres, firmauerunt autem et qui Constantinopolim conuenerunt CL similiter sancti patres, noctibus ac diebus oratione et studio et legibus utimur multiplicari per eam sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam, incorruptam et sine obitu matrem nostrorum sceptrorum, in pace uero et concordia quæ circa deum est, pios populos perseuerantes acceptabiles pro nostro imperio supplicationes offerre cum sanctissimis archiepiscopis et dei cultoribus clericis
et archimandritis. magno enim deo et saluatore nostro Iesu Christo ex sancta 114
uirgine dei genetrice Maria incarnato et nato ex concordia glorificationem atque culturam laudante parateque suscipiente hostium quidem generationes conterentur, omnes autem suam inclinabunt post deum potestati nostræ ceruicem, pax autem et bona quæ ex ea sunt, aerum temperantia et fructuum ubertas, sed et alia hominibus utilia largientur. cum sic igitur immaculata fides et nos et Romanam seruet rem publicam, supplicationes nobis oblatæ sunt a deoamantissimis archimandritis et here-

8 *cf. Theophan. p. 130, 15—17* 17 *Græce extat apud Euagr. 3, 14 et in Coll. cod. Vaticani 1431 [Abhndlg. d. Bayer. Akad. d. Wiss.* XXXII 6 *p. 52—54]*

PWIT

1 ut susciperet *IT* 1/2 autem petrum W_1 2 esse *addidi* eum dicebant W_1 3 et *om. IT* quo *PW*W_1, *corr. W* 4/5 augustale duci et W_1 5 pelleret W_1 *om. PWIT* alexandrina W_1 alexandria *PWIT* eum *W*W_1 5/6 iusiurandum suum *W* 6 abripuisset *PW*W_1 mongon W_1 7 remaneret *W*W_1*I* sede *W*W_1 enothiocon *I* 8 synodica *P* epistolas destinaret et simplitio romano et accatio constantinopolitano W_1 9 acacius qua uero *PW, corr. W* accatiusque uero W_1 *om. T* promittente uero *T* 10 si *PWT*W_1, *om.* W^{corr}*I* 11 in W_1 *om. PWIT* sede] fide W^{corr} itaque W_1 *om. PWIT* thalaida *T* iudicatus *PW*W_1 iudicatus est W^{corr} 14 constantinopoli W^{corr}*I* 15 et[1] *om.* W_1 17 possumus dicere *W* 20 status *PW* inexpugnabilem *PW, corr. W* 21 soli] μόνοι *pro* μὲν οἱ in *om. PW, corr. W* 24 utimur *om. W* 26 concordiam *PW, corr. W* 28 saluatori *PW* ex] et *P* et ex *IT* 29 Maria *om. T* ex *in* et *corr. W* concordiam *PW* 30 parateque *scripsi secundum Græca* paræque *PW* pariterque *IT* suscipientem *PW* contererentur *I* 31 ceruicem potestati n̄r̄e *T* 32 temperantiam *PW, corr. W* 33 igitur sic *I* 34 a deoamantissimis] amantissimis a deo *W*

mitis et aliis reuerendis uiris supplicantibus unitatem sanctissimæ ecclesiæ, ut copu-
larentur membra membris, quæ bonitatis inimicus ex longis retro temporibus separare
conatus est sciens quia aduersus totum ecclesiæ corpus exercendo bella deuincitur.
et ex hoc euenisse generationes innumeras in tantis annis uita priuatas alias quidem
lauacro regenerationis fraudatas obisse, alias sacra communione nequaquam partici-
pantes ad discessum ineuitabilem hominum fuisse deductas necesque præsumptas
decies milies et sanguinum redundantia pollutam non solum terram, sed etiam ipsum
aerem. hæc quis non optet ad bona transformare? propterea cognoscere uos stu-
duimus quia et nos et ubique orthodoxorum sanctissimæ ecclesiæ alterum symbolum
aut mathema aut terminum fidei aut fidem citra prædictum sanctum symbolum 115
trecentorum X et VIII sanctorum patrum, quod etiam firmauerunt memorati CL sancti
patres, neque habuimus neque habemus neque habebimus neque habentem scimus et
si quis habuerit, alienum eum existimamus. hoc enim solum nostrum, sicut diximus,
imperium saluare confidimus, sed et omnes populi qui salutare baptisma promerentur,
hoc solum percipientes baptizantur, quod secuti sunt omnes patres sancti qui Ephesi
conuenerunt quique deposuerunt impium Nestorium * * cum Eutyche contraria
sapientes anathematizamus suscipientes et XII capitula quæ dicuntur a deo amabilis
memoriæ Cyrillo qui Alexandrinorum catholicæ ecclesiæ fuit archiepiscopus. con-
fitemur autem unigenitum dei filium et deum, qui secundum ueritatem inhumanatus
est, dominum nostrum Iesum Christum, consubstantialem patri secundum diuinitatem
et consubstantialem nobis secundum humanitatem eundem, qui descendit et incarnatus
est ex spiritu sancto et Maria dei genetrice uirgine, unum existere filium et non duo;
unius enim esse dicimus unigeniti filii dei et miracula et passiones quæ sponte carne
perpessus est. eos autem qui diuidunt aut confundunt aut phantasiam introducunt, 116
omnino non recipimus, quoniam sine peccato ex dei genetrice secundum ueritatem in-
carnatio augmentum filii non fecit. mansit enim trinitas ⟨trinitas⟩ et incarnato uno
de trinitate deo uerbo. scientes itaque quod neque sanctissimæ ubique orthodoxæ
ecclesiæ neque harum præsules deoamantissimi sacerdotes neque nostrum imperium
symbolum aut terminum fidei citra prædictum sanctum mathema receperunt aut reci-
piunt, unite uosmet ipsos nihil dubitantes. hæc enim scripsimus non innouantes
fidem, sed uobis satisfacientes. omnem uero qui aliud quicquam sapuit aut sapit
aut nunc aut aliquando aut in Calchedonam aut in quacumque synodo, anathematiza-
mus, præcipue uero prædictos Nestorium et Eutychen et quæ eorum sunt, sapientes.
copulamini igitur spiritali matri ecclesiæ eadem nobiscum in ea positi communione se-
cundum prædictum unum et solum fidei terminum eorundem sanctorum patrum.
sanctissima namque nostra mater ecclesia tamquam quæ genuit uos filios expectat
amplecti et longo post tempore dulcemque uestram uocem concupiscit audire. cogite

---

PWIT

1 ut *W*corr *IT* et *PW* 1/2 copulentur *IT* 4 priuata *P* 6 discensum *PW* descensum *IT* 10 mathema] anathema *PWIT* citra] contra *IT* 11 et *om. I* memorati firmauerunt *W* 12 neque habebimus *om. I* 14 saluare *W* 15 quod *IT* quia *W* que *P* omnes *om. W* sci patres *IT* 16 conuenerant *W* *lacunam signaui; exciderunt* καὶ τοὺς τὰ αὐτὰ ἐκείνωι μετὰ ταῦτα φρονοῦντας ὅντινα καὶ ἡμεῖς Νεστόριον 17 *post* dicuntur *add.* facte *W*corr 18 cirilli *IT* qui *om. PW, corr. W* 22 uirgine dei genitrice *I* duos *IT* 23 passionem *W* quas *IT* 26 trinitas *addidi* incarnatio *PW* 27 quod neque *I om. PWT* 29 aut[1]] autem *P* fidei terminum *W* mathema *Garnier secundum Græca* baptismate *PW* baptisma *IT* 31 omne *I* aut *PW* ac *IT* sapet *P* 32 calcedona *I* 33 quæ *in* qui *corr. W* 34 eodem *PW* communionem *PW, corr. W* 36 scissimam *P* nostra *om. W* ecclesiam *PW, corr. W*

siquidem uosmet ipsos; hæc enim facientes et saluatoris Christi domini propitiationem
ad uos adtrahetis et a nostro imperio laudabimini. **117**

His ita gestis episcopus quidem Antiochiæ suscepit synodicam Iohannis Talaia, **119**
quam per magistrianum miserat, cum Illo magistro, imperator autem putans quod
Iohannes episcopus non sane haberet de concilio Calchedonensi, sed simulate omnia
ageret, consilio Acacii scripsit litteras Pergamio duci et Apollonio augustali ut pelleret
quidem Ioannem Talaia, inthronizaret autem Petrum suscipientem enoticon et clericos
Timothei catholici et postquam transmisit synodicam Acacio et Simplicio Romano.
descendunt ergo Alexandriam abba Amon et qui cum illo, pro Petro deferentes apices
imperiales. et quidem Petrus inthronizatur ab omnibus; scriptum est ab impera-
tore ut consentientes et susciperent illos qui erant a parte Timothei catholici. Io- **120**
hannes autem Talaia eiectus de sede Alexandrina propter Petrum Mongum profectus est
Antiochiam, ut uideret Illum. cui cum narrasset quæ sibi euenerant, eius consilio
ingressus est ad Kalendionem Antiochenum patriarcham et sumptis ab eo inter-
cessionis synodicis litteris Romanum pontificem Simplicium appellauit, sicut et beatus
fecit Athanasius, et suasit scribere pro se Acacio Constantinopolitano episcopo. et
quidem ad hoc Simplicius præparati animi et uoluntatis fuit, Acacius uero susceptis
epistolis simpliciter rescripsit ei quia Iohannem quidem Alexandriæ ignoraret episcopum,
Petrum uero Mongum suscepisset in communionem in Zenonis principis unitiuo et [ut]
hoc citra eius egisset sententiam propter unitatem ecclesiarum, principis iussione **121**
suscipiens Petrum. Simplicius suscipiens huiusmodi litteras contristatur aduersus
Acacium eique scribit quod non bene fecerit contra sententiam apostolicæ sedis ad
communionem hæreticum hominem suscipere. oportebat enim communi decreto
damnatum tamquam adulterum communi consilio a damnatione liberare. ad hæc
autem quia non sufficeret Petro confiteri communicatorem se esse ecclesiæ catholicæ
secundum edictum, sed oporteret eum secundum terminum Calchedonensis concilii et
secundum epistolam papæ Leonis ecclesiæ amplecti communionem. unum enim
duorum necessario agere deberet, aut suaderet Petro pure suscipere terminum synodi
aut remoueret se ab eius communione. sed dum hæc ad Acacium scripta uenissent
et deliberaret quid eum oporteret scribere, papa Simplicius defunctus est et ordinatur

8. p. 130, 7 *Petrus Mongus papæ Romano synodicam numquam misit* 15—16 *Iohannem sub Simplicio Romam adiisse narrat etiam Euagrius 3, 15 Zachariam 5, 9 secutus, sed obstant Abhndlg. d. Bayer. Akad. N. F. 10 p. 75, 13, Coll. Auell. 99, 23. 24 et Theophan. p. 131, 25, unde constat eum ante Felicem Romam non peruenisse* 17—21 *Acacium sibi nihil de Petro scripsisse queritur Simplicius Coll. Auell. p. 151, 8. 9. 155, 4. 5* 21—29 *plurima ficta esse ipsius epistulæ Simplicii ad Acacium* [*Coll. Auell. ep. 68*] *uerbis docetur* 30—p. 130, 1 *Simplicius mortuus est d. 10. m. Mart. a. 483, Felix ordinatus est d. 13. m. Mart.*

PWIT

2 adtrahitis *PW* 3 iohannes *P* thalaida *T* thalaide *I* thalaie I^{corr} 4 illo *om. W* 6 concilio *I* 7 thalaida *T* thalaiam *I* 8 postquam *scripsi* quæ *P* quia *W* quam *IT* 9 illo erant W^{corr} 10 est enim *coniecerim* 11 consentientes et—illos *PW* consentientes susciperent eos *IT* consentientes ei—illos *coniecerim* patre *I* 12 thalaida *T* 13 illum magistrum *WIT* concilio *I* 14 patriarcha *P* 15 romam *PW* 16 anathasius *I* pro se scribere *P* 17 uoluntates *PW, corr. W* 17/18 susceptis—simpliciter *IT* susceptis simpliciter *P* simpliciter susceptis *W* 18 ei *om. W* 19 ut *deleui* 21 suscipiens—suscipiens *scripsi* suscipiens [*om. I*] simplicius petro [a petro *T om. I*] suscipiens *PWIT* 22 rescribit W^{corr} quia *W* fecerat *PW, corr. P* 23 suscipiens *I* 24 concilio *I* liberari *IT* adhuc W^{corr} 29 ad acatium hec *IT* 30 quod *PW, corr. W* rescribere W^{corr}

Felix Romanæ præsul ecclesiæ. Iohannes autem Talaia habens episcopi dignitatem remansit Romæ, cui papa Nolanam dedit ecclesiam, quæ est in Campaniæ regione, in qua plurimos residens annos in pace defunctus est.

Igitur Petrus Mongos ab abbate Amone et Iohanne episcopo magileos et ab 122
abbatibus monachorum inferioris Aegypti bella passus seditione ei in Cæsarea basilica
quæ dicitur, facta anathematizauit synodum Calchedonensem et tomum papæ Leonis
et hæc fecit, cum iam scripsisset Acacio et Simplicio quia communicator eorum esset
et sanctæ synodi. et his ita gestis abscesserunt quidam a Petri communione et
Romam nuntiauerunt papæ Romano, unde rescriptum est Acacio et obœdire noluit.

Addidit Acacius quia de alio Petro Antiocheno hæretico scripserat Petrum apud
Constantinopolim monasterium gubernasse et hoc propter crimina derelicto Antiochiæ
refugisse, ubi pulso Martyrio episcopo per uilissimum populum et hæreticos sedem
ipsius occupasse continuoque damnatum ab episcopis et Leone imperatore Oasam
deportatum. qui fugiens redisse dicitur Constantinopolim et dedisse fidem se per
uilissimas turbas nihil facere audere, sed sicut superius dictum est, Basilisci tempori-
bus a Timotheo illo damnato, qui Constantinopolim uenerat, Antiochiam missus est
episcopatum tenere. quo facto idem Petrus Iohannem ordinat Apamenis episcopum,
a quibus non receptus rediit Antiochiam et Petrum episcopatus sui pellit auctorem 123
et inuadit eius ecclesiam, cum quo simul damnatus est. iterum Acacius dixit
Romæ petens ab apostolica sede ut si ad eandem forte confugerint, ne ipso quidem
digni habeantur aspectu, et si iam aliquam indulgentiam impetrassent, irritam esse
debere. quid multa? ipsum Iohannem, quem Acacius cum Petro damnauerat,
Tyriorum misit ecclesiæ præsidere, sed et Petrum Alexandrinum anathematizantem
synodum Calchedonensem et tomum papæ Leonis, qui sublato nomine Proterii et
Timothei catholici de diptychis Dioscori et Timothei Eluri nomina scripsit, qui eiusdem
Timothei catholici corpus de sub terra leuauit et foras proiecit, qui inter episcopos
catholicos sepultus fuerat, miris eum laudibus prosecutus est Acacius, de quo se tanta
crimina antea meminerat rettulisse.

Et cum per quinque annos sæpius fuisset admonitus Acacius ut de statu Alexan-
drinæ ecclesiæ sancti papæ sollicitudinem releuaret, nihil umquam respondere dignatus
est. quoniam uero tot epistolæ quæ uel ad Acacium a papa uel ad imperatorem
missæ sunt, nihil penitus profecerunt, ex deliberatione Vitalis et Misenus episcopi in 124
legationem directi sunt, ut quæ superius dicta sunt, adlegarent et Petrus, sicut antea,
de Alexandrina pelleretur ecclesia. itum est Constantinopolim et supra dicti epi-
scopi in custodiam sunt redacti chartis sublatis, ne catholicis quibus scriptum fuerat,

---

9 *neque ultima Simplicii ad Acacium epistula, quæ data est d. 6. m. Nou. a. 482, neque prima Felicis quicquam huiusmodi continet* 10—28 *desumpta sunt ex Narrationis ord. p. 794, 1—795, 15*

PWIT

1 ergo *WIT* tala *PW, corr. W* 2 regionem *PWT, corr. W* 3 defunctus est in pace *W* 4 mongo *PW* mongus *IT* amane *W* magileus W^{corr} Metileos *Gelzer* 5 inferiores *PW, corr. W* seditio W^{corr} 6 quæ *scripsi* quod *PW* ut *IT* facta quod W^{corr} facta anathemauit [anathematizauit *IT*] *PIT* anathemauit [quia anathematizauit W^{corr}] facta [*del.* W^{corr}] *W* 7 hoc *I* 9 romæ W^{corr} 10 quod *IT* apud *om. I* 11 huc *P* ut hoc *W* hunc W^{corr} derelictum *PW* 12 maryrio *P* hæreticos *scripsi cl. Narr. ord. p. 794, 6* hereticum *PWIT* 13 occupasset *IT* dampnatum est *I* leonem imperatorem *PW* leonis imperio *IT* osam *PWT* sam *I* 14 se *IT* sic *PW* 15 facere *om. I* 19 est *om. PW* dixit *scripsi cl. Narr. ord. p. 794, 17* direxit *PWIT* 20 apostolicam sedem *PW, corr. W* eadem *PW* ipsum *PW* 23 tyrorum *PWIT* 25 dipticiis $W^{corr}I$ helluri *PWI* elluri *T* 27 se *om. W* 28 retulisset *I* 29 per *om. PW, corr. W* ut] et *W* 31 ab *PW om. I* imperatoræ *W* 33 alligarent W^{corr} 34 ecclesia pelleretur *I*

redderentur. quos iterum Acacius post hæc de custodia eiciens secum fecit procedere, ut quasi confirmato Petri sacerdotio dimitterentur. redeunt aliquando legati, sed præcesserant monachi, qui eos de proditione grauiter perurgebant. auditi cominus et conuicti ex ipsis litteris quas detulerant, a locis propriis sunt remoti. Felix defensor ecclesiæ, qui cum legatis directus fuerat, inpediente infirmitate cum ipsis pergere non potuit, sed postquam Vitalis et Misenus a Constantinopolim sunt egressi, perrexit cum chartis ecclesiasticis Constantinopolim passusque est et ipse sublatis chartis grauissimam custodiam. ubi ergo ad plenum detectus est Acacius hæreticus, papa Felix litteris suis synodicis ad Acacium sic posuit: peccasti; ne adicias,
et de prioribus supplica. susceptis his Acacius litteris perseuerat neque recedens a 125
communione Petri neque suadens ei confiteri palam suscipere Calchedonense concilium et tomum papæ Leonis. hæc cognoscens papa Felix damnationis scripturam misit Acacio per Totum defensorem, cuius est principium: Multarum transgressionum reperiris obnoxius. et datis Acacio huiusmodi litteris, eas non suscepit patrocinio fultus imperatoris, ita ut cogerentur qui eas detulerunt, per quendam ignotum monachum Acymetensem ipsam chartam damnationis, dum ingrederetur ad celebranda sacra, suspendere in eius pallio et discedere. qui tamen usque ad mortem patrocinante imperatore permansit sacrificans. his ergo prouenientibus et Acacio permanente in Petri communione separauit se quidem sedes apostolica et Constantinopolitana.

Eo siquidem tempore Illus coniunctus Leontio in Antiochiam expugnatur a Valameriacis et qui cum eis erant missi. et Leontius quidem perimitur, Illus autem in castellum Papyrii fugit. interea Kalendio archiepiscopus Antiochenus deponitur.
accusatur in aperto tamquam indeuotus principi mittens in rebellionem cum Illus, 126
latenter autem quia se non suspenderet et a Felicis papæ et Iohannis communione. porro Petrus de propriis ciuitatibus catholicos expulit sacerdotes, ex quibus nonnulli apud Constantinopolim persecutionem grauissimam pertulerunt. scandalizabat autem [imperator] et illos qui a parte Nefalii abbatis erant et qui circa Iohannem episcopum egumenum monasterii Diolcon, et agens contra ipsum Iohannem præposituram ei abstulit et eam tradidit monasterio abbatis Amonis. sed permansit in episcopatu scribens Acacio quia esset synodi communicator, et fallens Alexandrinos quia non communicaret synodo. ita [ut] quidam communicatorum eius clerici, monachi et laici cognoscentes eius fallaciam, separauerunt se ab eius communione et extra collectas facientes non passi sunt nomini eius communicare et eorum qui post eum episcopatum habuerunt Alexandrinum eo quod nomen Petri haberent in

8—10 *unam epistulam synodicam Felix misit Acacio Abhdlg. d. Bayer. Akad. N.F.* 10 p. 69 sq.; *ibi uerba quæ Liberatus adfert, non extant* 12—14 *edita est l. c.* p. 6. 7 28 *iste Iohannes est episcopus Sebennyti cuius mentio fit in Land, Anecd. Syr. 3, 353 = Ahrens-Krüger, Kirchengesch. d. Zacharias p. 270 cf. notam ad p. 86, 26*] *Ioh. Ruf. Plerophor. 63. Zachar. Vita Seueri p. 78, 9*

PWIT

3 sed præcesserant autem *PW* precesserant *T* proditio *I* 6 pergere *IT* perexere *P* per exire *W* perrexire *W*corr et mesenus *IT* emisenus *PW* 10 perseuerans *W* 11 petri communione *W* calchedonensem *PW* 14 repperis *PW* 15 cognoscerent *W* 17 discere *PW*, *corr. W* 18 remansit *I* 19 quidem ab eo *W*corr apostolica et *T* apostolicæ *PW* apostolica *W*corr apostolica a *I* 21 ellus *PWIT* antiochia *W*corr 22 et[2] *om. P* quidem *om. P* ellus *PWIT* autem] quidem *T* 23 caulendio *I* 24 illos *P* illis *W* ellus *W*corr*T* ello *I* 25 suspenderat *W*corr 28 imperator *deleui* patre nefalli *I* erant abbatis *W* 29 eguminum *PWIT* diolchon *PWT* eum ipsum *I* 30 ammonis *WIT* permanens *T* 31 qui *P* alexandrino *T* 32 ut *deleui*

diptychiis. huic populo a Palæstina quidam diaconus nomine Esaias ordinatus est episcopus et Alexandriam missus est, sed ab omnibus non est receptus. ab isto ergo sunt Isaiani in Aegypto.

XVIII In istis posita ecclesia moritur Acacius et ordinatur post eum Frauittas presbyter 127
qui fuit a sancta Thecla, qui non consensit sine Romano episcopo inthronizari, sed
transmisit synodicam papæ Romano Felici. qui modico uiuens tempore moritur
non accipiens epistolam ipsius et factus est Eufimius genere Alexandrinus, qui et
suscepit a papa Romano scripta et mortuo Zenone post aliquod tempus expulsus est
ab Anastasio. et hæc quidem Constantinopolim contigerunt. non post multum
tempus moritur et Petrus Mongus Alexandriæ et post eum in ea sede Athanasius
ordinatur, qui et ipse in edicto Constantinopolitanæ et Antiochenæ et Hierosolymitanæ
communicauit ecclesiæ. cumque scandalizarentur et in isto populi eo quod nomen
Petri haberet in diptychiis, ascenderunt quidam et aduersantium et communicantium
ei ad imperatorem Anastasium et dum haberent contra principem contentionem, aliis
quidem proponentibus anathematizari synodum et ita communicare, aliis uero paratis
in unitiuo edicto adici ea quæ satisfacerent his qui communicauerant Petro, considerans
imperator quod et adiectionem edicto facere tumultum commoueret ecclesiæ et ana-
thematizari synodum esset inpossibile, persuasit eis sufficere unitiuum edictum et com-
municarent ad inuicem sibi sicut et ceteri ecclesiarum episcopi. et cum non obœ- 128
dirent hoc agere, nihil impetrantes dimisit. sic enim Athanasio hæretico tempus
episcopatus sui complente post eum ordinatur Alexandrinus episcopus Iohannes cogno-
mento Mula, qui et ipse secutus Petrum et Athanasium præcessores in edicto unitiuo
communicauit aliis sedibus, id est Constantinopolitanæ et Antiochenæ et Hierosoly-
mitanæ. in cuius præsulatu dum Alexandrina ecclesia diuisionem habuisset Dio-
scoritarum propter Petrum Mongum quasi communicasset synodo, etiam ipse defunctus
est tempore Macedonii Constantinopolitani episcopi. post quem ordinatus est
Alexandriæ Iohannes Niciota, qui etiam ipse suos priores secutus est, suscipiens quidem
unitiuum Zenonis edictum, non autem Calchedonense concilium et epistolam papæ
Leonis, tamquam non communicaret Flauiano Antiocheno et Hierosolymorum Heliæ
episcopo et Timotheo Constantinopolitano. dicebat enim edictum inperfecte se 129
habere nec ad unitatem sufficere, quod non in anathemate synodi fuisset factum.
denique cum ei imperator Anastasius scripsisset ut uniretur Constantinopolitano epi-
scopo, hæc rescripsit quia non sufficeret ei ad perfectam unitatem eo quod non ana-
thematizaret synodum. et tamen etiam ita sapiens separatos habuit Dioscoritas
non suscipientes Petrum Mongon. mortuo Iohanne ordinatur Alexandriæ Dioscorus

---

6—8 *cf. Abhndlg. d. Bayer. Akad. N. F.* 10 p. 111. 49 10—34 *cf. Seuer. ep. 4, 2 p. 288 s.* 20/21 *Athanasius mortuus est d. 17. m. Sept. a. 497* [*non 496*] 26 *Iohannes Mula mortuus est d. 29. m. Apr. a. 505* 35 *Iohannes Niciota mortuus est d. 22. Mai a. 515, cf. Jülicher, Festschr. f. K. Müller p. 17 et Seuer. epist. 4, 3*

PWIT

1 ysaias *I* 3 isaiani *PI om. W* insaiani W^{corr} insania *T* 4 XVIII *T om. P* p. 127, 18 [XIX *I*] *adscr. WI* frauitas *T* 5 fugit *P* 7 factus epc est *I* eufemius *WIT* alexandrius *W* 9 athanasio *PWT* constantinopoli W^{corr} 10 et^1 *om. T* 13 aduersantur *PW* 17 quod *IT om. PW* et^1 *PW* si *IT* faceret *IT* 18 uel ut *suprascr. I* 21 postea *T* 22 mula *PW* mela *IT, cf. Theoph.* p. 140, 30 ὁ ἐπίκλην ἡ μούλα petrum et *PW* est *IT* precessorem et *IT* 23 id est *IT* idem *PW* 24 præsulatum *PWIT, corr. W* 26 et episcopici *W* 27 niociota *PWT* mociata *I suprascr.* uel ni *I* mociota *T* 28 et *PW* aut *IT* 29 iherosolimitorum *I* 30 inperfecte WI^{corr} inperfectum *PIT* 32 ut uniretur *om. IT* 33 non^2 *om. I* 35 mongonem *PWIT* alexandrie ordinatur *IT*

iunior, sub quo interfectus est a populo Theodosius augustalis filius Calliopi. hic enim Dioscorus proponente Socrate scholastico acta facere ante defensorem in eiectione synodi enoticon suscipere, in damnatione synodi unitiuum suscepit edictum, sicut ipsa ostendunt gesta quæ apud defensorem ciuitatis coram eo confecta sunt, in quibus testatus est in expulsione synodi se suscipere edictum. unde cum satisfactum fuisset his qui propter Petrum Mongum extra illam ecclesiam communicabant, uniti sunt ei. nam usque ad istum Dioscorum in diuisione erat Alexandrina ecclesia.

XVIIII Hoc tempore Macedonius Constantinopolitanus episcopus ab imperatore Ana- 134
stasio dicitur expulsus, tamquam euangelia falsasset et maxime illud apostoli dictum:
qui apparuit in carne, iustificatum est in spiritu. hunc enim [mutasse] 1 Tim. 3, 16
ubi habet qui, hoc est OC monosyllabum Græcum, littera mutata O in Θ uertisse et fecisse ΘC, id est ut esset: deus apparuit per carnem. tamquam Nestorianus ergo culpatus expellitur per Seuerum monachum. is enim Seuerus dum sederet prius in monasterio Iberi, non suscipiebat Zenonis edictum nec Petrum Mongon; deinde sedens in abbatis Romani et Mamæ, qui post eum fuit, monasterio, [et] exinde missus est permanere Constantinopolim apocrisarius et fit inter eos qui Petri Mongi erant, dumque obicererur ei quomodo prius anathematizabas Petrum, dicebat quia Petrum ana-
thematizaui Apamenum. hic Seuerus apud Constantinopolim synodo derogabat et 135
adfirmabat quia ea anathematizata omnes communicarent, ita ut ob hoc scriberet et ipsi Flauiano, sicut eius significatur epistolis, et ad Maronam lectorem et Eleusinum et Entrechium episcopos et ad Ycumenium scholasticum Isauriæ. fertur autem expositio eius, quæ ab eo dicta est in inthronismo, in qua et unitiuum suscipit Zenonis et anathematizat Calchedonense concilium et communicare se confitetur Alexandrino et Constantinopolitano; erant autem tunc Constantinopolim Timotheus, Alexandriæ uero Iohannes Niciota. et tamen dum talis esset, ualuit damnare Macedonium et expellere ab Antiochena sede Flauianum. sed nec ipse potitus est episcopatu eius plus quam quinque annis, sed et uexabatur in episcopatu tamquam anathematizaret quidem synodum, nominaret autem episcopos synodi. cuius expulsio ita contigisse dinoscitur. mortuo imperatore Anastasio et Iustino imperante accusatus ⟨est⟩ Seuerus a Vitaliano magistro militum uiro religioso et orthodoxo, quod despiceret imperatoris iussionem et synodum non susciperet. Iustinus imperator misit magistrianum

1 *Theodosius Calliopii interfectus est a. 515/516, cf. Malal. p. 401, 24* 9—12 *cf. Victor. Tunnun. [Chron. min. 2 p. 194, 10] a. 506:* Constantinopoli iubente Anastasio imperatore sancta euangelia tamquam ab idiotis euangelistis composita reprehenduntur atque emendantur 21—22 *Euagr.* 3, 4 ἐν ταῖς καλουμέναις ἐνθρονιστικαῖς συλλαβαῖς καὶ ταῖς τούτων ἀμοιβαίαις, ἃς διεπέμψατο τοῖς ἑκασταχοῦ πατριάρχαις, αἳ καὶ μέχρις ἡμῶν διασώιζονται

PWIT

2 socrate *T* ipso socrate *P* ipso crate *WI*, *latere uidetur lectio* Ippocrate *superscripta* in eiectione] iniectione *P* 3 eneticon *P* damnationem *W* suscipit *P* 4 gesta ostendit [ostendunt W^{corr}] *W* 5 est testatus *W* satis fuisset factum *W* 6 petrum propter mongon *W* 8 XVIIII *WT* XX *I om. P* 9 euangelica *I* falsaret *IT* istud *T* 10 quia *PWIT* est *om. I* mutasse *deleui* 11 OC *Hincmarus opp. II 449 = PL 126, 352* O *PWIT* monosyllabam *W* grecam W^{corr} Θ *PIT* c *W* 12 ΘC *PIT* ec *W* id est] idem *I* 13 cum *IT* 14 mongonem *PWIT* 15 præfuit W^{corr} et² *PW om. IT* 17 anathemabas *PW* 17/18 anathemaui *W* 19 anathemata *PW* 20 ipse *P* romanam *W* romanum W^{corr} 21 euthrecium *IT* 22 quem *PW* suscepit *PWIT* 23 communicatore confitetur *P* confitetur communicatore *W* 24 constantinopoli *WI* 25 mociota *I* 26 potitus W^{corr}*T* potius *PWI* 27/28 synodum quidem *W* 28 synodi epos *I* 29 facto imperatore *IT* accusatus est *scripsi* accusatus *PWT* accusatur *I* 30 uitanano *T* quoniam *W* 31 magistriani *W* magistrianos W^{corr}

ut Seuerus Constantinopolim adduceretur et redderet causam tractatuum suorum 136
quos fecerat contra synodum. iam enim ab ipso pio imperatore Iulianus Halicarnassius episcopus pro eadem sancta synodo eo quod eam non reciperet, pulsus fuerat sede. quod sciens Seuerus et præuidens quid sibi immineret, clam nocte descendit Seleuciam et nauem conscendens fugit Alexandriam, ad quam ciuitatem et Iulianus fugerat, ordinatusque est pro eo archiepiscopus Antiochiæ Paulus orthodoxus suscipiens Calchedonensem synodum. eo tempore Alexandriæ mortuo Dioscoro iuniore Timotheus ecclesiæ ipsius susceperat episcopatum, a quo gratissime suscepti Seuerus et Iulianus sedebant ad labra Noni. sub isto Timotheo de corruptibili et incorruptibili apud ipsam ecclesiam quæstio mota est hoc modo. requisiuit quidam monachus Seuerum quid oporteret dicere corpus domini nostri Iesu Christi, corruptibile an incorruptibile. ille respondit ei sanctos patres corruptibile illud dixisse. hoc audientes quidam Alexandrinorum cum requisissent Iulianum in alio loco sedentem quid et ipse de eadem diceret quæstione, ille dixit sanctos patres contraria dicere.
horum itaque singuli statuere responsum proprium uolentes scripserunt libros aduersus 137
alterum. qui uenientes in multitudinem ciuitatis ecclesiam illam diuiserunt et alios quidem fecerunt corrupticolas appellari, uerum incorruptibilitatis assertores phantasiastas. Timotheus uero magis sententiam Seueri secutus est. cui cum diceret Themistius diaconus eius: si corpus Christi corruptibile est, debemus eum dicere et
Ioh. 11, 34 aliqua ignorasse,' sicut ait de Lazaro, hoc Timotheus negauit dicendum. a cuius communione Themistius desciscens schisma fecit, et ab ipso dicti sunt in Aegypto Themistiani.

Dum hæc Alexandriæ aguntur, defuncto Bonifatio papa Romano Iohannes cogno- 141
mento Mercurius sedis apostolicæ suscepit præsulatum. ad quem missi sunt ab imperatore Iustiniano Hypatius Ephesiorum episcopus et Demetrius a Philippis consulere sedem apostolicam contra legatos Acymitorum Cyrum et Eulogium negantibus esse confitendum beatam Mariam uere et proprie dei genetricem et unum de trinitate incarnatum et carne passum. sed papa Iohannes nobis ibi positis hoc confitendum epistola sua firmauit et imperatori direxit. a cuius communione discedentes Romæ quidam monachi Acymitorum legatos secuti sunt et usque nunc hanc de Christo confessionem non suscipiunt. ea tempestate mortuo Epiphanio Constantinopolitano episcopo Theodora augusta Anthimum transtulit in eandem sedem, qui fuit episcopus ciuitatis Trapezunti regionis Ponti, latenter Calchedonensem synodum non suscipientem.

XX Verum defuncto Timotheo Alexandrino episcopo studio et permissione Calo- 142
tychii cubicularii partis Theodoræ augustæ Theodosius ordinatur. qui licet haberet

7 *Dioscorus mortuus est d. 14. m. Octobr. 517, cf. Jülicher, Festschr. f. K. Müller p. 16* 9 *Leont. de sect.* 5, 3 (Seuerus et Iulianus) ἐκαθέζοντο εἰς τὸ Ἔνατον *cf. Münch. Beitr. z. Papyrusforsch.* 5, 259 28—29 *extat in Collectione Auellana 84* 34 *Timotheus mortuus est d. 8. m. Febr. a. 535*

PWIT

1 duceretur *W* et] ut *I* 2/3 alicarnassus *PW* alicarnasus *I* alicarsuasus *T* 3 receperat *W* 4 a sede *W*corr nocte *om. W* 5 fugiit *PW*corr 7 concilium uel synodum *T* 9 sebant *P* 11 monachos *PW, corr. W* 11/12 corruptibile an incorruptibile corpus—xpi *T* 13 audiens *W* 14 et *om. T* diceret de eadem *T* quæstionem *P* at ille *PW* 16 alterutrum *I* multitudine *PIT* 17 corrupticolas] corruptibilitas *W* 17/18 phansiastas *W* 19 temestus *PWIT* 21 temestus *PWIT* 22 temestiani *PWIT* 23 XX *T* XXI *I* cum *T* alexandria *PW* 25 ap *W* ab *W*corr consolare *PW* consule *I* 26 acymietorum *P* acimetorum *W* 26/27 confitendam *W* 27—28 beatam—confitendum *om. IT* 29 discendentes *I* quidem *I* 32 eadem *PW, corr. W* 33 calcedonense concilium *I* 35 patris *I*

cleri decretum, contradicere uolentibus non permissis certamen populi * * monachorum quos non habuit * * pro Gaiano fuerunt. consuetudo quidem est Alexandriæ illum qui defuncto succedit, excubias super defuncti corpus agere manumque eius dextram capiti suo inponere et sepulto manibus suis accipere collo suo beati Marci pallium et tunc legitime sedere. dum hæc Theodosius nocte pertemptat, cognouerunt populi et monasteria quid esset factum uespere in episcopio studio Calotychii et iudicum, id est Aristomachi ducis et Dioscori augustalis. mox Theodosium persecuti sunt et expulerunt, ne colligeret funus Timothei, inthronizauerunt autem Gaianum, qui fuit tunc archiepiscopus ex parte adsertorum incorruptibilitatis. habens autem consentaneos aliquantos ex clero et possessores ciuitatis et corporatos et milites et nobiles et omnem prouinciam permanens ita Gaianus in episcopatu dies CIII, post 143
hæc a iudicibus pulsus abscessit. et post menses duos Narsis cubicularius missus ab augusta Theodora Theodosium quidem inthronizat, porro Gaianum misit in exilium. qui adductus Carthaginem magnam et inde quasi Sardiniam directus, quid de eo contigit, ignoratur. mansit autem in sede Theodosius annum unum et menses quattuor paucis ei communicantibus; plurimi enim communicabant ad nomen Gaiani. populi autem pugnauerunt pro Gaiano multis diebus, qui cæsi a militibus maiorem sui partem amiserunt, sed et militum maior cecidit numerus. uincebatur Narsis non armis, sed ciuitatis concordia; de superioribus domorum iactabant mulieres super milites quidquid manibus occurrisset. at ille igni uicit quod ferro non potuit, diuisaque est usque nunc illa ciuitas hoc schismate, ut Gaianitæ et Theodosiani in ea uocentur, id est phantasiastæ et corrupticolæ. nouissime Theodosius de sede discessit non ferens seditiones et bella quæ contra eum exercebantur a populo. missus est Constantinopolim cum honore, eo quod ita augustæ scripta præciperent. quo illo 144
ueniente promittebat augusta imperatori quoniam posset Theodosius Calchedonensem suscipere synodum, sed persistente et nolente cum eius uoluntate foras ciuitate regia sexto miliario ⟨in⟩ exilium missus est iuxta basilicam aris Focæ in uia quæ ducit ad Stoma Ponti, uiuitque usque nunc.

XXI Verum mortuo Iohanne Mercurio Agapitus archidiaconus Romanæ ecclesiæ papa 146
ordinatur, uir in regulis ecclesiasticis apprime eruditus. quo tempore Theodatus rex Gothorum scribens ipsi papæ et senatui Romano interminatur non solum senatores, sed et uxores et filios filiasque eorum gladio se interempturum, nisi egissent apud imperatorem ut destinatum exercitum suum de Italia summoueret. sed papa pro

---

26—28 *cf. Victor. Tunnun.* [*Chron. min. 2 p. 199, 33. p. 200, 1*] *a. 540* Theodosius Constantinopolim Sycas relegatus ... uixit ... usque ad primum Iustini iunioris augusti consulatum [566]. *alia de loco exilii habet Iohannes Ephesius in uitis ss. Orientalium Patr. Orient. 17, 35. 18, 528. mortuus est d. 22. m. Iun. a. 566, cf. Jülicher, Festschr. f. K. Müller p. 15*

PWIT

1 permisit *IT* *lacunam indicaui supplendo* fit et 2 *lacunam indicaui supplendo* consentaneos, sed consueto *W* 4 dexteram eius *IT* dextram *W* sepultum *PW* 5 nocte *om. I* 7 iudicium *I* timotheum *W* 9 tunc *om. IT* *postulatur* archidiaconus consertorum *T* 11 permansit *IT* CIII *WI* LIII *P* IIII *T* 13 inthronizauit *I* ganum *PW, corr. W* in *om. P* 15 anno uno *PWIT, corr. W* 16 plurimis *PW* 18 uincebatur autem *W* 20 mulieres *T* igne *IT* 21 hunc *I* ciuitatis *W* scisma *PW* ganitæ *PW* 22 id est *W*corr*IT* idem *PW* corrupticuli *IT, corr. I* nouisse *I* 24 quod *PWI*corr quia *IT* scripta perciperent *P* susciperent scripta *W* quod ille *W* 26 cum *om. W* ciuitatem regiam *I* 27 in *om. PWIT* aris *PIT* marte *W* *conicio* martyris 28 ponti stoma *W* uiuit *W* 29 XXII *I* 30 uir *om. W* 31 ipse *W* *inter* senatores *et* sed *habet* etiam petrus mongus cumque magistrianus—etiam petrus mongus [p. 126, 27—p. 127, 15] *W, sed lineis transuersis deleta* 32 et[1] *om. I* 33 snmmouerent *T*

eadem causa legatione suscepta Constantinopolim profectus est. et primum quidem
honorifice suscipiens directos sibi ab imperatore spreuit tamen Anthimi præsentiam 147
eumque ad salutandum suscipere noluit; deinde uiso principe causam agebat legationis susceptæ. imperator autem pro multis fisci expensis ab Italia destinatum exercitum auertere nolens supplicationem papæ noluit audire. at ille quod summum fuit, * Christi legatione fungebatur. denique petentibus principibus ut Anthimum papa in salutatione et communione susciperet, ille fieri inquit posse, si se libello probaret orthodoxum, ut ad cathedram suam reuerteretur; inpossibile esse aiebat translaticium hominem in illa sede permanere. augusta uero clam promittente munera multa et rursus papæ minas intentante in hoc papa perstitit ne eius audiret petitionem. Anthimus uero uidens se sede pulsum pallium quem habuit, imperatoribus reddidit et discessit ubi eum augusta suo patrocinio tueretur. tunc papa cum principis fauore Menatem pro eo ordinauit pontificem, consecrans eum manu sua in basilica sanctæ Mariæ. fuit iste Menas præpositus xenodochii maioris, quod uocatur Samson,
genere Alexandrinus, suscipiens Calchedonensem synodum. his peractis consti- 148
tuens papa apud imperatorem apocrisarium ecclesiæ suæ Pelagium diaconum suum, dum Italiam reuerti disponit, Constantinopolim obiit.

XXII De cuius decessu audiens Romana ciuitas Siluerium subdiaconum Hormisdæ quondam papæ filium elegit ordinandum, augusta uero uocans Vigilium Agapiti diaconum profiteri sibi secreto ab eo flagitauit ut si papa fieret, tolleret [et] synodum et scriberet Theodosio Anthimo et Seuero et per epistolam suam eorum firmaret fidem, promittens dare ei præceptum ad Bilisarium ut papa ordinaretur, et dari centenaria VII. libenter ergo suscepit Vigilius promissum eius amore episcopatus et auri et
facta professione Romam profectus est. ubi ueniens inuenit Siluerium papam ordi- 149
natum, quin et [ad Rauenna] repperit Bilisarium in eadem urbe sedentem eamque optinentem. cui tradens præceptum augustæ promisit ei duo auri centenaria, si Siluerio remoto ordinaretur ipse pro eo. Bilisarius uero [Romæ reuersus] euocans Siluerium ad palatium intentabat ei calumniam quasi Gothis scripsisset ut Romam introirent. fertur autem Marcum quendam scholasticum et Iulianum quendam prætorianum fictas de nomine Siluerii composuisse litteras regi Gothorum scriptas, ex quibus conuinceretur Siluerius Romanam uelle prodere ciuitatem. secreto autem Bilisarius et eius coniux persuadebant Siluerio implere præceptum augustæ ut tolleretur Calchedonensis synodus et per epistolam suam hæreticorum firmaret fidem. qui mox de palatio egressus quid de eo fieret, consiliariis suis locutus est. et ueniens contulit se in basilicam beatæ martyris Sabinæ ibique manebat, ubi et directus est ad eum Photis filius Antoninæ patriciæ, ut præstito sacramento inuitaret eum uenire ad

---

PWIT

1 causam *PW, corr. W* 2 spreuit spreuit *T* Anthimi *Garnier* animo *PWIT* 5 supplicationes *IT* audire noluit *T* 6 *lacunam indicaui supplendo* pro fide principus *P* principus *W, corr. W* 8 agebat *PWT* 10 rursum *W* prestitit *PW, corr. W* 11 palleum *superscr. I* quod *I* 12 eum] cum *P* cum *om. IT* 16 apud W^{corr}*IT* ut *PW* 17 italia *PW* disposuit *T* 18 XXII *W* 15 *adscribit eundem numerum T om. PI* discessu W^{corr} diaconum *W* 20 et *PT om. WI* 21 fidem firmaret *W* 22 belisarium *PWIT* dare *W* 23 iulius *I* et[1] *om. PWT, corr. W* 25 ad rauenna *PW* rauenna *IT interpolatum est ab homine cui magister militum Constantinopolitanus Rauennæ residere sicut exarchi debere uidebatur* repperit *om. T* belisarium *I* in *om. PWIT, corr. W* 26 augustum *IT, corr. I* ei *om. W* 27 balisarius *W* belisarius W^{corr}*I* Romæ reuersus *deleui, cf. notam ad 25* 29 enim *I* 30 litteras conposuisse *W* gotthorum *W* 32 coniunx *IT* impleri *IT* 33 calchedonensi *P* 34 fieretur *PW, corr. W* 35 basilica *PIT*

palatium; qui autem Siluerio adstabant, persuadebant ei ne Græcorum crederet iura- 150
mentis. ille tamen exiit et ad palatium uenit. et illa quidem die pro iuramento
ad ecclesiam redire permissus est, ad quem rursus mandauit Bilisarius ut ad palatium
ueniret. qui de ecclesia exire nolebat dolos sibi præparatos agnoscens, sed postea
orans et causam suam domino commendans exiit et ad palatium uenit. qui solus
ingressus a suis ulterius non est uisus. et alia die Bilisarius conuocatis presbyteris
et diaconibus et clericis omnibus mandauit eis ut alium sibi papam eligerent. quibus
dubitantibus et nonnullis resistentibus fauore Bilisarii ordinatus est Vigilius. Sil-
uerius autem exilium missus est in ciuitatem prouinciæ Lyciæ quæ Patara dicitur.
post ordinationem ergo suam conpellebatur Vigilius a Bilisario implere promissionem
suam, quod augustæ promiserat, et ut sibi redderet duo auri cententaria promissa.
Vigilius autem timore Romanorum et auaritia patrocinante nolebat sponsiones suas
implere. sed Siluerio ueniente Pataram uenerabilis episcopus ciuitatis ipsius uenit
ad imperatorem et iudicium dei contestatus est de tantæ sedis episcopi expulsione, 151
multos esse dicens in hoc mundo reges et non esse unum sicut ille papa est super
ecclesiam mundi totius a sua sede expulsus. quem audiens imperator reuocari
Romam Siluerium iussit et de litteris illis iudicium fieri, ut si probaretur ab ipso fuisse
scriptas, in quacumque ciuitate episcopus degeret; si autem falsæ fuissent probatæ,
restitueretur sedi suæ. Pelagius uero currens cum uoluntate augustæ uolebat irri-
tum facere imperatoris præceptum, ne Siluerius Romam reuerteretur; sed præualente
imperatoris iussione Siluerius ad Italiam reductus est. cuius aduentu territus [est]
Vigilius ne sede pelleretur, Bilisario mandauit: trade mihi Siluerium, alioquin non
possum facere quod a me exigis. et ita Siluerius traditus est duobus Vigilii defen-
soribus et seruis eius. qui in Palmariam insulam adductus sub eorum custodia
defecit inedia. Vigilius autem per Antoninam Bilisarii coniugem inplens pro-
fessionem suam quam augustæ fecerat, talem scripsit epistolam

Dominis et Christ⟨oamantissim⟩is Vigilius. Scio quidem quia ad sanc- 152
titatem uestram ante fidei meæ credulitas deo adiuuante peruenit, sed quia modo
gloriosa filia mea patricia Antonina Christianissima desideria mea fecit impleri quod
fraternitati uestræ præsentia scripta transmitterem, salutans ergo gratia qua nos
⟨in⟩ deo nostro Christo saluatore coniungimur, [et] eam fidem quam tenetis, deo ad-
iuuante et tenuisse et tenere significo, sciens quia illud inter nos prædicamus et legimus,
ut et anima una sit et cor unum in deo. prouectus mei, qui uester est, deo adiu-
uante ⟨nuntiare⟩ uobis gaudia maturaui ex meo animo sciens fraternitatem uestram

---

27—p. 138, 5 *alterum epistulæ exemplar chronicis inseruit Victor episcopus Tunnunensis* [*Chron. min.* 2 *p.* 200]. *ceterum et epistulam et excerpta ex fide ficta esse cuiuis perito manifestum*

PWIT

1 adsistebant *W* 2 exit *T* die quidem *W* 3 belisarius *W*corr *I* 5 ad *om. I* 6 belisarius *WI* 7 eis *om. W* 8 resistentibus *scripsi* residentibus *PWIT* renitentibus *Garnier* belisarii *I* bilisario *W* belisario *W*corr 9 in exilium *W*corr 10 belisario *WI* 12 suas *om. W* 13 patara *PW* 14 tanta *PW* 15 dicens—esse *om. I* est et *W* 16 expulsum *T* 18 fuissent falsæ *T* 19 sedis *P* 20 roma *PW* 21 iussionem *PW, corr. W* est² *PW om. IT* 22 belisario *I* 23 et *om. IT* 24 eius] et *P* 25 belisarii *W* beliasarii *I* 26 epistolam *om. I* 27 *longior extat salutationis forma apud Victorem partim ex fine epistulæ desumpta* Christo amantissimis *scripsi* xp̄is *PWI* ep̄is T 29 quod *PWIT* ut *Victor* 30 transmitteram *W* gratiam *W* 31 in *Vict. om. PWIT* et *PWIT om. Vict.* 32 tenuisse me *Vict.* 33 est uester *WVict.* ūr esse *I* 34 nuntiare *Vict. om. PWIT* maturaui *Vict.* maturauit *PWIT*

quæ optat, et libenter amplecti. oportet ergo ut hæc quæ uobis scribo, nullus agnoscat, sed magis tamquam suspectum hic me sapientia uestra ante alios existimet habere, ut facilius possim ⟨in⟩ his quæ cœpi operari, perficere.

Et subscriptio: Orate pro nobis, domini mihi fratres in Christo domini nostri caritate coniuncti.

Sub hac epistola fidem suam Vigilius scripsit, in qua duas in Christo damnauit 153
naturas et resoluens tomum papæ Leonis sic dixit

Non duas naturas Christum confitemur, sed ex duabus naturis conpositum unum filium, unum Christum, unum dominum.

Et iterum: Qui dicit in Christo duas formas unaquaque agente cum sua communione et non confitetur unam personam unam essentiam, anathema sit.

Qui dicit quod hic quidem miracula faciebat, hoc uero passionibus succumbebat, et non confitetur miracula et passiones unius eiusdemque, quas sponte sua sustinuit carne nobis consubstantiali, anathema sit.

Qui dicit quod Christus uelut homo misericordia * dignatus est, et non dicit ipsum deum uerbum et crucifixum esse, ut misereatur nobis, anathema sit. anathematizamus igitur Paulum Samosatenum Diodorum Theodorum et Theodoritum et omnes qui eorum statuta coluerunt uel colunt.

Et hæc Vigilius scribens hæreticis occulte, permansit sedens. in quo conple-
Prou. 1, 31 tum est illud testimonium quod Salomon in prouerbiis dicit: edent uiæ suæ fructus
et consiliis suis saturabuntur. ab ipsa hæresi adflictus Vigilius nec coronatus qualem uitæ suscepit terminum, notum est omnibus. sed redeamus ad causam Alexandrinorum.

XXIII Postquam ergo Theodosius Alexandrinus exilium missus est, Paulus quidam 158
unus abbatum Tabennensium monachorum ad Alexandrinam sedem ordinatur epi- 159
scopus Pelagio interueniente apocrisario Romano plane orthodoxus suscipiens Calche-
donensem synodum ordinatusque est a Menate Constantinopolim præsente eodem Pelagio responsario Vigilii et apocrisariis Ephremii Antiocheni et apocrisariis Petri Hierosolimorum. Seuerus autem Antiochenus iam fuerat condemnatus et Anthimus Constantinopolitanus ab Agapito papa Romano et Menate Constantinopolitano et libellis datis aduersus eos imperatori Iustiniano a præsulibus monasteriorum primæ et secundæ Syriæ et præsulibus monasteriorum Hierosolimorum et eremi. hoc ergo
a. 536/7 modo unitas facta est ecclesiarum anno x imperii gloriosi Iustiniani augusti. iste
Paulus spretus erat ut dicitur, ab aliquibus monachis suis et uenerat Constantinopolim

22 *Vigilius mortuus est d. 7. m. Iun. a. 555*

PWIT

1 oportet W^{corr} *Vict.* oporteret *PWIT* 2 æstimet se *Vict.* 3 possit *Vict.* in his *scripsi* is *PW* his P^{corr}*IT* uel hæc *superscr. I* deus *Vict.* cœpit *Vict.* et perficere W^{corr}*IT* 4 et subscriptio *om. T* dn̄o n̄ro *I* 5 in caritate *W* coniunctis *PWI, corr. P* 6 hæc *P* 8 conpositam *PW* expositum *T* 10 naturas *W* 12 quod *PW* quia *IT* uero] quidem *W* 13 et[2] *om. PW* unius *om. PW* tenuit *PW* 15 *lacunam indicaui supplendo e. g.* mori 16 dn̄m *W* 19 hereticis scribens *T* scribens heretici *I* 19/20 impletum *IT* 24 in exilium $W^{corr}T^{corr}$ 25 ad *om. WT, corr. W* alexandriam *IT* 27 ordinatus *W* 28 responsorio *W* apochrisarii *T* eoheremii *PW* euheremii *T* et ephremii *I* 30 ab *PW* et ab *IT* 31 a *om. IT* 33 imperatoris *IT* 34 ut dicitur *om. IT* constantinopolim ut dicitur *W*

pro se agere apud imperatorem. qui diuino nutu uacantem cathedram inueniens
meruit per Pelagium diaconum Alexandriæ episcopatum accepitque ab imperatore
potestatem super ordinationes ducum et tribunorum, ut remoueret hæreticos et pro eis
orthodoxos ordinaret; per illos enim populi inualescebant. qui Alexandriam descen- 160
dens timore sui suaque industria omnem ciuitatem et omnia monasteria adduxerat suscipere Calchedonensem synodum, nisi interuentu diaboli talis emergeret causa. cogitante Paulo episcopo remouere Heliam magistrum militum Psois quidam diaconus et œconomus ecclesiæ amicus Heliæ per portitores litterarum uelocissimos pedestres, quos Aegyptii symmachos uocant, omnia molimina Pauli Heliæ scribebat. contigit autem Paulum inuenire litteras eius Aegyptiace scriptas et legere, et timens quod de Proterio contigerat, sollicitus de eo factus est et cœpit Psoium conpellere facere rationes ecclesiæ. quem tradidit iudici et imperatori de eo rettulit. eo tempore apud Alexandriam Rhodo erat augustalis, qui eum accipiens custodiendum usque ad imperatoris præceptum consilio cuiusdam prioris ciuitatis nomine Arsenii acceptis muneribus inscio, ut fertur, episcopo clam nocte totis uiribus eius magno cruciatu occidit. cuius filii et adfines imperatorem interpellantes suggesserunt ei qua ui eorum parens mortis debitum persoluisset. quod audiens imperator uocauit Liberium et fecit
augustalem misitque eum Alexandriam, requireret causam. ad quam urbem Liberius 161
cum uenisset, Rhodonem ad se uenire iussit et ab eo requirebat * * tales patentibus, quomodo occidisset diaconum. ille uero respondit iussione episcopi fuisse factum; habere se imperatoris delegationem aiebat ut quidquid illi iuberet episcopus, modis omnibus impleret. sed negante Paulo episcopo et se nescire clamitante prior ille ciuitatis Arsenius homicidii illius auctor inuentus morte multatus est, porro Paulo episcopo Gazam exilium misso Rhodo cum gestis de eo actis directus est Constantinopolim. cuius gesta cum intra palatium principi legerentur, iussit eum ab scurrone duci et foras regia ciuitate occidi. et post hæc misit imperator Pelagium diaconum et apocrisarium primæ sedis Romanum Antiochiam cum sacris suis quibus præcepit ut cum Ephremio eiusdem urbis et Petrus Hierosolimita et Hypatius Ephesitanus uenirent Gazam et Paulo episcopo pallium auferrent eumque deponerent. Pelagius ergo profectus Antiochiam et inde Hierosolimam cum memoratis patriarchis
et aliquantis episcopis uenit Gazam et auferentes Paulo pallium deposuerunt eum et 162
ordinauerunt pro eo Zoilum, quem postea apud Constantinopolim imperator deposuit et Apollinarem ordinauit, qui nunc est præsul ipsius Alexandrinæ ecclesiæ. sed reuertente Pelagio Constantinopolim monachi quidam ab Hierosolimis, super quibus

1—2 *Paulus ordinatus est indict.* I [= 537/8], *cf. Corp. scriptt. Christt. Orient.* III 6, 2 p. 175, 26 = *Zachar. rhet. ed. Ahrens-Krüger p. 238* 33 *Apollinaris mortuus esse uidetur a. 570, cf. Jülicher, Festschr. f. K. Müller p. 19*

PWIT

1 uacentem [uacantem *W*corr] cathedram *PW* cathedram uacantem *IT* 4 alexandria *T* 5 suo *PWIT* 7 psosis *T* personis *I* dyaconus quidam *IT* 8 euchonumus *P* eochonimus *W* eochonomus *W*corr ecclesia *P* 9 uolumina *T* 10 legeret *W*corr 11 et facere *W* orationes *T* 15 eum *T* 16 suggesserant *P* parens eorum *T* 18 requirit *P* requiret *W* requirere *IT* ut requireret *W*corr 19 *lacunam indicaui e. g. supplendo* tamquam rebus quoniam essent tales patentibus *PW* patentius *T om. I* 20 iussionem *PW*, *corr. W* factum fuisse *W* 21 illi *om. IT* 23/24 paulum epm̄ *PW* 24 in exilium *W*corr missos *W* missus *PW*corr 25 gerentur principale *T* ob *PWIT*, *corr. W* 26 regiam ciuitatem *I* ciuitatem regiam *T* 28 eo præmio *PW* petro hiersolimi *PW* 28/29 ypatio ephesitano *PW* 29 pallenm *I* 30 uero *T* 31 palleum *I* 32 apud—imperator *scripsi* apud constantinum imp̄ [imperatorem *W*] *PW* imperator *IT* 33 alexandriæ *T* 34 redeunte *IT* super quibus *scripsi* per quibus *PW* per quos *IT*

Pelagius in Gazam transitum habuit, uenerunt ad eum in comitatu portantes capitula de libris Origenis excerpta uolentes agere apud imperatorem, ut Origenes damnaretur cum illis capitulis. igitur Pelagius æmulus existens Theodoro Cæsareæ Cappadociæ episcopo, uolens ei nocere eo quod esset Origenis defensor, una cum Menate archiepiscopo Constantinopolitano flagitabat a principe ut iuberet fieri quod illi monachi supplicabant, ut Origenes damnaretur ⟨et⟩ cum ipso capitula talia docentia. annuit imperator facillime, gaudens se de talibus causis iudicium ferre. iubente eo dictata est in Origenem et illa capitula anathematis damnatio. quam suscribentes una cum Menate archiepiscopo * * apud Constantinopolim repperit et inde directa est Vigilio Romano episcopo, Zoilo Alexandrino, Ephremio Antiocheno et Petro Hierosolimitano. 163
quibus eam accipientibus et subscribentibus Origenes damnatus est mortuus, qui uiuens olim fuerat ante damnatus.

XXIIII Et reserato aditu aduersariis ecclesiæ, ut mortui damnarentur, Theodorus Cæ- 167
sareæ Cappadociæ episcopus, dilectus et familiaris principum, secta Acephalus, Origenis autem defensor acerrimus et Pelagio æmulus cognoscens Origenem fuisse damnatum, dolore damnationis eius ad ecclesiæ conturbationem damnationem molitus est in Theodorum Mompsuestenum eo quod Theodorus multa opuscula edidisset contra Origenem exosusque et accusabilis haberetur ab Origenianistis et maxime quod synodus Calche- 168
donensis, sicut probatur, laudes eius susceperit in Ibæ epistola. cuius damnationem memoratus Theodorus tali machinatione perfecit. scribente principe contra Acephalos in defensione synodi Calchedonensis, accedens idem Theodorus Cappadocus una cum suis satellitibus, qui sub nomine catholico Acephalis studebant, cum Theodoræ augustæ fauore imperatori suggessit scribendi laborem non eum debere pati, quando conpendio posset Acephalos omnes ad suam communionem adducere. siquidem illi, inquit, hoc offenduntur in synodo Calchedonensi quod laudes susceperit Theodori Mompsuesteni episcopi epistolamque Ibæ, quæ per omnia Nestoriana esse cognoscitur, synodus ipsa iudicio suo pronuntiauerit orthodoxam. qui si Theodorus cum dictis suis et hæc epistola anathematizetur, tamquam retractata synodus atque purgata suscipietur ab eis per omnia et in omnibus et sine pietatis uestræ labore catholicæ ecclesiæ sociati gaudente uniuersali ecclesia clementiæ uestræ laus erit sempiterna. hæc audiens imperator et dolum dolorum minime perspiciens suggestionem eorum libenter accepit et hoc se facere promptissime spopondit. sed rursus illi callida fraude rogauerunt eum ut dictaret librum in damnatione trium capitulorum, quo libro eius edito et toto mundo manifestato, dum emendare princeps erubescit, inreuocabilis causa fieret; sciebant enim principem solita pietate scandalo emergente 169
sententiam suam posse corrigere seseque ad periculum peruenire. annuit eis prin-

7/8 *edictum contra Origenem diuulgatum est m. Febr. a. 542, cf. Cyrill. uit. Sabæ* 86

PWIT

6 et cum ipso *scripsi* cum ipsa *PW* cnm ipsis *IT* capitulis *IT* docentibus *I* continentibus *T* 7 eo *om. PW* 8 origene *PW* 9 *lacunam indicaui e. g. supplendo* multos episcopos inde *scripsi* deinde *PW* deinde inde *IT* 11 ea *PW* origenis *W* 13/14 cesareæ atque *IT* 14 principium *IT, corr. I* 15 emulus pelagio *T* 17 monsuestenum *PW* 18 habetur *PW* originianistis *PW* origianistis *I* 19 Ibæ epistola *scripsi* tribus epistolæ [epistolis *IT*] *PWIT* 22 satellitibus suis *W* acephales *W* fauebant *IT* 23 fauorem *PW* 24 acephalis *T* adducere *om. T* 25 laudes suas *W* 26 momsuestini *P* mopsueteni *W* mompsusteni *I* esse *om. IT* 27 suo iudicio *W* theodorus si *IT* 28 hac *IT* retracta *PW* 30 ecclesiæ *PW* clementia *P* 31 dolosorum *I*corr, *conicio* Acephalorum perspiciens *scripsi* prospiciens *PWIT* 32 suscepit *W* 33 damnationem *W*corr 34 edicto *I* 35 principe *PW*

ceps et hoc se lætus implere promisit. et relinquens operis sui studium unum in damnatione trium capitulorum condidit librum pro delictis nostris nobis omnibus notissimum. cetera uero quæ subsequenter in episcopis et catholica ecclesia ab eodem principe facta sunt, quomodo consentientes episcopi in trium damnatione capitulorum muneribus ditabantur uel non consentientes depositi exilium missi sunt uel aliqui fuga latitantes in angustiis felicem exitum susceperunt, quoniam nota sunt omnibus, puto a me nunc silenda. illud liquere omnibus credo per Pelagium diaconum et Theodorum Cæsareæ Cappadociæ episcopum hoc scandalum in ecclesiam fuisse ingressum, quod etiam publice ipse Theodorus clamitauit se et Pelagium uiuos incendendos, per quos hoc scandalum introiuit in mundum.

EXPLICIT BREVIARIVM CAVSAE NESTORIANORVM ET EVTYCHIANORVM COLLECTVM A SCO LIBERATO ARCHIDIACONO ECCLESIAE KARTHAGINIS REGIONIS SEXTAE FELICITER

De eis quæ in PW secuntur, disserui Abhndlg. d. Bayer. Akad. d. Wiss. 10 p. 279

INCIPIT IOHANNIS CONSTANTINOPOLITANI AD THEODORVM MOPSVESTENVM EPISCOPVM

3 Si esset quidem uenire possibile tuamque reuerentiam caritatemque conplecti et in ipsa iucundari, cum multa hoc uelocitate et studio faceremus; quoniam autem hoc nobis non adiacet, nunc litteris hoc implemus. si enim ad ipsos fines mundi ducamur, tuæ dilectionis integritatem et feruorem et sine dolo sinceritatem obliuisci non possumus, quæ est antiqua et a principio quamque nunc monstrasti. neque enim nos latuit quanta pro nobis et dicere et facere festinasti, domine meus honorantissime atque sanctissime; sed etsi nihil amplius factum est, deum tamen habes pro tuo studio et alacritate debitorem integramque mercedem. nos autem non quiescimus scientes tuæ gratiam sanctitatis et tuam reuerentiam omnibus prædicantes atque poscentes eandem dilectionem florentem per omnia conseruari. non enim in deserto sedentes fortuitæ intercessionis fructus habemus, quando talem in Cilicia thesaurum et reconditas diuitias possidemus. hæc est enim fortis et uigilans animæ tuæ dilectio. EXPLICIT

INCIPIT SCI GREGORII NAZANZENI EPISTVLA AD EVNDEM THEODORVM MOPSVESTENVM EPM

4 Tempus mihi est illud scripturæ dicere: ad quem uociferabo uim patiens? quis cf. Habac. 1, 2
mihi porrigit manum oppresso? ad quem pondus ecclesiæ transeat tam male iacentis ac dissolutæ? testificor coram deo et electis angelis quoniam non iusta patitur dei grex sine pastore degens et sine uisitatore propter nostrum torporem. me enim ægritudo

---

3. 4 *ex eadem uersione adfert Facund. 7, 7* 3 ep. 212 [*PG 52, 668*]. *hæc ipsa uersio ex P edita est PG 56, 517* 4 ep. 152. *alia uersio est in collectione V concilii quinti* [L V 471 = M VIIII 257], *ubi instituitur probatio hanc et alias epistulas a Gregorio ad Theodorum episcopum Tyanorum scriptas esse*

PWIT

2 damnationem *W* 4 trium *om. P* 5 dictabantur *T* 5/6 depositi sunt *W* 7 nunc a me *WIT* licere *PW* 8 cæsariæ *P* 9 etiam] etiam fuisse *T* 12—13 *om. IT* 15 INCIPIT *P* incipit epla *I* epla *T* iohannis constantinopolitani epi *T* constantinopolitani epi iohannis *I* mosuestinum *P* mosuestenum *W*, *corr. W* momsuestenum *I* 17 et[1] *om. P* 18 nunc et *Fac.* etsi *Fac.* 22 etsi *Fac.* et *PWIT* 23 et nos autem *Fac.* 26 fortuitæ *P Fac.* fortuit *I* fortuitate *P corr WT* fluctus *I* 27 reconditus *W*, *corr. W* uigilantis *Fac.* 29 NAZIAZENI *P* epistula *om. T* epi *I* 29/30 Mopsuestenum epm *om. IT* 29 MOSVESTINVM *P* mosuestenum *W*, *corr. W* 31 uociferabor *I* 32 porriget *T* porrigat *Fac.* 34 uisitatore] torpore *T*

tenet et citius abduxit ab ecclesia et nunc omnino extrema spirantem et amplius rebus ipsis afflictum. si quidem aliud caput haberet prouincia, ad illud oporteret clamare et contestari, tua uero reuerentia superposita ad te adtendere necesse est. curam habe tuæ ecclesiæ quouis modo et non eam despicias indigne agentem. ut enim alia prætermittam, qualia nunc interim gesta sunt, non omittam. Apollinariani aliqua quidem fecerunt, alia uero minantur, quæ a dominis meis et conpresbyteris disces Eulalio chorepiscopo et Eleusio, quos inpendio ad tuam reuerentiam misimus, quia hæc conprimere non est nostræ ætatis et infirmitatis, sed tuæ prouidentiæ tuæque uirtutis, quoniam tibi cum aliis facultatem donauit deus ad communem defensionem ecclesiæ. si autem hæc dicens et scribens non audiar, quod restat solum, hoc fiet, publice prædicare omnibus et notum facere quia episcopo indiget ecclesia, ne propter meam infirmitatem lædatur; de cetero uos uideritis.

ITEM ALIA SCRIPTA AD EVNDEM THEODORVM EPM MOPSVESTENVM

5 Dilectionis indiciis delectamur præcipue in tali tempore et a tali nouello simul atque perfecto et ut ⟨te⟩ ex his quæ a sancta scriptura sunt, amplectar, constituto
Ps. 143, 12 super iuuentutem. sic enim illa uocat quod plus est intellectu ultra ætatem.
Gen. 27, 28 et ueteres quidem patres rorem cæli et ubertatem terræ cum ceteris aliis concedi filiis deprecabantur, nisi cui amabile est hæc eadem altius intellegere; nos autem spiri-
Ps. 19, 6 taliter omnia tibi rependimus. inpleat deus omnes petitiones tuas et fias talium filiorum pater, si tamen oportet conpendiose et familiariter orare pro te, qualem te demonstras tuis patribus, ut et in ceteris et nos de te gloriemur. EXPLICIT

PARS EPISTOLAE EIVSDEM SCI GREGORII AD EVNDEM VIRVM THEODORVM MOPSVESTENVM EPISCOPVM

6 Qui adsumpsit Dauid famulum suum ex officio pastorali in regno, tuam uero reuerentiam ex grege, ut pastorale officium administres, ipse dispensat secundum suam uoluntatem ea quæ nostra sunt et omnium qui sperant in eum, ipse et nunc intellectui tuæ perfectionis insinuet ut cognoscas dehonestationem nostram, qua dehonestati sumus a dominis episcopis per sententias eorum ordini quidem consentientibus, nos autem expellentibus. non enim tuam reuerentiam causabor, cum nouiter astiteris negotiis et ignores quam plurima quæ ad nostram historiam pertinent. et hæc quidem sufficiant; non enim uolo molestus tibi esse amplius, ne tuæ menti appaream onerosus modo in amicitiam tecum ueniens. quæ autem nobis uisa sunt cum deo

---

5. ep. 121 *ex eadem fere uersione adfertur a Facundo 7, 7* 6 ep. 139
2—3 si quidem—necesse est *et* 8—10 hæc—ecclesiæ *adfert Facundus 8, 4*

PWIT

1 et[2] *om. Fac.* omnino nunc *I* 2 aliquid *I* 4 ecclesiæ tuæ *I* ecclesiæ tu *T* 5 quali *W* apollinarii *T* 6 aliquam *W* uero aliqua *IT* quidem *om. IT* a *om. W* 7 discis *PW* dicens *I* Eleusio *Conc.* eulosio *PWIT* impendis *T* 8 tuaque *PW* 13 item *om. P sed habet in fine inscriptionis* ITEM ALIA scripta *om. IT* epm mosuestenum *W, corr. W* epm mosuestinum *P* scripta *IT* 15 te *addidi ex Facundo* 16 intellecto *PWIT, corr. W* 17 ueteris *PW, corr. W* concede *PW* 18 cui amabile *Fac.* cum iam auile [habile *IT*] *PWIT* altius *Fac.* aliter *PWIT* 21 in] de *T* EXPLICIT *om. T* 22 eiusdem eplæ *IT* uirum *om. IT* mosuestenum *W, corr. W* mosuestinnm *P* 22/23 mopsuestenum epm *om. IT* 24 regnum *W*corr *I* 25 pastorali officio *W*corr administris *PW, corr. W* dispenset *IT* 27 qua *Crabbe* quia *PWIT* 28 a—episcopis *scripsi secundum* Γ adomis epi si *PW* ad oms epis *IT* 30 ignoris *PW, corr. W* storiam *PW* pertinet *W* 31 tibi molestus *T* 32 in *om. PW*

consilium habentibus, hæc tibi nota facimus. ego cessi Nanzianzenæ ecclesiæ neque ut contemptor dei neque ut despiciens paruum gregem; neque enim patietur istud anima philosophi. FINIT

INCIPIT ALIA EIVSDEM S̅C̅I̅ GREGORII AD EVNDEM VIRVM THEODORVM MOPSVESTENVM E̅P̅M̅

Per omnia reuerendo et dei amatori fratri et coepiscopo Theodoro Gregorius in domino salutem. Habuit quiddam et apud nos liuor, quem non facile potuit ullus effugere. ecce seditionem etiam Cappadoci suscitamus, ut ita dicam, quod non prius auditum est neque creditum malum, quatenus non glorietur omnis caro coram 1 Cor. 1, 29
deo. sed uideamus ut omnes cum simus homines, non facile alios increpemus. sed mihi quod lucrum et in calamitate nisi quod possibile est dicere mirabiliter? et uere rosas ex spinis, sicut prouerbium habet, colligimus. ego ergo nequaquam ante præsentia tuæ uenerabilitatis usus neque litteris adlocutus, sed tua sola opinione inlustratus, nunc in necessitate ueni te per litteras adloqui; et gratias multas ei qui hoc largitus est. scribere autem de hoc aliis episcopis, unde mihi scripsisti, iam non est temporis ideoque omittamus. simul enim et inæqualitas nos pigriores effecit; quæ autem tibi scribimus, et illis per te scribimus. desinat perscrutari quæ circa nos sunt, dominus meus et dei amator Elladius episcopus; neque enim spiritali, sed contentioso hæc quærit spiritu. neque enim hoc scrupulositas regularum est, sed furoris expletio, sicut est ex tempore manifestum et multis cum eo præter rationem motis similiter et mouendis. oportet enim taliter dicere et non contristari. ego enim si sic haberem corpus, ut præesse possim ecclesiæ, in Nanziazo sum olim ordinatus et non in Sasimis, quæ quidam persuadent non recte uobis; non taliter nobis infeliciter. neque enim diuinarum constitutionum sumus indocti, ut ecclesiam meam despiciam et uitæ otia sequar tantis propositis mercedibus eis qui laborant secundum deum et ei qui commissum talentum operatur. quid autem mihi tanti labores prosunt et magna spes de maximis malum habenti consilium? quoniam autem et corpus mihi inbecillum est, sicut est omnibus manifestum, licet onus nullum ex recessione mea futurum sit, pertimui, ei propter quam dixi causam (uidebam enim ecclesiam domini habere nos ⟨læsam⟩ in principalibus rebus et ex nostra dissolutione propemodum dissolutam), supplicaui et primum et nunc, domino meo et dei amatori episcopo patriotarum dico, ut daret caput ecclesiæ. quod cum dei adiutorio dederunt dignum et meis desideriis et uestris orationibus. hæc ergo ipse cognosce, domine carissime, et reliquos doce episcopos recipere eum et condecernere et non

7 ep. 183

PWIT

1 nazianzenæ *WI* nanzanzenæ W^{corr} nazanzenæ *T* 2 stut *PW* 3 FINIT *om. WIT* 4 INCIPIT—EIVSDEM] item e̅p̅la *IT* uirum *om. WIT* mosuestenum *W, corr. W* mosuestinum *P* *om. IT* e̅p̅m̅ *om. T* 6 quidam *I* 7 Cappadoci *scripsi secundum* Γ cappadocis *PIT* capadociis *W* suscitauimus *IT* 9 omnis *PW* increpamus *PWT* 10 nisi quod] *aliter Græca* 11 collegimus *IT* ante *om. IT* 12 præsentiam *PW* usus sum *IT* neque *scripsi secundum* Γ et quæ *PW* teque *IT* sola *scripsi secundum* Γ salua *PWIT* 15 tempus *T* pigrioris *PW, corr. W* 18 hoc *IT* scripulositas *PW, corr. W* 20 motis *scripsi secundum* Γ multis *PWIT* monendis *PW* 21 præesse possim *PW* præessem *IT* nanzianzo *IT* nanzazo W^{corr} 22 Sasimis Γ sanissimis *PWIT* quidem *PIT* nobis *I* taliter *scripsi* aliter *PWIT; legit translator* ἡμῖν ἀθλίως *pro* ἤμην ἄθλιος 24 otiæ *P* eis *IT* meis *PW* 26 prosunt *IT* possunt *PW* concilium *I* 27 licet] nec ut Γ 29 dn̄i *IT* dum *PW* læsam *addidi ex* Γ 31 patriotarum dico *scripsi* τῶν πατριωτῶν λέγω Γ patrioterodico *PW* patri hotherotico *I* patri otherito *T* 32 ipse *om. T* 33 doce *scripsi* docet *PW* docete *T* doceto *I* et^{2}] ut *P*

onerare meam senectutem oblocutionibus credentes. additum sit autem et illud his litteris: dominum meum et dei amatorem consacerdotem Bosporum si quidem apud uos examinatio reppererit circa fidem malum, quod ne dicere ⟨quidem⟩ fas est (dimitto enim longum tempus et testificationem nostram), ipsi hoc iudicate. quodsi circummanentum querela malam ei opinionem operatur et nouum crimen est, non oblocutionibus trahamini neque ualidiores has ueritate supplico faciatis, ne multos contristetis qui agere bene disponunt.

Saluus et lætus serueris nobis ecclesiæ communis ornatus. EXPLICIT

INCIPIT EIVSDEM S̄C̄Ī GREGORII AD EVNDEM VENERABILEM THEODORVM MOPSVESTENVM E̅P̅M̅

8 Per omnia reuerendo et deo amatori fratri et coepiscopo Theodoro Gregorius in domino salutem. Audio te grauiter ferre a monachis nobis et pauperibus factas iniurias, et mirum nihil, cum necdum plagatus sis et nostrorum malorum in experimentum non ueneris, ad hæc talia te esse inpatientem. nos autem tamquam qui multa mala sumus experti et perpessi iniurias, conpetenter [debemus] quibus credi debeat, æstimandi sumus monita dantes tuæ uenerabilitati quæque uiuendi ordo docet, demonstrat et ratio. pessima quidem ea quæ facta sunt, et ultra omnem iniquitatem sunt; quis enim electus est? iniuriari altaria, retinere mysteria, medios nos stare inter sacrificia et lapidantes et medellam facere pro lapidatione querellas, pudorem uirginum abstrahi, monachorum decorem auferri, pauperum calamitatem ex asperitate, quæ plus ad miserationem moueat, fieri. sed forsan magnanimiter ferre melius est; nam et multis ex his quæ egimus, dedi magnanimitatis exemplum. neque enim uerbum taliter persuadit multis quemammodum actio, quæ est tacita monitio. magnum existimamus esse a lædentibus pœnas expetere; magnum, inquam; etenim et hoc utillimum ad aliorum correctionem. sed multo hoc maius est et diuinum ferre tolerabiliter in⟨tolerabilia⟩ patientes. illud namque malitiam refrenat, hoc autem bonos persuadit, malos autem non esse multo plus melius est et perfectius. magnum æstimamus nobis propositum esse negotium misericordiam et ut indulgeamus quæ in nobis fuerint perpetrata, quatenus et ipsi indulgentiam mereamur, et offeramus boni-

---

8 ep. 77

1—7 additum sit—bene disponunt *adferuntur in collatione* v *concilii quinti* L v 477 = M VIIII 258; *uersio est alia* 12—13 iniurias *adferuntur ex alia uersione in collatione* v *concilii quinti* [L v 476 = M VIIII 257]

PWIT

1 honorare *PW* oblationibus *IT* credentis *PW* credentium *IT* 2 sacerdotem *T* 3 fidem quidem *IT* ne dicere quidem fas *scripsi secundum* Γ ne diceret fas *PW* dicere nefas *IT* 4/5 quod *I* 5 circummanentium *IT* opinionem ei *T* crimen nouum *IT* 6 ueritati *PWIT* supplicio *PW* 8 EXPLICIT *PW*, *subscriptionem IT infra afferam*

PW

9 MOPSVESTINVM *P* 13 placatus *W* 13/14 experimento *PW* 15 debemus *deleui* 16 stimandi *PW*, *corr. W* quæque = ἅ τε uiuendi ordo] *pro* πολιά *legit* πολιτεία 18 electus est *PW* ἀντερεῖ Γ; *latet corruptela Græca* retinere *W* retenere *P* συγχυθῆναι Γ, *coniecerim* turbari medius *PW* inte *P* ante *W* 19 pro lapidatione *scripsi secundum* Γ probatione *PW* 20 abstrahi *scripsi* abstrage *PW* ex asperata teque *PW* 21 plus *P* populus *W* 22 dedit *PW* 23 que ammodum *PW* 26 intolerabila patientes *scripsi* inpatientis [inpatientes W^{corr}] *PW* 27 bonus *PW*, *corr. W* *male translata sunt* τοῦ μὴ κακοὺς εἶναι πολὺ κρεῖττον 28 extimamus *PW* existimamus W^{corr}

tatem bonitati. Finees æmulatori obaudi, qui Mazianitim confixit cum adultero Num. 25, 8. 13 et exemit opprobrium de filiis Israhel et laudatus est amplius quia orauit pro populo delinquente. stemus ergo et nos, propitiemus et impetus elassescant secundum Ps. 105, 30. 31 quod scriptum est, et reputetur hoc nobis ad iustitiam. laudatus est et Moyses, quia Exod. 2, 12 occidit Aegyptium condolens Israheli, et laudatus est amplius quia Mariam sororem Num. 12, 10. 13. 14 orando saluauit a lepra. considera et residua. comminata est Niniuitis sub- Ion. 3, 5. 8—10 uersio, sed peccatum lacrimis redemerunt. Manasses in regibus iniustus, sed in eis 2 Paralip. 33, 18. 19 qui saluati sunt, eluxit prospicuus. qui apud deum dicitur commendasse iracundiæ 8 uerbum, et protectio subsecuta. quid miseratione celerius? ignem Sodomiticum Lc. 9, 54 Ioh. 18, 10 petunt discipuli aduersum ducentes Iesum, ille autem ultionem fert indigne. incidit Malcho Petrus auriculam uni qui fecit iniuriam; Iesus autem restituit eam. quid Lc. 22, 51 quod interrogans si septies fratri indulgendum est delinquenti, uelut exigua loquens Mt. 18, 21. 22 culpatus est? nam illi septies uerbo septuagies adicitur. quid etiam debitor ⟨in⟩ Mt. 18, 27. 28. 33. 34 euangeliis, qui non indulserit quæ indultus est? non amarius ob hoc indulta exigitur? quid etiam orationis forma? non uult remissionem nisi remissione mercari. tanta habentes exempla imitemur dei miserationem et non uelimus docere nos ipsos quantum malum est peccati retributio. uides consequentiam bonitatis. ⟨fert le⟩gem prius, deinde præcipit, promittit et comminatur, inproperat, extendit, sed detinet, comminatur rursus; quando coactus fuerit plagam inferre, et hanc paulatim, locum subaperiens correctioni. non ergo percutiamus subito, neque enim tutum est, sed terrore corripientes misericordia uincamus et accipiamus reuerentiæ debitores conscientia eos amplius quam furore plectentes. non aridam faciamus ficum adhuc fructificare Lc. 13, 7—9 potentem, non tamquam inutilem culpemus et occupantem locum, quam curare poterit forsan artificis agricolæ patrocinium et diligentia. neque tantum opus et famosissimum taliter per iussionem forsan maligni et inuidiam sic in breui soluamus. et certe turpe est, ut non aliud consideremus, si uisi fuerimus aduersum pauperes concertari, qui hoc amplius habent ut propter suam calamitatem etiam cum lædant, qui misericordiam mereri debeant, æstimentur. nunc itaque puta omnes ante pedes tuos se proicere ipsos pauperes et eorum nutritores et cunctos monachos atque sacratas uirgines pro se ipsos supplicantes: da omnibus pro his indulgentiam, quia et contriti sunt sufficienter, quod exinde manifestum est ex quo nos rogauerunt, et supra omnia nos, qui pro eis supplicamus. quod etsi tibi pessimum uidetur ab eis iniuriari, multum appareat esse pessimius eos qui te monent, non audire. bono autem Paulo indulgeat deus quæ in nobis excessit. EXPLICIT S̅C̅I̅ GREGORII AD VENERABILEM THEODORVM MOPSVESTENVM E̅P̅M̅

28—33 nunc—audire *adferuntur aliter uersa in collatione quinta Concilii quinti l. c.*

PW

1 fines *PW* ζηλωτὴς ἤκουσε Γ mazianitem *PW* 3 propitii eamus *PW* 4 laudatus Γ datus *PW* qui *P* 5 quam *W*corr 6 comminuata *PW*, *corr. W* niniuetis *W* 8 qui—commendasse] *corrupta, cf.* Γ 10 docentes *PW* ἀγόντων Γ ferit *PW* 11 unius *PW* quid Γ qui *PW* 12 interrogans *scripsi* inrens *PW* 13 debitor in Γ debetur *PW* 17 fert legem *scripsi secundum* Γ cum *PW* 18 præcepit *PW* 19 inferre] *legit* ἐπάγειν *pro* ἐπάγει 20/21 corripientes *scripsi secundum* Γ corripi *PW* 25 *post* soluamus *haud pauca habet* Γ *quæ hic desunt* 27 ledent *PW* 32 nobis Γ nos *PW* etsi tibi *P* et sibi *W* 34—35 EXPLICIT—MOPSVESTENVM [MOPSVESTINVM *P*] E̅P̅M̅ *PW in fine 7 subscribunt* expliciunt s̅c̅i̅ gregorii e̅p̅l̅e̅ [e̅p̅l̅e̅ s̅c̅i̅ gregorii *T*] ad theodorum *IT*

9 INCIPIT EPISTOLA ISIDORI PELVSIOTAE AD S̄C̄M̄ CYRILLVM

Isid. ep. 1, 370 Terrent me diuinarum scripturarum exempla, et quæ necessaria sunt, compellor scribere. siue enim pater sum, ut ipse dicis, Heli condemnationem metuo, quia peccantes filios non coercuit; siue filius tuus sum, sicut magis scio, habitum illius Marci gerentis, pœnam Ionathæ formido, qui patrem non prohibuit uentriloquam requirentem, et prior illo qui peccauerat, qui non prohibuit, quod potuerat, in bello defunctus est. ut igitur et ego non adiudicer et ipse non iudiceris a deo, depone contentiones ⟨nec⟩ ob iniuriæ propriæ ultionem, quam tibi a mortuis deberi putas, uiuentem ecclesiam dissipes et æternam dissensionem ei sub pietatis prætextu concinnes. EXPLICIT [EIVSDEM AD EVNDEM]

10 INCIPIT ALIA AD EVNDEM BEATVM CYRILLVM

Isid. ep. 1, 310 Compassio quidem non acute uidet, aduersitas autem omnino non uidet. si igitur utraque uis prauitate purgari, noli uiolentas extorquere sententias, sed iusto iudicio causas permitte, quia deus, qui omnia ante quam fierent, nouit, descendere et
Gen. 18, 21 clamorem Sodomorum uidere pie dignatus est nos scrupulosæ examinationis edocens argumentum. multi enim te diffamant eorum qui in Epheso conuenerunt, uelut
Phil. 2, 21 proprias inimicitias uindicantem et non quæ Iesu Christi sunt, recte quærentem. nepos est, aiunt, Theophili et uotum illius imitatur. sicut enim ille manifesta insania uirum deo plenum et deo amabilem Iohannem calumniatus est, ita et iste desiderat gloriari, quamuis in his qui iudicati sunt, plurima esse differentia uideatur.

11 ITEM EIVSDEM AD EVNDEM

Isid. ep. 1, 323 Multa quidem testimonia scripturarum, multæ autem contemplationes paternæ ueram incarnationis domini rationem caute dilucidant, licet nostræ mentis et linguæ hoc sacramentum mensuras excedat. quia autem uerus et super omnia deus homo factus est neque ab eo quod erat, conuersus et quod non erat, adsumens in naturis duabus unus existens filius sine initio et sine fine et sempiternus, nec ipse negabis multas habens sancti patris nostri magni Athanasii in his consensiones, hominis qui ad diuina ultra naturam ingressus est.

12 ITERVM EIVSDEM AD EVNDEM

Isid. ep. 1, 324 Oportet te, ammirabilis, inconuertibilem semper esse et neque timore prodere cælestia neque tibi ipsi contrarium apparere. nam si ea quæ a te nunc scripta sunt, prioribus comparaueris, aut adulationis apparebis obnoxius aut facilitatis minister, uana quidem gloria superatus, magnorum autem athletarum non imitatus certamina, qui omni uita sua in exiliis affligi passi sunt quam ut peruersum dogma usque ad aures saltim suas ammitterent. EXPLICIT

9—12 *a Rustico tralatæ extant in Collectione Casinensi* 80, 7. 3. 5. 6 [t. 1 4 p. 9 *sq.*] 9. 10 *adferuntur aliter uersa a Facundo* 2, 4

PWIT

1 INCIPIT *om. T* cyrillum ēpm̄ *IT* 4 filios tuos *PW, corr. W* 5 gerentes *PWT* 6 qui²] quia *WIT* non *om. I* 7 et² *om. IT* 8 nec *addidi* 9 ne uiuentem *IT* dissessionem *I* discessionem *T* ei sub *IT* eis ubi *PW* 9/10 concennis *PW* concinnis *P*corr*W*corr concinnens *I* EXPLICIT—EVNDEM *PW om. IT* 11 item ēpla ysidori [ysiodori *I*] ad eundem cirillum *IT* 13 pranitate *scripsi* s̄p̄ū ita *PWIT* λήμης *Isid.* pestilentia *Rusticus* 14 qui *om. IT* 15 scripulose *PW* examinatione se docens *PW* 19 iohannem et dō amabilem *PWIT* 20 gloriam *T* differentiam *PW, corr. W* 27 consensionis *PW* 29 item *T* 30 oportet eam mirabilis *PW* oportet ammirabilis *IT* 31 apparebo *T* 33 altercarum *PWT* altercatorum *W* 34 ecclesiis *T* 35 EXPLICIT *om. IT*

DEFENSIO FIDEI FACTAE A CYRILLO

13 Inuicta pariter ueritate defendimus homousion patri dei filium esse et spiritum sanctum consubstantialem patri et filio confitendum. si ergo Arrii erroris insaniam armis communibus expugnamus, si non de solo patre neque de solo filio neque de solo spiritu sancto, sed de tota trinitate cum apostolo confitemur quia deus solus potens 1 Tim. 6, 15. 16 rex regum et dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem et lucem habitat inaccessibilem, quem nemo hominum uidet neque uidere potest, et unam Christi de trinitate personam dicimus passam, iure fatemur in altera eum pati potuisse natura, non illa quam cum patre et spiritu sancto creditur habere communem, sed quam de sua [deus] matre suscepit, quando se dei filius et filium esse hominis uoluit, non duplicata una eademque persona, sed inconuertibiliter coadunata utraque natura. idcirco aut in eo naturam confiteris secundum quam de Maria theotocon non negas genitum, aut communibus inimicis Arriis atque Manichæis indebitam conuinceris dare uictoriam, cum uel Christi deitatem dicis fuisse passibilem uel ei Manichæorum more carnis adimis ueritatem, si eum post uirginis partum naturam habere asseras singularem. EXPLICIT

ITERVM CAPITVLA BEATI CYRILLI ET TESTIMONIA DIVERSORVM

14 I Certe tamquam aliud in alio habitare, id est diuina natura in humanitate, non t. I 5 p. 203, 3—10 perpessa commixtionem aut confusionem aut commutationem, ut esset quod non erat. quicquid enim in alio habitare dicitur, non ipsum fiet tale quale est in quo habitat, sed aliud in alio magis intellegitur. at uero in uerbi natura et humanitatis solam nobis differentiam designat diuersitas naturarum; unus enim ex utraque intellegitur Christus. ergo inconfusione, ut ante dixi, seruata inhabitasse uerbum ait in nobis; scit enim unum esse filium unigenitum carnem factum et hominem. Ioh. 1, 14

[INCIPIVNT TESTIMONIA DIVERSORVM] SCI CYRILLI DE LIBRO VICESIMO SECVNDO DE THESAVRO

II Non enim unam esse naturalem operationem dicimus dei et facturæ, ut neque PG 75, 453 hoc quod factum est, in diuinam substantiam prouehamus neque quod diuinæ naturæ præcipuum est, in locum qui creaturis conuenit, deponamus.

ATHANASII IN LIBRO IIII ADVERSVS ARIANOS

III Si uideamus eum per instrumentum proprii corporis diuine aliquid agentem Athan. c Arian. 3, 35 aut dicentem, cognoscamus quia cum sit deus, hæc operatur, et rursus si uidemus humane loquentem uel patientem, non ignoremus quia carne uestitus factus est homo et sic hæc fecit. uniuscuiusque proprium cognoscentes et utraque ab uno agi uidentes recte credimus et numquam errabimus.

IIII GREGORII NYSENI EX LIBRO IIII EXPOSITIONVM IN BEATITVDINIBVS

Ieiunus enim quadraginta diebus permanens postea esuriuit. dedit enim PG 44, 1237 naturæ quando uoluit operari quæ sua sunt.

---

13 *incertum est unde hæc desumpta sint, a Cyrillo certe aliena esse uidentur*

PWIT

1 FACTA *W I corr* 2 homousii *PW* 3 sic *I* arriani *IT* errores *PW* 5 tota] sola *T* 7 uidit *IT* 8 alterum *PW, corr. W* 10 de sua d̄s *PW* d̄s de sua *IT* deus *deleui* 11 unam *PW* personam *W* 12 utramque naturam *W* 13 genitam *PW* ariis *PW, corr. W* arrianis *IT* 16 EXPLICIT *om. IT* 17 item *T* 18 I *om. W* certe *PW* certum est *IT* id est *om. I* diuinam naturam *IT* humanitatem *PWT* 19 perpessam *IT* 21 inhabitat *T* 22 nobis solam *T* 25 INCIPIVNT—DIVERSORVM *eieci* *postulatur* TRICESIMO SECVNDO 28 est *om. PW* 30 contra *T* ARRIOS *W* arrianum *IT* 36 nuseni *PWI* miseni *T* propositionum *W* impositionum *IT* 38 quando naturæ *PWT*

ITEM CYRILLI EX INTERPRETATIONE LEVITICI DE SYNAGOGA IVDAEORVM

PG 69, 576 V Duo quidem pullos iubet assumi uiuos et mundos, ut intellegas per uolatilia cælestem hominem simul et deum in duabus naturis.

Et post pauca

VI Vnus ex ambobus Christus; propterea et tamquam duo pulli in duabus naturis assumitur et intellegitur iterum uelut in ambobus, tamen uiuis et mundis.

ITERVM EIVSDEM EX INTERPRETATIONE APOPOMPEI

t. I, 4 p. 48, 23—25 VII Ergo uel si duo hircos portauit utilitas propter probationem sacramenti Christi uel si duo pullos, erat in ambobus uelut in passione et extra passionem et in morte et supra mortem.

ITERVM EIVSDEM EX EPISTOLA AD ORIENTALES SCRIPTA LAETENTVR CAELI

t. I, 4 p. 17, 18—20 VIII Nouimus deiloquos uiros alias quidem communes facientes uelut in una persona, alias autem diuidentes uelut in duabus naturis, et deo quidem decentes uoces secundum diuinitatem Christi, humiles autem secundum humanitatem tradentes.

GREGORII EPI NAZIAZENI EX LIBRO THEOPHANIA DICTO

VIIII Duplex enim erat in eo natura.

EIVSDEM EX EPISTOLA AD CLIDONIVM

ep. 101 cf. Exc. Ephes. XIIII X Naturæ quidem duæ, deus et homo, quoniam et anima et corpus, filii autem non duo.

ITEM CYRILLI AD THEODOSIVM IMPERATOREM AVGVSTVM

t. I, 1 p. 57, 16 XI Sicut in diuinitate perfectus, ita et in humanitate perfectus.

EIVSDEM IN LIBRO DE TRINITATE

PG 75 p. 853c XII Consubstantialis et coæternus deo et patri filius uelut terminum aliquod diuinitatis et humanitatis Christus in utrisque habens.

ANASTASII PAPAE ROMANI AD VRSICINVM

Coll. Auell. 81 p. 226, 21—227, 3 XIII Nam principium deus uerbum has nostræ naturæ primitias per multam sibi bonitatem unire dignatus est, qui non permixtus, sed in utrisque substantiis unus
Ioh. 2, 19 et ipse uisus secundum quod scriptum est soluite templum hoc et in tribus diebus suscitabo illud. soluitur enim Christus Iesus secundum meam substantiam, quam suscepit, et solutum suscitat proprium templum.

ITERVM ANASTASII PAPAE AD VRSICINVM

ibid. p. 226, 1—21 XIIII Confitemur ergo dominum nostrum Iesum Christum filium dei unigenitum ante omnia quidem sæcula sine principio ex patre natum secundum deitatem, nouissimis

---

VIIII *in or. 38 non inuenio nisi* 15 p. 328 διπλοῦς γὰρ ἦν XIII—XV *in Coll. Auellana et Berolinensi epistula dicitur* Gelasii ad Laurentium de Lignido, *sed cf. Abhndlg. d. Bayer. Akad. d. Wiss.* 10 p. 168 nr. 92.

PWIT

2 duos *IT* 5 VI *om. IT* ambabus *IT* duo—naturis *PW* duobus pullis *IT* in duabus naturis *neque hic neque infra* (6) *extant apud Cyrillum* 6 uelut *PW* uelut in duabus naturis *IT* in ambobus] ἐν ἀμφότερα *Cyr.* 7 item *T* APONPEIO *P* APOMPEI *WI* 8 VI *IT* duos *IT* hircos *om. T* 11 item *T* missa *T* 12 VII *IT* nouus *PW* deilocus *PW* 13 duobus *PW* deo] ideo *I* dicentes *PWI, corr. W* 15 nazanzeni *WIT* THEFANIA P 16 VIII *IT* 18 IX *IT* 20 augustum *om. I* 21 X *IT* in[2] *om. PW* 23 XI *T om. I* et[2] *om. I* aliquam *I* 26 XII *T om. I* principum *I* 27 uniri *PW* quia *PWIT* non *om. T* 28 est et *I* 29 eam *T* 30 et *om. T* 31 ITEM *W* 32 *hinc inde numeri in IT non ascripti sunt*

autem diebus de sancta uirgine Maria eundem incarnatum et perfectum hominem ex anima rationali et corporis susceptione, omousion patri secundum deitatem et omousion nobis secundum humanitatem. duarum enim naturarum perfectarum unitas facta est ineffabiliter. propter quod unum Christum eundem filium dei et hominis unigenitum a patre et primogenitum ex mortuis confitemur scientes quod quidem coæternus suo patri secundum diuinitatem, secundum quam opifex est omnium, et dignatus est post consensionem sanctæ uirginis, cum dixit ad angelum *ecce ancilla* Lc. 1, 38
domini, fiat mihi secundum uerbum tuum, ineffabiliter sibi ex ipsa ædificauit templum et istud sibi uniuit, quod non coæternum de sua substantia e cælo detulit corpus, sed ex massa nostræ substantiæ, hoc est ex uirgine. hoc accipiens et sibi uniens non deus uerbum in carne uersus est neque ut phantasma apparens, sed inconuertibiliter incommutabiliter suam conseruauit essentiam, primitias nostræ naturæ suscipiens sibi uniuit.

ITERVM EIVSDEM PAPAE AD EVNDEM VRSICINVM

xv Numquam autem per resurrectionem unitionis nostræ discessit a proprio templo ibid. p. 227, 4—6
nec discedere potest propter ineffabilem suam benignitatem.

PAPAE GELASII $\overline{\text{EPIS}}$ PER DARDANIAM CONSTITVTIS

xvi His igitur incitati per fratrem et coepiscopum nostrum Vrsicinum præsentia Coll. Auell. ep. 79 p. 220, 14—222, 9
dirigere scripta curauimus præeunte gratia salutationis hortantes ut magnanimiter auxilio domini tolerando rerum transeuntium uastitatem magis esse debeamus adtoniti ne, quod absit, perpetuæ subeamus uitæ dispendium. proinde quæ catholicæ ueritatis poscit utilitas præcauenda, dilectio uestra paulisper aduertat. apud Græcos, quibus multas hæreses abundare non dubium est, iam ante annos fere quadraginta v de domini nostri et saluatoris incarnatione nata conquæstio est Eutychen quondam presbytero Constantinopolitano in blasphemias proruente, per quas diceret unam tantummodo, id est solam diuinitatis naturam siue substantiam in domino Iesu Christo credere nos debere susceptæ carnis ueritate prorsus abolita. quod utique impium prauumque commentum Marcionistis Manichæisque coniunctum totum sine dubio salutis nostræ solueret sacramentum, si quidem quantum et scripturæ uenerabilis dicit
(xvii) auctoritas et maiorum testatur doctrina nostrorum, redemptorem mundi deum totum simul deum totumque hominem ex Maria uirgine fuisse genitum et huic mundo certum est extitisse conspicuum, sic passum atque resurrexisse constat a mortuis, ita XL diebus fuisse cum discipulis uersatum, in cælis ascendisse plena luce sit clarum et, quomodo Mt. 26, 64 Act. 1, 11
dictum, ad iudicium angelo testante uenturum, ut et filius hominis quem beatus Stephanus martyr a dextris uirtutis dei uidit astantem, manifestus appareat et quem Act. 7, 55
compunxerunt, persecutores eius aspiciant, quod nimirum sine carnis humanæ non Ioh. 19, 37

PWIT

1 ex *IT* 2 diuinitatem *I* 5 quidem est *IT* 6 coæterno *PW* suo *PW* deo *IT* 7 concessionem *I* dicitur *W* 8 ædificare *IT* 9 stut *P* stat *W* istad *W*corr statim *IT* de *I* 11 phantasmata *PW* 12 incommutabiliterque *W*corr et incommutabiliter *IT* et primitias *IT* 14 item *IT* eundem *om. T* 16 potuit *T* dignitatem *IT* 17 $\overline{\text{epi}}$ *PW om. IT* constitutos *W* 23 fere annos *W*corr fero *PWIT* 23/24 v de *P*corr*W* unde *P* annos *IT* 24 quæstio *IT* euthico *I* quondam] quod *P* quo *W* quoque *W*corr *om. IT* 26 diuinitati *PW* 27 nos credere *T* suscepta *PW* 29 soluere *PW* soluerit *T* 30 *inde a* redemptorem *nouum capitulum incipiunt PW inscribendo* ITEM EIVSDEM *numeroque* XVII *apposito* deum *om. I* 30/31 totum—deum *om. T* 32 perspicuum *T* ac *T* ex *IT* 33 sic *IT* et quomodo *PWIT* eoque modo *uel* eo quomodo *Gelas. codd.* 34 dictum est *IT* 35 ad *PWIT, corr. WI*

potest constare materia, cuius adsumptio glorificata est deitate non prorsus adsumpta. cf. 2 Ioh. 7 unde et beatus Iohannes apostolus dicit: qui negat Christum in carne uenisse, hic est antichristus, et gloriosus apostolus Paulus qualem hodieque credere debeamus dominum Col. 2, 9 nostrum Iesum Christum, palam professus est dicens: in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, quo breui capitulo simul Arrianam pestem et hanc quam diximus Eutychianam cælesti prædicatione subuertit, quia et nihil minus est, ubi omnis plenaque diuinitas habitare perhibetur et corporaliter exprimendo ueritate persistere nostri corporis approbatur. super his autem frequenter ab apostolica sede et per sanctæ memoriæ beatum Leonem et per successores eius certum est Græcos fuisse conuictos, sicut ipsorum chartis quas apud nos habemus, sine ambiguitate monstratur. tunc uero quamuis ipsam pestilentiam non audeant profiteri, his tamen qui talibus communicauerint meritoque secundum Calchedonensis decreta concilii ab apostolica sede damnati sunt EXPLICIT

INCIPIT BEATI THEODORITI DE TRINITATE

15 Salus autem est scientia existentis, existentis uero scientia est dei, deus autem Heb. 4, 15 est trinitas, cuius notitiam uerbum secundum similitudinem nostram præter peccatum Mt. 20, 19 factum dedit dicens discipulis: euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti. tres subsistentias siue personas ostendit dicens in patrem et filium et sanctum spiritum. propterea enim pater est et non filius neque spiritus, et filius est et neque pater neque spiritus, et spiritus spiritus sanctus est et neque pater neque filius. manifestauit autem se sancta Mt. 3, 16. 17 trinitas in Iordane, patre testante, filio baptizato, sancto spiritu in columbæ specie descendente. et pater non erat qui baptizabatur, sed filius; qui uero de sursum testabatur, non erat filius sed pater, et qui in specie columbæ descendit, non erat filius, qui baptizabatur, neque pater, qui de excelsis clamabat, sed spiritus sanctus. pater Mt. 3, 17 enim ab excelsis clamabat: hic est filius meus dilectus, in quo bene complacui, latens uerbum propter incarnationem ostendens; filius autem est incarnatum uerbum et a Iohanne baptizatus et spiritus sanctus propriam habens subsistentiam descendens ostendebatur in specie columbæ et permanens super eum.

[CONTRA SABELLIVM EIVSDEM BEATI THEODORITI.] Arguitur itaque insensatus Sabellius, qui sensu Iudaico asserit monarchiam intellegendo et sapiendo patrem non uere patrem et filium non uere filium et spiritum sanctum non uere spiritum sanctum, sed nomina solummodo sine subsistentiis tria in una persona coniciens. ut autem clare intellegatur, exemplo quodam tenui istius patefaciamus sensum. ait enim trinitatem non uere trinitatem personarum subsistentium esse. nomen Petrus, in baptismate uero Andreas et in militia Thomas; sed non uere trini huiusmodi trinitas

15 *primus edidit Stephanus Baluze in Miscellan. libro* IIII *p. 1 sq. coniecturas proposuit Cotelier in Monum. eccl. Græcæ 3, 560 sq.*

PWIT

2 iohannis *PW* 3 hodie quem *T* 5 quod *PW* 7 omni *PW* ueritatem *T* 9 beatæ *T* 10 conuinctos *P* conuintos *W* 11 tunc *PWT* nunc *I Gelas.* audeat *PW* his *PW* hi *IT* eos *Gelas.* 12 communicauerunt *T* 13 *excerptum in media sententia abrumpi apparet ex Gelasio* EXPLICIT *om. IT* 14 INCIPIT *om. IT* theoderiti *IT* 15 dei *Cotelier* ds̄ *PWIT* 16 notitia *P* secundum uerbum *I* 19 in *om. I* spm̄ scm̄ *IT* 21 spiritus *om. W*[corr] *IT* 22 spū sc̄o *IT* 25 celis *I* 26 de celis *I* mihi bene *WI* 27 est *om. T* 30 CONTRA—THEODORITI [theoderiti ep̄i *IT*] *PWIT, non crediderim ab excerptore hoc loco quicquam omissum esse* 33 tantummodo *T* 34 exemplo *P*[corr] exempla *PWIT* quodam *om. IT* tenui *Cotelier* tene *PWIT* 35 subsistentiuum *T*

est, nominum uero solummodo trinitas et non rerum est. res autem uere subsistens est pater, ex quo omnia, et res uere subsistens filius, per quem omnia, et res uere subsistens sanctus spiritus, in quo omnia. propter tres subsistentias tres res et propter unam eandemque naturam una eademque res. omnia ergo quæcumque facta sunt, a sancta trinitate habent essentiam et in ea consistunt. uerbo enim Ps. 32, 6 domini, [hoc est patris] cæli firmati sunt et spiritu oris eius omnis uirtus eorum. dominus autem pater, dominus autem et filius, dominus uero et spiritus sanctus; commune namque trium personarum est dominus et deus. dominus Deut. 6, 4 enim deus tuus dominus unus est. adtende quod dicitur: unus deus substantia atque natura, tres uero personæ, non alterius naturæ pater et alterius filius et alterius spiritus sanctus, sed una natura atque substantia. nam et animalia rationalia VI Ies. 6, 2. 3 alas habentia dicendo sanctus sanctus sanctus dominus in trinitate personarum prædicant unitatem. unitas enim in trinitate cognoscitur, in unitate trinitas una, deitas una et uirtus una et regnum unum; quod uult pater, uult et filius, uult et spiritus sanctus. trinitas autem quia pater filii subsistentis pater est et filius subsistentis patris est filius et spiritus sanctus subsistens est ex patre procedens et per filium datus. [aduersus Arrium impium] sed necessarium quidem est ut tres subsistentias confitendo malam sectam Arrii fugiamus. contraria enim Sabellio iudaizanti pergens uia et fugiens monarchiam in multorum deorum paganicam inruit opinionem subsistentias sanctæ trinitatis in una deitatis substantia non intendens, sed naturas et substantias extraneas subiectas alterutris, deum magnum definiens et paruum et minimum. fuge insensibilitatem; fugiens enim rem incongruam incongruentius adinuenit. introduxit enim sine fœdere prœlium sanctæ ecclesiæ dei filium minorando. respice itaque quomodo Sabellius quidem fugiens Arrium Iudæus est factus, quomodo autem Arrius Sabellium fugiens paganus effectus est. ille siquidem uniprincipium, hic uero multiprincipium allegauit; est autem media et uere regalis uia et ab hoc et ab illo abstinere. ait enim: non declinabis ad dexteram aut ad sinistram; uia regali cf. Num. 20, 17 perge. regalis autem uia est ut neque Sabellii continuatio uel et confusio suscipiatur neque Arrii diuisio, sed credantur tres quidem subsistentiæ siue personæ, non autem una trinitatis subsistentia secundum Sabellium, et una substantia seu natura confiteatur et non tres naturæ secundum Arrium. quia uero incerta sunt ignorantibus quæ dicuntur, quid est natura et substantia seu persona uel subsistentia, necessarium est de his breuiter explanare. inerudite namque multi se habentes delinquunt circa sanctam trinitatem et circa incarnatam dispensationem unius de trinitate dei uerbi nescientes quid est natura et substantia et quid est subsistentia atque persona. natura et substantia in nullo significatiuorum differunt nisi nomine; natura enim substantia est. subsistentia et persona in nullo significatiuorum differunt nisi nomine; subsistentia enim persona est. sed natura quidem et substantia hoc

9—11 *cf. Theodoreti quæst. in Deuteron. p. 262 Schulz* 11—13 *cf. eiusdem comment. in Is. p. 31, 24—26 Möhl* 18—31 *cf. eiusdem eranist. 2 p. 78 Sch.*

PWIT

1 et] est et *IT* res *IT* tres *PW* 3 sps scs *IT* 4 et—una *om. IT* 6 hoc—patris *PW om. IT* 8 communem *W* triumque *I* 9 dominus] ds *T* unus ds una *I* 16 est[1] *P*corr *om. PWIT* 17 aduersus—impium *PWIT, cf.* p. 150, 30 19 uiam *PWIT* duorum *PW, corr. P* 20 unam *PW* substantiam *PWT* 24 arrium *W*corr *IT* arius *PW* arrius *P*corr 26 alligauit *PW* 27 ad[2] *om. T* 28 et *PW* etiam *IT* ut *P*corr 30 et] sed *T* 32 quod *PW, corr. W* 35 nescientes *P om. WIT* et[1]] de *I* est de *I* 36—38 natura[2]—nomine *om. T* 37 substantia *P*corr persona *I* natura *PW* significatorum *I* 38 substantia *P, corr. P* hoc *om. I*

quod est commune, significant, persona uero et subsistentia quod proprium, significant. uelut una et communis omnium hominum natura est atque substantia, subsistentia uero et persona uniuscuiusque hominis proprium, et non quoniam innumerabiles personæ et subsistentiæ sunt hominum, propterea innumerabiles et naturæ siue substantiæ. una namque et idem substantia atque natura apud homines et non altera est et rursus non quoniam una et idem natura atque substantia omnium hominum est, propterea una est sola persona seu subsistentia omnium hominum. scimus enim diuersas personas hominum et non unam. Petrus enim et Iacobus et Iohannes unum quidem natura et substantia secundum quod homines sunt, non autem unum subsistentia uel persona. prôprium enim sunt singuli; Petrus enim non est Iacobus aut Iohannes. similiter autem et horum singuli non sunt quod alius; propria enim est uniuscuiusque persona seu subsistentia. idem autem immutabilitate naturæ siue substantiæ; quod enim est Petrus natura, hoc et Iacobus et Iohannes. quod autem est Petrus subsistentia, neque Iacobus neque Iohannes est; alter enim est Petrus et alter Iacobus alterque Iohannes. probatum est igitur quoniam non idem est natura et subsistentia neque idem substantia atque persona, idem autem natura et substantia, quod commune, non proprium significat, et idem persona et subsistentia, quod proprium et non commune declarat. educati siquidem et sicuti dicunt, exemplum secundum hominem sumentes ascendamus ad ratiocinationem diuinam sanctæ trinitatis uniuersa transilientis. nihil enim naturarum æquabitur creatori, licet aliquod eorum quæ sunt facta, sumatur exemplum propter breuitatem nostram in terra iacentium et erudientium uelut per quasdam imagines. ait enim
Ps. 38, 7 cantiloquus e t i a m i n i m a g i n e a m b u l a t h o m o, non ut consistat usque in hoc, sed iaculatur mentem a sensibilibus ad intellegibilia. sanctæ igitur trinitatis una quidem est natura atque substantia, commune est enim trium substantia; non autem una subsistentia seu persona: trium, patris et filii et spiritus sancti, tres subsistentiæ. oportet igitur desiderantem spiritales diuitias et uolentem Christianorum dogmata uindicare rerum non ignorare proprietates, ne forte aliud pro alio intellegens circa dogmata peccet. qui enim naturam et personam idem esse intellegit, aut in Arrii diuisionem incidit aut in confusionem Sabellii. Arrius enim tres subsistentias dicens tres etiam dicit naturas, Sabellius autem unam naturam dicens unam dicit et subsistentiam. idem ergo duæ hæreses sunt perpessæ, quoniam naturam et subsistentiam idem esse putauerunt, licet contrariæ alterutris dogmatibus esse uideantur. sancta uera ecclesia optime dogmata a principio seruans certissime nouit causas discernere unam dicens sanctæ trinitatis esse naturam, non unam subsistentiam, sicuti Sabellius, sed tres quidem dicens subsistentias, non tres naturas, sicut Arrius. et unam naturam nouit, quod commune est, subsistentiam uero non unam, quod proprium. dicendo enim unam naturam indiuisibilitatem prædicat trinitatis, dicendo autem tres subsistentias inconfusibilitatem trinitatis agnoscit. multi autem ecclesiæ filiorum

PWIT

1 communionem *PW*, *corr. P* quod est *I* 4 innumerabilem *PW* 5 eadem *IT* substantiæ atque naturæ *P* omnes homines *I* 6 eadem *IT* 11 aut] autem *W* iacobus autem non est *W*corr 12 est enim *WIT* autem *P*corr autem hi *P* autem tres *W* autem uel *I* autem sunt *I*corr*T* 13/14 est—est[1] *om. I* 14 est neque iohannes *T* neque iohannes *I* 14/15 est enim *WIT* 15 iohannes est *IT* 18 substantia *PW*, sicut *IT* 20 transilientes *T* *coniecerim* creaturarum 21 aliquot *T* sumantur in *IT* 23 ambulet *PW* 24 intelligenda *T* 26 s̄cı s̄ps *IT* 28 proprietates *IT* propriæ esset [esse *P*corr*W*corr] *PW* alios *PW*, *corr. P* 31 dicet *PW*, *corr. W* et] esse *I* 32 perpessi *PW* 37 subsistentias *IT* non unam *P*corr *om. PWIT* proprium est *T* 38 prædicat *om. IT* 39 agnoscet *PW*

propter reuerentiam seu formidinem discere declinantes ex ignorantia peccant circa trinitatem et circa incarnatam dispensationem, Christianismus autem uere est scientia inenarrabilis sanctæ trinitatis. per hanc sanctam scientiam ab ignorantia liberatus homo gratia filius dei uocatur detergens maculas peccatorum per opera bona, ex quibus præcipue purgata mens fit susceptibilis sanctæ trinitatis et unitatis. trinitatem namque personarum subsistentium huiusmodi mens * * id est et in patre et filio et sancto spiritu suscipit. ueniemus enim, inquit trinitas, et mansionem (Ioh. 14, 23) faciemus apud eum; ubi enim filius, ibi et pater et sanctus spiritus. sit autem nobis in exemplo homo ad imaginem dei et similitudinem factus. seruat enim in (Gen. 1, 26) semet ipso tamquam imago eius cuius est imago, similitudinem, sed inferior est tamquam factura et creatura. non alienus autem a dei cognitione est * * licet non existentibus donante creatore. intellectus autem est iste secundum interiorem hominem, non extra rationem (genetiuus namque est intellectus rationis), sed neque extra spiritum. est enim intellectus intellegens et ⟨ratio⟩ ratiocinatrix et spiritus palam faciens, et contemplatur [et] unum substantia, tria proprietatibus. mens enim seu intellectus pater uerbi; habet enim uerbum proprium in abscondito una cum spiritu proprio. mouetur enim et ratiocinatur mens in spiritu. mens autem aliud est præter rationem et iterum ratio non est mens secundum quod ratio est, sed singula singulatim cognoscuntur, inseparabilia uero sunt horum singula naturaliter. una enim substantia, sed non quoniam una substantia, una quoque proprietas. non enim quoniam tres proprietates, tres quoque substantiæ; non enim erant tria unum, si tres essent substantiæ, neque unum tria, si una proprietas. ascende iam sumens scabellum nostrum exemplum ad illam mentem quæ ultra omnia est, qui uere pater est et uerbum. ibi enim uere est unitas trinitas et trinitas uere est unitas. propterea enim pater ⟨pater⟩ existens subsistentia inseparabiliter habet filium et spiritum et filius filius existens subsistentia inseparabiliter habet patrem et spiritum et sanctus spiritus spiritus existens subsistentia inseparabiliter habet patrem et filium. et separatur unumquodque et non separatur; secundum quod separatur subsistentiis, uere trinitas, secundum quod non separatur substantia, uere unitas est. qui autem huius faui suauissimi gustum non habent diuinæ ratiocinationis inexpertes existentes, inlusi humano spiritu tamquam animales non suscipiunt quæ spiritus dei sunt. stul- (2 Cor. 2, 14) titia enim eis est et scire non possunt. aiunt enim: si tria, quomodo unum? et si

---

11—22 *apte confert Cotelier Theodoreti quæst. in Genes. 20 p. 28 Sch. ceterum proxime ad hæc accedunt ea quæ Doctr. patr. 1, 1* ἐκ τῶν Κλημεντίων *adferuntur; in Homiliis earumque epitomis quæ nunc feruntur, non extant*

PWIT

1 discedere *PT, corr. P* 2 Christianismus *Cotelier* xpianissimus *PWIT* scientiam inueniens *IT* 3 inenarrabilis *PW* uenerabilis *IT* 3/4 liberatur *PW* 4 gram *I* maculam *T* 6 *lacunam indicaui e. g. supplendo* in omnibus tribus 7 in filio *T* suscipit *T* suscepit *I* suscepi *PW* suscipi *W^corr* 8 apud eum faciemus *IT* sps scs *IT* 10 ipsum *PWIT, corr. W* eius] eris *W* 11 *lacunam indicaui, haud pauca excidisse uidentur; cf. Theodoret. quæst. in Gen. 20 p. 28* οὗ δὴ χάριν καὶ ἀνυπόστατος ὁ λόγος ἐστὶν καὶ τὸ πνεῦμα, ἐπὶ δὲ τῆς ἁγίας τριάδος τρεῖς νοοῦμεν τὰς ὑποστάσεις καὶ . . . καθ' ἑαυτὰς ὑφεστώσας non] ex non *I* 12 autem est *WI* autem et *P* est autem *T* 13 ratione *W* genetibus *PW* generibus *W^corr* 14 ratio *add. Cotelier* mens racionatrix *I* 15 contemplatur *PWT* [= θεωρεῖται] contemplator *I* et² *om. I* substantia unum *T* substantia *PW* 18 quod est ratio *I* 19 singillatim *W* 21 erant *om. T* 23 qui] que *I* 24 est³ *om. T* 24/25 propterea *PW* propria *IT* 25 pater *add. Cotelier* substantia *T* 26 filius² *om. T* substantia *PW, corr. P* 26/27 et³—filium *om. IT* 28 unum quoque *PW, corr. P* 29 a substantia *W* quia *PWT, corr. P* 31 inclusi *IT, corr. I* 32 est eis *I*

unum, quomodo tria? incongrua ratione unum percipientes et tria. si unum enim, inquit, una subsistentia et non tres; si uero tria, tres omnimodis substantiæ et non una. non enim possibile est, inquit, unum esse tria neque rursum tria unum, non contemplantes suptilissimis sensibus cælestissimam scientiæ profunditatem, secundum quid unum tria et secundum quid tria unum. secundum quod immutabiliter habet ad semet ipsam trinitas una natura existens, propter hoc unum trinitas; porro secundum quod non una persona, sed tres trinitas, uere est unitas trinitas personis, non substantia, et unitas substantia, non personis. secundum aliud uero trinitas trinitas et secundum aliud unitas unitas est. alius enim et alius et alius, tres enim subsistentiæ; non autem aliud et aliud et aliud, una enim natura atque substantia est.
Sap. Sal. 1, 2 clare uero ostendit semet ipsam ueritas credentibus; inuenitur enim ab eis qui non temptant eam, et apparet non discredentibus sibi. EXPLICIT BEATI THEODORITI DE TRINITATE

SCI QVINTIANI EPI ASCVLANI AD PETRVM ANTIOCHENVM

Coll. Auell. 72 p. 176, 25—180, 8 **16** I Omnis itaque qui dicit unam naturam dei uerbi et carnis et non duas unitas indiuisasque, damnetur.

II Si quis confundit duas Christi naturas dicens deum passum carne et non passum
1 Petr. 4, 1 Christum carne secundum apostolum, damnetur.

III Si quis inpassibilem immortalem deum uerbum dicit conuersum in passione ac morte et non hæc reddit eius carni, damnetur.

IIII Si quis uocem trisagian, id est ter sanctam dicit propter nos crucifixam et non dominum nostrum Iesum Christum filium dei unigenitum, damnetur.

V Si quis post uocem ter sancta deum dicit crucifixum propter nos et non potius unum filium, cui in medio ter sanctæ uocis ymnus dicitur, damnetur.

VI Si quis hominem dicit qui pro nobis crucifixus, siue deum diuidendo naturas et non eas copulando in crucifixione eius, damnetur.

VII Si quis dicit duas personas seu subsistentias et non potius duas naturas in unam personam et unam subsistentiam concurrentes, damnetur.

VIII Si quis alterius essentiæ dicit carnem domini carne nostra et non potius nobis consubstantialem absque peccato, damnetur.

VIIII Si quis deum hominem et non magis deum et hominem dicit, damnetur.

X Si quis dicit creatum patris uerbum et non magis eius carnem, damnetur.

XI Si quis dicit consubstantialem carnem domini deo et patri et non potius deum uerbum, damnetur.

XII Si quis dicit sine mente et sine anima dominum nostrum Iesum Christum et pro ea habuisse diuinitatem et quia ex hoc dicendum passum carne deum uerbum et non magis mente cum anima rationali inhumanatum deum uerbum et inpassibilem dicendum eundem diuinitate, humanitate uero passibilem, damnetur.

5—6 *cf. Theodoret. eran. 1 p. 9 Sch.*

PWIT

2. 3 inquiunt *IT* 4 subtilissimam *IT* scelestissimam *PW* celestissimis *I* scelestissimis *T* 5 quid[1]] qui *W* secundum[2] *om. PW* 6 trinitas[1] *om. IT* 8 uero aliud *I* 9/10 substantiæ *T* 10 et aliud[3] *del. W* 11 uero *PWI* enim *T* 12 EXPLICIT *om. T* 12—13 BEATI—TRINITATE *om. IT* 14 incipit sci *IT* QVINTINIANI *PT* ASCYLIANI *P* 19/20 passionem ac mortem *W corr* 21 trisagiam *IT* 22 Christum *om. T* 24 tre sce *I* uoces *PWI* 25 crucifixus est *I* 26 eius *om. P* 28 in unam *I* concurrentes *PW* in unum concurrentes *IT* 31 VIIII *om., pro* X. XI. XII *habent* VIIII. X. XI *IT* 32 creaturam *I* 33 et[2] *IT om. PW* potius non *I* ds *W* 35 xpm ihm *P* 36 discendnm *I* 38 diuinitatem *PW, corr. W* humanitatem *T*

INCIP̄ CAP̄ ASCLIPIADIS EP̄I TRALLENSIS MISSA AD IDEM PETRVM ANTIOCHENVM

17 I Si quis apponit in trisagio crucem præter filium dei, anathema sit. Coll. Auell. 78 p. 216, 19–218, 16

II Si quis quaternitatem introducit in trisagio apponens post trinitatem Christum crucifixum, anathema sit.

III Si quis confundit trinitatem eundem dicens esse patrem et filium et sanctum spiritum, anathema sit.

IIII Si quis distinguit unam essentiam trinitatis in duas, anathema sit.

V Si quis unum filium secat in dualitatem filiorum, anathema sit.

VI Si quis dei uerbum et carnem dicit unam naturam ignorans naturarum differentiam, anathema sit.

VII Si quis diuinam naturam filii confundit passionibus carnis eius et non confitetur eum spiritu inpassibilem, carne uero passum, anathema sit. cf. 1 Petr. 3, 18

VIII Si quis dicit dei passibilitatem aut mortem gustasse deum tamquam ad hæc cum bona uoluntate uenisse, cum conuersus esset, et non confitetur eum tamquam deum non fuisse sub dominatione mortis, mortem uero mortificasse per carnem suam mortalem quam adsumpsit, anathema sit.

VIIII Credimus enim quia uita uita est et non recidit in mortem; tu autem cognosce et abscidere in quibus inique locutus es. tamen sit et est dei gratia cum his qui recte uerbum prædicant ueritatis. EXPLICIVNT CAPITVLA

PWIT

1 *om. IT* 2 XIII *I* XII *T* 3 XIIII *I* XIII *T* quaternitatem *IT* quæ æternitatem *PW* 5 XV *I* XIIII *T* 5/6 spm̄ scm̄ *IT* 7 XVI *I* XV *T* 8 XVII *I* XVI *T* dualitate *PWIT* 9 XVIII *I* XVII *T* 11 XIX *I* XVIII *T* diuinam *IT* unam *PW* 12 inpassilem *P* 13 XX *I* XIX *T* 17 XXI *I* XX *T* recedit *PWIT, corr. P* 18 abscide *IT* 19 EXPLICIVNT CAPITVLA *W om. PIT*

INDICES

I

IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR

Quæ ex Græco translata sunt et Græce extant, asterisco notata sunt

---

[1]) p. 11, 33 *deleas* ⟨litteræ⟩.

II

ADFERVNTVR

præter s. scripturam symbola canones

III
VOCABVLA

res grammaticæ

index translationum

ἀγανακτήσαντες cf. indignati
ἀγανακτήσεως cf. indignatio
ἀγρίοις cf. ferocibus
ἀγριότητα cf. ferocitatem
ἀγωνιῶ cf. formido
ἀγωνίζεσθαι cf. concertari
ἀδικῶσι cf. lædant
ἀθεμίτων cf. nefandis
ἀθλητῶν cf. athletarum
ἄθλιος cf. infeliciter
ἀθρόως cf. subito
αἰδεσίμων cf. reuerendis
αἰκισμῶν cf. tormentis
αἰσχύνης cf. confusionis
αἰτίας cf. causarum
αἰτιάσομαι cf. causabor
αἰτίους cf. auctores
ἀκριβείαι cf. scrupulositas
ἀκριβοῦς cf. certissime. scrupulosæ. subtilissima
ἁλίσκεσθε cf. comperimini
ἄμυναν cf. ultione
ἀμφισβήτησιν cf. dubitationem
ἀμώμητον cf. immaculatam
ἀνάγωμεν cf. prouehamus
ἀναισθήτως cf. insensibiliter
ἀνεύθυνον cf. inculpabilem
ἀνοήτως cf. stulte
ἀντιδώσομεν cf. rependimus
ἀντίδοσις cf. retributio
ἀντιπάθεια cf. aduersitas
ἄνωθεν cf. antiqua
ἀξιούμενοι cf. promerentur
ἀπαγορεύοντες cf. abdicantes
ἀπαξιοῖ cf. indigne
ἀπηρτισμένον cf. integram
ἀπατεῶνες cf. impostores
ἀπειλεῖ cf. comminatur
ἀπηνῶς cf. crudelia
ἀπλῆγα cf. plagatus
ἀπόσιτος cf. ieiunus
ἀποφάσεις cf. sententias
ἄρα cf. forsitan. fortasse
ἀρρωστία cf. inæqualitas
ἄρτι cf. modo
ἀρχηγός cf. princeps
ἀσαλεύτως cf. inconcusse
ἀσπαζόμεθα cf. amplectimur
ἀστασιάστου cf. incommota
ἠτακτηκόσι cf. seditiosis
ἀταξίαι cf. seditione
ἀτελεύτητον cf. obitu
ἠτιμάσμεθα cf. dehonestati. iniuriari
ἀτιμίαν cf. dehonestationem
ἀτοπημάτων cf. incongrua
ἄτοπα cf. incongrua
τοῖς αὐτοῖς cf. ipsis
ἄφθαρτον cf. incorruptam
ἀφορήτου cf. importabilis
ἀφορμάς cf. occasio
ἀχράντωι cf. intemeratæ
βασανίσαντις cf. plectentes
βδελυσσόμεθα cf. abominamus
βεβήλους cf. pollutas
βίβλους cf. uolumina
βλάβης cf. uexationis
βλαβέν cf. uexatum
γενεάς cf. generationes
γενητοῖς cf. creaturis
γένη cf. generationes
γνώμης cf. uoluntatis. uotum
γνωρίζει cf. manifestant
δεινά cf. crudelia. pessimum
δεξιώσωμαι cf. amplectimur
διαβολαῖς cf. oblocutionibus
διαμαρτύρασθαι cf. contestari
διατάγματα cf. præcepta
διαφόρως cf. frequenter
διδασκαλίαις cf. dogmatibus
διδαχθέντες cf. agnoscentes
διέποντος cf. exornantem
διηνεκῶς cf. perpetuum
δίκαις cf. ultione
δικαίως cf. iustissime
διορθώσεσι cf. correctioni
δοξάρια cf. opinatiunculas
δοξολογίαν cf. glorificationem
δυνάμεως cf. uirtutis
δυνάμενον cf. ualeat. potentem
εἴδησιν cf. scientiam
εἰκότως cf. competenter
ἐκδικεῖν cf. uindicare
ἐκδίκησιν cf. defensione. ultione
ἐλεεινῶς cf. miserande
ἐμφύτου cf. insertæ
ἔναγχος cf. nuper
ἐναργῶς cf. palam
ἐνέργειαν cf. operationem
ἐνεργῆσαι cf. operari
ἐνθυμηθέντες cf. consideremus

ACTA CONCILIORVM OECVMENICORVM

IVSSV ATQVE MANDATO

SOCIETATIS SCIENTIARVM
ARGENTORATENSIS

EDIDIT

EDVARDVS SCHWARTZ

TOMVS ALTER

VOLVMEN SEXTUM



MDCCCCXXXVIII

WALTER DE GRUYTER & CO.

VORM. G. J. GÖSCHEN'SCHE VERLAGSHANDLUNG — J. GUTTENTAG, VERLAGS-BUCHHANDLUNG — GEORG REIMER — KARL J. TRÜBNER — VEIT & COMP.

BEROLINI ET LIPSIAE

CONCILIVM VNIVERSALE CHALCEDONENSE

EDIDIT

EDVARDVS SCHWARTZ

VOLVMEN SEXTVM

PROSOPOGRAPHIA ET TOPOGRAPHIA

ACTORUM CHALCEDONENSIVM ET ENCYCLIORVM

INDICES



MDCCCCXXXVIII

WALTER DE GRUYTER & CO.

VORMALS G. J. GÖSCHEN'SCHE VERLAGSHANDLUNG — J. GUTTENTAG, VERLAGS-BUCHHANDLUNG — GEORG REIMER — KARL J. TRÜBNER — VEIT & COMP.

BEROLINI ET LIPSIAE

PRÆFATIO

Hoc uolumen sextum atque ultimum tomi alterius continet eos indices quos utilius commodiusque uisum est in unum congerere quam distribuere inter singula uolumina. neque magis placuit nomina episcoporum clericorum monachorum atque ciuitatum episcopalium, quæ habent catalogi gestis actionum Chalcedonensium præmissi uel inserti, ut taceam de episcopis sententiam ferentibus, conexu proprio perspicuoque priuare et inter indices generales hominum locorumque dispergere. apte enim atque ex ipsa rerum ratione disposita moles ista nominum ostendit quasi tabulam quamuis non plenam, tamen ad plenitudinem aliquo certe modo proxime accedentem eius ecclesiæ quæ medio sæculo quinto per imperii mundani dioceses prouincias ciuitates ab archiepiscopis metropolitis episcopis regebatur. accedunt enumerationes summorum magistratuum et senatus, quæ gestorum Chalcedonensium propriæ neque in ceterorum conciliorum neque in imperii illorum temporum monumentis præsto sunt historiam inseparabilem imperii ecclesiæque scrutantibus. quibus omnibus consideratis præmittere indicibus constitui prosopographiam et topographiam gestorum Chalcedonensium, ita tamen ut laborem non restringerem in finibus ipsius concilii Chalcedonensis, sed ad omnia extenderem gesta quæ ibi lecta sunt; enumerata illa inuenies in indice I p. 115. omisi catalogos concilii Epheseni prioris, addidi Encycliorum ex huius tomi uolumine quinto. dum istam prosopographiam topographiamque compono, in multa incidi, quæ ex illa congerie concludi possunt debentque, imprimis quando adhibetur catalogus subscriptorum qui extat in canonum collectione Syriaca et Latina codicum aliquot Dionysianæ uel Hadrianæ; denique euasit ex his inuestigationibus materies longe amplior atque intricatior quam ut arctis præfationis terminis coerceretur. speciali igitur eam libro tractaui, quem inscriptum *Über die Bischofslisten der Synoden von Chalkedon, Nicæa und Konstantinopel* academia scientiarum Bauarica anno qui huic præcessit, in fasciculum 13 nouæ commentationum seriei recepit.

Septuagenarius fere hunc tomum excudere cœpi uiro optimo C. H. Turner paulo ante mortem præmaturam gratulante. bello infausto factum est ut uel initium operis quo nullum longiore tempore atque otio ad maturandum indiguit, differretur usque ad senectutem, cui periculum imminet cunctando omnia perdere neque licet anxia sollicitudine omnia usque ad puluisculum iterum iterumque perpolire sicut illum decet a quo longe terminus uitæ distat. ipse optime scio propter ingratam celeritatis necessitudinem mihi plus semel euenisse ut aut incorrecta relinquere deberem quæ errata esse sero cognoui, aut iterum iterumque me peccasse confiteri. quod facere malui quamuis lectoribus incommoda inde pariantur; scripsi enim scriboque et scribam doceri uolentibus serio neque delectationem curiose quærentibus.

Restat ut gratias agam iis sine quorum auxiliis opus neque ita ut fieri debuit, præparari neque confectum in lucem produci potuit. codicum phototypa multa et

optima per munificentiam Pii papæ XI et sellicitudinem infatigabilem eminentissimorum cardinalium Ehrle et Mercati accepi; gratissimo et largo dono oblato subuenit amicorum collegarumque atque olim discipulorum cohors, quando septuagesima natalicia celebraui. non me deseruerunt neque Societas scientiarum Argentoratensis nunc uniuersitati Francofurtensi adgregata neque bibliopolæ beniuola prudentia neque typothetarum laboriosa sedulitas. quibus omnibus sinceras ex animo grates habeo dicoque. alius generis, sed non minorem gratitudinem testor ipsi operi quod per amplius decem annos inplacabiliter imminens animum et alacrem et firmum tenuit senis ab isto alieni sæculo, cui ægre ferre lætum gloriosumque uidetur, si quis seueræ incorruptæque philologorum Musæ seruire uiro bono non indignum esse censet.

Monachii mense Ianuario anni h. s. XXXVIII

E. Schwartz

PROSOPOGRAPHIA ET TOPOGRAPHIA ACTORVM CHALCEDONENSIVM ET ENCYCLIORVM

τῶι κόμητι δομεστίκων καὶ τῶν θείων στάβλων Ἀετίωι: comitatur imperatorem [6, 2] 9

τοῦ στρατηλάτου καί ἀπὸ ὑπάτων [440] καὶ πατρικίου Ἀνατολίου: adest actioni I [I, 2] I; III [3, I] I; IIII [4, I] I; V [5, I] p. 317, 12; VIII [8, I τοῦ πατρικίου Ἀ.] I; VIIII [9, I] I; X [10, I] I; XII [12, I] I; XIIII [14, I] I; XV [15, I] I; XVI [16, I] I; XVII [17, I] I; 19 [19, I] I; actioni de Domno uol. II p. III, 26; comitatur imperatorem [6, 2] I

τῶι ἀπὸ ἐπάρχων καὶ πατρικίωι Ἀντιόχωι (I), de senatu: comitatur imperatorem [6, 2] 15

τῶι ἀπὸ ἐπάρχων πόλεως Ἀντιόχωι (2), de senatu: comitatur imperatorem [6, 2] 21

τῶι ἀπὸ ἐπάρχων πόλεως Ἀνυσίωι, de senatu: comitatur imperatorem [6, 2] 22

τοῖς ἀπὸ κυεστόρων Ἀπολλοδώρωι Θεοδώρωι καὶ Μηνᾶι, de senatu: comitantur imperatorem [6, 2] 28

τοῦ ἀπὸ ἐπάρχων Ἀπολλωνίου, de senatu: adest actioni I [I, 2] 14; III [3, I] 14; IIII [4, I] 14; comitatur imperatorem [6, 2] 20

haud raro in Græcis πάπας *mutatur*: Pascasinus episcopus uice domini mei beatissimi atque apostolici uniuersalis ecclesiæ papæ urbis Romæ Leonis synodo præsidens statui consensi et [*pro* synodo—et *habent* in concilio his quæ Græce lecta sunt $Φ^{a}$ statuens $Φ^{c}$] suscripsi III 415, 29 = Π. ἐπίσκοπος ἐπέχων τὸν τόπον τοῦ δεσπότου μου τοῦ μακαριωτάτου καὶ ἀποστολικοῦ τῆς οἰκουμενικῆς ἐκκλησίας ἐπισκόπου πόλεως Ῥώμης τοῖς Ἑλληνιστὶ ἀναγνωσθεῖσιν ὑπέγραψα 337, 18. Lucensius episcopus ... uicarius domini mei beatissimi et apostolici uiri uniuersalis ecclesiæ papæ [episcopi $Φ^{a}$] urbis Romæ Leonis in synodo Græce relecta suscripsi III 416, 2 = Λουκίνσιος ἐπίσκοπος ... ἐπέχων τὸν τόπον τοῦ δεσπότου μου τοῦ μακαριωτάτου καὶ ἀποστολικοῦ ἀνδρὸς πάσης ἐκκλησίας ἐπισκόπου πόλεως Ῥώμης Λέοντος ἐν τῆι συνόδωι τοῖς Ἑλληνιστὶ ἀναγνωσθεῖσιν ὑπέγραψα 337, 22. Bonifatius presbyter urbis Romæ uicarius domini mei beatissimi et apostolici uiri uniuersalis ecclesiæ papæ [episcopi $Φ^{a}$] urbis Romæ Leonis cum uniuersa synodo consensi et [*pro* cum—et *habet* in concilio his quæ Græce lecta sunt $Φ^{a}$] suscripsi III 416, 5 = Βονιφάτιος πρεσβύτερος πόλεως Ῥώμης ἐπέχων τὸν τόπον τοῦ δεσπότου μου τοῦ μακαριωτάτου καὶ ἀποστολικοῦ ἀνδρὸς τῆς οἰκουμενικῆς ἐκκλησίας ἐπισκόπου πόλεως Ῥώμης ἐν τῆι συνόδωι τοῖς Ἑλληνιστὶ ἀναγνωσθεῖσιν ὑπέγραψα 337, 25. apostolici et beatissimi uiri papæ Leonis (*interlocutio legatorum Romanorum*) III 390, 5 = τοῦ ἀποστολικοῦ καὶ μακαριωτάτου ἀνδρὸς ἀρχιεπισκόπου Λέοντος 319, 27. beatissimi atque apostolici uiri uniuersalis ecclesiæ papæ Leonis (*interlocutio Pascasini*) III 364, 23 = τοῦ μακαριωτάτου ἀνδρὸς πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν ἀρχιεπισκόπου Λέοντος 289, 28. beatissimi atque apostolici uiri papæ Romani [Romani episcopi $Φ^{ac}$] III 94, 12 = τοῦ μακαριωτάτου καὶ ἀποστολικοῦ ἀνδρὸς ἐπισκόπου Ῥώμης 114, 23. aposto-

ἐν ἐκκλησίαι πόλεως ἢ κώμης ἢ μαρτυρίωι ἢ μοναστηρίωι 355, 27. μήτε ἀπὸ μοναστηρίου μήτε ἀπὸ ἐκκλησίας μήτε ἀπὸ μαρτυρίου 312, 17. cf. uol. III ind. s. u. basilica. μοναστήριον ἢ εὐκτήριον οἶκον 355, 14. τὸ θυσιαστήριον *in monasterio Eutychis* 187, 3. τῶν πτωχείων καὶ μοναστηρίων καὶ μαρτυρίων 355, 34. μαρτυρίων ἢ πτωχείων ἢ ξενοδοχείων 356, 18. τὰ μοναστήρια ἢ τὰς ξενίας 486, 33. οἰκοδομεῖν μοναστήριον 353, 3. 355, 13. τὰ μοναστήρια καὶ τὰ οἰκήματα 488, 17. 18. ξενεῶνι τῶν λελωβημένων 215, 6. 8. 9. τὰ ἅπαξ καθιερωθέντα μοναστήρια 358, 24. πτωχεῖον ἐποίησα καὶ ἔθηκα εἰς αὐτὸ ἑβδομήκοντα κραββάτια 405, 21

τὸ ἐπισκοπεῖον 75, 29. 137, 25. 28. 30. 177, 32. ἄνω ἐν τῶι ἐπισκοπείωι 377, 37. τὸ ἀνώγεων δοπίτιν 176, 3. τῶι ἐπισκοπείωι καὶ τῶι λουτρῶι τούτου 214, 9. 215, 24. cf. uol. I 3 ind. p. 148[b] σήκρητον

ἡ ἡμέρα τῶν γενεθλίων Ἰησοῦ Χριστοῦ 187, 9. ἡ τῶν ἐπιφανίων ἡμέρα 187, 12. τεσσαρακοστή 379, 36. superueniente festiuitate quadragesimæ ascensionis (*i. e.* ἀναστάσεως) V 113, 19. τῆς σωτηρίου ἑορτῆς τοῦ ἁγίου πάσχα προσελαυνούσης, ἐν ἧι καὶ διὰ τὰς κατηχήσεις καὶ διὰ τοὺς ἀξιουμένους τοῦ ἁγίου βαπτίσματος χρεία τῆς αὐτοῦ (*Ibæ episcopi*) παρουσίας 394, 19. ἡ τοῦ πάθους ἡμέρα καὶ νὺξ ἱερὰ καὶ ἡ τῆς ἀναστάσεως ἑορτή, καθ' ἣν λύεται μὲν τοῖς πλείστοις τῶν ἡμαρτηκότων τὰ ἀπὸ τῶν ἁγίων ἡμῶν πατέρων ἐπιτίμια, λύεται δὲ παρὰ τῶν βασιλευόντων ἐπὶ τῶν ἐγκλημάτων τὰ δεσμὰ τοῖς ὑπευθύνοις 187, 15. μνείας τῶν μαρτύρων 384, 17. post uenerabilem noctem diei apostoli (*Petri, d. 22. m. Febr.*) III 14, 2. τὰ ἅγια δῶρα 377, 57. τρισάγιον 195, 30

Epithetorum quæ episcopis et clericis ob dignitatem attribuuntur, usus Græcus et Latinus partim communis partim diversus est. quod Latine epithetis frequenter additur uir, *e. g.* uir reuerentissimus, *sicut* uir clarissimus, uir spectabilis *similia, a Græcitate alienum est; sicubi legitur* ἀνήρ, *translatorem prodit. sollemnia epitheta Græca quæ in quauis pagina leguntur, sunt* εὐλαβέστατος ἁγιώτατος ὁσιώτατος θεοσεβέστατος θεοφιλέστατος, *quorum tria priora cum Latinis communia sunt, ita tamen, ut* reuerentissimus *ponatur pro* εὐλαβέστατος, sanctissimus *epithetis et* ἁγιώτατος *et* ὁσιώτατος *par esse soleat. a Latinitate primitus aliena sunt* θεοφιλέστατος *et* θεοσεβέστατος, *Græcitas non habet* uenerabilis (uenerandus) *neque* beatissimus *uiuis tribuit nisi in locis ex Latino translatis uel, quod rarissime fit, usum Latinum secutis. ipsorum igitur locorum conspectu manifesta fiet et prisca utriusque sermonis consuetudo qua epitheta frequenter mutantur, et studium accurate transferendi, quod Rusticus minime primus inuenit, nimio uero, ne dicam absurdo zelo excoluit.*

uenerabili [uiri uenerabiles II 110, 29. 5] ~ εὐλαβεστάτου III 466, 26. 462, 19. 482, 7. II 110, 5. 6. 7. 29. 31. 111, 7. uenerabile sanctumque hoc concilium III 149, 24 ~ ἡ εὐλαβεστάτη καὶ ἁγία σύνοδος 163, 39. *ponitur pro* uenerabiles $Φ^a$ = εὐλαβέστατοι *in* $Φ^{cr}$ reuerentissimi III 485, 26; *aliis locis* [III 486, 24. 487, 1. 4. 5. 8. 10] *habent* $Φ^a$ uenerabilis, $Φ^r$ reuerentissimus, *utrumque codices* $Φ^c$. uenerabilis *pro* εὐλαβέστατος *extat in* $Φ^{ac}$, reuerentissimus *in* $Φ^r$ III 467, 22. 468, 29. 458, 13. 462, 18. 478, 14. *denique notentur* uenerabili [*om.* $Φ^{ac}$, *habent duo codices* $Φ^c$ *per correcturam et* $Φ^r$] clero III 290, 7 ~ ὁ εὐλαβὴς κλῆρος 218, 28; hominibus potentibus atque uenerabilibus III 493, 8 ~ ἀνθρώπων δυνατῶν καὶ εὐλαβῶν 404, 22. uenerandæ memoriæ V 5, 1 ~ 484, 8. — uenerabilis Romanus pontifex III 558, 14 ~ ὁ θεοφιλὴς τῆς Ῥώμης πρόεδρος 472, 34. uenerabilem ~ θεοφιλεστάτου II 111, 1, *item* $Φ^{ac}$ III 466, 22. 503, 7. 523, 34 [uenerandi III 173, 10], *sed* deo amicissimi $Φ^r$. uenerabilibus [uenerandis III 547, 20] ~ θεοφιλεστάτων III 547, 18. 20 $Φ^{ac}$, religiosissimis $Φ^r$; uenerabilis ~ θεοσεβέστατος III 145, 27 $Φ^{ac}$ deo amicissimus $Φ^r$. uenerabile [deo amabile $Φ^r$] sanctumque concilium III 145, 22 ~ τῆς θεοφιλοῦς καὶ ἁγίας συνόδου 160, 43. — uenerandos $Φ^{ac}$ uenerandissimos $Φ^r$ ~ ὁσιωτάτους III 521, 27. uenerabilis ~ ὁσιώτατος II 110, 13. 25. uenerabiles $Φ^{ac}$ sanctissimi $Φ^r$ ~ ὁσιώτατοι III 550, 2. 148, 27. sanctissime et uenerabilis pater III 20, 26 ~ ἁγιώτατε καὶ ὁσιώτατε πάτερ 28, 7. — uenerandæ [sanctæ $Φ^r$] martyris III 510, 13 ~ ἁγίας μάρτυρος 415, 7. — *interpreti Græco debentur* τὸν ἁγιώτατον καὶ σεβάσμιον ἐπίσκοπον 369, 8 ~ sanctissimum et uenerandum episcopum (*interlocutio Pascasini*) III 453, 10. τῶι προσκυνητῶι καὶ ἁγίωι συλλόγωι 83, 4 ~ huic uenerabili et sancto concilio (*interlocutio Hilari*) III 58, 16. ἡ ἁγιωτάτη καὶ σεβασμία σύνοδος 369, 16 ~ sanctissima et uenerandissima [reuerentissima $Φ^{ac}$] synodus (*interlocutio Pascasini*) III 453, 17. — *in constitutione imperiali* uenerabili synodo II 95, 17 ~ τῆι σεβασμίαι συνόδωι 28, 5. uenerabili concilio II 96, 10 ~ τῆι ἁγίαι συνόδωι 28, 21.

beatissimi III 350, 9 ~ ὁσιώτατοι 481, 26; *similiter* III 375, 4. 52, 19. beatæ memoriæ ~ ὁσίας μνήμης III 266, 13. sanctissimi et beatissimi III 80, 10. 28 ~ ἁγιωτάτου καὶ ὁσιωτάτου 102, 23. 103, 8 *et similiter* III 85, 26. 104, 1. 113, 12. 138, 31. 203, 13. 288, 22. 292, 16. 305, 15. sanctissimo et beatissimo [deo amicissimo *Rusticus in nota*] III 77, 21 ~ ἁγιωτάτου καὶ ὁσιωτάτου 100, 7. sanctæ et beatæ memoriæ III 287, 16. 25. 291, 12 ~ τῆς ὁσίας καὶ ἁγίας μνήμης 211, 43. 212, 8. 214, 26. sanctæ [sanctæ et sacræ $Φ^r$] memoriæ III 288, 20 ~ τῆς ὁσίας καὶ ἁγίας μνήμης 212, 28. — beatæ martyris $Φ^{cr}$ III 442, 6 ~ ἁγίας μάρτυρος 362, 4. — beatissimus ~ θεοφιλέστατος III 60, 1. 43, 17. 48, 20. 22. 63, 19. 75, 11.

77, 11. 78, 5. 86, 10. 94, 22. 100, 16. 109, 23. 136, 21. II 111, 1; *ponitur* deo amicissimo *in Φr* 109, 15. 19. 263, 4. beatæ memoriæ III 95, 1 ~ ὁ θεοφιλέστατος τὴν μνήμην 115, 10. — beatissimus *Φac* religiosissimus *Φr* ~ θεοφιλέστατος III 161, 21. — beatissimus ~ θεοσεβέστατος III 76, 23. 48, 26. 49, 19. 28. 59, 25. 60, 5. 76, 23; III 49, 28 *habet Rusticus in nota* religiosissimo, III 59, 25 *adnotat idem* deo colentissimum, quod ubique religiosum posui cf. *notam* 60, 5. beatissimi *Φac* religiosissimi *Φr* ~ θεοσεβεστάτου 63, 9. 266, 19. — *singulare est* τῶι ἁγιωτάτωι καὶ μακαριωτάτωι πατρὶ καὶ συλλειτουργῶι Λέοντι 38, 11 = sancto et beatissimo papæ Leoni II 23, 2 = sanctissimo et beatissimo patri et consacerdoti Leoni III 9, 12. *similiter* 475, 17. 477, 21. — *Græcum interpretem produnt* ὁ μακαριώτατος ἐπίσκοπος τῆς ῾Ρωμαίων πόλεως 5, 15. 6, 26 = beatissimus Romanæ ciuitatis episcopus III 14, 7. 15, 16. μακαριώτατον 83, 3 = beatissimum (*Hilari interlocutio*) III 58, 15. μακάριον 204, 26 = beatum (*Pascasini interlocutio*) III 277, 9. ὁ ἁγιώτατος καὶ μακαριώτατος 369, 9 = sanctissimus et beatissimus (*interlocutio legatorum Romanorum*) III 453, 11. ἡ μακαρία αὕτη σύνοδος 206, 40 = hæc beatissima synodus (*interlocutio Pascasini*) III 280, 13. ἡ . . . μακαριωτάτη σύνοδος 223, 18. = beatissima synodus (*Pascasini interlocutio*) III 303, 7.

Latinitatis proprium est etiam religiosissimus (religiosus): religiosissimo = θεοσεβεστάτωι III 509, 14. 522, 31. 528, 12. V 109, 20 (*Liberatus ex uersione* t. I 1, 3 p. 100, 19). *ponitur uero pro* θεοσεβέστατος *etiam* reuerentissimus: III 21, 17. 118, 30. 75, 6. 77, 23. 49, 8; *frequentissime retinetur quidem in Φac, sed introducitur* religiosissimus *in Φr* [III 159, 17 *adnotat Rusticus* ubique posui religiosissimus], *cf.* III 159, 17. 160, 13. 69, 1. 73, 6. 77, 4. 15. 167, 10. 211, 3. 212, 10. 238, 25. 270, 4. 285, 1. 299, 20. 26. 28. 302, 15. 304, 5. 458, 1. 12. 460, 29. 462, 14. 21. 25. 464, 13. 14. 465, 1. 467, 20. 23. 27 *etc.* 472, 8. 10. 15. 473, 13. 17. 474, 5 *etc.* 513, 10. reuerentissimo ~ θεοσεβεστάτου *Φc om. Φa* religiosissimo *Φr* III 456, 21. *at leguntur etiam* religiosissimi ~ θεοφιλεστάτου III 20, 15. 21. 42, 9. 527, 4 *uel* religioso ~ θεοφιλεστάτου III 145, 14. 349, 21 [~ 481, 5]; religiosissimorum *Φac* deo amicissimorum *Φr* ~ θεοφιλεστάτων III 52, 15. *frequentiora sunt* reuerentissimum *Φac* religiosissimum *Φr* ~ θεοφιλέστατον III 77, 6. 78, 6. 86, 25. 87, 15. 108, 15. 270, 13. 15. 276, 31. 32. 277, 4. 15. 279, 8. 11. 284, 19. 285, 14. 21. 456, 18. 27. 457, 2. 22. 458, 9. 463, 1. 465, 28. 466, 6. 468, 1. 473, 21. 475, 16. 476, 9. 477, 5. 478, 4. 481, 9. 514, 22. 547, 14. *denique notentur* beatissimus *Φac* religiosissimus *Φr* ~ θεοφιλέστατος III 161, 21; religiosissimo ~ εὐλαβέστατον III 52, 10. 41, 1. 3. 42, 30. religiosissimum *Φac* reuerentissimum *Φr* ~ εὐλαβεστάτωι III 42, 4. 155, 4; religiosissimi ~ εὐλαβεῖς II 114, 2; religiosæ memoriæ III 258, 15 ~ τῆς εὐλαβοῦς μνήμης 195, 12; religiosæ *Φac* [reuerentissimæ *Φr*] memoriæ III 259, 17 ~ τῆς εὐλαβοῦς μνήμης 196, 6; sanctissimo *Φac* religiosissimo *Φr* ~ θεοσεβεστάτωι III 456, 8. 463, 2. 489, 13; religiosissimi ~ ἁγιώτατοι II, 96, 26; religiosorum ~ ὁσιωτάτων II 101, 4.

In Græcitate episcoporum atque clericorum epitheta non solent esse diuersa; quod in Zenonis edicto [*Abhndlg. d. Bayer. Akad. d. Wiss.* XXXII 6 p. 53, 2] *scriptum est* σὺν τοῖς ὁσιωτάτοις ἐπισκόποις καὶ τοῖς θεοσεβεστάτοις [dei cultoribus V 127, 27] κληρικοῖς τε καὶ ἀρχιμανδρίταις καὶ μονάζουσιν [κ.—μ. *om.* V 127, 27], *ad scrinii imperialis stilum pertinet, non ad ecclesiæ consuetudinem. neque in Latinis desunt istius epithetorum inter episcopos et clericos communitatis exempla; conferantur presbyterorum epitheta hæc*: religiosissimus ~ θεοσεβέστατος III 117, 24. 46, 7. 20. 22. 26. 66, 4. 104, 10. 106, 32; reuerentissimus ~ θεοσεβέστατος III 114, 10. 13; reuerentissimus *Φa* religiosus *siue* religiosissimus *Φcr* ~ θεοσεβέστατος III 161, 20. 192, 21; reuerentissimi *Φac* religiosissimi *Φr* ~ θεοφιλεστάτου III 289 10; religiosus *Φac* religiosissimus *Φr* ~ θεοφιλέστατος III 118, 25; uiro religioso *Φac* deo amicissimo *Φr* ~ θεοφιλεστάτου III 148, 24; religiosus *Φac* deo amicissimus *Φr* = θεοφιλέστατος III 149, 16. *unicum est* cultore dei *Φac* deo amicissimo *Φr* ~ θεοφιλεστάτου III 148, 25. *proprium autem Latinorum est epitheton* religiosus (religiosissimus) *presbyteris diaconis, monachis quoque quodam modo reseruare, ubi Græci adhibent epitheton* εὐλαβέστατος *episcoporum clerique commune*: religiosus ~ εὐλαβέστατος III 120, 11. 80, 13. 141, 22. 147, 3. 165, 1. 143, 12 [religiosissimus *Y*]; uirum religiosum ~ εὐλαβέστατον III 165, 7. 172, 28. II 110, 4. religiosum uirum ~ εὐλαβείας ἐντὸς ὄντα III 144, 29; religiosissimus ~ εὐλαβέστατος III 104, 13. 28, 24. 30. 47, 18. 65, 27. 80, 12. 13. 103, 24. 104, 11, 105, 26. 106, 1. 109, 34. 110, 5. 17. 112, 29. 114, 9. 14. 16. 117, 10. 137, 10. 138, 29. 142, 22; religiosum *Φac* religiosissimum *Φr* ~ εὐλαβέστατον III 104, 21; religiosus *Φac* reuerentissimus *Φr* III 153, 24. 110, 29. 114, 11. 116, 1. 2. 6. 117, 15. 17. 28. 118, 23. 24. 31. 119, 15. 135, 3. 30. 137, 8. 139, 10. 11. 15. 140, 5. 141, 1. 4. 5. 18. 29. 142, 6. 143, 3. 144, 15. 16. 17. 22. 23. 25. 31. 145, 8. 9. 15. 17. 19. 146, 15. 20. 23. 147, 8. 10. 24. 25. 26. 27. 30. 148, 1. 4. 6. 7. 15. 149, 7. 10. 20. 21. 24. 28. 150, 10. 22. 152, 11. 156, 8. 12. 27. 161, 3. 5. 9. 23. 162, 19. 28. 163, 6. 8. 17. 19. 28. 164, 1. 11. 25. 165, 29 192, 27. 195, 19. 196, 8. 12; *præter* religiosus *extat in Φac uaria lectio* religiosissimus, in *Φr semper habitur* reuerentissimus III 106, 28. 108, 17. 22. 110, 4. 116, 7. 9. 117, 23. 136, 23. 143, 14, 17. 265, 20. uir religiosus *Φac* reuerentissimus *Φr* ~ εὐλαβέστατος III 148, 5. 144, 21. 147, 17. 148, 17. 150, 30 151, 9. 15. 26. 154, 24. 27. 155, 5. 156, 2. 156, 28. 166, 13. 14. 26. 168, 22. 26. 173, 16; uir religiosus

Φ^{ac} uir reuerentissimus Φ^{r} ~ εὐλαβέστατος III 156, 5. 147, 14. 148, 21. 149, 10. 12. 150, 12. 151, 13. 18. 152, 2. 155, 3. 166, 22. 168, 14. 173, 8. 13. 20. 23; uir religiosus Φ^{a} *C* uir reuerentissimus Φ^{c} *om.* *Y* ~ εὐλαβέστατος III 154, 23; religiosissimus Φ^{ac} reuerentissimus Φ^{r} ~ εὐλαβέστατος III 66, 14. 103, 26. 105, 18. 19. 20. 22. 27. 106, 2. 13. 17. 19. 20. 107, 1. 108, 16. 79, 17. 108, 22. 109, 32. 114, 7. 23. 27. 115, 1. 136, 22. 137, 3. 141, 28. 142, 18 19. 162, 24. 263, 3. 279, 11. 290, 7. religiosissimus Φ^{cr} ~ reuerentissimus Φ^{a} III 105, 28. *singulare est* uenerabilibus Φ^{ac} religiosissimis *uel* reuerentissimis Φ^{r} III 456, 11.

epitheton θεοφιλέστατος *ab usu Latino alienum fuit, frequenter enim non transfertur, sed mutatur in* reuerentissimus *uel* sanctissimus. *ecce loci*: reuerentissimus ~ θεοφιλέστατος III 77, 25. 28, 25. 29. 70, 11. 74, 4. 97, 11. 24. 103, 21. 104, 4. 16. 29. 106, 2. 4. 108, 3. 113, 15. 143, 12. 158, 14. 24. 164, 13. 30. 354, 20. 489, 3; reuerentissimo et sanctissimo Φ^{a} III 448, 32 ~ θεοφιλεστάτωι καί εὐλαβεστάτωι 365, 8. *augetur huiusmodi locorum numerus iis ubi* reuerentissimus *in* Φ^{ac} *retinetur, ponitur in* Φ^{r} *translatio* deo amicissimus: reuerentissimus Φ^{ac} ~ deo amicissimus Φ^{r} III 143, 25. 66, 18. 86, 13. 87, 17. 98, 14. 18. 100, 13. 101, 7. 14. 24. 102, 7. 11. 15. 20. 103, 1. 7. 11. 16. 26. 106, 16. 18. 31. 107, 5. 113, 21. 114, 19. 116, 4. 8. 29. 117, 9. 19. 118, 22. 158, 18. 159, 3. 161, 26. 163, 18. 164, 4 [deo amantissimo *C*]. 11. 171, 25. 221, 2. 279, 16. 20. 23. 24. 26. 32. *etc.* 284, 5. 285, 13 *etc.* 300, 11. 26. 301, 1. 2 *etc.* 452, 30. 454, 2. 4. 458, 15. 463, 18. 24. 464, 2. 3. 5. 6 *etc.* 472, 5. 8. 18 *etc.* 482, 9. 12. 15 *etc.* 488, 3. 514, 21. 515, 11. 521, 6. 539, 4. 9. 552, 10. III 60, 2 [*cf.* III 52, 17] *adnotat Rusticus* GR deo amicissimo. *raro inuenitur pro* θεοφιλέστατος sanctissimus [III 163, 4. 31; sanctam congregationem III 302, 4 ~ θεοφιλὲς συνέδριον 222, 23], *cuius loco* in Φ^{r} *ponitur* deo amicissimus III 154, 8. 385, 20. 389, 31. 410, 30. 488, 19. 489, 23. 25.

at uel ante Rusticum coeperunt interpretes Latini ea adiectiua componere quæ propius ad uocabulum Græcum accederent. imprimis notabile est deo amantissimus: sanctissimo et deo amantissimo III 7, 22 [*cf.* beatissimo et deo amicissimo II 21, 11] = ὁσιωτάτωι καὶ θεοφιλεστάτωι 36, 8. deo amantissimis III 8, 32 [*om.* II 22, 26] = θεοφιλεστάτοις 37, 20. deo amantissime III 9, 14 [o religiosissime II 23, 3] = θεοφιλέστατε 38, 13. deo amantissimus = θεοφιλέστατος III 154, 19. 443, 6. 7. 14. 16. 503, 18, 28. 30. 505, 25. 509, 23. 24. 511, 20. 512, 2. 513, 23. 514, 4. 17. 27. 517, 18. 520, 23. 25. 31. 521, 2. 10. 21. 24. 30. 522, 6. 15. 17. 524, 7. 22. 24. 525. 2. 8. 15. 22. 25. 32. 526, 19. 527, 16. 528, 11. *non frequens est* dei amatorem = θεοφιλέστατον III 355, 36. V 143, 17. 30. 144, 2. dei amatoris Φ^{ac} dei amatoris præcipui Φ^{r} = θεοφιλεστάτου III 370, 10. dei amatoris Φ^{ac} deo amicissimi Φ^{r} III 370, 4. 375, 8. 377, 18. 387, 27. *raro personis adscribitur* deo amabilis: deo amabilis V 13, 27 = θεοφιλεστάτου Euagr. 2, 8. deo amabilis Φ^{ac} deo amantissimi Φ^{r} = θεοφιλεστάτου III 397, 27. deo amabilem = θεοφιλοῦς V 146, 19; *sæpius adicitur synodo*: deo amabili concilio = τῆι θεοφιλετάτηι συνόδωι III 142, 20. 143, 1, *præsertim cum Græce prædicatur* θεοφιλής: III 22, 4. 211, 24. deo amabili Φ^{ac} deo amicissimæ Φ^{r} III 192, 19. *in Pascasini interlocutionibus habentur* huic deo amabili [reuerentissimo Φ^{ac}] concilio III 277, 8 = τῆι θεοφιλεῖ ταύτηι συνόδωι 204, 25. deo amabilis [reuerentissima Φ^{ac}] et beatissima synodus III 303, 7 = ἡ θεοφιλεστάτη καὶ μακαριωτάτη ἁγία σύνοδος 223, 18. *unicum est* sanctissimos et deo placitos uiros Φ^{cr} reuerentissimis et uenerabilibus uiris Φ^{a} III 43, 9 ~ ὁσιωτάτων καὶ θεοφιλεστάτων ἀνδρῶν 68, 15.

et pro θεοφιλέστατος (θεοφιλής) *et pro* θεοσεβέστατος *usurpatur* deo dignissimus (dignus) *quamuis neutrum accurate interpretetur*: deo dignissimorum ~ θεοφιλεστάτων III 75, 27. 76, 4. deo dignus ~ θεοφιλέστατος III 102, 2. 103, 3. deo dignissimus Φ^{ac} deo amicissimus Φ^{r} ~ θεοφιλέστατος III 101, 27. 75, 13. deo dignus Φ^{ac} deo amicissimus Φ^{r} III 102, 1. deo dignissimi Φ^{ac} religiosissimi Φ^{r} ~ θεοφιλεστάτου III 192, 8. reuerentissimi et deo digni Φ^{ac} religiosissimi Φ^{r} [*in inscriptione epistulæ Cyrilli*] III 82, 6 ~ θεοφιλεστάτου 104, 6. reuerentissimis et deo dignissimis Φ^{ac} deo amicissimis et religiosissimis Φ^{r} III 197, 3 ~ θεοφιλεστάτων καὶ θεοσεβεστάτων t. I 1, 7 p. 84, 36. uos sanctos et deo dignos III 73, 10 ~ ὑμᾶς τοὺς ὁσίους καὶ θεοφιλεῖς 96, 7. digna deo dogmata III 102, 17 ~ δόγματα θεοφιλῆ 122, 6. deo dignissimus ~ θεοσεβέστατος III 76, 19. deo dignus ~ θεοσεβής III 195, 10. deo digni Φ^{ac} deo dignissimi Φ^{r} ~ θεοσεβεστάτου III 273, 24. deo dignissimi Φ^{ac} deo amicissimi Φ^{r} III 197, 3 ~ θεοσεβεστάτου t. I 1, 7 p. 84. 35.

denique notentur reuerentissimus Φ^{ac} deo amicissimus Φ^{r} ~ θεοσεβέστατος III 299, 23. 300, 1. 301, 2. 464, 9. 27. 472, 2. 25. sanctissimi et apostolici [deo amicissimi Φ^{r}] archiepiscopi Leonis III 365, 10 ~ τοῦ ὁσιωτάτου καὶ θεοφιλεστάτου ἀρχιεπισκόπου Λέοντος 290, 5. reuerentissimo III 28, 27 ~ ὁσιωτάτου 56, 6. humanissimæ huic synodo III 177, 25. uestras (*Leonis*) sacratissimas litteras III 11, 4 = τῶν ὑμετέρων ἱερῶν γραμμάτων 40, 9. reuerendo [*om.* Φ^{ac}] concilio III 364, 14 ~ τῆι εὐλαβεστάτηι συνόδωι 289, 19. reuerendæ memoriæ V 3, 15. 6, 32. 8, 2 ~ τῆς εὐλαβοῦς μνήμης 488, 34. 486, 4. 487, 18.

Substantivis honorantur episcopi clerici concilium ita: ἡ ὑμετέρα ὁσιότης 90, 10. 30, 24. 39, 15.

26, 30. 90, 26. 95, 26. 103, 15. 121, 25. 125, 1. 19. 127, 15. 139, 30. 161, 4. 182, 23. 204, 19. 209, 15. 211, 39. 212, 37. 213, 17. 214, 15. 215, 26. 218, 10. 220, 20. 222, 8. 250, 23. 353, 35. 383, 2. 384, 11. 385, 10. 387, 24. 458, 35. 493, 20. ἡ ὁσιότης ὑμῶν 142, 33. 103, 34. 141, 6. 143, 3. 224, 19. 313, 35. ἡ ὑμῶν ὁσιότης 186, 16. 248, 10. ὑμῶν τῆι ὁσιότητι 215, 17. ἡ σὴ ὁσιότης 68, 18. 37, 19. 39, 9. 71, 9. 26. 127, 7. 207, 6. 11. 33. 36. 40. 209, 23. 24. 31. 38. 210, 4. 15. 222, 26. 245, 1. 249, 5. 257, 20. 380, 12. 393, 19. 426, 6. 429, 2. 477, 29. 34. ἡ ὁσιότης σου 247, 20. σοῦ ἡ ὁσιότης 223, 9. ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη 133, 3. 74, 1. 90, 28. 95, 38. 96, 8. 103, 10. 18. 113, 29. 123, 23. 26. 30. 124, 8. 14. 18. 125, 7. 12, 36. 126, 12. 127, 29. 131, 25. 132, 26. 33. 133, 13. 134, 9. 11. 17. 135, 5. 29. 141, 24. 144, 9. 160 34. 168, 35. 171, 7. 204, 40. 205, 23. 206, 11. 28. 34. 207, 21. 208, 5. 15. 17. 19. 209, 12. 210, 36. 221, 2. 224, 12. 14. 248, 6. 250, 10. 31. 279, 10. 313, 5. 8. 379, 18. 403, 35. 458, 31. 459, 4. 477, 4. ἡ ἁγιωσύνη ὑμῶν 138, 34. 139, 1. 142, 4. 143, 32. 33. 208, 26. 223, 28. 313, 8. 167, 13. ἡ ὑμῶν ἁγιωσύνη 102, 20. 218, 20. ἡ σὴ ἁγιωσύνη 71, 24. 74, 23. 97, 33. 207, 12. 30. 210, 2. 257, 10. 17. 21. 26. 391, 29. 393, 26. τῆς ἁγιωσύνης σου 429, 11. σοῦ ἡ ἁγιωσύνη 223, 14. 247, 31. τὴν ἁγιωσύνην τοῦ κύρου Εὐνομίου 419, 19. ἡ αὐτοῦ ἁγιωσύνη 379, 36. ἡ ὑμετέρα ἁγιότης 223, 21. 95, 28. 35. 99, 21. 112, 11. 224, 9. 248, 40. 375, 26. 382, 7. 428, 39. 477, 12. ἡ ἁγιότης ὑμῶν 173, 12. 204, 12. τῆι ὑμῶν ἁγιότητι 28, 29. τῆς σῆς ἁγιότητος 245, 3. 18. 247, 10. 248, 19. ἡ ἁγιότης ἡ σὴ 27, 32. σοῦ τὴν ἁγιότητα 207, 2. αὐτῶν τὴν ἁγιότητα 298, 35. ἡ αὐτοῦ ἁγιότης 379, 17. ἡ ὑμετέρα θεοσέβεια 38, 26. 28, 23. 25. 30, 7. 20. 89, 33. 92, 5. 96, 6. 181, 13. 222, 24. 368, 35. 379, 3. 5. 17. 386, 36. τῆς θεοσεβείας τῆς ὑμετέρας 305, 31. ἡ θεοσέβεια ὑμῶν 141, 27. 189, 5. 223, 33. 36. τῆι ὑμῶν θεοσεβείαι 218, 20. ἡ σὴ θεοσέβεια 71, 11. 37, 20. 74, 16. 17. 20. 132, 10. 207, 35. 208, 34. 39. 209, 1. 2. 210, 6. 221, 8. 222, 20. 22. 42. 223, 3. 248, 1. 380, 9. 391, 13. 16. 19. 25. 32. 392, 31. 393, 19. 25. 427, 24. 32. ἡ θεοσέβειά σου 457, 7. 222, 33. 35. 38. σοῦ ἡ θεοσέβεια 427, 28. αὐτοῦ τὴν θεοσέβειαν 374, 18. ἡ ὑμετέρα θεοφίλεια 95, 39. 28, 15. 37, 24. 98, 4. 136, 20. 158, 32. 34. 161, 35. 164, 14. 192, 18. 205, 2. 207, 15. 209, 27. 212, 20. 394, 9. τῆς θεοφιλείας τῆς ὑμετέρας 368, 38. ὑμῶν ἡ θεοφίλεια 205, 15. ἡ σὴ θεοφίλεια 28, 5. τὴν σὴν θεοφίλειαν 257, 9. 22. τὴν ὑμετέραν φιλοθείαν 425, 3. τῆι ὑμετέραι εὐλαβείαι 274, 26. 289, 37. 380, 21. ἡ εὐλάβεια ἡ ὑμετέρα 305, 21. 306, 12. ἡ εὐλάβεια ὑμῶν 130, 9. ὑμῶν ἡ εὐλάβεια 238, 9. ἡ σὴ εὐλάβεια 465, 15. 135, 34. ἡ εὐλάβειά σου 102, 3. 14. 22. τῆς ὑμετέρας ἀγαθότητος 250, 38. τῆς ὑμετέρας σοφίας 394, 16. 21. τῆς σῆς ἱερωσύνης 28, 2. τῆς ὑμετέρας μακαριότητος 96, 13. 214, 23. 248, 34. 249, 41. τῆς αὐτοῦ μακαριότητος 298, 30. ἡ ὑμετέρα ἀγάπη 315, 6.

Latine uertuntur non ἁγιωσύνη ἁγιότης *tantum, sed etiam* ὁσιότης *per* sanctitas; sanctimoniam uestram = ὁσιότητα II 97, 1. *notentur* uestræ beatitudinis ~ ἁγιωσύνηι III 145, 14. uestræ beatitudini ~ ἁγιότητι III 72, 31. II 96, 17. uestræ beatitudinis ~ ὁσιότητος II 102, 7; uestræ beatitudini $Φ^{ac}$ sanctitati $Φ^{r}$ ~ ὁσιότητι III 145, 26. religioni uestræ $Φ^{ac}$ sanctitati uestræ $Φ^{r}$ ~ ὁσιότητα III 155, 8. 523, 3. *interpretationes Græcæ sunt* τὴν σὴν ὁσιότητα 38, 4 ~ *tuam beatitudinem* Leo ep. 4 uol. 4 p. 6, 3 *et similiter* 8, 32 ~ III 18, 8 (*ep. Marciani ad Leonem*). — *pro* θεοσέβεια *ponuntur* uestra sanctitas III 68, 15. 73, 9. 96, 23. 463, 9. 479, 1. sanctitas tua III 480, 22. V I, 17 [*cf. Euagr.* 2, 9]; uestra religiositas III 9, 26; sanctitas $Φ^{ac}$ [religiositas $Φ^{r}$] uestra (tua) III 124, 21. 113, 27. 157, 27. 452, 32. 457, 14. 458, 11. 479, 4. 6. 12. 18. 481, 19. 26. 515, 10. 551, 22; tua reuerentia III 8, 21. 49, 14. reuerentiæ uestræ III 96, 11. 13. 35. 170, 23. 171, 21. uestram reuerentiam III 473, 8; tua (uestra) reuerentia $Φ^{ac}$ [religiositas $Φ^{r}$] III 86, 2. 281, 20. 283, 9. 11. 300, 6. 302, 1. 5. 15. 18. 22. 303, 22. 25. 464, 26. 515, 6. 13. 66, 2. 372, 22. 463, 10. 20. reuerentia $Φ^{ac}$ [religiositas $Φ^{r}$] uestra III 391, 30. 196, 1; tuam reuerentiam $Φ^{ac}$ [religiositatem $Φ^{r}$] III 266, 20; uestra religio III 22, 15. 29. tua religio III 46, 12; uestram uenerationem III 23, 10; tuæ beatitudini $Φ$, *adnotat Rusticus* religiositati III 49, 15. 17. tuam beatitudinem $Φ^{ac}$ [religiositatem $Φ^{r}$] III 283, 4. 13. uestræ beatitudini $Φ^{ac}$ [religiositati $Φ^{r}$] III 296, 23. — *pro* θεοφίλεια *ponitur* uestra sanctitas III 75, 16. II 96, 4. III 22, 6. 13; uestra sanctitas $Φ^{ac}$ [deoamabilitas $Φ^{r}$] III 288, 11. 143, 5. 7; uestra reuerentia III 73, 5. 212, 23. 277, 25. 278, 9; uestræ reuerentiæ $Φ^{ac}$ [deoamabilitati $Φ^{r}$] III 482, 18. reuerentia $Φ^{ac}$ [deoamabilitate $Φ^{r}$] uestra III 482, 18; uestra reuerentia $Φ^{ac}$ [religiositas $Φ^{r}$] III 280, 28. 239, 21. 284, 7; tua religio III 20, 24. religio tua II 95, 17; uestra beatitudo III 118, 17. 8, 35. 146, 25. — *pro* φιλοθείαν *habetur* uestræ beatitudini $Φ^{ac}$ [deoamabilitati $Φ^{r}$] III 512, 5. — εὐλάβεια *uertitur plerumque per* reuerentia, *sed cf.* uestram sanctitatem III 465, 12. sanctitas $Φ^{ac}$ [reuerentia $Φ^{r}$] uestra III 111, 13; tua beatitudine $Φ^{ac}$ [reuerentia $Φ^{r}$] III 117, 27; religio uestra II 98, 10; tuæ uenerabilitatis V 143, 12. 144, 16. —

interpreti Græco debentur τὴν ὑμετέραν μακαριότητα 83, 12 = uestram beatitudinem III 58, 23 (*interlocutio Hilari*) *et similiter* 223, 26. 224, 18. 375, 25 = III 303, 13. 304, 16 (*interlocutiones Pascasini*) 459, 16; 9, 18, 28 = III 18, 27. 19, 8 (*epistula Pulcheriæ*); 257, 3. 13. 16 (*epistula Marciani*). — τῆς ἀγάπης τῆς σῆς 10, 20 = dilectionis tuæ Leo ep. uol. 2 p. 24, 17 *et similiter* 19, 5 = l. c. p. 32, 10. 40, 19 = Leo ep. 5 uol. 4 p. 6, 12. 50, 29 = Leo ep. 19 p. 21, 24. 51, 18. 35 = Leo ep. 24 p. 25, 11. 37;

τὴν σὴν ἀγάπην 37, 28 = tuam caritatem Leo ep. 4 p. 5, 29. — ἡ σεβασμιότης ἡ σή *epistula Marciani* 257, 24. —

uestra religio (*desunt Græca*) III 21, 3

pauca denique afferam de epithetis modestiæ prætermissis plerumque subscriptionibus: ἡμῖν τοῖς ταπεινοῖς 161, 35 = nobis humilibus III 146, 25. nos humiles V 59, 37. 41. 60, 2. hanc humilem nostram relationem V 26, 35. humilis metropolitanus episcopus V 28, 18. humilis et ultimus episcopus V 30, 31. ἡ ἐμὴ βραχύτης 191, 3. 152, 29. 406, 25. τὴν ἡμετέραν βραχύτητα 204, 29. 209, 23. mea paruitas = βραχύτης III 238, 3. 136, 20. paruitatem nostram = τὴν ἡμετέραν βραχύτητα III 284, 3; mea humilitas ~ βραχύτης III 495, 15. τὴν ἡμετέραν μικρότητα 211, 40 = nostram pusillitatem III 287, 12. nostra paruitate V 54, 19. 56, 18. mea paruitate V 65, 29. 66, 9. τὴν ἡμετέραν εὐτέλειαν 222, 20 = nostram humilitatem III 302, 1. mea humilitas V 28, 24. 29, 13. 32, 4. nostra humilitate V 42, 6. nostræ uere humilitatis V 18, 5. — *Græco interpreti debentur* τῆς ἡμετέρας ταπεινώσεως 364, 34 ~ nostræ humilitatis III 443, 4 Φσr = 448, 20 Φa (*interlocutio legatorum Romanorum*) *et similiter* 369, 11. 13. 16 ~ III 453, 13. 15. 18. τῆς ἡμετέρας ταπεινώσεως 447, 6 ~ humilitas nostra III 540, 16 (*interlocutio Pascasini*).

CORRIGENDUM

p. 36 s. n. Ἰωάννης (30): *pro* [Ὀσροηνῆς Σ 115 Δ 108] *legas* [**Παλαιστίνης ᾱ cf. Cyrill. Scythopol. uit. Euthymii p. 29. 54; Ὀσροηνῆς Σ 115 Δ 108 falso**]

codem loco: *lineæ* ENCYCL inter episcopos Osrœnæ etc. *præmittas* **Ἰωάννης (30a)**

ACTA CONCILIORVM OECVMENICORVM

IVSSV ATQVE MANDATO

SOCIETATIS SCIENTIARVM ARGENTORATENSIS

EDIDIT

EDVARDVS SCHWARTZ

TOMVS ALTER
VOLVMEN PRIMVM
PARS PRIMA



MDCCCCXXXIII

WALTER DE GRUYTER & CO.

VORMALS G. J. GÖSCHEN'SCHE VERLAGSHANDLUNG / J. GUTTENTAG, VERLAGS-BUCHHANDLUNG / GEORG REIMER / KARL J. TRÜBNER / VEIT & COMP.

BEROLINI ET LIPSIAE

CONCILIVM VNIVERSALE CHALCEDONENSE

EDIDIT

EDVARDVS SCHWARTZ

VOLVMEN PRIMVM

PARS PRIMA

EPISTVLARVM COLLECTIONES. ACTIO PRIMA

MDCCCCXXXIII

WALTER DE GRUYTER & CO.

VORMALS G. J. GÖSCHEN'SCHE VERLAGSHANDLUNG — J. GUTTENTAG, VERLAGSBUCHHANDLUNG — GEORG REIMER — KARL J. TRÜBNER — VEIT & COMP.

BEROLINI ET LIPSIAE

PRAEFATIO

I. DE GESTORVM PRIMAE ACTIONIS CODICIBVS

Totum Gestorum Chalcedonensium corpus extat in duobus codicibus antiquis, Veneto 555 s. XI et Vindobonensi hist. gr. 27 s. XII, de quibus egi in *Abhandlg. d. Bayer. Akad. d. Wiss.* XXXII 2 p. 8 sq. inde ea repeto quae hanc uoluminis I partem primam legentibus necessaria sunt, plura et accuratiora in praefationibus alterius et tertiae partis dicturus.

Codex Venetus 555 [= M] pulcerrime scriptus est; initia eorum quae siue imperii potestates siue secretarii siue episcopi dicunt, litteris maiusculis distinguuntur. ω et ο, η et ει et ι saepe confunduntur. aut ipse scriba aut eiusdem aetatis corrector et uitia leuia emendauit et lectiones ex alio codice petitas intulit, sicut in codicibus illius aetatis moris erat. a. 1446 cum codex adhuc in monasterio Studii Constantinopolitano esset, inde descripta est prima et ultima pars codicis Vaticani 831; illa continet epistularum Collectionem M atque tres primas actiones cum Collectionis epistularum B parte priore, haec ultimam portionem appendicis quae Gestis adnexa est. ex hoc codice descriptus est in usum Antonii Augustini episcopi Tarraconensis codex qui nunc est Vaticanus 1178; eum uiri docti quibus Paulus papa V munus conciliorum acta edendi tribuit, typothetis tradiderunt. alter ex M descriptus est codex Venetus 164. neque huius neque Vaticanorum illorum in actione prima ullus est usus.

Codicem Vindobonensem hist. gr. 27, qui fere saeculo minor est quam Venetus M, Constantinopoli emit Augerius de Busbecke Maximiliani II imperatoris legatus apud Turcos et in bibliothecam Caesaream transtulit. orthographiam melius nouerat librarius illo qui Venetum M scripsit; correcturae antiquae raro inueniuntur. ex eo deriuati sunt codices s. XVI Basil. III A 10 et Ottobonianus 29, neuter ullius pretii.

His duobus antiquis codicibus qui nihil nisi Gesta Chalcedonensia epistularumque collectiones quae ab antiquo tempore cum illis conexae erant, sed haec tota et praeter paucissima continent integra, accedunt duo codices corporis canonici XIV titulorum, ubi canonicae materiae Collectionis epistularum M forma quaedam singularis et actionis primae pars plus quam dimidia adiungitur. quorum alter nitide et diligenter s. XIII in membranis scriptus s. XV ex Oriente in Italiam migrauit, ni fallor, a Graeculo quodam possessus, qui secundum morem saeculi illius codice membranaceo et antiquo transscribendo uitae necessitates nisi merebat omnes, tamen mitigabat. Venetiae Bessarioni cardinali codex ipse non uenum iit, sed exemplum accurate confectum, quod sicut ceteri Bessarionis libri manuscripti Graeci, in bibliothecam S. Marci transiit ibique numero 165 [= p] signatum est. quod feliciter accidit; nam postea multa et grauia damna codex antiquus perpessus est. compage soluta et magna quaternionum parte amissa Diuiodunum peruenit ad Philibertum de la Mare

a consiliis parlementi Burgundiae, qui cum mortuus esset a. 1687, cum ceteris libris quos reliquerat, codex a rege Franciae a. 1719 emptus et bibliothecae regiae illatus est [cf. Omont, inuentaire sommaire 1 p. xiv]; numerum nunc habet 415 [= P]. quando et ubi rudera disiecta a bibliopega imperito in unum uolumen colligata sint pristino ordine saepe uiolato, non constat; certum est ope codicis Marciani 165 et ordinem foliorum restitui et damna suppleri posse. continet igitur siue continuit:

1. [P f. 9—20; in f. 9ʳ extat numerus quaternionis γ̄, in f. 17ʳ δ̄; exciderunt quaterniones ᾱ β̄] Epistularum Collectionis M epistulas 1—11 cum florilegio Leonis.

2. [P f. 21—32; in f. 25ʳ habetur numerus ε̄. excidit quaternio ϛ̄. f. 33—64; in f. 33. 41. 49. 57 habentur numeri ζ̄ η̄ θ̄ ῑ. f. 65—72; in f. 65 habetur numerus ιβ̄. excidit quaternio ιᾱ. f. 73. 74. 113—116. 79—104; in f. 73. 81. 89. 97 habentur numeri ιδ̄ ιε̄ ιϛ̄ ιζ̄. excidit quaternio ιγ̄. f. 105—112. 4—8; in f. 105. 4 habentur numeri ιθ̄ κ̄. excidit quaternio ιη̄. maxima pars f. 8ᵘ ab ipso librario uacua relicta est]. Gesta primae actionis; finem faciunt uerba ὅπου ἑαυτὸν τινὰ παρὰ εὐτυχοῦσ ἀκηκοέναι κατέθετο [p. 159, 2].

3. [P f. 1—3. 117—124ʳ, cuius pars inferior cum tota pagina f. 124ᵘ uacua relicta est; in f. 117 habetur numerus λ̄. exciderunt quaterniones κᾱ — κθ̄] Definitionem fidei Chalcedonensis, singulares huius definitionis sententias cum Cyrillianis comparatas, florilegium Cyrillianum. est opus illud anonymum, contra quod Seuerus scripsit librum cui titulum Φιλαλήθης indidit, uel potius prior pars libri Seueriani, in qua istud opus refutationi praemissum erat; cf. *Zeitschrift f. neutestamentl. Wiss.* 25, 72 sq. Act. Conc. t. 1 1, 1 p. xii sq.

4. [P f. 125ʳ—204; in f. 125. 133. 141. 149. 157. 165. 173. 181. 189 extant numeri λβ̄ λγ̄ λδ̄ λε̄ λϛ̄ λζ̄ λη̄ λθ̄ μ̄. excidit quaternio λᾱ. inter f. 196 et 197 multa desiderantur; ni fallor, exciderunt tres quaterniones]. codici integro inerant canones xxvii Chalcedonenses cum tribus capitibus quae ex ipsis gestis excerpta in corpore xiv titulorum canonibus adnexa sunt, canones Serdicenses, canones concilii Carthaginiensis a. 419, excerpta ex gestis synodi Constantinopoli de Agapio et Bagadio a. 419 habitae; exciderunt canones Chalcedonenses omnes primique capitis adnexi de priuilegio sedis Constantinopolitanae [= actio 17, 8] maxima pars, in canonibus concilii Carthaginiensis non pauca propter magnam quae inter f. 196 et 197 extat lacunam, denique gestorum synodi Constantinopoli a. 419 habitae paene omnia praeter initium. totam hanc materiem ex collectione xiv titulorum esse desumptam primo obtutu cognoscet, si quis librum quem W. Beneševič Petropoli a. 1905 lingua Rossica conscriptum edidit, perlegerit; subesse illius collectionis formae antiquissimae exemplum non bonum atque hic illic ad recensionem Laudianam uel recentiores quae ex ista deriuatae sunt, deflexum probatur lectionibus canonum Serdicensium cum eis comparatis, quas *Zeitschr. f. neutestamentl. Wiss.* 30 p. 12 sq. ex codicibus xiv titulorum enotaui.

5. [P f. 205. 206. 75—78. 207. 208ʳ; in f. 205 habetur numerus με̄. excidit quaternio μδ̄, in quo teste p perscripta erat altera Flauiani epistula ad Leonem [Coll. H 5], tomus Leonis ad Flauianum inde ab ἡνώθη τῆι φύσει τῆι παθητῆι [p. 13, 14]. etiam haec debentur codici cuidam collectionis xiv titulorum.

6. [f. 208ʳ— 216; in f. 209 habetur numerus μϛ̄] Epistulae Cyrilli ad Nestorium et Iohannem Antiochenum ex Gestorum Chalcedonensium actione tertia desumptae, cf. p. 104 not. ultimi folii quo clauditur quaternio μϛ̄, ultima uerba sunt διὰ τοῦτο χρήσιμον [p. 111, 6]. idem est finis codicis Marciani 165 [fol. 107ᵘ].

Codex Sinaiticus 1690 [= S], olim monasterii S. Ecaterinae Cairensis, s. xiii [cf. Beneševič, Catalogus codicum Graecorum in monasterio S. Ecaterinae in monte

Sina t. III 146 sq.] continet primo corpus canonum XIV titulorum fere totum; sequuntur inde a f. 221ʳ eadem quae supra in descriptione codicis Parisini sub numeris 1—3 enumeraui. inscripta sunt ἡ βίβλος αὕτη ἧς ἡ ἐπωνυμία τὰ πρακτικὰ τῆς τετάρτης συνόδου τούσδε τοὺσ λόγουσ φέρει. phototypa f. 228ᵘ—400ᵘ debeo Beneševič amicitiae; incipiunt inde a uerbis ὥστε θείοις γράμμασιν [p. 8, 22] epistulae 8 Collectionis M. textus quam proxime ad codicem Parisinum accedit, nisi quod librarius, uir doctus eaque quae descripsit, bene intellegens, scribendi operae ita impatiens erat, ut non modo ipsas litteras raptim atque neglegenter pingeret, sed etiam in gestis quae ei uidebantur superflua, adiectiua praesertim honorifica, εὐλαβέστατος θεοσεβέστατος etc., omitteret sermonemque ipsum contraheret, quod se fecisse ipse eo testatus est quod pro εἶπε posuit ἔφη, sicut e. g. hic illic in MB fit, quando legati Romani non ipsa uerba Latina, sed interpretatio Graeca perscripta est. eiusmodi omissiones plerumque in apparatu non notaui.

Codicibus Graecis accedunt uersionis Latinae recensiones tres [Φ^a Φ^c Φ^r] in Gestis, duo [Φ^c Φ^r] in Epistularum collectionibus. de quibus quae sciantur necesse est, exposui in uol. 4 p. XVI. XVII; pleniora et accuratiora dabuntur in uol. 3.

Ipsius synodi Ephesenae alterius Gesta quae Chalcedone in actione prima lecta sunt, etiam ante hoc concilium Leonis papae iussu in sermonem Latinum translata [Λ^n] extant in Collectione Nouariensi de re Eutychis; edita sunt in uol. 2 p. 42—77. nec minus ex ipsis Gestis Ephesenis excerpta sunt, quae Syriace uersa in Timothei Aeluri contra concilium Chalcedonense operis epitoma extant in codice Musei Britannici Add. 12156 f. 51ᵇ—58ᵇ. se nihil adferre nisi excerpta textumque ipsum frequenter in breuius contrahere ipse Timotheus fatetur. etiam uersio Latina quae in Leonis papae usum confecta est, quamuis uel propter antiquitatem magni aestimanda sit editori, tamen quippe celeriter et ad tempus parata omittit quae parum utilia uidebantur, episcoporum nomina longasque depositionum series similia. Gestorum autem ipsorum Chalcedonensium uersio quae dicitur antiqua et initio saeculi sexti haud multo post corpus canonum a Dionysio compositum elaborata est, eiusque altera recensio et Rustici editio non ad textum tantum Graecum recensendum utilissima est, sed etiam necessaria, ut pristini exemplaris Gestorum Graecorum uera imago restituatur. qui enim post concilium quintum [cf. *Abhandlg. d. Bayer. Akad. d. Wiss.* XXXII 2 p. 10 sq.] id exemplar scripsere unde et Venetus M et Vindobonensis B deriuati sunt, et operae et membranis ita pepercerunt, ut in prima actione episcoporum fere omnium sententias et de Eutyche absoluendo [1, 884 inde a 12] et de damnandis Flauiano Eusebioque [1, 971—1066] omitterent nominibus tantummodo perscriptis atque subscriptionum synodi Ephesenae alterius praeter undecim primas nihil relinquerent. quae omnia uersione Latina supplentur. grauissima omissio est eorum concilii prioris Epheseni Gestorum quae olim Cyrillus ex actionibus de Charisio et de Nestorii damnatione callide atque astute composuerat [cf. t. I 1, 4 p. XVIII. XVIIII] eiusque successor Dioscorus in synodo altera Ephesena relegi iussit, ut pro fundamento essent damnationis Flauiani [cf. p. 180, 18]; ista omissione factum est ut gestorum illorum textus Graecus plenus atque integer omnino deesset, dum in codice Atheniensi [cf. t. I 1, 7 p. 84 sq.] inuentus est. paulo tamen intricatius de horum gestorum omissione res se habet quam de ceteris quibus codices Graeci laborant. neque enim in MB sicut cetera simpliciter omissa sunt, sed additur ratio: ἅτινα ἐμφέρεται τῆι ὀπίσω πράξει [p. 189, 33. 34]. mire dictum; nihil enim certius quam ea hoc ipso loco ex Dioscori interlocutione episcopis adsentientibus lecta fuisse. atqui non desunt exempla quibus demonstretur in gestis quae in publicum edita sunt, plus semel ea quae lecta sunt,

a suis locis fuisse remota. ut me in prima actione contineam, Eusebii libellus contra Eutychen qui synodo ἐνδημούσῃ erat oblatus, cum acclamationibus synodi Ephesenae [1, 225—230] in codicibus Graecis praeter B a iusto loco delatus est post 235 neque hoc culpa recentiorum librariorum factum esse probatur nota Rustici se hunc ordinem in Graeco inuenisse testantis [cf. p. 100, 16 not.]. in utroque codice Graeco et in omnibus uersionis Latinae recensionibus cognitio quae coram magistro officiorum Martiali habita est [1, 829—849] sine ulla introductione speciali adnexa est magnae illi et amplae cognitioni de gestis Constantinopolitanis cui praesedit Florentius patricius. lecta est autem in synodo Ephesena, postquam propter cognitionis coram Florentio lectionem, quae finitur 1, 828, Basilius et Seleucus se iam aliter de Eutyche sentire professi sunt [1, 850. 864] atque Eutyches cognitionem illam quoque relegi postulauit [1, 865]. non absonum igitur est putare olim accidisse ut etiam Gesta illa concilii Epheseni prioris de suo loco retro [ὄπισθεν] mouerentur, neque aptiorem locum inuenio quam illum quo in fine libelli Eutychis [p. 91, 13] legitur eum in manibus habere illa gesta olim a Cyrillo ad se destinata, praesertim cum sequatur disputatio quam Chalcedone de eis habuerunt Eusebius et Dioscorus [1, 158. 159]. postea ibi omissa sunt notatione illa p. 189, 33 qua lectores ad locum priorem remittebantur, per neglegentiam non deleta; in eis exemplaribus uero, quae translatoribus Latinis praesto erant, suum semper locum tenuerant.

II DE EPISTVLARVM COLLECTIONIBVS

Quoniam nemini nisi imperatori licebat concilium uniuersale conuocare, sollemnis erat consuetudo ut tale concilium inciperet a lectione sacrae qua concilium congregari iussum erat, eaque in gesta reciperetur. quae quando in publicum edi coeperunt, morem fuisse ut gestis ipsa sacrae uerba praefulgerent, in gestorum textu eam lectam esse primis tantum uerbis perscriptis notaretur, docetur Gestis utriusque concilii Epheseni [t. I 1, 2 p. 8, 16 sq. t. II 2 p. 42, 36 sq. 44, 5 sq.]. a more solito differunt Gesta Chalcedonensia. concilium enim a Marciano imperatore primo Nicaeam conuocatum, tum Chalcedonem proficisci plus semel iussum est; plures igitur sacrae erant adlegandae. sed ne una quidem lecta est; praesidebant enim concilio non episcopi, sed plerumque uice imperatoris summae imperii potestates atque senatus Constantinopolitanus, semel in actione sexta imperator ipse cum coniuge Pulcheria augusta. non inepte igitur gestorum exemplar quod praesto erat uersioni Latinae antiquae, nulla epistula praemissa initium cepit ab ipsa prima actione, neque tamen minus apte, ut mori sollemni obtemperari uideretur, in codice Vindobonensi, ut ita dicam, praefulgent sacrae tres Marciani, quibus concilium primo Nicaeam conuocatur [p. 27, 19 sq.], deinde transfertur Chalcedonem [p. 28, 1 sq. 30, 1 sq.]; interponitur Pulcheriae epistula imperialis ad consularem Bithyniae de concilii disciplina [p. 29, 4 sq.], denique adicitur epistula quam Leo ad synodum antequam Chalcedonem translatum est, legatis suis, penes quos praeter iudices concilii directio erat, Nicaeam proficiscentibus dedit [p. 31, 1 sq.]. tum tandem ipsa secuntur gesta.

At praeter has epistulas quae arte cum gestis cohaerent, extant haud paucae aliae, quae similiter atque in Gestis concilii Epheseni prioris factum est [cf. t. I 1, 4 p. XII sq.], in corpora siue collectiones redactae sunt, quibus introductio quaedam ad gesta pararetur. quarum collectionum una, quam littera M signatam edidi, in codicibus M atque PS gestis primae actionis praecedit, altera primam gestorum partem, quae primam et alteram, quae de Dioscoro est, continet actionem, concludit. diuisa est

in duas partes, priorem codicum M et B communem, alteram B propriam, quam ob rem eam nominaui Collectionem B. quoniam non edi potest nisi eo loco quem in codicibus tenet, alterique huius uoluminis parti reseruari debet, oportet hic enumerem quae prior pars M et B communis complectitur; alterius partis epistulae fere omnes ad tempora gestis recentiora pertinent. secuntur igitur in MB actionem alteram, quae de Dioscoro est, haec:

1. Ἀντίγραφον τῆς ἰδιοχείρου πίστεως Φλαβιανοῦ ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως ἐπιδοθείσης παρ' αὐτοῦ αἰτήσαντι τῶι βασιλεῖ = Coll. H 1

2. Ἐπιστολὴ τοῦ ἀρχιεπισκόπου Ῥώμης Λέοντος ἀντιγραφεῖσα πρὸς Εὐτυχῆ [Leo ep. 1]

Γ̄ [M]. Ἐπιστολὴ Πέτρου ἐπισκόπου Ῥαβέννης ἀντιγραφεῖσα πρὸς Εὐτυχῆ τὸν ἀρχιμανδρίτην

Δ̄ [M]. Ἐπιστολὴ τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Ῥώμης Λέοντος πρὸς Φλαβιανὸν ἀρχιεπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως [Leo ep. 3]

Ē [M]. Ἐπιστολὴ Φλαβιανοῦ ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως πρὸς Λέοντα ἀρχιεπίσκοπον τῆς Ῥωμαίων ἁγίας ἐκκλησίας = Coll. H 3

ς̄ [M]. Ἐπιστολὴ τοῦ ἁγιωτάτου καὶ ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Ῥώμης Λέοντος πρὸς Φαῦστον πρεσβύτερον καὶ ἀρχιμανδρίτην = Coll. H 4

Z̄ [M]. Ἐπιστολὴ τοῦ αὐτοῦ ἁγιωτάτου καὶ ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Ῥώμης Λέοντος πρὸς Ἰουλιανὸν ἐπίσκοπον τῆς Κῶ πόλεως = Coll. H 6

H̄ [M]. Τοῦ αὐτοῦ Λέοντος ἀρχιεπισκόπου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης πρὸς Φαῦστον καὶ Μαρκελλῖνον καὶ τοὺς λοιποὺς ἀρχιμανδρίτας Κωνσταντινουπόλεως = Coll. H 7

Θ̄ [M]. Ἐπιστολὴ τοῦ αὐτοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Ῥώμης Λέοντος πρὸς τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα Θεοδόσιον = Coll. H 10

Ī [M]. Ἐπιστολὴ τοῦ ἁγιωτάτου καὶ ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Ῥώμης Λέοντος πρὸς τὴν εὐσεβεστάτην Πουλχερίαν = Coll. H 11

ĪĀ [MB]. Ἐπιστολὴ τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὴν ἐν Ἐφέσωι δευτέραν σύνοδον ἥτις ὑπεβλήθη μέν, ἀπεκρύβη δὲ διὰ τὸ μὴ συγχωρηθῆναι δημοσιευθῆναι τοῖς ἐπισκόποις ὑπὸ τοῦ δυσσεβοῦς Διοσκόρου τοῦ Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπου = Coll. H 8

12. Ἐπιστολὴ τοῦ αὐτοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Ῥώμης Λέοντος πρὸς Θεοδόσιον τὸν βασιλέα δι' ἧς ᾔτησεν ἰδικὴν σύνοδον ἐν τοῖς τῆς Ἰταλίας μέρεσι γενέσθαι καὶ ἐν μηδενὶ ἑτέρωι τόπωι διὰ τὸ ὑπεναντίαν εἶναι τῶν κανόνων τὴν ἐν Ἐφέσωι δευτέραν σύνοδον = M 1

ῑγ̄ [B]. Τοῦ αὐτοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Ῥώμης Λέοντος ἐπιστολὴ πρὸς τὸν αὐτὸν βασιλέα Θεοδόσιον τὴν σύνοδον ἐξαιτοῦντος εἰς τὰ μέρη τῆς Ἰταλίας γενέσθαι ὡς μεμφομένου τὴν ἐν Ἐφέσωι γενομένην δευτέραν σύνοδον = M 12 H 9

Epistulae 12 et 13 desunt in M, quoniam in Collectione M, quae Gestis primae actionis praemissa est, perscriptae sunt.

Collectio quam littera H signaui, Gestis soluta in codicibus Musei Britannici Arundeliano 529 = Add. 10445 [cf. t. I 1, 1 p. VII] f. 32r—61r et Parisino 1115 [cf. t. I 1, 7 p. VIII] f. 14r—27u sequitur collectiunculam Gestorum prioris concilii Epheseni, quam edidi t. I 1, 7 p. 173. 174. inter duas collectiones habentur in utroque codice haec:

Κυρίλλου τελευτήσαντος τοῦ Ἀλεξανδρείας καὶ Ἰωάννου τοῦ Ἀντιοχείας τούτων τοὺς θρόνους διεδέξαντο ἐν μὲν τῆι Ἀλεξανδρείαι Διόσκορος, ἐν δὲ τῆι Ἀντιοχείαι Δόμνος.

Atque primum quidem inquiramus in collectionem M. facile detrahuntur ultimae quinque sacrae et epistulae; sunt eaedem eodemque ordine collocatae atque

eae quae in codice B primae actioni praecedunt [supra p. VIII]. neque magis ad pristinum corpus pertinet epistulae Leonis ad Theodosium de concilio in Italiae partibus celebrando [Leo ep. 18] forma genuina [12], quae ab eo qui formam mutatam atque interpolatam initio collectionis collocauit, recipi non potuit, facile autem in fine addebatur. quae restant XI epistulae, eae ipsae sunt quas ea forma Collectionis M continet, quae exhibetur in codicibus PS. quibus corpus pristinum magis exhiberi quam codice M uel inde apparet quod illic non omnia uestigia deleta sunt intentionis qua ductus is qui collectionem instituit, eis epistulis quae ex Latino translatae erant, exemplaria Latina praeposuit; septies [p. 3, 1. 4, 31. 5, 1. 29. 6, 19. 8, 4. 9, 14], sed semper in solis codicibus PS inuenitur formula τῶν Ῥωμαικῶν τούτων ἡ ἑρμηνεία ἐστὶ τὰ ἐπαγόμενα Ἑλληνιστί [cf. uol. 4 p. XX]. altera collectoris intentio erat ut epistulae temporis ordine collocatae quasi filo quodam narrationis coniungerentur siue per inscriptiones longiores [cf. ep. 1. 2] siue ipsis breuibus narrationibus interpositis [cf. ep. 8. 9]. in ipsas quoque epistulas huiusmodi, ut ita dicam, studium narrandi extenditur. certe ita explicanda esse uidetur mutatio illa genuinae Leonis epistulae 18, qua in forma interpolata [ep. 25], quae initio Collectionis M collocata est, mentiones epistulae alicuius a Theodosio imperatore ad Leonem destinatae et tomi ad Flauianum delentur eorumque loco expositio quaedam generalis de Petri apostoli auctoritate exhibetur. imperatoris enim epistula qua Leonem ad concilium Ephesi celebrandum inuitauerat [cf. uol. 4 p. 14, 16. 19, 13] in collectiones neque Graecas neque ipsarum Leonis epistularum recepta est et tomus ad Flauianum usque ad finem Collectionis M non sine consilio reiectus est: aptius igitur uidebatur intentioni narrationis continuae ex epistularum serie extruendae, si ab initio eae res procul habebantur quae per se ipsas parum facile intellegebantur.

Hac ex intentione seriem quandam continuam construendi sequitur certo consilio collectorem usum esse neque quale istud consilium fuerit, diuinare difficile est. propositum ei erat ut indubitatis probaret documentis statim post infaustum synodi Ephesenae exitum id non a Leone tantum, sed a Valentiniano quoque imperatore Occidentis eiusque matre atque coniuge augustis actum esse ut tota res denuo tractaretur in concilio generali intra Italiam habendo, eiusmodi consilium a Theodosio pertinaciter fuisse reiectum, a successore uero Marciano cum Pulcheria impletum, ita tamen ut synodus iam non in Italia, sed in Oriente haberetur papa per legatos praebente praesentiam. uidebatur igitur Marcianus neque proprio arbitrio breuissimo tempore post synodum a decessore Ephesum conuocatam alteram coegisse quo illa aboleretur, sed Valentiniani, Gallae Placidiae, Liciniae Eudoxiae una cum prima sede ecclesiae catholicae precibus obtemperans, neque tamen se prorsus illi sedi subiecisse, quippe qui nouum illud consilium non in Italia, sed in Oriente more solito celebrari uoluisset. neque enim temere canon iste Serdicensis quem Leonem quasi Nicaenus esset, epistulae [18] genuinae subnexuisse dubitari nequit, in Graeca certe uersione epistulae interpolatae [Leon. ep. 25, cf. p. 4, 33—38] ita monstrose mutatus et mutilatus est, ut quicumque sensus subest illis ineptiis, id unum constaret ab uno episcopo Romano episcopi Orientalis damnationem tolli non posse [cf. *Zeitschr. f. neutestamentl. Wiss.* 30 p. 34, uol. 4 p. XXIII]. uel hinc igitur, ut de aliis rationibus hic taceam, quas exposui uol. 4 p. XX, certum est collectionem M compositam esse Constantinopoli ab homine sermonis Latini etiam magis perito quam Graeci neque nimis audax esse mihi uideor, si ipsum illum ex epistula Leonis 18 istam fabricasse conicio, cuius Latinum exemplar est Leonis ep. 25, uersio Graeca ep. 1 Collectionis M. plura et accuratiora forsan liceret diuinari, si collectionis initium non periisset, antequam

